matrimonio, vel ipſo adhuc non contracto tempore, quo dotem
ſibi ſoluebat. Iſte intellectus non videtur bonus: quia tunc com-
pellitur maritus, ſaltem cauſatiue, ſi vult ſibi dotem ſolui, promitte
re alteri, etiam ſi timeat incommodum, aliàs mulier non ſoluet,
ſed tex. ſimpliciter dicit, quòd non cogitur, ergo nec præciſe, nec
cauſatiuè. glo. iſta circa finem videtur fateri, quòd cauſatiue com
pellitur, quod non placet, quia contra text. ideo cum procedat id,
quod dicit gloſſ. intelligitur, quòd præceſſerat promiſſio dotis dan
dæ, & tunc cum ſoluebat ex promiſſione præcedenti, petebat hoc
a marito, certe non compellitur maritus præciſe, nec cauſatiuè, &
poterit compellere uxorem ad ſoluendum inuitam, bene tamen
tenetur promittere ipſi mulieri indiſtincte. poteſt etiam intelligi,
quòd mulier, poſtquam ſoluerat dotem ex interuallo, etiam ſi
nulla promiſſio præceſſerat, & adhuc procedit, quod hic dicitur,
quòd nec præciſe, nec cauſatiuè compellatur, hoc tamẽ uerum,
ſi contractum erat matrimonium, aliàs etiam ſi præceſſiſſet pro-
miſſio dotis dandæ, vel etiam datio, poſſet maritum compellere
cauſatiue, quia niſi promittat, ut ipſa vult, non nubet. & per con-
ſequens non tenetur ex ſua promiſſione, quæ habet cõditionem
tacitam, ſi nupſero, vt l. ſi ſtipu. & l. tali ſtipulatio. de iure dotium.
& ſi ſoluit, poterit repetere tanquam cauſa non ſecuta, ut l. quod
ſeruus. de conditione ob cauſam. maritus ergo ne hoc fiat cauſa-
11 tiue, compellitur facere, quod vult mulier. †Quidam autem dicũt,
quòd etiam ſi extraneus det dotem pro muliere, & vult paciſci,
vel ſtipulari ſibi reddi, non tenetur maritus ſibi promittere, ſed
ſoli

---

ADDITIO.

a ¶ Eſſet. Adde non inutiliter dotis lucrum per maritum ob liberos factum, utrum ſit mariti ne, an filiorum, & vide traditiones in hanc quæſtionem Bal in Auth. ſed & ſi quis. 5. col. C. de ſecun. nup. & in l. dos a patre. C. ſol. mat. ubi ait, quòd huiuſmodi lucrum proficiſcitur ad filios, ut matris hæredes. Ideoque ſi ante matris aditam hæreditatem decedant, iure hęreditario ad matris hæredes redeat quod verum exiſtima, ſiue ex pacto retineatur dos propter filios, ſiue ex conſuetudine, uel ſtatuto ſecundum eundem Bald. ibi aduerſus Iac. Bel. qui ait ſecus eſſe, ſi ex pacto per l. inter ſocerum. §. primo. de pact. do. ſed ſecus eſt, ſi ex pacto, quoniam tũc tranſit ad filios, ut filios, non ut matris hæredes, per Bartol. in l. quod dicitur. de uerbo. obliga. Bald. in l. dotem. C. de falſ. cauſa adie. leg. tenet, quòd dos tunc patri demortuorum filiorum debeatur, non autem dotanti aut materno auo. Et vide eundem Bald. in l. illam. C. de coll. & Barto. in l. ſi cum dotem. in prin. infra. hoc tit.

ſoli mulieri,quod gl.reprobat,& bene,quia contra §.accedit. Poſ-
ſet tamen ꝓcedere ſi primo promiſiſſet ſimpliciter, & poſtea cũ
ſolueret hoc veller,nam ius fuit acquiſitum mulieri ex ſola promiſ
ſione,vt in illo §.accedit.vnde non compellitur maritus extraneo
ꝓmittere, quia ſi illi ſolueret a muliere, ſeu vxore non liberaretur,
& ſecundum iſtum intellectum loquitur hic de ſimplici cautione
ſine fideiuſſore,quę eſt fienda ipſi mulieri,non alteri,ſi timet incõ-
modum. Secundo modo intelligitur, quod hoc petebat ſol.matr.
pendente dilatione legali, & ſic ſatiſdationem cum fideiuſſore, de
qua loquitur.l.ſi conſtante.§.quoties. ℈.eo.& dicit,quòd illa eſt prę
ſtanda mulieri, quæ dedit dotem,& ſi mulier vellet,quod præſta-
retur alteri,non tenetur maritus hoc facere,ſi timet incommodũ,
& iſta eſt bona in ſe. Quid ſi extraneus dedit dotem, & pactus eſt
eam ſibi reſtitui, & ſic fienda eſt ſibi reſtitutio, & non mulieri, an
ſol.ma.pẽdente dilatione legalis poſſit petere illam ſatiſdationem,
dicit hic gl.not.quòd non,per iſtum text.ſecundum vnum intelle-
ctum,ſi difficile eſt marito reperire fideiuſſores,quia actio ſibi cõ-
petens eſſet ſtricti iuris,& ſic non habet beneficium.l.in omnibus.
de iud.ſ.quæ loquitur in actionib. bonæ fidei, ſed competet mulie
12 ri,ſi eſt bonæfi.¶† Ex iſta collige tria ſingulariter. Primo, quòd ex-
traneus, etiam cui dos uenit reſtituenda, non habet priuilegium,
ſeu priuilegia, quæ habet mulier. ſicut.n.non habet hic, q̃ḋ actio
ſua ſit bonęfid. ita nec alia, multo minus in tacita hypotheca, uel
prælatione,quia illa tendunt in præiudicium alterius,& ad hoc alle
gatur iſta gl.& eſt communis opin.ſecus in patre: qui dotem dedit
13 pro filia,ut dixi.in l.præcedenti.¶† Secundo colligitur ex gl. quod
ſi maritus: uel eius hæres habuit dilationem annalem, qñ dos eſt
reſtituenda mulieri,uel eius hæredi.ita & quãdo extraneo, qui do
tem dedit,& ſtipulatus eſt. videbatur contrarium, quia cum non
habeat priuilegia dotis,non videbitur grauandus in dilatione lega-
li,cum ſtipulatus fuerit ſimpliciter,ſecus in muliere: quæ habet pri-
uilegia,quia cum in vno honoretur,in alio grauaretur, ſed illa gl.
vult contrarium: quod eſt ſingulare: & hoc etiam communiter
14 tenetur.¶†Tertio colligitur ex glo.ſolu.ad dubium,quod fit in l.in
omnibus. ℈.de iud.an illa lex habeat locum in debitoribus ex con-
tractu ſtricti iuris:cum loquatur in bon.fid.& gl.aliquando tenẽt:
quod ſic,aliquando tenent,quod non.iſta gl relata ad text.videtur
diſtinguere,quòd ſi non poteſt præſtare fideiuſſorem,non habeat
locum, aliàs ſecus. Bř dic, quòd indiſtincte locum habet in ſtricti
iuris,ut eſt caſus.in l.ſi creditores.de priuil.credit.ut teneatur ſatiſda
re,ſi poteſt, uel ſi non poteſt, quia ſi non reperit fideiuſſores, po-
netur in carceribus, quia ſatiſdatio de qua loquitur illa lex præſta-
tur ex cauſa ſuperueniente de nouo, cum ſic ſuſpicetur de fuga,
uel quia depauperatus eſt: vnde uel ipſa eſt in culpa in primo caſu:
uel non eſt conueniens, quod creditor fraudetur in ſecundo. ſed
quando ſatiſdatio eſt præſtanda non ex cauſa de nouo ſuperueniẽ
te,ſed ex diſpoſitione legali:uel aliquo priuilegio: ut in ultimis uo-
luntatib.ut in tit.ut legat.nomi.caue.& in dicto.§. quoties.tunc &
ſi non poteſt præſtare fideiuſſores: quia non reperiuntur,releuaẽ:
& ſtatur iuratoriæ cautio.cum hypo. bonorum ſuorum. ut in l.j.
ſ.qui ſatiſd.cog.& l. cum non facile. ſi cui pluſquam per leg.Falcid.
Sentit autem iſta glo.unum, quod non eſt verum. ꝙ ſatiſdatio de
qua loquitur §. quoties. eadem ſit cum illa, de qua loquitur.l.in
omnibus.quod eſt falſum: vt patet ex prædictis, nec hic loquitur
de iſto incommodo,quod dicit gl.quod non reperit fideiuſſores:
quia iſtud eſſet incommodum de præſenti, & text. loquitur de in-
commodo: quod hic timet in futurum, ideo exemplificat, ut in
alijs exemplis gl.quæ ſunt notabilia, hic nõ ſunt alia &c. Adde vnũ
contra ſecundum notabile,quod ex gl. collegi, quod eſſet notabi-
le,ſi eſſet uerum:nam dicit Bar.in l.ſi diuortio. ante finem,de verb.
obli. quòd etiam ſi mulier ſtipuletur expreſſe dotem ſibi reſtitui,
non patietur dilationem legalem, quia illa dilatio habet locum in
tacita ſtipulatione,ut in §.exactio. non in expreſſa. tanquam inuti-
lis,continens illud idem,quod tacita. aliàs non ualeret expreſſa per
15 l.qui bis idem.eo.tit.† & in ſimili uidemus ſi prælegatur dos, vř ſu-
blata dilatio legalis, & ualet prælegatum ꝑꝑ cõmodum repreſen-
tationis,ut in l.i.de dote præle.Idem ergo uidetur in extraneo dan
te dotem,& ſtipulante,uel paciſcente ſibi reddi, cuius contrarium
ſupra dixi ita cõiter tenere Docto. certe iſtud eſſet deſtruere pra-
cticam totius mundi, quia cõiter fiunt inſtrumenta cum promiſ-
ſionibus expreſſis,& tamen videmus ſeruari dilationem legalem.
Dico ergo,ꝙ talis promiſſio cenſetur facta de eo: quod debet ma
ritus,& non vltra,ut eſt caſus.eod.ti.l.ſi prior.nam ſicut non conti-
net plus re,ut ibi,ita nec plus tempore debet continere, & ipſe idẽ
Bar.hic in fi.dicit, ꝙ tales promiſſiones ſunt fiendæ:taliter ꝙ mari-
tus non teneatur vltra,q̃ non tenetur,ſi expreſſe non promiſiſſet,
& aliud eſt qñ dos prælegatur fauore vltimæ uoluntatis, nec eſt
inutilis promiſſio,quia l. qui bis idem loquitur quando præcede-
bat alia ſtipula. expreſſa, & uera: nos loquimur: qñ tacita, & ficta,
vnde uera præfertur, & ſi a prin.datæ dotis fiat,non naſcitur actio
ex ſtipulatu tacita,ut expreſſe no. gl.& Cy. in §.accedit. in 2.qõne.
a quia prouiſio hominis[a] facit ceſſare prouiſionem legalem, ut in
l.fin.& ibi no.C.de pact.conuen.& l.cum ex filio. de vulg.& pupil.
Si autem ex interuallo tollitur iure nouationis, argu. in l.auia.C.de
iur.dot.tamen cenſetur facta de ead. quantitate, & tempore,ut d.l.
prior.℈.eo.& habet priuilegia hypothecæ,ſicut tacita,quia non fit
animo ſibi præiudicandi, ſed prouidendi, quia melior eſt prouiſio
expreſſa, q̃ tacita,& ſic non ob.l.aliam.de noua. ubi in obligatione
nouante,non intelliguntur repetita priuilegia primæ,quia cum ibi
præcederet uera obligatio,& expreſſa, potius videtur nouare aĩo
16 ſibi præiudicandi,quàm plenius prouidendi.¶ † Vlt.not.glo.in l.fi.
quæ ſemper allegatur,quòd ſi es meus debitor,non tamen habeo
inſtrumentum publicum, uel quia non fuit confectum, vel quia
fuit perditum,habeo tamen teſtes,vel illud non negas, poſſum im-
plorare iudicis officium nobile, ut compellaris facere inſtrumen-
tum cum promiſſione, ut habeam probationem paratam, quod
etiã uoluit gl.in l.chryrographis.de adminiſtratio.tut.& l.pupillus.
de nouatio.& de hoc vide plene per Bart.in l.iij.§.nunc de eſſem.de
lib.legat.plenius in l.ſi finita.§.eleganter.de damno.infecto. Tracta
tur, & hic ille articulus quare peto a te, quòd facias id quod mihi
prodeſt, & tibi non non nocet, an compellaris indiſtincte? & iſte
tex.facit quòd ſic,& in l.creditore.ſ.de euictioni.tamen non eſt ve
rum, vnde diſtingue,vt hic per Bart. poſt alios.

ADDITIO.

a ¶Prouiſio hominis.Adde & intellige hoc verum in prouiſione ordinaria,
ſecus in extraordinaria gl.eſt ſing.in l.ij.in glo.mag.in ver.item quid ſi.C.
de iur.emphyt.Io.de Imo.in l.ſi cum dotem.col.v.infra eo. & per Alex.de
Imol.in conſil.100. in 4. parte. de cuius veritate vide in l.ſi extraneus.de
condi.ob.cau.hanc limitatioem tenet etiam Bart. in l. & habet.§.cũ quis.
℈.de præca.& in d.l.ſi cum dotem.in prin.infra eo.vbi aliter intelligit.In-
tellige etiam uerum, niſi prouiſio legis eſſet de iure communi, ut ꝑ Bart.
in d.l.fin.de pact.conuen.& in l.j.§.unde quæritur.col.fin.de pu.& hoc in
tellige verum,niſi prouiſio hominis, eſſet poſita ad nouandum prouiſio-
nem legis, quia tunc bene tolleretur prouiſio legis communis, ita Cy.
in d.l.ij.& ibi Sal.in col.xij.& eſt tex.& ibi gl. & Docto. in l.4.§.ſi ex con-
uentione.infra de re.iu.Item adde, quòd prouiſio hominis tollit proui-
ſionem legis quando vtraque prouiſio eſſet generalis, uel ſpiritualis, ſe-
cus ſi una eſſet pinguior altera, quia tunc non tolleretur ita Bart.in l.j.§.
unde quæritur.infra de pub.Item non tollitur prouiſio legis per prouiſio
nem hominis,quando vtraque prouiſio procederet ex diuerſo fonte, ita
Bal.in l.certi iuris.in fin.C.loc. item non tollitur prouiſio legis nata, ſed
naſcitura ita Bal.in d.l.fin.C.de pact.conuen.& ad hanc materia vide ali-
quid per Bal.in l.ubi adhuc.C.de iure dotium.Ange.de Are.§. item ſeruia
na.Inſti.de act.& quando per prouiſionem hominis tollatur prouiſio ſta-
tuti, vide Bal.in l.fi.C.de repu.hære.qui tenet, quòd non,de quo ꝑ ipſum
in d.l.ubi adhuc.Fran.Cur.

## LEX III.

1 *Diuiſio materiæ præſentis legis.*
2 *Qualiter fiat cõmunio actionis de dote profectitia inter patrem,& filiam.*
*Licèt ſubſtantia actionis ſit utriuſque, & patris & filiæ, exercitium tamẽ eſt ſolius patris, niſi pater ſit turpis perſona, uel ſit abſens, quia tunc pertinet ad filiam,dummodo ſit honeſta.& non ſuſpecta.*
3 *Cõio huius actionis durat quouſq; filia eſt in poteſtate,poſtea conſolidatur in ipſam filiam,& ratio quare filia habeat iſtam cõionem,& nu.6.*
*Si filia moriatur antequam efficiatur ſui iuris, conſolidatur in ſolum patrem,etiam ſi filia reliquit proprios filios, licèt tunc de conſuetudine remaneat penes virum propter liberos.*
4 *Caſus in quo iure veteri ſſorum filiaſa.habeat proprietatem in aduentitijs idem etiam in profectitijs per patrem donatis.*
*Si pater det dotem pro filia emancipata,etiam iure iſto,actio non erat communis, ſed ſolius filiæ.*
5 *Licèt dominium rei dotalis ſit mariti, ipſa tamen dos quæ eſt diuerſa a re dotali,cum ſit quoddam ius vniuerſale, dicitur eſſe ipſius mulieris,etiã conſtante matrimonio,quæ deſeruit oneribus eius.*
*Filia quòd hodie de iure canonico poſſit reconciliare matrimonium ſine voluntate patris, nec per hoc perdat ius communionis in hac actione.*
*Si pater ſtipulatus ſit ſibi ſoli dotem reddi,tunc actio non erit communis, ſed ſolius patris,nec fiet conſolidatio in filiam,licèt efficiatur ſui iuris.*
*Maritus ſoluẽdo dotẽ patri, quãdo nõ ſit liberatus a filia, vel uxore ſua.*

1 QVod ſi in patris. †Hic incip. tractare de vna materia, quæ eſt
principalior,ſubtilior,& vtilior quæ ſit in iſto titu. ſcili-
cet,de communione actionis de dote ꝓfectitia, quæ
eſt inter patrem, & filiam, & proſequitur uſque ad legem de diui-
ſione.de qua etiam tractatur in l.cum dotem. infra eo. vſque ad §.
ſin autem.ubi Bar. utiliſſime ipſam explicat. Alia materia principa-
lis, & difficilis eſt illa, de qua tractatur in l. de diuiſione. cum l.ſeq.
quaſi per totam l.diuortio.ſ.de diuiſione fructuũ vltimi anni,quo
matrimonium ſoluitur fienda inter mari um, & uxorem, vel eo-
rum hæredes,& hoc eſt, quod dicit iſte. §.actio de dote profecti-
tia,quouſque filia eſt in poteſtate,communis eſt patri, & filiæ,nec
poteſt ſolus pater ipſam in iudicium deducere,ſine uoluntate filię
tacita,vel expreſſa,nec etiam ſibi ſoli ſtipulari,& ideo nec maritum
inuitum alteri delegare,& ſi contra fiat, non liberatur maritus a fi
lia,quominus cum erit ſui iuris conueniri iterum poſſit, & ecõtra
ſola filia nõ põt præiudicare patri,ſed ſibi ſoli.ſ.q̃a excludit ab agen
do,cum erit ſui iuris.ſed durante patria ꝑtãte non excluditur a cõ-

ſentiendo patri pp factum ſuum.h.d.vſque ad §. volũtatem. Et ſic
primo tractatur,an ſolus pater poſſit ꝑiudicare filiæ,vſq; ad verſic.
(item ſi noluntate.) Secundo econuerſo. Et prima pars ſubdiuidi-
tur, quia primo præmittit tria vſque ibi, (ei ergo.) Secundo deter-
minat quæſtionem de qua quæritur vſque ibi , (cæterum.) Tertio
ex determinatione infert ad vnũ . Et pone caſum . Quòd pr̃ poſtq̃
a dedit dotem pro filia, uel promiſit ex interuallo , volebat ꝙ mari-
tus promitteret eam alteri reſtituere, & maritus non prætendebat
aliquod de illis incommodis,de quibus per gl.in prin.huius l.quæ-
rebatur,an poſſit compelli promittere ? & videbatur,ꝙ ſic, vt ibi a
contrario ſenſu.ſed certè ibi loquitur in muliere ſui iuris, quæ de-
dit dotem pro ſe tm̃, iubendo ꝙ alteri promittatur , ſibi ſoli præiu-
dicat,qđ facere põt,nos loquimur in patre,qui dedit dotem ꝓ filia
exiſtẽte in ptãte,quo caſu actio de dote cõis eſt patri,& filiæ, vnde
cum ius cõionis ſit acquiſitum filiæ , non põt pater ſolus agere, &
dotem exigere ſine voluntate filiæ,nec ſibi ſoli ſtipulari ex interual
lo,vt in ſe ſolum trãsferat.Ex quo ſequitur,ꝙ nec maritũ inuitum
alteri delegare põt,vt liberetur a ſe,& a filia, ideo maritus non cõ-
pellitur,quia ſi promitteret alteri iuſſu ſolius patris, liberaretur a pa
tre,non a filia,& ſufficit,ꝙ prætendebat hoc in commodum,licèt
aliud non prætendat,& ſi ꝯ faciat poterit conueniri a filia,cum erit
effecta ſui iuris morte patris.vel emancipatione, etiã ſi illi alteri ſol-
uiſſet.h.d.in effectu iſta prima pars . Loquitur ergo hic, qñ pr̃ poſt
datam dotem,vel promiſſam ex interuallo. hoc petebat a marito,
& ſic poſt ius communionis acquiſitum filiæ . Si autem tp̃e quo
promittebat,uel tp̃e quo dabat,non præcedente promiſſione,&
ſic ante ius acquiſitum filiæ,benè compelletur maritus cauſatiuè ,
quia pater poſſit ſibi ſtipulari , & impedit ius communionis acqri
filiæ,vt ꝫ.eod.l.quatenus.& l.cum dos.in principio.ſ.de pact.dot.
Eodem ergo modo,& maritum põt compellere alteri promitte-
re ſaltem cauſatiue, nec poterit dubitare maritus de filia,cui nunq̃
incepit obligari. ſic ergo patet , quòd ẽt principium huius legis dẽt
2 dicto modo intelligi,ut bona ſit aduerſatio, quæ hic ponitur.¶†In
tex.ibi.(ipſius & filiæ dos eſt,)qualiter autẽ ſit illa communio-dic.
ut no. ꝫ.eo.l.nõ ſolum.Et eſt admirabile,qđ vna & eadem ſubſtan-
tia actionis ſit penes duas perſonas inſolidum,quia non ſunt duæ ,
ſed una,ut no.in uerſi.ſequenti.in glo.mag.cum uideamus ꝯrium
in dominio , quod licèt ſit ius incorporale , non poteſt eſſe penes
plures inſolidũ,vt l.ſi ut certo.§.ſi duobus vehiculum.ſ. commo.
licèt autem ſubſtantia actionis ſit utriuſq;, exercitium tñ eſt ſolius
patris,vt patet in l.filiusfam.§.ſed etiam ſi filia.ſ. de procur. & ꝫ.eo.
l.cum dotem.§.eo autẽ tempore.ꝰniſi pater ſit turpis perſona , vel
ſit abſens,quia tunc pertinet ad filiam.ut d.l.filiusfa.§. ſed etiam ſi fi
lia.dummodo ſit honeſta,& non ſuſpecta,ut in d.§.eo.autem tem
3 pore. † Durat autem hæc communio, quouſque filia eſt in pote-
ſtate,ſed ſi efficiatur ſui iuris morte patris,uel emancipatione diſſol
uitur,& conſolidatur in ſolam filiam,& apud patrem, vel eius hæ-
redes nihil remanet,ut ꝫ.eo.l.ſi ſocer.in prin.& d.§.eo autem tem-
pore.de rei uxor.actio.§.videamus,& ecõtra, ſi filia moriat̃ anteq̃
efficiatur ſui iuris , conſolidatur in ſolum patrem , & filia etiam ad
proprios filios tanquam ad hæredes nõ tranſmittit iure iſto talem
dotem,cuius actio eſt communis ſcdm ueram opin. no.in l.dos a
patre.C.eo.tit.licèt de conſuetudine remaneat penes virum pp li-
beros,ut ibi no.vnde non habent,vt hæredes, ſed ex cõſuetudine,
4 qđ eſt magni effectus,ut no.in d.l.poſt dotem. ꝫ.co. ¶ † In glo.j.in
prin.ibi.(auth.quod locũ,)& ꝫ.eo.l.Caius Seius.ubi eſt expreſſum,
& ſic eſt caſus,in quo iure ueteri ff.orum filiusfa.habeat proprieta-
tem in aduentitijs , certe etiam in profectitijs per patrem donatis ,
ut ſi pater dotem profectitiam ſtipulabatur filiæ, uel ſibi in unum
caſum, quo caſu cenſetur ſtipulari filiæ in alterum, & ẽt donare,vt
ꝫ.eo.l.ſi cum dotem.in prin.Nam filia, etiam hoc iure ꝓprietatem
habebat,& etiam hæredes ab inteſtato,ut no. in d.l.ſi cum dotem.
in l.inter ſocerum.§.cum inter.ſ.de pact.dot. ſcdm Iac.de Bel.& ẽt
no.Bar.in l.poſt dotem. ꝫ.eo.in 4. qõne. ¶Circa fi. gl.ibi,(uel lo.di-
ceret hodie melius)diceret etiam olim, & ita debet ſtare, aliàs non
5 haberet ſenſum †Et hæc uera,ꝙ ſi pater dat dotem pro filia eman-
cipata,etiam iure iſto,actio non erat communis,ſed ſolius filię: qđ
patet,quia ſi dediſſet pro filia in poteſtate,& ſic incepiſſet eſſe com
munis,& eam poſtea emanciparet,diſſolueretur communio , &
conſolidaretur in ſolam filiam,vt in d.l.ſi ſocer. ꝫ. eo. & in §.eo aũt
tempore. fortius a principio impeditur contrahi ſecundum Dyn.
& omnes.& aduertendum,ꝙ eo caſu, quo nõ eſt communis,ſed
ſolius filiæ,ut in aduentitia,& qñ eſt emancipata, multo fortius ꝓ-
cedit,qđ hic dr̃ , ꝙ maritus ad inſtantiam ſolius patris non tenetur
alteri promittere,nec inuitus poteſt delegari. ¶In glo.ſeq.ibi, (ideo
actio de dote)hoc dicit gl.quia dos videtur mariti,non autẽ patris,
& filiæ,vt l.doce ancillam.C.de rei uendi. & plene no.in l.in reb.C.
6 de iure do. uel dic, quod text.ſtat proprie. † Nam licèt dominium
rei dotalis ſit mariti,vt ibi,ipſa tamen dos;quæ eſt diuerſa a re dota
li,cum ſit quoddam ius vniuerſale , dicitur eſſe ipſius mulieris etiã
cõſtante matrimonio,quæ deſeruit oneribus eius. ut ſupra.de iur.
do.l.quamuis. ¶In glo. ibi. (ne ſæpius eam cogatur dotare. ) Hæc
ratio non videtur bona, quia ſi filia exigeret, & conſumeret, non
cogeretur pater iterum dotare eam, ut not. ꝫ.cod.l.cum dotẽ.§.j.
vnde,& alia ratio redditur per Iuriſconſultum,quare pater habeat
communionem in l.iure ſuccurſum. in princ.ſ.de iure dot.Rõ ve-
ro,quia filia communionem habeat eſt,ne pater vilis perſona exi-
gat,& conſummat, ſine voluntate filiæ, & ſic filia in ſecundo ma-
trimonio remaneat indotata,facit quod no.in Authen. de æquali.
7 do.§.his conſequens,& C.de rei vxo.act.auth. ſed quamuis.¶ † In
glo.ſeq.ſuper uer.ibi,(de nuptijs. l. ſi vt proponis. ) illa potius con-
tradicit,quòd actio ſit ſolus patris. Sed dicas, quòd ibi filia perdidit
ius communionis propter eius delictum, quia reconciliauit matri
monium ſine uoluntate patris,quòd facere non poterat hoc iure:
ſed hodie ſic, de iure canonico, ut no.in l.Paulus.ſ. de ſtatu homi.
8 ¶ † In glo. ibi, (pater ſit ſtipulatus incontinenti,) [b] ſupple ſibi ſolui.
b Nam tunc actio non eſt communis , ſed ſolius patris, ita vult iſta
glo.& bene,ex quo ſequitur,ꝙ in filia effecta ſui iuris,non conſo-
lidatur actio,quia conſolidatio fit ratione communionis, quæ hic
ceſſat , & ita plene diſputando tenuit Cyn. licet quidam dixerunt
contrarium per plures rationes.C.de rei vxo. act. §.videamus . &
Bar.infra eo.l.poſt dotem.in 2. q. qui etiam allegat pro caſu.l.j.§.j.
de col.bon.ubi dicitur , quòd tunc non eſt locus collationi dotis ,
cum ad filiam non pertineat actio,qui autem dicebant contrariũ,
volebant , quòd actio eſſet communis, ſicut eſt communis actio
ex ſtipulatu tacita.Sed aliud eſt in prouiſione legali,aliud in ꝓpria,
quæ prodeſſe debet ſolum prouidenti, & diligenti. ¶Quid autem
ſit de iure codicis,vel de iure auth.Barto.ultra Cyn. inueſtigauit in
præællegata.l.poſt dotem, & aliqua vtilia,& pulchra dixit.Intellige
autem hanc gl.ut dixi, qñ fuit ſtipulatus ſibi ſoli . Si autem ſimplici
ter dotem reddi, tunc videtur ſtipulatus ſibi, & filiæ, & actio eſſet
communis , ut eſt caſus ſingularis ſecundum vnam lecturam . in
d.l.poſt dotem. Idem ſi expreſſè ſibi , & filiæ copulatiue, vel ſibi,
aut filie alternatiue,quia ponitur pro copulatiua hoc caſu , vt ſin-
9 gulariter not.Bart.in l.vxorem.§.teſtamento. el 2.de legat.3.¶ † In
vltima gl. in fi. intellige determinationem gl. quando maritus non
legitime ſoluit ſoli patri,ut quia erat turpis perſona, & filia contra-
dixit expreſſè. Si autem legitime, quia non erat turpis, vel ſi erat fi-
lia,non contradixit , cum eſſet præſens , & poſſet contradicere. ut
infra.§.voluntatem , tunc maritus eſſet liberatus , & ex paupertate
patris poſtea ſuperueniente non reincideret in obligationem, arg.
in l.vero procuratori.infra de ſolu. ll. tamen allegatæ per glo. non
multum faciunt. Nam in ſubſidium bene recurritur ad illum, qui
lucrum ſenſerit,ut l.fin.alleg.in glo. Sed hic maritus non tractat de
lucro , ſed de damno vitando , deciſio tamen gloſſ. communiter
tenetur, quia æqua, & propter culpam mariti.

ADDITIONES.

a Pater poſtquam dedit dotem pro filia.Adde an pater teneatur dotare filiã
iam nuptam.vide per Bar.in l.obligamur.in prin.ꝫ.de act.& obl.per Alex.
de Imo.in conſi.7.col.pen.uer.non obſtant allegata in cõtrarium , & col.
ſeq.in 2.vol.& per eundem Alex.in conſi.33.col.j.in iij. uol.Curt.
b Incontinenti.Adde Cy.in l.in bonę.C.de pac.l.j.C.vnde vi.Bart.in l.idem
eſt.in §.cum igitur.ff.de vi & vi armat.

---

1 *Factum filiæ non nocet patri,in actione de dote.*
2 *Filia ſi commiſit adulterium,propter quod maritus habet lucrari dotem , non lucrabitur in præiudicium patris,& qualiter,& quando lucrabitur, ſi filia efficitur ſui iuris.*
3 *Si non fiat aliqua declaratio ſuper dote,ſed ſolum ſuper adulterio commiſſo per vxorem, & ſeparatione thori , talis ſententia habebit executionem in dote ad commodum viri, ſi vxor efficitur ſui iuris .*
*Si maritus durante matrimonio, nihil peteret , tunc eo mortuo hæres hoc petere non poſſet .*
4 *Quid ſi uxor pręmortua fuit,an poſſit maritus poſtea agere ad lucrum dotis , ſi prius non egerit ,remiſſ.*
*Si filia renunciauit iuri hypothecæ , quod habet in bonis mariti , hoc non nocebit patri .*
5 *Factum filiæ nocet ipſi filio ſui iuris , vt agere non poſſit .*
*Filius ſi viuente patre liberet debitores paternos,& poſtea ſuccedat patri, an confirmabitur liberatio.*
6 *Licèt filia facto ſuo ſit excluſa à iure agendi,non tamen eſt excluſa à conſentiendo patri agenti,& quid hoc proſit .*
7 *Factum vnius ſocij , quando noceat alteri .*
8 *Pater an poſſit agere adiuncta perſona filiæ , & ſi agat , qualiter teneatur eam defendere in cauſa reconuentionis .*

1 §.Item ſi voluntate. †No. primo, ꝙ factũ filiæ nõ nocet patri in actione
2 de dote.Per hunc §.dicunt Doct.† ꝙ ſi filia commiſit adulterium,
a pp quod [a] maritus habet lucrari dotem , non lucrabitur in præiu-
dicium patris,licet glo.dixerit contrarium.in l.ſi dotem. C.de iure
dotium, & l.conſenſu. de repudijs. quia eadem eſt ratio in delicto
filiæ

ADDITIO.

a Propter quod.Adde.Auth.vt liceat matri,& aui.in §. quia not. & in auth.
ſed nouo iure.C.de adult.

a filiæ, vt non noceat p̄ri, quæ eſt in alio facto filiæ, quod non cadit
in delictum: maritus ergo conſtante m̄rimonio accuſabit vxorē
in curia eccleſiaſtica de adulterio ad ſeparationem thori. & petit
declarari ipſum debere dotem lucrari eo caſu, quo dos eſſet re-
uerſura ad filiū, ſi adulteriū non commiſiſſet, puta, ſi efficiat̄ ſui iu-
ris morte patris, vel emancipatione, & ita fiat declaratio. Sed ſi cō-
tingat ꝯ̄rium, ꝙ filia nondum effecta ſui iuris moriatur in m̄rimo
3 nio viuente patre, tenebitur maritus reſtituere patri, † & fortè ēt ſi
non fiat aliqua declaratio ſuꝑ dote, ſed dūtaxat ſuꝑ adulterio, & ſe
paratione thori, talis ſn̄ia habebit executionem in dote ad cōmo
dum viri in primo caſu, prout in ſimili hr̄. in l. ꝯdōne. ad Sylla. & l.
j. C. vbi cau. fiſ. & vtrobique Doct. Sed ſi maritus durāte matrim.
nihil peteret, tunc eo mortuo hęres hoc ēt petere non poſſet, vt
4 ꝭ. de re iudica. l. j. in fin. ¶ Quid autem econtra ſi vxor pręmortua
fuit. an poſſit maritus poſtea agere ad lucrum dotis, ſi prius non
egerit, & dic, vt in l. fi. C. de adulte. per Cy. Dn̄t ēt Doct. per hunc
tex. ꝙ ſi filia renūtiauit iuri hypothecę, qđ habebat in bonis mari-
ti ſm̄ l. iubemus. C. ad Velle. ēt hoc non nocebit patri. Item no. in
fin. ꝙ factum filiæ bn̄ nocet ipſi filiæ effectę ſui iuris, vt agere non
poſſit. & iſtud facit, ꝙ ſi filius viuēte p̄re liberet debitores pater-
nos. & poſtea ſuccedit p̄ri, confirmabit̄ liberatio, & nō poterit ve-
nire in ꝯ̄rium, q̄a in actione de dote filia habebat ius de p̄n̄ti, qđ
potuit remittere in ſui p̄iudicium. Sed ꝯ̄ debitores paternos, viuo
p̄re nullū ius habebat, ſed ſperat ius h̄re ꝑ ſucceſſionem, vn̄ nō va
luit a principio, nec ex poſtfacto, vr̄ reconualeſcere. De iſta q̄ōne
hr̄ ꝑ Dy. & Bar. in l. filius. ꝭ. de ſol. & in l. cū dn̄s. §. ſi filius. ꝭ. de pec.
leg. & ibi allegant iſtum text. & l. hęredi. §. ſi filia. ſ. de pac. q̄ idem di-
cit, qđ iſte. ¶ Sed opponit̄ fortiter, ꝙ factum iſtius filiæ ēt ſibi ſoli
non noceat ꝑ l. de dic. cum l. ſeq. & ſe. ſ. de pac. dot. vbi mulier nō
pōt facere pactum, ꝑ qđ efficiat̄ deterior ꝯdō dotis, Glo. in l. cum
dos. eo. ti. in pen. gl. vr̄ intelligere illā legem, q̄ quaſi ponit eundem
caſum cum iſto. ꝙ ſol. matr. iſta filia fecerit hāc delegationem, vel
pactum, quia ſi conſtante m̄rimonio non valeret, & iſtud eſt ſub
5 ſtantiale, & not. in d. l. & hęred. §. ſi filia. ¶ † Vltimò no. in ver. (ſed
vtrum,) ꝙ licèt filia facto ſuo ſit excluſa a iure agendi, vt in fi. not.
tn̄ non eſt excluſa a conſentiendo patri agenti. Et ita intelligit hic
gloſſ. mag. in princ. Sed quid prodeſt hoc, ponamus enim, ꝙ non
vult conſentire, ſed expreſſè contradicit, & hēt cām contradicen-
di, hoc non obſtante maritus ſoluit patri. Certè non poterit filia
maritum conuenire, vt in fine huius. §. Quid ergo prodeſt ſibi, ꝙ
non perdiderit ius conſentiendi. gl. & Docto. hoc non declarant,
pōt dici, ꝙ iſtud procederet, ſi maritus alteri delegatus per filiam il
li ſoluiſſet, & poſtea conuentus a patre iterum ſoluit p̄ri ꝯ̄dicente
filia, & tunc non hēt locum prouiſio, de qua hic. Si aūt non ſolue
rat illi, & tunc ſoluit p̄ri, ꝯ̄dicente filia, & cām ꝯ̄dicendi h̄n̄te, non
liberat̄ a filia, quin poſſit ab ea conueniri. Et iſtud prodeſt non per
6 didiſſe ius conſentiendi. ¶ † In gl. magna ibi (nec enim ſunt ſocij, )
Iſtud non expediebat dicere, nam etiam ſi eſſent verè ſocij, factū
vnius alteri non nocet in q̄ſitis tollendis multòminus, q̄ ſi non eſ
ſent ſocij, vt l. ſi vnus. in prin. ſ. de pac. & nos tractamus de iure quę
ſito auferendo. bn̄ tn̄ eſt verum, ꝙ nocet in acquirēdis. vt l. ſi duo.
ſi quis cau. & quia factum vnius facit committi pœnam ꝯ̄ ſocios,
ſi agit nomine ſocietatis, quia ēt ſocij agere vident̄, cum agat̄ ad
oīum commodum, iō ꝯ̄ oēs pœna committit̄, vt l. ſi duo. ſ. de ar-
bi. ¶ In glo. ibi de pac. do. l. cum dos. §. ſi verò. iſtud eſt valde diffici
7 le ꝯ̄rium, nam iſte text. in ver. ſed vtrum vult, † ꝙ p̄r poſſit agere
adiuncta perſona filiæ, licèt ipſa filia ꝑ ſe agere non poſſit, vt in fi.
ſed iſte tex. vult ꝯ̄rium, q̄a dicit, ꝙ patri non nocet factum filiæ, ni-
ſi agat adiuncta ꝑſona filiæ, & ſic vult, ꝙ agere non poſſit cum fi-
lia, ſed ſolus. glo. hic, & ibi multis modis ſoluit. Doct. dn̄t, ꝙ agere
adiuncta ꝑſonæ filiæ pōt intelligi duobus mod. Primo in nomine
ſuo, & filiæ, tunc non poteſt agere, poſtq̄ filia per ſe agere non p̄t
quia nec per aliū, & ita intelligit̄ ꝯ̄rium. Scđo ꝙ agat ſuo noīe tm̄,
filia tn̄ ꝯſentiente, & tunc bn̄ poterit, & iſte eſt caſus hic. Sed certè
ēt hoc vr̄ agere noīe filiæ ad eius vtilitatē: vn̄ iſta verba nō vn̄r h̄re
ſaporem, pōt ergo dici, ꝙ ſolutio ibi poſita per gl. in vlt. parte ſit, ve
ra cū nō noceat factū filiæ quantū ad hoc. vt p̄r repellat̄ ab agen-
do, bn̄ nocet q̄tum ad aliud, q̄a ſi agat adiūcta ꝑſona filię tenebit̄
eā defendere in cām reconuentionis, ſi fortè filia promiſiſſet pœ-
nam marito, ſi ab aliquo moleſtaretur per l. 3. §. fi. ꝭ. re. amo.

A D D I T I O.

a ¶ In delicto filiæ. Adde an ex delicto filij pater teneatur aliquid aſſignare filio inuito, vide per Bal. in l. ſi quis iniquum. in §. filiusfam. qđ quiſq; iur.

---

1 *Filia ſanæ mentis, ſi eſt præſens, & non contradicit patri agenti, habetur pro conſentiente.*

2 *Tacens quando videatur conſentire.*

*Furioſus non habetur pro conſentiente, quando ſi eſſet ſanæ mentis poſſet contradicere.*

3 *Statutum ſi dicat aliquem actum debere fieri de uoluntate talis, an ſufficit eius præſentia, licet non contradicat.*

4 *Si aliquis litigat meo nomine, me ſciente, & patiente, an uidear conſentire. & mandatum dare, vt ſententia lata contra eum mihi noceat.*

5 *Si aliquis dixit, do tibi iſtū in fideiuſſorem illo præſente, & tacente nō obligatur, niſi hoc fieret in iudicio, & eſſet confecta ſcriptura in actis.*

6 *Licet pater agere poſſit conſentiente filia expreſſè, uel tacitè, tamen filia non poteſt agere, niſi patre expreſſè conſentiente.*

*Quòd poterit pater iſtum conſenſum exprimere, etiam per nuntium, uel epiſtolam, & extra iudicium.*

7 *Quando iſto iure acquiſita filiæſa. remaneant apud eam.*

*Quòd in eis omnibus non poterat tamen filius agere, niſi patre expreſſè conſentiente, uel niſi ipſo abſente, uel exiſtente turpi perſona.*

8 *Pater agens filia abſente, quando non admittatur ad agendum, etiam cū cautione de rato.*

9 *Quando requiritur uerus conſenſus, tunc furioſus, & abſens æquiparātur, & quid ſi ſufficit non contradicere.*

10 *Ratio, quare ſi pater agit de dote filia abſente, cauet de rato, ſed non ſi agit actione iniuriarum, pro iniuria facta filio.*

1 §. Voluntatem. † Filia ſanæ mentis, ſi eſt præſens, &
non ꝯ̄dicit p̄ri agenti hr̄ pro conſen
tiente. Idem ſi non poterat ꝯ̄dicere, q̄a non erat ſanæ mētis, ſecus
ſi erat abſens, & ignorans, nam tunc non hr̄ pro cōſentiente, nec
ēt pro diſſentiente. & iō p̄r admittitur cū cautione rati. h. d. In pri-
mo, & ſecundo caſu non cauet de rato. vt no. glo. ꝭ. eo. l. ſi cum
dotem. §. ſi ſoluto. poſtquam hr̄ pro conſentiente fictione iuris,
quia ubi conſtat de mandato, vel voluntate, illa cautio non præ-
ſtatur, vt l. nec ſatiſdatio. rem ratam haberi. Item in vltimo caſu, ſi
appareret de expreſſo diſſenſu filiæ abſentis, & h̄ret iuſtam cām
ꝯ̄dicendi, non admitterę̄t p̄r, ēt cum cautione rati, vt l. Pomp. §. fi.
de procur. ſeruatur ergo media via, qn̄ non conſtat, ꝙ cōſentiat,
vel diſſentiat, & eſt abſens, vel ignorans, & recollegi declarando
caſus hic poſitos, & ēt glo. qn̄ p̄r agit de dote, tres ſunt caſus. Nā
interdum filia conſenſit expreſſè. Interdum expreſſè ꝯ̄dicit. Inter
dum nec conſenſit, nec contradicit. Primo caſu conſtat ſine du-
bio, ꝙ pater admittit̄, ēt ſi filia haberet iuſtam cām ꝯtradicendi, q̄a
cenſet̄ ei renuntiare, qđ tn̄ intelligo, ſi renuntiare pōt. ſecus ſi non
poſſèt, vt q̄a extet minor 25. ann. Item intelligo, qn̄ conſentit ſpō-
tè, ſecus ſi ob nimiam reuerentiam paternam, vt l. j. §. qui oneran
dæ. quarum re. act. non da. ſed circa hoc verſabit̄ iudicis officium.
vt ꝭ. eo. l. ſi cum dotem. §. eo aūt tp̄e. ad poſtulationem mariti cō-
uenti, & volentis patrem repellere ab agendo. Item ēt ſi non op-
ponat publicā vtilitatem, q̄ verſat̄ in dotib. poterit de facto ſupple
re ꝑ illum. §. eo aūt tp̄e. ibi, ideoq; offim̄ iudicis &c. & plene ꝑ not.
in l. 4. §. hoc iudiciū. de dam. infe. Scđo caſu, qn̄ exp̄ſſè ꝯ̄dicit ſi non
hr̄ pro ꝯ̄dicente. vt ꝭ. eo. l. dotē. & hic in prima glo. in prin. Si aūt al-
legaret, & probaret, repellit̄ pater, & exercitium cōpeteret filiæ, vt
l. filiusf. §. ſed ēt ſi filia. ſ. de ꝓcur. ſi tn̄ eſſet honeſta, & nō ſuſpecta,
aliàs ſecus, vt in d. §. eo aūt tp̄e, in fi. Prouidebit ergo tunc iudex, ꝙ
dos ponat̄ in tuto loco, vt d. l. ſi cū dotē. §. ſin aūt in leuiſſimo. ver.
2 ſin uero. † Tertiò caſu, qn̄ non contradicit, nec expreſſè conſentit,
tunc aut nō poterat ꝯſentire, vel ꝯ̄dicere, q̄a non erat ſanæ mētis,
& tūc hr̄ pro ꝯſentiente, vt hic in ſcđo caſu, niſi maritus aſſumat
in ſe onus probandi, & probet, ꝙ p̄r ſit turpis ꝑſona, & ſic ſi filia
eſſet ſanè mentis haberet iuſtam cām ꝯ̄dicendi. nam nunc non hr̄
pro conſentiente, ita intelligit gl. iſtū tex. ſuꝑ ver. credet, & bn̄, &
notabiliter, & probat̄. in l. q̄a ad certū. ſ. loca. vbi furioſus non hr̄
pro cōſentiente, qn̄ ſi eſſet ſanę mentis poſſet ꝯ̄dicere, vt eſt hic.
ſed ſi non apparet iſta cā ꝯ̄dicendi, non poſſet ꝯtradicere ſi eſſet
ſanæ mentis. iō hr̄ ꝓ conſentiente ꝑꝑ exercitium actionis, qđ lex
dat ipſi patri, nec ſibi aufert̄, niſi duob. concurrentib. ꝙ filia ꝯ̄dicat
expreſſe, & habeat cām contradicendi. Si aūt filia erat ſanæ men-
tis, tūc aut potuit ꝯ̄dicere, & nō ꝯtradixit, q̄a erat p̄ſens in iudicio,
uel in ciuitate, & ſciebat patrem agere, vel modicū diſtabat, & tūc
hr̄ pro ꝯſentiente, vt in primo caſu huius §. qđ intelligo, ēt ſi iuſta
cā ꝯtradicēdi ſuberat, & in hoc differt iſte caſus a p̄cedenti, qn̄ nō
poterat ꝯtradicere ꝑꝑ furorē, & hoc ſatis colligit̄ hic in text. & gl.
q̄a ſola ꝯtradictio nō ſufficit, niſi adſit ꝯtradicendi cā. Si ergo nō ꝯ
tradicat expreſſè, ut aliqua ſit dr̄ia inter tacentē, & expreſſe cōtra-
dicentem, q̄ intendit facere iſta lr̄a, & non eſſet bona, ſi non ſubeſ
ſet cā contradicendi, dicendum eſt, qđ dixi, nec ob. l. q̄ vas. §. veta-
re. de furtis. ꝭ. vbi in his, q̄ tendunt in p̄iudicium, tacēs non hr̄ pro
cōſentiente, q̄a illud, qn̄ alius facit actū nō iure ſuo, ſed hic p̄r agit
iure ſuo, & actione ſibi competente, vn̄ exercitium datū a iure ſi-
bi nō tollit̄, niſi filia exp̄ſſe cōtradicat. aut filia non poterat exp̄ſſè
contradicere, quia ignorabat patrem agere, cum non eſſet p̄ſens
in iudicio, tunc non hr̄ pro conſentiente, vt hic in tertio caſu. Sed
qualiter ille in iudicio tunc procederet? Rn̄deo aut erat in eadem
ciuitate, vel parum diſtabat, & tunc eſt conſilium, ꝙ ſibi denuntie
tur, vt veniat ad conſentiendum ſi poteſt, & ſi non venerit, habe-
bitur pro conſentiente, ſicut ſi eſſet præſens. iſta practica colligit̄
ex glo. pe. hic poſita ſuper ver. exigimus, & tūc habebit p̄r cauere
de rato. ſi aūt longe diſtat, ita ꝙ non de facili ſibi poteſt denuntia-
ri, tunc ſeruāda eſt practica, q̄ ponit lr̄a, ꝙ p̄r caueat de rato, ſi vult
admitti, nec ob. l. non ſolum. §. ſi p̄r. ſ. de proc. vbi p̄r non cauet de
rato,

rato,quia ibi,quando agit pro iniuria facta filio , quo caſu ſiue in
tentet actionē cōpetentem ſibi,ſiue cōpetentē filio ſm verā opi-
nionē non cauet,licet eius ꝓcurator caueat,vt hr̃ hic in gl.fi.ſecus,
qñ agit ꝓ dote.Rō diuerſitatis,qa iniuriam factam filio pōt pr̃ re-
mittere,ſed nō ſic actionem de dote in p̄iudicium filię. qñ aūt pr̃
ageret,tanq̃ legitimus adminiſtrator in bonis aduentitijs ꝑ l.j.C.
3 de bo.ma.nō hr̄et neceſſe cauere.vt l.fi.C.de admi.tut.¶† Vltimò.
Bal.& Ang.inducunt primum caſum huius §.ſi ſtatutū dicat ali-
quem actum debere fieri de volūtate talis,quòd ſufficiat eius pñ-
a tia,[a] & nō contradictio,q̃ inductio non eſt bona, qa propriè lo-
quendo,non ꝯdicere,non eſt velle,vel nolle,ſed quoddam mediū
vt no.in l.j.§.ſcientiam.de tribu.& ſtatutum dēt propriè intelligi,
4 nec obſtat hic,quia alia rō ſubeſt,q̃ ſupra dixi. ¶† Item inducunt,
ꝙ ſi aliquis litigat meo nomine me ſciente,& patiente videor cō-
ſentire,& mandatum dare,& ſic ſn̄ia lata contra eum nocebit mi
hi.quod tenuit Inn.in c.ex parte decani.de reſcrip. ꝯrium tenuit.in
c.quamuis.de re iud.& Bar.exp̄ſſit,licèt non alleget Inn.in l.pen.ʃ.
de re iud.Bal.pōnit iſtū articulū.in l.licet.in fi.C.de proc.diſtinguē-
do,an agat,uel cōueniat.Primo caſu videor mandare,qa poſſum
prohibere.Scd̄o non,quia me inuitum pōt defendere l.ſolutionē
vel iudiciū. ʃ.de ſolut.Sed certè iſte articulus reqreret altiorē in-
5 daginē,ſed non ꝑtinet ad propoſitum.¶† Vltimò inducunt, ꝙ ſi
aliq̄s dixit,do tibi iſtū in fideiuſſorem,illo p̄ſente,& tacente , obli-
gat̄,ꝑinde acſi ꝑ ſtipl'onem ꝓmitteret.certè hoc non eſt verum,
qa obligat̄ ꝑ ſtipl'onem,vt l.blāditus.de fideiuſ.niſi in iudicio hoc
fieret,& eſſet confecta ſcriptura in actis. ʃ.de fideiuſ. tu.l. cū oñdi-
6 mus.§.fi.† Item not. ꝙ licèt pr̃ agere poſſit conſentiente filia exp̄ſ-
ſe,vel tacitè,vt hic,econtra.tñ filia non poteſt agere, niſi patre ex-
preſsè conſentiente,vt no. ʃ.e.l.ſi cū dotē.§.j.in glo.j.& ita intelligi
tur auth.quod locum.C.de col.dum dicit,vel ſi pr̃ filiæ conſenſit
agenti,intellige.ſ.expreſſè,& quod no.gl.in l ſi longius.§. ſi filius.ſ.
de iud.& poterit pater iſtum cōſenſum exprimere, ēt per nuntiū,
vel ep'lam,& ex̄ iudicium,vt no.in l. cū non ſolum. §. neceſſitatē.
7 C.de bo.quę lib.¶† Item ſcias,ꝙ ſicut eſt ſpeciale in actione.de do
te.ꝙ iſto iure acquirat̄ filiæ fa.& remanet apud eum , ſed acquirit̄
patri.vt nota.in l.placet.de acqui.hære. ita eſt ſpeciale in quibuſdā
alijs actionib.quæ hn̄r.in l.filiuſf.& in l.factum. de actio. & oblig.
In omnibus tamen pater habebat exercitium, & filius non pote-
rat agere,niſi patre expreſſè conſentiente,vel niſi ipſo abſente, uel
exiſtente turpi ꝑſona,ſicut in actione de dote,vt d.l.ſi longius. §. ſi
8 filius,& ibi no.ꝑ gl.magiſtram.Item dico,† ꝙ qñ pater agit abſen-
te filia,ſi conſtaret,ꝙ pater eſſet turpis ꝑſona, ēt filia non contradi
cente expreſſè,non admitteret̄ pater ēt cū cautione de rato , ſicut
qñ filia eſt furioſa,vt hic no.in gl.2.qa qñ conſtat de ꝯria volunta
te,cautio non ſufficit.vt ſ.dixi,& hic cēſentur ꝯſtare p̄ſumptio iu
ris.qa qñ eſt turpis perſona,niſi ſit pn̄s,& tacens , & contradicere
poſſit,hr̃ pro diſſentiente,vt ēt colligit̄ ex §.eo autē tempore. pōt
ergo iudex ſupplere pro abſente, ſicut pro furioſa, ar.in l.amplio
9 rem.C.de appella.¶† gl.quę incipit,(non ergo,)ibi(.l.2.§.furioſus,)
b dic, ꝙ qñ requiritur verus conſenſus,tunc furioſus,[b] & abſens
æquiparantur.ita loquuntur contraria allegata in gloſſ.& oēs.ll.
quę hoc dn̄t, ꝙ furioſus hr̃ pro abſente.Vbi vero non requiritur
verus conſenſus,ſed ſufficit non contradicere,tunc non ęqparā-
tur,quia furioſus habetur pro contradicente,& per ꝯn̄s pro non
conſentiente,vt hic,ſed abſens non,niſi caueatur de ratihabitio-
ne ipſius,vt in tertio caſu.¶In gl.fi.ibi,( vel ꝙ ēt filiæ noīe(hæc
10 vera , vt patet in l.contraria.† Sed quæ eſt ratio diuerſitatis,ꝙ ſi pr̃
agit de dote filia abſente cauet de rato,vt hic.& d.l.non ſolum.§.ſi.
de dote.de procu. ſed ſi agit actione iniuriarū pro iniuria facta fi
lio,non cauet de rato,ſiue intentat actionē ꝯpetētē ſibi,ſiue filio
ꝯpetētē,vt in §.ſi pr̃.qui ſtatim ſequitur poſt illū §. ſi de dote.qđ
ēt hic tenet gl.& bn̄,gl.tñ hic non rn̄det,ſed dic ſm Pet. ꝙ actionē
iniuriarū tam competentē ſibi,q̃ filio pater remittere poteſt ꝑꝑ
eius odiū.l.ſi vnus.§.filio. ʃ.de iniūr.vnde ideo nō cauet, quia cau
tio non poſſet remitti,vt ſ.de procur.l.nō cogendū.§.fi. licet pro-
cura.patris bene caueat,ut l.ſi ſine §. fi. rem ratam habe. quia ipſe
non pōt actionem remittere,ſed actionē de dote pater remittere
non pōt in p̄iudicium filię.ut in §.pręcedenti,ideo cauet.

ADDITIONES.

a Præſentia.Adde in propoſito,quod dicit idem Pau.de Ca.in pſi. ſuo.214.
inci. ad primū quæſitum breuiter dicendū videt̄.vbi dicit , ꝙ ſi notarius
dicat in inſtr̄o.Actū pręſentib.talib.quòd ex vi ſermonis importat eos
fuiſſe intelligentes.Et adde qđ d.Signo.de homo.in cōſ.192.dicit , ꝙ ſi
curator ſit præſens actui,qui fit ꝑ minorē,quòd talis pręſentia habet̄ ꝓ
cōſenſu Adde tamē,quòd in teſte neceſſario non arguit intelligentiā,vt
hic,ꝑ Mod.quib.adde Alex.đ Imo,in cōſi.5.col.4.verſ.uidet̄ igitur:in cōſi
73.col.1.in prin.& in cōſi.74.col.2.circa med.in 1.vol.Ale.in coſi.183.
col.3.in 2.vol.& in cōſ.20.in 4.lib.j.col.Fran.Cur.

b Furioſus & abſens.Adde an æqparent̄ mortuo,vide Bal.in l.humanitatis.
in 8.col.C.de impu.& aliis ſubſti. & ꝙ furioſus æquiparet̄ abſenti.Adde
Bal.in l.2.§.furioſus.ff.de iure. codici.Bar.in l.2.§. dari autē.ſ.de proc.&
Bal.in l.furioſum.in fin.C. qui teſta.fac.poſ.Fran.Cur.

## LEX III.

1 *In dote communi patris,& filię,quomodo liberetur ſoluens ſpontè ſine cō ſenſu alterius.*

2 *Quando fit ſolutio alteri qui eſt particeps eiuſdem obligationis ,ſi conuer tatur in vtilitatem alterius,ſiue directò,ſiue per obliquum ipſo iure liberatur ab altero,& quid ſi non eſt particeps eiuſdem obligationis.*

3 *Coniuncta perſona licèt poſſit agere,ſine mandato cauendo tamen de rato,non tamen poteſt ſolutionem recipere,etiam ſi de rato uelit cauere.*

4 *Licet aliud ſit exigere,& quid importet iſtud uerbum , & aliud ſit ſolutionem recipere,quia primum fit a coacto,ſecundum a ſponte ſoluente, tamen ille qui habet mandatum ad exigendum,poterit recipere ſolutionem a ſponte ſoluente.*

5 *Adiectus ad ſolutionem recipiendam non poteſt agere.*

*Procurator ad agendum non poteſt ſolutionem recipere , quia aliud eſt agere,& aliud exigere.*

*Habens mandatum ad exigendum,poteſt petere executionem.*

6 *Actio de dote eſt communis inter patrem , & filiam , eo modo quo inter plures legatarios coniunctos re tantum,eſt communis actio ex teſtamento pro eadem re.*

7 *In ſingularem ſucceſſorem non tranſit actio directa , licèt poſſit tranſire vtilis per ceſſionem.*

8 *Alter ex duobus reis credendi,qualiter poſſit agere ſine conſenſu alterius cauendo,vt hic,& alteri præiudicare,non ſic pater ſine uoluntate filiæ, uel econuerſo.*

1 NOn ſolum. † In dote,q̄ communis eſt patri,
& filiæ ſolutio ſpontanea facta
vni,ſine conſenſu alterius , non liberat ſoluentem ab
altero,niſi pecunia ſit conuerſa in vtilitatem alterius
directò,vel ꝑ indirectum.h.d.cum l.ſeq.¶In tex.ibi,(nec alterius,)
niſi ſolutio facta fuiſſet patri non exiſtenti turpi perſona,& ſic filia
non hn̄te cām ꝯdicendi,nam ſoluens eſſet liberatus, & licet pr̃ po
ſtea efficeretur pauper,& ſic filiam non poſſet in ſcd̄o matrimo-
nio dotare,non reincideret maritus in obligationem , & ſic eſſet
effecta deterior ꝯdō filiæ,vt dixi.ſ.l.proxi.§.ꝙ ſi in patris.in gl. quę
incipit,morte.Item niſi fuiſſet facta ſolutio ſoli filiæ ex cauſa tamē
a iure permiſſa.vt ʃ.eo l.quamuis.& l.ſi cum dotem.§. j. in fi. quia
pater cogeretur iterum dotare,& ſi effecta eſſet eius conditio de
terior.debet ergo intelligi,qñ ſoluit patri filia contradicente exp̄ſ-
ſe,vel tacite,& habente cām contradicēdi,ſm ea, quæ dicta ſunt.
in §.præcedenti,vel qñ filię,non ex cā a iure ꝑmiſſa. ¶ In gl. ſeq. in
fi.ibi,(doli mali exceptio)dic, ꝙ loquitur de exceptione intentio-
nis.nam ipſo iure liberat̄ a filia,poſtquam in eius vtilitatem dos ſo
luta patri fuit conuerſa.ſicut econuerſo,vt l.præcedenti. in fi. Aliq̄
dicunt ꝯrium,quia in l.præcedenti recta via conuerſa fuit in vtili-
tatem patris.quia filia patri reſtituit.hic per indirectum qa pr̃ non
reſtituit filiæ ſed tradidit pro ea ſecūdo viro, ar.in l.ſi opera.de do-
2 li except.† Doct.tenent contrarium,qa qñ fit ſolutio alteri,qui eſt
particeps eiuſdem obligationis,ſi conuertatur in vtilitatē alterius
ſiue directò,ſiue per obliquum ipſo iure liberat̄ ab altero. ita loq̄
tur hic,& facit l.ſolutum.§.ſolutā.de pignoratitia actio.Sed qñ nō
eſt particeps eiuſdē obli.tūc bene eſt verū, ꝙ diſtinguit̄.an directò
liberet̄ ipſo iure,an ꝑ obliquum,& tunc ꝑ exceptionem , in d. l. ſi
3 opera.† Et alle.iſte text.primo, ꝙ licet coniuncta ꝑſona,[a] poſſit age
a re pro coniuncta a ſine mandato, cauendo tñ de rato. vt l. ſed.&
hæ.in prin.de proc.& l.exigendi.C.eo.titu.nō tñ pōt ſolutionem
b recipere,[b] etiam ſi de rato velit cauere:nam nulla eſt maior coniū
ctio,q̃ inter patrem,& filiam,& tamen hic patet, ꝙ pater non pōt
recipere ſolutionem ſine voluntate filię,etiam de eo , quod cōi-
ter vtrique debet̄:multominus.ſi filiæ tm̄,nec econuerſo. ad hoc
ēt allegat̄.l.2. ʃ.vt leg.no.ca.Ratio eſt in promptu . Nam ideo pōt
coniuncta ꝑſona agere pro coniuncta,quia hoc non poteſt ten-
dere in præiudicium illius,ſi enim obtinebit,ſn̄ia illi ratum habenti
proderit,ſi autem ſit lata ſn̄ia ꝯ eum,ſi nolet ratum habere, nō no
cebit,vt l.3.ver.ſed ſi fortè. ʃ.iud.ſol.ſed ſoluto poſſet alteri præiu-
4 dicare,ſi pecuniam conſumeret.† Allegat̄ etiam iſte tex.in prin. ꝙ
cum aliud ſit exigere,aliud ſolutionem recipere,quia primum fit
a coacto,ſm a ſponte ſoluente,vt hic in gl.prima, ꝙ ille,q̄ hēt man
datum ad exigendum,non poterit recipere ſolutionē a ſponte ſol
uente,& hoc vr̃ tenuiſſe.Spe in ti.de proc.ꝯrium tñ cōiter tenent
Doc.per legem non abſtulit.C.de noua.& ſol.l.induitū, qa a dn̄o
cenſet̄ hr̄e mandatū.ſ.vt agat,& ſn̄iam obtineat,& ēt,vt executio-
nem

ADDITIONES.

a Coniuncta perſona.Adde gl.& ibi Bar.in l.ſi qs apud.in §.j.ff.iudi. ſolui. &
intellige hoc uerū,niſi in requirentib.ſpeciale mandatum.l. qui hominē.
§.ſi generi.inf.de ſolu.tenet Bal.in l.1.C.quib.res iud.nō nocet Cy.& Do
cto.in l.exigendi.C.de proc.ita p̄ceptor meus d.Soc.in conſi.120.colu.2.
poſtremo.in conſi.231.col.2.ver.circa ſecundam, & col. ſeq.uer. poſtre-
mo.& in conſi.254.col.2.ver.2.ratio.Fran.Cur.

b Solutionem recipere.Adde tex.& ibi Do.in l.q̄ aliena §.quanquā.inf.e.ti.
gl.& Bar.in l.vero ꝓcuratori.ʃ.de ſol.Bal.in l.filius.C.de pac.& in l.tutor.
in fi.C.de neg.geſt.& ꝑ Alex.de Imo.in ꝯſi.37.col.1.in 4.vol.Fran.Cur.

nem fieri faciat,qa hoc importat verbum exigere,& ſi dedi man-
datum ad recipiendum a coactè ſoluente, cenſeor eadē rōne de
diſſe a ſponte ſoluente,de hoc vide p Bar.in l.de hoc iure.de ſolu.
5 & e.ti.l.ſi quis ſeruo.†In gl.ibi{non tñ eſt ita,)ſed quare,nō reſpō-
deo,quia adiectus ad ſolutionem venit nomine ſtipulantis, & ad
eius vtilitatem, & ex eius tacito mandato. eatenus ergo poteſt,
quatenus mandatū hēt.ſed ipſe hēt mandatum ad recipiendum,
ſolutionem,non aūt ad agendum,meritò pōt primū, & non ſm
ſicut econuerſo,procurator conſtitutus ad agendum pōt agere,
qa ad hoc hēt mandatum,ſed non pōt ſolutionē recipere, qm̄ ad
hoc mandatum non hēt,vt l.hoc iure.). de ſol. & ſtatim ſequitur
in gl.& ille,q hřt mandatum ad vtrunque,puta,ad exigēdum,poſ-
ſet vtrunque facere,ſed in patre,& filia non eſt ita,qa quilibet eo-
rum venit iure ſuo,& ex actione ſibi competente, non rōne man
dati,quòd habeat ab altero,tñ ne alteri fiat p̄iudicium,non pōt al-
ter agere ſine altero,& eadem ratio vertitur in recipienda ſolutio
ne,& iſta eſt ratio huius l.quod ſequiť.in gl.& eꝫ exigit, exponit.i.
agit.& ita loquiť lex,quàm gl.allegat,alias malè loquereť gl. Aliud.
n.eſt agere,aliud exigere,qui.n.hēt mandatum ad primum,pōt p-
uenire vſque ad ſñiam,ſed non pōt petere eius executionē. vt l. ſi
proc meus.de proc.ſed qui hēt mandatum ad exigendū pōt exe-
cutionem petere.¶In gl.ſeq.in prin.ibi dic,(quę.i.cuius actio,)iſta
expoſitio non eſt neceſſaria per id,qđ dixi.ſ.l.prox.§.ꝙ ſi in patris.
in gl.2.quæ incipit,id eſt actio de dote,vbi glo. ſenſit eandem op-
poſitionem,quàm hic.¶In gl.ibi, (pr̄ exercet ſuam partem filiæ)
ex hoc apparet,ꝙ iſta non eſt bona ſimilitudo,quia qñ plures sũt
hæredes vnius creditoris,inter quos actio eſt diuiſa, nullus corū
pōt deducere in iudicium,niſi partem ſuam,præterea non eſt ve-
rum,ꝙ ſit cōis pro diuiſo,immo cuilibet eorum competit inſoli-
dum,alias ſequereť,ꝙ qñ fit conſolidatio in pſonam alterius,dimi
dia,q̄ erat apud vnum,tranſiret de pſona illius in alterum', quod
eſſe non dēt,vt ). ſequiť in gl.j.ver.(ſm hoc.)¶In glo. ibi. {vt duo-
bus reis ſtipulandi}ſed nec iſta eſt bona,qa in duob.reis ſtipulandi
duę ſunt obligationes,& duæ actiones in pſona cuiuslibet de per
ſe,vt l.ea.in fin.infra de duob.reis,& not.eodē tit.l.3.p gloſſ.in fin.
ſed hic eſt vna tñ obligatio,& actio,vt dicit glo.ſ.l.prox.§.itē ſi vo
luntate.ſup ver. amiſſam. añ finem. dñt ergo Doc. ꝙ eſt cōis eo
mō,quo eſt cōis actio inter plures hæredes illius,q ſtipulatus eſſet
ſeruitutē indiuiduā,nā trāſmittit actionē pſonalem ad quemlibet
hæredē inſolidū,& tñ non eſt,niſi vnica,vt l.2.).de verb. obli. Sed
difficile eſt ꝯſiderare,qūo pōt hoc contingere in actione de dote,
q̄ cōpetit pro re diuidua.Nam ratione īdiuiduitatis hoc tolerať,ꝙ
vna,& eadē actio poſſit eſſe penes plures inſolidū, ſed qñ cōpetit
6 pro re diuidua,difficile eſt ſuſtinere †Vnde poſſet dici,ꝙ actio de
dote eſt cōis eo mō,quo inter plures legatarios coniunctos re-
tm̄ eſt cōis actio ex teſtō pro eadē re.Nam attenta voluntate te-
ſtatoris qlibet hēt rem inſolidum,& ſic actionē inſolidū,ſed faciūt
ſibi partes p concurſum,& altero iſtorum repudiante, alter hēt
totū p ius non decreſcendi,vt C.de caducis tollendis.§.ſinaūt diſ-
iunctim.& ita hic,& iſta erit conſolidatio,q̄ fit de vno in alterum,
qa mortuo patre,vel emancipata filia,ius,quod habebat pater,nō
tranſit ad filiam,ſed extinguitur,nec tranſmittiť ad hæredes,& ius
filię incipit aſſumere vigorem,tanq̄ nō impeditum ex iure patris,
& hoc eſt,quod ſtatim gl.voluit,ꝙ non ambulet actio de pſona
vnius in alteram.Nam hoc non reperiť,niſi in pſona vľis ſucceſſo
ris,vt in l.adhuc.§.ſi opera.de vſufructu legato.In ſingularem aūt
non tranſit actio directa,licèt poſſit tranſire vtilis per ceſſionem.
7 l.quis ergo caſus.de pecu.¶†In gloſſ.ibi, (ſed ſm hoc quare cauet
de rato,)q.d.ꝙ ille cauet de rato,q agit noīe alterius, & actione ꝯ-
ꝙ mulier debeat ali infra dilationem legalem, ſi omnes conceſſe-
runt, tum quia non reperitur iure cautum, quia dilatio debet pro
deſſe hæredibus viri, quibus à l. datur, vt patet ff. eod. l. ſi conſtante.
§. quoties. ſed hic eſſet oneroſa: tum quia debitor in diem non te-
netur alere interim creditorem. Sed his omnibus non obſtanti-
bus opi. glo. comuniter tenetur, & eſt ſpeciale in debitore dotis,
quia deſtinata eſt ad onera alimentorum mulieris; vt ff. eo. l. ſi cũ
dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. Eſt aduertendum, quia ſi ſoluere
tur ma. morte mulieris, hæredes eius non haberent hoc priuile-
gium, vt deberent alimẽtari interim à uiro, quia iſtud concernit
duntaxat perſonam mulieris, arg. C. de priui. do. l. vnica ideo gloſ-
ſa hic non ſine myſterio dixit, ſi ſuperſtes mulier ſit alenda &c.
Item inquantum dicit ſi non habet vnde ſe alat, etiam bene dicit.
nam hoc eſt regulare in eo, cui debentur alimenta ex diſpoſitio-
ne legis, vt ita demum poſſit ea petere, ſi non habet vnde ſe alat.
melius dixiſſet officio iudicis. pone enim, ꝙ deberentur ex ſtatu-
to obligante, vt per Bar. in l. libe. quos. §. ſ ff. deli. agno. & in l. ſi quis
à liberis. poſt prin. ibi (ſed ſi filius &c.) ſecus ſi deberentur ex di-
ſpoſitione vltimæ voluntatis, quia poſſunt relinqui etiam diuiti, vt
6 in eo. tit. ff. de ali. & cib. le. † Et per iſtam glo. dico, ꝙ ſi mulier infra
annum non petijt ſe alimentari, quòd lapſo anno, nõ poteſt pete
re alimenta temporis præteriti, poſtquàm aliunde alimentata eſt,
niſi petijſſet, & hæredes fuiſſent in mora, & propter hoc oportuiſ
ſet mulierem recipere pecuniam mutuo, & ſe alimentare, tunc
ratione moræ tenerentur. Tene menti, quia quotidianum eſt, &
millies videbis de facto. Circa tertium dum glo. dicit, quòd hære-
des viri, propter onus alimentorum lucrentur fructus anni: iſtud
uidetur deſtruere multos text. & ſpecialiter uidetur contra §. nõ
ſolum. ff. ea. l. vbi in dote erant animalia reddentia fructum, & iſto
tempore in talibus maritus, vel eius hæres, habebat dilationem le
galem annua bima trima die, cuius loco ſuccedit hodie annus, &
tamen ibi dicitur, quòd fructus vltimi anni veniunt diuidendi, &
pro rata qua durauit mat. ſunt uiri, pro alia reſtituuntur vxori. pro
hoc etiam facit §. fructibus. C. de rei uxo. act. vbi habetur, quòd
omnes fructus percepti poſt ſolutum mat. reſtituuntur vxori.
Cy. in §. exactio. multum ſe inuoluit, & Bar. ff. eo. l. ſi conſtante.
§. quoties. Breuiter ille §. fructibus non obſt. quia loquitur de fru-
ctibus rerum immobilium, in quibus non habet locum dilatio,
nec etiam onus alimentandi, & per conſequens nec lucrum uiri.
Item ad §. non ſolum. poteſt dari clara reſponſio, ꝙ debet intelli-
ligi eo caſu, quo mulier petijt, vel petere non potuerit ſe alimen-
tari, & tunc fructus diuiduntur, ſed quando alimentatur, rema-
nent omnes apud uirum per iſtam gl. Eſt aduertendum, quia du-
plex eſt annus. ſcilicèt ille infra quem ſoluitur ma. Item ille poſt
ma. ſolutum datũ à lege, & poteſt eſſe quòd de primo non ſu-
pererat, niſi duo menſes, vt quia contractum fuit in calen. Ianua-
rij, & ſolutum in calẽ. Nouemb. iam perceptis fructibus à ma-
rito, de quibus ſexta pars veniret reſtituenda mulieri ſecundum
iſtas ll. ſed ſi petijt ſe alimentari non reſtitueretur. Item de anno
ſequenti, qui datur à lege, ſuperſunt x. menſes vltra illos duos, in-
fra quos etiam hſdes mariti recolligent alios fructus, vſque ad
calen. Nouemb. proximè ſequentis, & illos etiam habebunt ipſi
hæredes ſecundum hanc gl. quod videtur abſurdum, ſi fortè mul
tò plus aſcendunt, quàm ſint onera alimentorum. Bar. autem in
§. quoties. videtur velle, quòd nullos lucretur, ſed omnes haberet
reſtituere, ſi non ſubſtineret onera alimentorum, reſtitueret fini-
to tamen anno, & propter hoc commodum dilationis, quod ha
bet, quia interim vtitur fru. debeat ſuſtinere onus alimen. Nam
& ſi fructus non perciperet, quia dos conſiſteret in pecunia pro-
pter commodum dilationis duntaxat ſuſtinet onus alimento-
rum. Sed dominus Ang. tenet hic, ꝙ quando ex dote percipiun-
tur fructus eatenus lucretur de fructibus, quatenus in uxorem
exponit pro alimentis, vt ſic potius de ſuo alimentetur, & reſiduũ
eidem reſtituat, & hoc placet, ar. ff. e. l. inſulam. §. j. finito autem an.
no ſi hæredes incæpiſſent miniſtrare alimenta, poſſet mulier pete
re, quòd perſiſterent quouſque dos ei reſtituatur, quia non de-
bent hæredes eſſe melioris conditionis finita dilatione legali
poſtquam incipiunt eſſe in mora, quàm, ea nondum finita: ſed ſi
non cæpiſſent miniſtrare alimenta, non poſſet vxor petere ea ſi-
bi decerni, cum poſſit petere ipſam dotem, ſicut videmus, quòd
qui poteſt petere ſortem, non poteſt petere vſuras futuri tempo
ris, vt l. j. & ibi plenè not. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. Sed ſi pete-
ret dotem, & hæredes eſſent in mora reſtituendi, non poſſet mu
lier petere vſuram ratione moræ ſm Inn. in c. ſalubriter. de uſu-
ris, & Bar. ff. e. l. inſulam. §. uſuras. nec etiam alimenta ratione mo-
ræ, quia ſaperent vſuram, ſed poſſet petere intereſſe, ſi probaret,
quòd ſi pecuniam habuiſſet, emiſſet prædia, ex quibus fructus
percepiſſet per ea, quæ no. in l. ſocium qui in eo. in princ. ſ. pro
ſocio. uel ſi potuiſſet ad licitam mercantiam, ut in c. per noſtras,
7 de do. inter uir. & vx. † In aliquibus tñ locis ſunt ſtatuta, ꝙ mulie-
ri debeantur quinque pro centenario pro alimentis, ita credo, ꝙ
ſit bonum: ſed eſt dubium, an cum bona conſcientia poſſit illud
mulier petere, cum ſtatutum, vel lex, non poſſit permittere ali-
quid ultra ſortem? & puto, ꝙ ſi nõ habebat, vñ ſe aliunde nutriat,
ꝙ poſſit illud licitè petere fauore alimentorum, als ſecus, & iſtud
habui de facto, & frequentiſſimè contingit. Bar. autem videtur
hic tenere, ꝙ quando hæredes mariti prę̨ſtant alimenta infra an-
num, oẽs fructus dotis interim pceptos lucrentur, ẽt ſi excedant
onus alimentorũ, ſicut lucraretur maritus, ſi viueret, cuius loco
hæredes ſuccedunt, quia onus eſſet maius, vel etiam nullos fru-
ctus perciperent, vt quia dos conſiſteret in pecunia, tenerentur
alimẽtare. & ſcd̃m hoc vr̃ illud, ꝙ ipſe idẽ no. in l. ſi conſtante. §.
quoties. ff. eo. ne igit̃ ſibi ꝯrietur, debebit intelligi, qñ mulier non
fecit ſe alimentari, & tunc hæredes non habent, niſi commodum
vſus, & finito anno reſtituent fructus Sed præcedens opi. vide-
tur melior, nam maritus lucratur fructus ſiue ſuſtineat onera
ma. ſiue per eum non ſtet quominus ſuſtineat, nimirum ſi lucra
tur omnes, etiam ſi excedant, ſed hæredes eius non lucrantur, niſi
ſuſtineant onus alimentorum, ẽt ſi per eos non ſtet ſecundum ea
quę ſ. dixi. lucrantur igitur eatenus, quatenus ſuſtinent, ut ſic
limitata cã limitatum producat effectũ, arg. l. ita aũt. in prin. & §.
j. ff. de admi. tu. Dy. autem formauit hoc dubium, & non ſoluit.
8 † Item ſcias, ꝙ qñ vidua nõ habet vñ ſe alimentet, etiam ſi nullam
dotem habuit: uel etiam ſi dotẽ ab hæredib. recuperauit, etiam ſi
fortè perempta eſt, poteſt petere ſe alimentari, ſi hæredes mariti
pñt, quia cenſetur eſſe in co. matri. quouſq; ſtat in uiduitate. & uo
luit Rich. Mal. notabiliter, ut no. Cy. in ſ. fi. C. de bo. mater. No-
9 tandum etiam, † ꝙ quando mulier petit alimenta infra annũ, dẽt
ſtare in domo cum hæredib. viri ſi põt honeſtè, ut quia ſunt fi-
lij eius, & ipſi hoc petunt, quia ſic facilius erit eis alimentare, ſe-
cus ſi eſſent extranei, qui poſſent eius pudicitiæ inſidiari, & idem
ſi eſſent, tamen cum eis commodè ſtare non p̃t, quia habent uxo
res, cum quibus pacificè viuere non poteſt, & hoc uoluit Spe.
in ti. qui fi. ſint legi. & tunc miniſtranda ſunt alimenta extra do-
mum. Hoc uerum, quando petit ex mera diſpoſitione legali. ſi
autem fuiſſent ſibi relicta alimenta à viro, niſi dixiſſet expreſsè in
domo cum hæredibus, non cogeretur cum eis ſtare, etiam ſi cõ
modè poſſet, & idem in quocunq; cui alimenta eſſent relicta in
teſtõ, vt eſt caſus ſecundum unam lect. in l. iiij. in fi. de alim. & cib.
10 leg. ¶ † Vltimò ſcias, ꝙ qñ recipit alimenta in domo hæredum, te-
netur eis operari de omni opere, ꝙ ſcit facere, vt puta filare, ſue-
re, texere, & ſilia, vt eſt gl. no. in l. ſicut. ff. de ope. li. & ſi propter ca
ſus, de quibus ſ. non poſſet ſtare in domo cum eis, debent mi
niſtrare alimenta extra domum deducta æſtimatione opera-
rum. Sed ſi peteret alimenta in teſtõ relicta, etiam ſi reliquit eã
in domo cum hæredibus, non tenetur tales operas præſtare.
imò poteſt filare, ſuere, texere pro ſe, & expenſis hæredum, tñ
tenetur ad coæqualia ſeruitia, ſicut alij de domo, puta facere
coquinam, parare menſam, aptare lectos, & ſimilia, quia non
debet ſtare tanquam corpus mortuum, verba ſunt Bal. notabi-
lia in l. j. C. de le. & ita intelligit ipſe quòd no. Bart. in l. Caio. de
ali. & ci. leg. & hoc aliquantulum tangit. Sed breuiter gl. mag.
quæ incipit, ideſt tres, tota laborat ſuper hoc, quòd dicitur
de quarta portione mercedis, quòd uenit in contributione, &
format quinque queſtiones. Prima vſque ibi (ſed quare pro pri-
mo menſe. ( Secunda uſque ibi, (item cum tota. Tertia uſque
ibi (item an ſine ceſſione.) Quarta vſque ibi, (item ſiue dicas,)
Quinta uſque in fi. gl. & ſuper tertiam plus inſiſtit, & finaliter te-
net opinio. Azo. poſitam in verſi. Azo. & Roge. Tu autem
vt clarius pateat glo. procede per alium modum. Nam primò
quæro quare tota vindemia diuiditur, & uenit in contribu-
tionem? gloſ. hic circa princ. & etiam ibi reſpondet, quia totus
ille eſt perceptus: uult quòd imò tota contribuitur, quin tota illa
percepta eſt per virum. hoc non placet, quia fructus anni non
integri diuiduntur, ſiue ſint percepti per virum, vt ſupra l. prox.
ſiue percipiuntur per uxorem, cum fundus plenus fuit, reſtitu-
tus. ff. ea. l. §. interdũm. in princ. Dic ergo, quòd ideo tota uinde-
mia contribuitur, & diuiditur, quia percepta eſt infra annum
quo ma. diſſoluitur. ¶ Secundò quęro quare contribuitur etiam
quarta pars mercedis? Rñ. in hoc eſt bona illatio, quòd ideo con
tribuitur, quia cenſetur percepta per maritum, cui erat debita
pro illa quarta parte anni, quæ tranſiuerat, & propter hoc fingitur
percepta per eum. Si autem non locaſſet, tunc de vindemia futura
nihil contribueretur, quia nihil eſſet debitum marito. præterea &
idem dicit Barto. not. ſi locaſſet non ad numos, ſed ad partem
fructuum, quoniam haberet in ſe conditionem, ſi fructus naſcan
tur l. interdũ. de ver. ob. & añ ꝯditionis euentum nihil dr̃ ſibi debe
ri. l. cedere diem. de ver. ſig. Sed qñ numos deberet purè, li-
cèt habeat diem. ſ. in fi. temporis. Et per hoc etiam ſequitur, ꝙ ſi lo
catio non duraſſet, niſi vno menſe, quia locaſſet in calendis
Ianuarij, & in fi. eiuſdem menſis eſſet ſol. ꝙ non contribuere
tur, niſi pro xij. parte. ¶ Tertio quæro quid ſi maritus ſtatim
cum uineam recepit in calendis Octobris ipſam locauit pro

anno

anno futuro,& ſic durauit locatio quatuor mẽſibus, ſicut & ma
trimonium.gl.hic in prin.dum dicit aliud ſi prius locaſſet, innuit,
ꝙ contribueretur pro tertia parte:cõtrarium puto,quia iſta loca-
tio fit pro cultura anni ſequentis,& ſic non incipit,niſi vacuata vi
nea,& in illud tp̃s cenſetur collata.¶Quarto quæritur,quare non
contribuitur tota penſio,ſicut contribuitur totus fructus ſeu vin
demia,vt ſic habeat tertiam totius penſionis,ſicut habet tertiam
totius vindemiæ.hoc.n.videtur debere dici per §. ex cõtrario.vbi
caſus.vel ſi non vis fateri,ꝙ lucratur tertiam totius, quare non ſal
tem quartam totius,cum pro illo tempore quo durauit locatio,
durauerit etiam matrimonium?Glo.omiſſa rñſione ad hanc ſe-
cundam in 3.q.glo.reſpondet ad primam, ꝙ non contribuitur to
ta penſio,quia non cenſetur tota percepta ſicut eſt percepta tota
vindemia,ſed vt dixi vindemia non contribuitur, quia ſit perce-
pta per virum,ſed penſio benè contribuitur, quatenus fingitur ꝑ
cepta,per virum,ſed non fingitur,niſi pro rata qua durauit loca-
tio.Sed contra,quia etiam pro tempore ſequenti cenſetur perce-
pta,cùm maritus habebat pro illo tempore actionem, & qui a-
ctionem habet,rem habere videtur,vt l.qui actionem.de reg.iur.
gl.ad hoc reſpondet tribus modis,& nulla eſt bona, quia ſi illę rñ-
ſiones procederent, etiam pro quarta parte non contribuitur,
cùm etiam in illa locum habeant,nec etiam in §.ex contrario.cu-
ius tamen contrarium ibi dicitur,nam & ibi vigerent eædem ra-
11 tiones.†Not.tamen vnum ad quod ſemper alleg. iſta glo. ꝙ ſin-
gularis ſucceſſor,quando ſuccedit ex neceſſitate,tenetur ſtare co
lono,ſecus quando ex voluntate,vt l. emptor. ff. loca. & ſic limi-
tat illam l.per quod plures queſtiones ſoluuntur,quod dic,vt no.
infra eo.l.ſi filio.§.fi.per Bar.Io.igitur non videns rationem diuer
ſitatis quare contribuatur tota vindemia,& non tota penſio fate
tur,quòd etiam tota penſio contribuitur,vt in §. ex ꝯtrario. Nec
obſt.iſte tex.qui dicit de quarta parte, quia verum eſt, ꝙ quarta
pars tantum contribuitur re,ideſt de præſenti,ſed reliquę tres par
tes,ſcilicet nouem.contribuuntur ſpe,ideſt cum effectualiter de-
bebuntur,puta finito tempore locationis.Sed contra iſtam opin.
Io.vt intelligas aliqua verba obſcura,quę hic ponuntur in gl. op-
po.quòd non ſit poſſibile,quòd contribuantur nouem, quæ re-
ſtant etiam ſpe,ſed duntaxat octo,quod ſic oſtenditur. Illi tãtum
fructus veniunt diuidendi,qui percipiũtur intra annũ quo matr.
ſoluitur,ſi quid verò ꝑcipitur extra illum annum,non venit in di-
uiſione,ſed ad mulierem inſolidum pertinet,hoc vult gl.in ver.ap
paret.ſuper ver.venire.in fi.dum dicit finito in vltimo anno perce
pti reſtituuntur,quæ eſt notabilis,& vera.Modò ſi locatio fuerit
facta pro xij.aureis cuilibet menſi de anno locationis attribuitur
unus aureus:tranſiuerunt autem de anno locationis tres men-
ſes,reſtant nouem,& nouem aurei,vltimus menſis anni locatio-
nis erit menſis Octobris ſequentis,cùm fuerit facta in calẽdis No
uembris.Ille ergo nonus aures,qui attribuit̃ illi vltimo menſi, vr̃
percipi extra annum ma.quoniam annus ma.finit̃ in calen. Octo
bris,& ſic ille menſis Octob.licèt ſit de anno locationis, non eſt
de anno ma.ergo ille nonus aureus non venit in contributionẽ:
malè ergo dixit Ioan.quod tria contribuuntur re, nouem ſpe.de
buiſſet enim dicere octo ſpe.Ioan.hoc fatetur dicens,quòd con-
tribuuntur nouem,vno menſe detracto,quòd eſt dicere.i. octo,
nam tantum valeret dicere octo, quantum nouem vno detra-
cto.ſi enim contribueretur ẽt ille nonus,oportet facere,quòd il-
le nonus menſis eſſet de anno matrimo. & ſic faceremus annũ
de xiij.menſibus:ne igitur hoc fiat dicendum eſt,vt dixi.!Vel dic,
ut dixit Ioan.quòd integra nouem nullo dempto contribuũtur,
quia ille nonus aureus non attribuetur menſi Octo. ſcilicet qui
eſt extra annum matri.ſed attribuetur partim quatuor mẽſibus
de octo,qui reſtant de anno matrim.& partim alijs quatuor mẽ
ſibus eiuſdem anni,reſtant enim octo menſes,quos diuide in his
quatuor,& primis quatuor attribue quatuor aureos cum dimi-
dio,alijs quatuor alios quatuor aureos cum dimidio, & ſic non
erit annus de xiij.menſibus.hoc uoluit Io.per obſcura verba. Br̃
iſta fuit vna fantaſia,& eſt contra iſtum text.qui uult ꝙ quarta tñ
pars penſionis contribuatur.Dic ergo,vt dicit Azo. ꝙ ideo non
ꝯtribuit̃ plus,qa maritus ꝑcepit integros fructus vnius anni,vnde
uix põt tolerari,ꝙ aliquid contribuatur de hac penſione anni; ſi
non locaſſet,nihil haberet:ſed hoc ſtatuitur hic ꝑꝑ diligentiam,q̃
habuit maritus in locando,& quia impleuit contractum patien-
do pro tempore quo durauit matrimonium, eo uero finito,nõ
implet ipſe,ſed mulier, ideo mulieri integra debetur, ſecus ſi nul-
los fructus maritus accepiſſet,vt in §.econuerſo. quia tota contri
12 bueretur.¶†Sed quæro hic extra glo.quid ſi matrim. duraſſet to-
to anno,& ſic eſſet finitũ in calendis Octobris ſequẽtis, certè ma
ritus lucrabit̃ totam vindemiam p̃teritam,& de penſione vinde-
mię percipiendæ in Octobri ſequẽti habebit vndecim partes, qa
pro xj.menſib.impleuit ꝯctum patiendo.& xij.pertinebit ad uxo
rẽ:qđ vr̃ mirabile,qa ſic habebit quaſi integros fructus duorum
annorũ,& tñ non ſuſtinuit onera,niſi pro uno.Sed rñdeo,ꝙ im-
mo cenſet̃ fructus vnius anni,quaſi ſit vberior alijs annis ꝑꝑ indu
ſtriã mariti vt hr̃ in fi.huius gloſſ.licèt.n.reſpectu culturę ſint anni
diuerſi,tñ reſpectu matrimonij dr̃ unus annus a calendis,quibus
fuit contractum,uſque ad ſequentes calendas eiuſdem menſis,ex
quo ſequitur vnum mirabile,ſi calendis Octobris recepit vineã
plenam:& percepit:vindemiam,poſtea in anno ſequenti vuæ ci-
tius maturatæ ſunt,& in ſequenti menſe Septembris nulla indu-
ſtria,vel malitia habita,ſed ſecundum communem curſum rece-
pit aliam vindemiam,& in calendis Octo. ſolutum eſt matrimo.
& ſic anno integro durauit:& intra eundem annum duplicem
recolligit vindemiam,ſcilicet primo mẽſe,& vltimo ambas lucri-
faciet inſolidum,quaſi ſint fructus vnius anni,& ita ſentit Iaco. de
Arena,per id quod no.in iſta gloſ.in fin.quod no.quia ſubtile eſt,
& econuerſo,ſi tardius maturent̃, vt ſi mulier percepta vinde-
mia in menſe Septembris traderet vineã vacuã,& in ſequenti an
no vuæ non eſſent maturæ in menſe Septembr.immo oporteret
differre uindemiam ad menſem Octobris: & in calendis Octob.
ſolueret̃ matri.iſte vir nullos fructus reperitur ꝑcipere intra an-
num matri.quid ergo lucrabitur? videtur,ꝙ de nihilo per iſtam
glo.ſuper ver.venire.dic contra iſto caſu per aliam gl quę eſt in §.
item ſi meſſes.ſuper ver.ſequantur.in fi.quæ vult, ꝙ qñ per mari-
tum nulli fructus potuerunt percipi intra annum mr̃imonij non
rõne ſterilitatis,ſed alia rõne,dẽat habere de fructu ſequentis ſcḋm
quòd Bar.illam glo.diligenter not.lucrabitur ergo totam vinde-
miam ſequentem.tene menti:cętera dic,ut in gloſſ.& per Bartol,
ſed plenius quàm ipſe,& clarius declaraui.

---

1 *Compenſatio,quòd poſſit obijcit de parte fructũ vxori reſtituenda,ad res donatas,vel amotas per ipſam vxorem reſtituendas.*
2 *Donatio facta per maritum vxori cõſtante matrimonio ſi ſecuta eſt tra ditio,confirmatur morte mariti,& quid ſi fiat diuortiũ vel vt hodie ſeparatio thori,propter adulterium mulieris.& uide nu.4.*
3 *Aliud eſt dos,& aliud eſt res dotalis.*
*Compenſatio quid ſit.*
4 *Mulier ꝙ poſſit obijcere compenſationem,uel retentionem uiro agenti cõ tra eam,de eo quod uir ſibi debet.*
*An uir poſſit obijcere uxori repetenti.*
5 *Compenſatio põt obijci de uno genere ad aliud genus,ſicut de pecunia ad pecuniam,& quid ſi aliud genus eſt diuerſum.*
6 *Pro fructib.debitis,q deſierunt extare,quãdo debeatur quãtitas, & quã do pretium eorum,& quando poſſint condici ipſi,uel æſtimatio.*

1 §.Ob donationes. ¶†De parte fructuum reſti-
tuenda uxori,põt obijci com
penſatio ad res donatas,uel amotas per vxorem reſtituendas ui-
2 ro.h.d.†Et p̃mitte id,quod habetur in gl.j.quod eſt,ſi maritus do
nauit vxori conſtante matrimonio,certum eſt,ꝙ non valet do-
natio,ſed morte donantis confirmat̃,ſi præmoriatur, ſed ſi fiat di
uortium,cenſet̃ reuocari,& ſic morte non confirmat̃ l. cum hic
ſtatus.§.ſi diuor.de don.inter vir.& vxo.Intelligo tñ hoc uerũ, ſi
fiat diuortium mala gr̃a.i.ex indignatione.ſecus ſi bona in con-
cordia ſcḋm Dy.hic vt ).de aur.& arg.leg.l.3.in ſi. Et iõ hodie cũ ñ
poſſit fieri diuortium,ſed bñ põt fieri ſeparatio thori ꝑꝑ adulte-
rium mulieris,& illa non fit,niſi ex mala gr̃a,donationes factę ꝑ
virum vxori,eo ipſo cenſent̃ reuocatæ, & non confirmant̃ po-
ſtea viro ꝑmoriente:ẽt ſi fuerit proceſſum ad traditionẽ.ſi.n.non
fuiſſet ad hoc proceſſum clarum eſſet,ꝙ non confirmaret̃ ẽt do-
nante p̃mortuo,ut in l.Pap.de don.inter uir.& uxor. ſufficit ẽt fi-
cta traditio,iuxta ea q̃ habent̃:& no.per glo.& Doc. in l.2. C. de
dote cau.nõ nu.¶In tex.ibi,(ex his)fructib.id eſt parte fructuũ:q̃
uenit reſtituẽda uxori ex donatione.¶In tex.ibi, ( qui poſt diuor-
tium ꝑcepti ſunt,)idem ſi conſtãte matri.ſi tñ ueniunt reſtituen-
di:ut quia ſunt percepti ultimo anno:quo ſolutum eſt matrimo-
nium,ſcḋm ea quæ dicta ſunt,s̃.¶In gl.q̃ incipit, (hoc eſt) contra ibi
non ſunt dos,licèt actione de dote petantur.Iſtud qđ dicit glo.p̃t
3 intelligi duob.mo.†Primo,quia dos eſt quædam uniuerſitas iu
ris,ſed fructus ſunt res corporales,& ſic aliud eſt dos, aliud res do
talis,ſicut aliud hęreditas,& aliud res hæreditaria:ut dixi s̃.cod. l.j.
& ita intelligit Bar.iſtam gl ſed lex allegata ꝓ ꝯria loquitur de ipſis
reb.dotalib. q̃ non poſſunt retineri ꝑꝑ res donatas, uel amotas,
non aũt de ipſa uniuerſitate iuris,in qua non cadit retentio.Secũ-
do mõ intelligit̃,ꝙ fructus rerũ dotaliũ ꝑcepti ſoluto mr̃imonio
nec ſunt dos,nec res dotalis:qa ꝯuertunt̃ in dotẽ:qa non eſt mr̃i-
monium nec ſperat̃ eſſe, ſecus in perceptis ante mr̃imonium ꝯ-
ctum:qđ ſperatur contrahi, ut ſupra.e.ſi ante:& iſto mõ intelligit
Bal.ſed non placet,quia añquam fiat reſtitutio, remanet adhuc
nomen dotis,& uniuerſitas iuris, ut dixi. ſupra e. reſponſo. ergo
poteſt recipere augmentum, ſicut ante matrimonium contra-
ctum,ut in l.fin.de fun.inſtrũ.& inſtru.lega.& iõ dico, ꝙ ſunt res
dotales,& augent dotem,ſicut percepti ante.Tertio modo intel-
ligunt quidam:ꝙ fructus non ſunt dos.i.non ſunt res principali-
ter in dotem datæ,ſed acceſſiones earũ:unde non habẽt illud pri
uilegium,quod habẽt res principaliter datę in dotẽ,ut nõ poſſint
teneri.Et iſte intellectus eſt in ſe notabilis, tamen gloſſ. alibi dat

aliam ſolutionem, ꝙ mulieri repetenti bñ poteſt obijci compen
ſatio etiam olim, vt hic, & ].eo.l.rei iudicatæ.§.j.ſed non retentio,
vt in l.ↄtria quæ non loquitur de compenſatione, ſed de retentio
2 ne, dr̃ aut compenſatio qñ hincinde dētur q̃titas: & ita intelligitur
hic in ſequēti ↄtrio gl.ſed retentio qñ hincinde eſt ſpēs, vel ex vna
parte ſpēs, ex altera quantitas, & iſtam ſolonem ponit gl. in l.ↄtria.
& in d.l.rei iudicatæ.§.j.].eo.licèt gl.in l.j.s̃.eo.in ſecunda glo.ante
fin.videt̃ hanc reprobare, dum dicit, item compenſatio non op-
po.ſed reprehendit̃ p Iac.de Are.quia lex q̃ gl.alleg.hoc non pro
4 bat, & hic probat̃ ↄtrium.† Collige ergo ex p̄dictis, ꝙ aut q̃rimus,
an mulier poſſit obijcere compenſationem, vel retentionem vi-
ro agenti ↄ eam, de eo quod vir ſibi dēt, & dicendum eſt, ꝙ ſic,
qa vir non reperit̃ in hoc priuilegiatus, ita pōt intelligi tex. hic ſm
vnum intellectum, quem ponit Bal. Aut ecōtra, an vir poſſit obij
cere vxori repetenti, & tunc aut q̃rimus, an poſſit obijcere com-
penſationem, quod eſt qñ hincinde debetur quantitas, & dicen-
dum eſt, ꝙ ſic, vt hic, & ].eod.l.rei iudicatę.§.j. ſm intellectum gl.
& Doc.nec iſti tex.reperiũtur in hoc correcti: aut quęrit̃, an poſ-
ſit obijcere retentionem, vt quia vir non eſt obli. ad quātitatem,
ſed ad ſpeciem, & tunc aut mulier repetit ipſas res principaliter da-
tas in dotem, & tunc poteſt hodie maritus obijcere retētionem',
licèt olim poſſet in actione rei vxoriæ de reb.donatis, vel amotis,
vt in l.j.§.ſed nec ob res.C.de rei vxo.act.hic allegata in gl. pro cō
traria: aut repetit fructus, vel partem eorum, & tunc ſecus, vt hic,
ſm alium intellectum quem ſupra tetigi, quaſi non habeant idem
priuilegium, qđ eſt notandum.¶In glo.ibi (ſolutio.) hic res amo-
tæ, & donatæ, & ēt fructus deſierunt eſſe. Intellige tñ, ꝙ fuerunt ↄ
uerſi in vtilitatem mariti, ſecus ſi eſſent perempti ſine eius culpa,
& non conuerſi in vtilitatem, quia eſſet liberatus ſi non fuit in mo
ra l.ſi ex leg.cā.de verbo.obli.& idem econuerſo in muliere quā-
tum ad res donatas, qa reuocata donatione, non tenetur vltra q̃
ſit locupletior, vt infra.eo.l.pen.§.j.ſecus quātum ad res amotas,
qa in illis cenſet̃ eſſe in mora, cum teneat̃ ex maleficio & ſic non
liberatur interitu, vt l.j.C.quòd me.cauſa ¶Sed op.ↄ glo. ꝙ non
requiratur, vt fructus deſierint eſſe, nam etiam ſi ſint in rerum nā
vr̃, ꝙ poſſit obijci compenſatio, quia nō ſolum de quantitate ad
quantitatem obijcit̃, ſed etiam de genere ad genus, vt ſi mihi de-
bes decem corbes frumenti in genere, & ego tibi alias x. vt not.
in l neque C.de compenſa.Sol.hic iſti fructus non debebantur, vt
genus, ſed vt ſpecies, qa certi, & determinati fructus fuerant per-
5 cepti vltimo anno.arg.in l.ſi certos nummos.].de leg.j.† Vel dic,
ꝙ de vno genere ad aliud genus ſimiliter benè pōt obijci compē
b ſatio,[b] ſicut de pecunia ad pecuniam, ita loquit̃ contrarium, & ꝓ
batur in l.j.& l.Titia amitæ.de auro, & argento lega.vbi pōt obi-
ci de pecunia argentea ad maſſam argenti, qñ habent ſimilitudi-
nem, ſed de vno genere ad aliud diuerſum: vt ſi debeo decē cor-
bes frumenti, vel decem aureos, tu vero decem corbes vini, licèt
valeant tantundem, non obijcitur compenſatio, ita intelligit Bar.
iſtam glo: quod eſt notandum, licèt glo. hoc non probet. vt dixi.
6 quia hæc debebantur, vt ſpecies, tamen nota.dictum ſuum.¶†Itē
adhuc op.dum dicit gl.ꝙ ſi fructus deſierunt extare debetur q̃ti-
tas. Nam immo vr̃, ꝙ debeantur ipſi fructus, & ipſi fructus poſ-
ſunt peti, vt C.de con.ex lege.l.mala fide. Sol. & tene menti ꝑpe-
tuò interdum qs recepit fructus ex re aliena licitè, vt maritus, ēt
pro ea parte quàm tenetur reſtituere, vel creditor habens rem
obligatam, & tunc ſi fructus conſumit in ſuam vtilitatem cōuer-
tendo, deſinunt ipſi fructus eſſe in obligatione, & incipit deberi
quantitas.ita loquitur iſta gl.not.& habetur in l.1. & 2. de pig.act.
& ad hoc benè facit.].ea.l.§.ſi fundum, ibi, ſed ſi vi tempeſtatis ce
ciderunt, dici oportet pretium earum & c.quod ibi not.in glo.&
iſtud eſt vtiliſſimum, quia ſuccedit oblig. ad illam æſtimationem,
quæ tunc temporis erat cùm fuerunt conſumpti, & illa tamen p̄t
peti, licèt poſtea accreſcat.l.hominem.ff.manda.cùm petatur iure
obligationis iuxta no.in l.vinum.ſi cer.per.& ſimiliter ſi decreſce-
ret æſtimatio, hoc non attenderetur, & ità dicit hic Bar.ſing.inter
dum recipit iniuſtè, & tunc non deſinunt deberi, licèt ſint con-
ſumpti: vnde poſſunt adhuc ipſi fructus condici.vt in d.l.mala fi-
de.poſſet etiam condici ęſtimatio per l.in re furtiua s̃.de cond.fur
tiua.vbi in obli.rem reſtitui ex cā iniuſta, re perempta, ſuccedit ob
ligatio ad ęſtimationem, licèt etiam ipſa res poſſit peti, vt eo. titu.
l.4.& ideo videat actor quid ſibi eſt vtilius. Nam ſi hodie plus va-
lent fructus, petat fructus, & quia non poſſunt reſtitui, condem-
nabit̃ ad æſtimationem, q̃ eſt hodie. Si autem minus valent, petat
æſtimationē, q̃ erat tpe ↄſumptionis: hæc vera qñ a principio in-
ceperunt deberi fructus vt ſpecies: ſi aũt, vt quantitas, vt ſi mutua
ui tibi decē corbes frumenti, quo caſu obligaris ad tantundem in
quantitate, licèt licitè percipias, & conſummas, non ſuccedit ob
ligatio ad quantitatem, immo remanes obligatus ad tantundem
in genere, ita not.Bar.& ibi omnino vide in l.cum qui.].de his q-
bus, ut indig.

ADDITIONES.

a Adde ꝙ Bal.ait compenſationem debitorũ hincinde ſolutionis loco eſſe
cōputationem in l.fi.1.q.C.de compenſa.& eandē ueram dicit ſolutionē,
habes in l.4.ff.q potio.in pig.hab.& Pau.ipſum in cōſ.35.& Bar.hic opp.
1.& in l.confert.§.qui compenſationē.ff.de iur.fiſ.& ibidē Alex. & Bal.in
l.ex cā.ſub princi.C.de compenſa.l.idē.§.ſi ignorantes.ff. mand. quod li-
mitandum eſt ſm eundem Bal.in l.ea.in fi.C.de cōpenſ.& p Bart. in l.Iul.
la prima ad fi.ff.de cond.& demon.

b Compenſatio. Adde in quib.caſib.fit vel non fit compenſatio, vide Cy.in
l.ſi.C.de compenſa.& gl.in c.ſuborta.de re iudi.

---

1 *Præſens §.quomodo intelligatur, & in quo uendicet ſibi locum.*

2 *Quando ex eodem fundo recolligitur in anno duplex fructus diuerſus, ſcilicet meſſis, & vindemia habentur pro vno fructu vnius anni, ſecus ſi idem fructus.*

3 *Quid ſi recollecto frumento ſtatim colunt terram, & ſeminant miliũ, aut lupinos, & recolligunt de menſe Septembris.*

4 *Quid ſi vno anno ſeminaretur frumentum, alio ordeũ, in tertio quieſceret. Si prælatus locauit fructus ſuæ prælaturæ ad decennium, uel aliud tempus quòd conductori non debeat illud, quod conſueuit dari prælato in eius aduentu.*

1 §.Quod in anno. †Quod dicitur in anno, vt pro-
rata, qua durauit matri. vir lu-
cret̃, pro altera reſtituat vxori, locum ſibi vendicat in ſemeſtre qñ
bis in anno recolligitur idem fructus in eodem loco, & bis terra
colitur, vt pro rata ſemeſtris, qua durauit matri. vir habeat, pro al-
tera vero vxor, & idem in pluribus annis, qñ vnicus tñ fructus in
eis recolligeret̃, vt plures anni habeant̃ pro vno, ſicut vnus habe-
tur pro plurib.in caſu p̄cedenti.h.d.vſque ad §.non ſolum.¶In gl.
1.in princ.ibi, (pro tota habeat vir, pro alia muliere,) ſupple. de fru-
ctib.illius ſemeſtris nondum inchoati, nihil habebit vir, ſicut non
haberet de fructibus anni ſequentis, vt not.s̃.ea.l.§.Item ſi meſſis.
2 uer.apparet.in ultima glo.ibi finito autem ultimo anno, & c.¶†In
glo.ibi, (ſed vr̃ non niſi annum inſpici,) ſubaudi licèt duplex fru-
ctus in eodem anno recolligat̃, & ſic nō fiat diuiſio per ſemeſtria,
ſed per annum vt ].l.proxi.in fi.& tene primam ſol.gl.ꝙ ibi recol-
ligit̃ duplex fructus diuerſus tamen, non idem ſcilicet meſſis, &
uindemia: unde habent̃ pro uno fructu unius anni, quia pro quo
libet eorum ſemel tñ colitur terra eodem anno, & non bis, hic
uero qñ idem fructus recolligitur bis, ut frumentũ, ut eſt in inſu-
la Candiæ, uel in terra laboris, uel bis ordeum, nam bis colitur ter
2 ra in eodem anno ad ſimilem fructum.¶†In glo.ibi, (in ſecundis
milium, ut eſt in comitatu Florentię, ubi recollecto frumento ſta
tim colunt terram, & ſeminant milium aut ſelegam, aut lupinos,
& recolligunt de menſe Septembris. Glo.iſta ur̃ uelle, ꝙ fiat diui-
ſio per ſemeſtria, & quodlibet ſemeſtre habeatur pro uno anno,
quaſi unus annus ſit fertilior altero, & ſi hoc eſſet uerum, ſeque-
ret̃, ꝙ ſi matrimonium eſſet contractum in calendis Ianuarij, &
in calendis Iulij ſolutum percepto frumento, totum frumentum
eſſet uiri, & de milio, qđ poſtea ſeminaretur, nullam partem habe
ret, ſed eſſet uxoris, & ſi ſolueretur in calendis Auguſti, ut quia du
raſſet per unum menſem, de ſequenti ſemeſtri haberet ſextā par-
tem milij. Breuiter dicas contrarium, ꝙ ambo iſti fructus reputā
tur fructus unius anni, poſtquam non ſunt ſimiles, arg.].l. ꝓxi. in
fin. quia principaliter colitur terra pro frumento, licèt ex acciden-
ti ſeminetur milium, & ideo tam frumentum, quàm milium ue-
nit diuidendum, & pro rata anni quo durauit matrimonium ha-
bebit uir, pro alia uxor, & eodem modo ſi ſeminaretur terra ſe-
mel tantum in duob.annis, ut fit Bononię, quia uno anno quie-
ſcit, in alio ſeminatur, duo anni habentur pro uno, & inſpicietur
quota parte biennij durauit matrimonium, non quota parte an-
4 ni.†Et idem ſi uno anno ſeminaretur frumentum, alio ordeum,
in tertio quieſceret, ut in partibus Romanis, quia triennium ha-
beretur pro uno anno, quantum ad duplicem fructum, & inſpi-
ceretur quota parte triennij duraſſet ſecundum Bar. Vltimo iſte
uer. inducitur ſecundum Pe.ſi prælatus locauit fructus ſuæ præ-
laturæ ad decennium, uel ad aliud tempus, utrum conductori
debeatur illud quod conſueuit dari prælato in eius aduentu, & fa
cit iſte tex.quòd ſic, contrarium dicit Old. fuiſſe determinatum,
quaſi iſte non ſit in fructu, quia reiteratur, ut ].eo.l.j.§.ſi uir. & qa
potius contemplatione perſonæ cenſetur dari, ut no. infra eod.l.
ſi uerò.§.item quicquid.

---

1 *Fructus rerum mobilium diuiduntur ſicut fructus rerum immobilium.*

2 *Fructus qui vno tempore recipiuntur ex aliqua re, ſiue mobili, ſiue immobili, dicuntur fructus totius temporis quo colligantur.*

3 *Soluto matrimonio quando reſtitutio rerum mobiliũ dotis eſſet prompta, non deberet vir, vel eius hæredes habere dilationem anni, ſicut in re immobili, niſi aliquam vtilitatem prætenderent in retinendo illas.*

4 *Vſucapio cœpta cum titulo contra me abſentem cā reipub. & cōpleta, me poſtea reuerſo, & tacente nō poſſum poſtea petere reſtitut. in integr. vt hic, niſi reſtabat modicum tp̄s intra quod commodè agere non potui.*

5 *Clericus beneficiatus ſi perceptis fructibus moriatur, nondum completo anno, an eius hæres teneatur reſtituere ſucceſſori ꝓ rata, ſicut hæres mariti an non, ſicut nec hæres vſufructuarij, remiſ.*

§.Non

1 §.Non ſolum. †Fructus rerum mobilium diuidunt ſicut fructus rerũ immobilium. h.d. ¶In tex.ibi,nam,& hic,rñdet tacitæ obiectioni.Nam ſi hoc menſe maritus pcipit fetus ouium, vel lanam, vr̃,ꝙ ſint eius inſolidũ, & non habet diuidere,qa dñtur fructus iſtius menſis, & hoc mē-
2 ſe durabat matrimonium.†ſed reſpondetur non eſſe verum,ꝙ dicantur fructus iſtius tantum menſis,immo totius temporis, quo colligant,& idem in fructu prædij,vt licèt recolligatur vno menſe,tñ dicatur fructus totius anni,quo colligitur,ſi ergo non durauit matrimonium toto anno,nō debet lucrari integros fructus. Si vero eſſent tales fructus,qui percipiuntur dietim, vt habitatio domus,procedet opi.illorum,qui dicebant fructus perceptos ꝑ maritum pertinere ad eum,& non debere diuidi. quàm opi. Iuriſc.reprobat.in princi.huius.l.in fructibus rei immobilis,hic reꝓbat in fructib.rei mobilis,ſed poteſt ſaluari,vt dixi.¶Contra iſtum tex.opponit,ꝙ non veniant reſtituendi,cum maritus, vel eius hæres,etiam hoc tempore haberent dilationem legalem,qñ dos cōſiſtebat in reb.mobilib.ergo commodum medij temporis dēt ad ipſum pertinere,vt ꝭ.eo.l.ſi conſtante.§.quoties. Bart.dicit,ꝙ contrarium eſt difficile.certè non eſt,quia hoc iure non habebat dilationem annua bina trina die,niſi qñ conſiſtebat in pondere,numero,vel menſura,vt dicit tex.expreſſe in §.cum autem. C.de rei vxo.ac.hodie vero bene habet dilationem anni, ēt in caſu huius §.& in §.exactio.qui generaliter loquitur,qñ conſiſtebat in reb. mobilibus:ideo tunc bene eſſet difficile contrarium.ſed dic,ꝙ illa dilatio,q̄ conceditur miſerationis gratia,ne vrgeat ad ſoluēdum, & præcipitetur,non facit ipſum lucrari fructus, vel menſionem, vt eſt tex.expſſus in illo §.exactio.verſic.fruct.& ver. ſimiliq; modo,ſed ſolum dat ei commoditatem vſus, vt non teneatur eas reſtituere,niſi finito anno,de iſto interuſurio debet intelligi §.quoties.& hoc niſi mulier petijſſet ſe alimentari,tunc quid iuris ſit,dic,
3 vt dixi in prin.huius l.†Quidam tamen dicunt, ꝙ quando reſtitutio rerum immobilium eſſēt prompta, & expedita, non deberet habere dilationem alicui,ſicut nec in re immobili, cum ſit ea.rō, vt no.ibi Cy.quàm opi.puto veram,ſi maritus,vel eius hæres nullam vtilitatem ꝓtenderet in retinendo illas res, quia nullum afferunt commodum.aliàs ſecus.ar.d.§.quoties. quia ſaltem gaudebit vſu,ſi ex hoc ꝓtendit commodum,& iſta eſt veritas in hoc ar-
4 ticulo.¶†In glo.ſuper ver.percipiuntur.ibi,(pro ſententia Bul.) q̄ tenuit,ꝙ ſi me abſente cā reip.incępiſti poſſidere cum tit.& vſucapere rem meā ꝑ triennium,poſtea me reuerſo, compleuiſti vſucapionem me tacente,quòd poſſum petere reſtitutionem in integ.ex ti. ex quib. cau. ma. quia iſta leſio non contingit mihi hoc tertio anno duntaxat,quo fuit pſens,ſed coniunctis alijs duobus quib.fuit abſens pro hoc facit ille text.vbi fructus uno menſe recollecti non attribuuntur illi ſoli,ſed ēt tempori præterito.Martinus verò tenuit contrarium,quòd non reſtituat, qa fuit in ptāte mea,ꝙ vſucapio nō compleret,cū potuerim agere. & vſucapionem interpellare.ſecus ſi nō reſtabat,niſi modicum tps. ꝭ. qđ cōmode agere nō potuit,qñ hr̃ ꝓ tpe abſentiæ,vt l.ab hoſtibus. §. ſed quid ſimpliciter.ſupra ex quibus cau.ma.Et iſta opi. commu-
5 niter tenet.¶†Vltimo ad id,quod dicit glo.ſi.de vſufructuario q̄rit q̄d in clerico beneficiato,[a]ſi pceptis fructib.moriat nondū cōpleto anno,an eius hæres teneatur reſtituere ſucceſſori ꝓ rata, ſicut hæres mariti,an nō,ſicut nec hæres fructuarij,vide gl. ordi.in l.prima.C.de anno.ciuili.li.11.& quod no.in l.defuncta.ſ. de vſufr.

ADDITIO.

a Quid in clerico beneficiato. Adde glo.in c.generali.de elec.lib.6.Doc. in c.quia ſæpe.eo.tit.

1 *Maritus quando poſſit cedere arbores ex fundo dotali.*
2 *Emphyteuta,uel feudatarius nō poteſt excidere arbores de fundo emphyteutico,ſi nonſunt ceduæ,vel germinales.*
*Quid in colono;quid ſi alias loco illarum reſtituat.*
3 *Quòd prædicti poſſunt de talibus arboribus aſſumere ramos ſine læſione, & deterioratione in vſu vineæ pro palis,& ſimilibus.*
4 *Arbores vi ventorum euulſas ex fundo dotali,an maritus poſſit in vſum ſuum aſſumere.& nu.6.*
*Si ſunt vetuſtate corruptæ,poteſt eas excidere,dummodo alias earum loco ſubroget.*
*Pretium ſuccedit loco rei in vniuerſalibus.*
5 *Maritus,licèt ſit dominus rei dotalis,quia tamen habet neceſſe reſtituere ſoluto matri.cenſetur nō dominus,& ſi theſaurum in ea re inueniat, perinde eſt acſi reperiſſet in re aliena.*
6 *Actio l.Aquiliæ,quod detur marito cōtra dantem damnum in re dotali.*

1 §.Si fundum. †Maritus pōt cedere arbores ex fundo dotali, qñ ſunt ceduæ, vel criminales,qa ſunt in fructu:& idē in eis,ꝙ in aliis fructib.als ſecus. Et ſi ꝯ facit,tenet ad intereſſe,& reſtituunt vxori arbores, vel ipſarū ꝓtiū
a Itē theſaurus inuētus in fundo dotali ꝑ eū nō eſt fructus, ſed tāq̄ inuentus in re uxoris,mediū ꝓtinet ad inuētorē, & altera pars ad vxorē.h.d.¶In tex.ibi,(maritus tenebit.)ſupple ad intereſſe, & vltra hoc ēt ad reſtōnē arborū,vel ꝓtij ipſarū,qa nō ſunt in fructu:
2 vt ſtatim ſeq̄t.Et ꝑ iſtū tex.dicit Dy.†ꝙ emphyteuta.[b]vel feudata-
b rius nō pōt excidere arbores de fundo emphyteutico:dico ſi nō ſunt ceduæ:germinales,& multo minus colonus. Sed vr̃, ꝙ immo poſſit,dummodo alias loco illarū ſubſtituat,vt ꝭ.de iur.fiſci.l. in fraudē.§.j.à ꝯrio ſenſu.& hoc q̄dam dicūt,ſed non puto verū, niſi forte arbores ſint vetuſtę,ita ꝙ melius,& vtilius ſit eas excidere,& nouas ſubſtituere,ita intelligo iſtū tex.colonus aūt,qui colit ad modicū tps,indiſtinctè nō pōt,ſed dēt ꝯſeruare fundū in eodē ſtatu,vt l.ſi merces.§.cōductor.& l.ſi colonus.ff.arb fur. ceſ.&§.
3 culpæ.†Sed pōt tñ tam maritus,q̄ ꝯ ꝑdicti talib.arborib.aſſumere ramos ſine læſione,& deterioratione in vſum vineæ ꝓ palis,& ſi-
4 mi.vt l.ex ſylua.cū l.ſeq.ſ.de vſufr.¶†In tex.ibi, (ꝓtium reſtituendum mulieri.).q.d.non tenet tunc ad intereſſe,qa ſine ſuo facto, & culpa ceciderunt,ſed non facit eas ſuas,poſtq̄ non erant in fructu,& iō augent dotē,& dēt earū pretium reſtituere,quod intelliges qñ conſumpſit eas in vſum ſuū,vel dolo eius deficiunt extare,aliàs non teneret,vt in gloſſ.& ſic no.pretiū ſuccedere loco rei nec mirū,qa loq̄mur in dote,q̄ eſt quid vniuerſale, & in vniuerſalibus eſt hoc regulare,vt l.ſi rē,& pretiū.de peti.hær. ſecus in particularib.regulariter.l.venditor ex hr̃ditate de here.vel ac.ven.pōt tñ hoc caſu maritus ex talibus arboribus vi vētorum euulſis aſſumere in vſum ſuū,& euellere ſi neceſſe hēt,nō aliter,vt l.arboribus.ſ.de vſufr.nec tenet aliter alias nouas ſubſtituere,vt l. arbores. eod.titu.ſed ſi ſunt vetuſtate corruptæ,pōt eas excidere,dummodo alias eorū loco ſubroget,& tūc exciſas faciet ſuas, vt in l. agri. ſ.de vſufru.¶In fi.§.ius.(ſed pars eius dimidia reſtitueret.). ſ.vxori & altera remanebit penes eū,non tanq̄ penes virum, ſed tanq̄ penes inuentorem in re aliena,vt Inſti.de re.di.§.theſauros.& ſic nō
5 tanq̄ fructus.¶†Not. ergo hic, ꝙ licèt maritus ſit dñs rei dotalis, qa tñ hēt neceſſe reſtituere.ſol.ma.cenſet non dñs,& perinde eſt acſi reperiſſet in re aliena,ſecus ſi nō haberet neceſſe reſtituere.& ſit effectus pfectè dñs,qa tunc theſaurum in ea inuentum non reſtitueret,ſed inſolidum efficeretur ſuus, & hoc voluit in effectu gloſſ.fin.¶In gloſſ.ſuper verſi.tenebitur ibi.(vel l.Aqui.)hoc reꝓbant Doc.qa l.aquilia dat dño vt l.item Mela.§.j.ad l.Aqui.& ſi alius excideret,maritus illam actionē ꝯ ipſum haberet: ergo ſi ipſe excidit,non tenet illa actione vxori,ar.in l. apud antiquos. C. de fur.Tene ergo primā,quòd datur actio de dote,nec ob.§.ſi maritus.allegatus in gl.quia ibi mulier dedit damnū in rebus mariti nō dotalibus,hic ꝯ maritus in re dotali.& ſic in ꝓpria ſ'm Dy. & Bar.
6 ¶†In glo.ibi hoc,referas iſtum ver.ad id.quod dicitur hic in ver. ſed ſi vi tempeſtatis per hoc,quod ſupra dixi non ad uerſi.ſi minus, vbi gloſſ.eſt ſignata, quia qñ fuit in culpa excidendo, nihil poteſt retinere,ſed ſolum quando ui uentorum.

ADDITIONES.

a Theſaurus inuentus. Adde ꝙ de theſauro inuento in fundo eccleſię,vide glo.in c.ſi quid inueniſti.24.q.5.& in l.non intelligitur.in §.ſi in locis.de iure fiſci.
b Emphyteuta. Adde Bar.in l.in fraudē ff.de iure fiſ.Cy.& Doc. in l.2. C. de iur.emphyt.Doc.in auth.quicunque.C.de ſacroſa.eccleſ.

1 *Lapidicinæ inuētæ a uiro in fundo dotali,an ſint ipſius viri,ita quod euulſæ tanquam fructus ad ipſum pertineant:& an vxor teneatur ad expēſas in reperiendo lapidicinas.*
2 *Quando non dominus de voluntate domini euulſit lapides in fundo illius uel fecit impenſam cauſa enucleandi,& poſtea dominus non permittit, quibus actionibus tunc ſibi contra dominum ſuccurratur.*
3 *Si notarius reliquit vſumfructum omniū bonorū ſuorū uxori ſuę ꝙ vxor debeat habere commodum protocollorum defuncti.*
*Quod liceat fodere uenas cotareas,ſeu lapides ſub fundis alienis ſine læſione ſuperficiei.*
4 *Quod unus nō poſſit in lapidicina fundi alterius lapides fodere, ſine illius voluntate.*

1 §.Si vir. †Si uir in fundo dotali lapidicinas inuenit,in quibus lapides renaſcuntur, videtur feciſſe fundum fructuoſiorem,& meliorem,& iō lapides inde euulſi,tanq̄ fruct⁹ ad ipſum ptinent:& expenſa facta in reperiendo lapidicinā reſti-
* tuitur*ei ab vxore,tanq̄ pertinens ad perpetuam vtilitatē fundi, ſecus ſi lapides non renaſcant,qa nec fundus dicitur fieri melior,
* nec expenſa ſibi reſtituit,*nec lapides cedunt eius lucro, qa non dicunt in fructu.h.d.ſ'm intellectum gl.Et diuidit in tres partes,
a qa primo loquitur,qñ lapides[a]renaſcuntur vſque ibi impenſā,Secundo quando non renaſcuntur,vſque ibi,niſi talis.Tertio ibi niſi redit ad primum,niſi caſu,qñ renaſcunt.Nam in prima parte dixerat duo.ſ.ꝙ fundus efficit fructuoſior,& ꝙ lapis inde euulſus efficit mariti,tanq̄ fructus.In hac tertia parte dicit tertiū,ꝙ expenſa

ADDITIO.

a Quando lapides renaſcunt. adde an cedentes lapides & lapidicina exiſtētes in poſſeſſione alicuius priuati,debeant dare decimam, fiſco & decimam dño poſſe.uide in l.cuncti.C.de meta.lib.x,

ſa facta ſibi reſtituitur;intellige.ſi in reperiendo lapidicinam,ſed il-
la,quę fieret in excidendo lapides,non reſtitueretur ſibi,quia dici
tur fieri gratia fructus quærendi,& non concernit vtilitatem fun
di,ſed ipſius viri.vt ꝭ.ea.l.§.impendia.In ſecunda autem parte,quã
do non renaſcitur.dicuntur duo,ꝙ impenſa ſibi non reſtituitur,
& ꝙ lapis non eſt in fructu , ex quo reſultant alia duo, ꝙ fundus
non efficitur fructuoſior,nec melior,& ꝙ lapis non efficiť mari-
ti,ſed venit reſtituendus,ſicut ſupra proximo §.quinimmo videť
effici fundus deterior , & ſic teneať maritus ad intereſſe vt ſupra.
proxi.§.verſ.ſi minus.¶In text.ibi,(marmoreas inuenit.)ſubaudi
in quibus lapides renaſcuntur , vt infra. ver. niſi talis. ¶In text.ibi,
(& impenſa,) mutat caſum ſecum ſecundum gloſſ. & loquitur
quando non renaſcuntur,vſque ibi,(niſi talis:)Sed iſta diuiſio nõ
videtur congruere literę,nec iſte intellectus:nam iſte verſi. vide-
tur continuari cum tex.præcedenti,& in eo caſu loqui. Ideo po-
teſt dici,ꝙ totus §.loquatur quando ex lapidicina fundus effici-
tur fructuoſior,quia plus de fructu capitur,quàm ſi non eſſet in-
uenta.Sed iſtud poteſt contingere duobus mo. Primo ꝙ lapides
ibi non renaſcantur,& tunc loquitur vſque ibi,niſi talis,Secundo
quando renaſcuntur. Primum poteſt contingere ſi fuit inuenta
in loco,qui fortè propter ſterilitatem eius non colebatur , nec ſe-
minabatur,& ſic nullam vtilitatem reddebat,& iſto caſu,quia effi
citur fructuoſior,licèt lapis,qui effoditur,non ſit in fructu.tamen
efficitur mariti, ſed impẽſa facta in acquirendo ſibi nõ reſtituitur:
ſi autem renaſcitur lapis,dicitur eſſe in fructu, & impenſa ſibi re-
ſtituitur,& iſta diuiſio,& intellectus videtur magis de intellectu
literę,& pro ipſo facit l.fina.ſupra de fundo dota. quando autem
fundus non efficeretur fructuoſior,ſed deterior, vt quia in loco,
in quo fundus colebatur,reddebat fructus,& tunc iſte caſus nõ
ponitur hic,ſed eſt dicendum,ꝙ maritus tenebitur ad intereſſe,&
lapides non faciet ſuos,vt ſupra proxi.§.verſi.ſi minus. ſed opponi
tur,ꝙ iſta diſtinctio non ſit adhibenda , renaſcatur lapis , vel non,
vt infra l. proxi.ſi fundus,&c.aliàs eſt §.ſo.vt no.infra in glo.& ibi
diſtinguam in hac materia.¶In glo.quę incipit, (impenſa,) in fin.
2 dic,ꝙ leges allegatæ in gloſſ.loquuntur,†qñ non dominus de vo
luntate domini euulſit lapides in fundo illius , vel facit impenſam
cauſa enucleandi,& poſtea dominus non permittit,tunc ſuccurri
tur ſibi contra dominum actionibus de quibus in gl. Sed hic ma-
ritus erat dominus , & ſine voluntate mulieris fecit lapidicinam:
vnde diſtinguendum eſt,aut fecit fundum fructuoſiorem , & ſi
vxor non permittit,habet contra eam actionem iniuriarum l.qui
pendentem.de act.emp.& ſic ceſſaret de dolo. Aut non fecit fru-
ctuoſiorem, & tunc vxor habet iuſtam cauſam contradicendi,
3 & nulla actione tenetur. ¶†Vltimo Bart. dicit ſe conſuluiſſe per
iſtum text.cum quidam notarius reliquiſſet vſumfruct. omnium
bonorum vxori ſuæ,& quæritur an deberet habere commodũ
protocollorum ipſius defuncti,& dixit,ꝙ non, quia tale commo
dum non reiteratur.nam poſtquam inſtrumentum ſemel eſt pu
a blicatum de protocollo,ᵃamplius non publicatur, niſi ex magna,
& iuſta cauſa,vt l.ſi quis ex argentarijs.§.fin. š.de eden. & illa, quæ
non reiterantur,& non renaſcuntur,non dicuntur eſſe in fructu,
vt hic,& ſupra proxi.§.ſed certè malè vř cõſuluiſſe:nam ad vſum
fructuarium non ſolum ptinent cõmoda,q̃ ſunt in fructu,immo
etiam alia,licèt non reiterentur,nec renaſcanť, vt in l.vſufruc.lega
4 to.š.de vſufru.circa prin.titu.vbi videť caſus contra ipſum. ¶† Itẽ
b inducoᵇ iſtum text.ad quæſtionem, quàm habui hic de partibus
Pergami.nam ibi ſunt montes,in quibus ſunt certæ venæ ſubter
raneę,in quib.fodiunt cotes,quę portantur quaſi per vniuerſum
orbem,de quibus habetur in l.cotem ď publi.& in l. Cęſar.& iſtę
venæ ſunt ſub prædijs quarundam priuatarum perſonarum: mo
do quidam foderunt ſub prædijs quorundam in vna vena per ali
quod tempus:illi,qui habent prædia ſupra illas venas,impediebant
eos dicentes,illas venas eſſe ipſorum,quorum ſunt prædia ſupe-
riora,& quod illi non poterant fodere ſine ipſorum licẽtia, & vo-
luntate;pro quo facit,quia ſicut illorum eſt quicquid eſt ſupra vſ-
que ad cęlum, vt l.altius.cum ibi not. C.de ſerui.& aqua.ita vř,ꝙ
ſit ipſorum quicquid eſt inferius, vſq; ad profundum , nam & eis
licèt fodere quantum volunt inferius,& auferre etiam commo-
dum,quod ad vicinum tranſit ex ſuo,dummodo non tãgant de
fundo vicini.l.pro fluminum.in fi.& l.Proculus.cũ ibi no.de dam.
infe.Pro hoc etiam allegatur iſte text.quia lapidicina eſt illius fun-
di,in quo reperiť,& ſic eſt vxoris non mariti,nec põt alius in lapi-
dicinam fundi alterius lapides fodere ſine illius voluntate,vt l.ven-
ditor.§.ſi conſtat.ſi ſerui.vendi.In contrarium vř tex. cum glo. C.
de metallarijs.l.cuncti.& l.quoſdam lib.11.quod liceat fodere ta-
les venas lapidũ ſub fundis alienis,ſine læſione fundorum ſuperio
rum,prout erat hic,& ad l.venditor.reſpondetur , quòd loquitur
in lapidicinis,quę reperiuntur in ſuperficię fundi,& ex eis fundus
lædiť in ſuperficie,nec in eis fodiuntur lapides p̃tioſi, qui portanť
per diuerſas partes mundi,& reperiunť tales lapidicinæ in plurib.
locis,nos loquimur in venis cotareis,q̃ fodiunť ſub terra ſine læ-
ſione ſupficiei & vbi fodiunť lapides magis p̃tioſi, q in paucis lo-
cis reperiunť.& ideo pp publicam vtilitatem videtur concedi cui
libet,vt poſſit inuenire, & fodere, qa hoc fit cũ magna impẽſa, &
labore,nec põt a dominis ſuperiorib. prohiberi , ſi non recipiunt
læſionem,& ita voluit glo.in d.l.ſi qs.tene menti,nam idem eſt de
talibus venis cotareis,quòd de venis metallorum quas ſub fundis
alienis licet perquirere.nec obſtat iſte tex.in fi.dum dicit,vel argen
ti fodine,quia intelligam ſecundum prædicta.

ADDITIONES.

a Protocollo.Adde Doc.in l.cum P.Tabellio.de fide.inſtrumen.
b Item induco.Adde tu.& uide conſ.Pauli circa hoc in cõſ.427. incip libel
lus iſtorũ argentũ.in nouiſ.duplicatũ in eo.uol.cõſi.361. & adde quod ſu
per eadẽ cã iterato ꝯſuluit Paulusmet in conſ.23.in d.vol cõſ. nouorum
inci.fundamentum præfati dñi Vicarij.& aliud cõſ.eiuſdem Pau.in dicta
materia iuri ꝯ̃ria,uide in d.uolu.conſil.nouorum,conſ. 6. inci. in cã mo.
aliud in conſi.3.inci.in cauſa,q̃ vertitur coram domino poteſtate Perga
mi in 1.volu.Franc.Cur.

---

1 *Vxor tenetur cauere de reſtituendo uiro partem ſibi tangentem ex fructi bus pendentibus, quando fundus reſtituitur ipſi uxori.*
2 *Quando matrimonuim diſſoluitur non perceptis fructibus a marito, licèt maritus debeat habere partem fructuum,non tamen poteſt retinere fundũ quouſq; fructus recolligat,niſi de ꝓximo fructus eſſent recolligendi.*
3 *Quid ſi vxor non poſſet,uel nollet cauere de reſtituendo partem fructuũ tangentem marito.*
*Cautio de dando,uel reſtituendo,quando intelligatur cum fideiuſſorib.& quando ſufficiat,quòd quis ſe obliget per inſtrumentum publicum ſine fideiuſſore.*
4 *Quando quis tenetur dare fideiuſſores,ſaltem tenetur ſe obligare cum hypotheca bonorum ſuorum,& etiam cum pœna.*
5 *Quando ex diſpoſitione legis,vel ſtatuti tenetur quis dare fideiuſſores , ſi tamen apparet manifeſtè idoneus,& ſoluendo,nec eſt ſuſpitio,quòd deſinat eſſe,uidetur releuandus a fideiuſſoribus.*
6 *Soluto matrimonio,ꝙ maritus non habeat dilationem legalẽ anni in mobilibus,niſi conſiſtant in pondere,numero,uel menſura.*

1 **§.Interdum.** †Si fundus reſtituiť vxori pendentib. fru
ctib.caueť viro a muliere de reſtituendo
partem ipſi tangentẽ.Si verò fructib.pceptis anno ꝯpleto nihil re
a ſtituit de fructib.nec a muliere caueť,ſed ſi annoᵃ non ꝯpleto,fit re
ſtitutio fructuũ pro rata.& dicta in marito extenduntť ad ſocerũ ,
& ad hřdem eius mřimonio ſoluto.h.d.ſm Dyn.& ponit hic pra
2 cticam iſtius materiæ,de qua in prin.legis. ¶†No. ex primo caſu,
ꝙ qñ matrimonium diſſoluiť non perceptis fructibus a marito,li-
cèt maritus debeat habere partem fructuum , nõ tñ põt retinere
fundum quouſq fructus recolligat, & qñ dẽt ipſum reſtituere
recepta cautiõe a muliere,hoc eſt verum ſm gl.niſi de proximo
fructus eſſent recolligendi qa tunc poſſet retinere quouſque re-
colligat,quod no.& tene menti. Similiter ſi uxor nõ poſſet caue-
re,vel nollet,ar.C.de ſecun.nup.l.hac edictali.§.nobiliũ.allegata in
3 gloſſ.¶†In gl.j.ibi.(ꝭ.eo.ſi conſtante.§.quoties.)Sol.ſm Dyn.inter
dum lex imponit onus cauendi ei,qui alias erat obligatus, & intel
ligiť imponere de cauendo cum fideiu.aliàs nullus eſſet vtilitatis
citium eſt patris:ita & eius procurator præfertur:ut ꝭ.ea.l.§.ſi ſol.
ibi,de hoc probatur in ſimili:& tunc poteſt procedere j. opi.q̄ gl.
reprobat,niſi ipſe pater eſſet turpis perſona,quia tunc ſicut nō au
diretur ipſe,ſi eſſet præſens,ſed filia,vt ꝭ.prox.§.& l.filiusfa.§.ſed &
ſi filia.de proc.ita nec eius procurator.

---

1 *Diuiſio materiæ præſentis paragraphi.*
2 *In actio.de dote conteſtatur lis,& ſic non eſt cauſa ſummaria, licèt termi-
ni in ea abbreuientur.*
*Actio de dote,ꝙ etiā iſto iure conſolidabatur in filiā per emancipationē.*
3 *Facilius quis in abſentia contradicit alteri,q̄ ipſo præſente.*
*Filia,uel uxor,ſi abſente patre,vel marito conſenſit contractui facto per
patrem,uel maritū,non cenſetur conſenſiſſe ob reuerentiam paternā,uel
maritalem,et ſic non reſcinditur officio iudicis,ſicut eo præſente.*
4 *Licèt pater,qui agit,ſit turpis perſona,& hoc conſtet iudici,ſi tamen filia
expreſſe conſentit,et in conſenſu perſeuerat uſq; ad conteſtationem in-
cluſiuè admittitur pater,ſi filia poterat ſibi præiudicare conſentiendo.*
5 *Quandocunq; lex,uel ſtatutum requirit aliquem conſentire alicui agēti,
debet intelligi,ꝙ conſentiat tempore litis conteſtat.*
6 *Poſt præſtitum conſenſum,ꝙ non liceat variare,nec diſſentire.*
*Conſenſus,an trahatur retro.*
7 *Quid ſi adhibetur conſenſus ante litis conteſt.& ab eo non recedatur.*
*Si pater conſentit filio,ut agere poſſit per inſtrumentum publicum,anteq̄
incipiat agere,uel per nuntium,aut epiſtolam,an hoc ſufficiat, ſi tempo
re litis conteſt.non eſt præſens,& conſentiens.*
8 *Quando per legem,uel ſtatutū requiritur conſenſus alicuius certo tempo
re.ſi præſtatur intempeſtiuè ante tempus,habetur pro non præſtito, &
poteſt ab illo recedi,ſecus ſi non requiritur certo,& determinato tpe.*
9 *Quatuor quæ impediunt mutationem uoluntatis.*
*Filia dicitur mutare uoluntatem tacitè eo ipſo,ꝙ eſt emācipata poſt præ
ſtitam uoluntatem.*
10 *Caſus in quib.iudex poteſt ſupplere de facto ſuum officium interponendo,
etiam non requiſitus in cauſa priuatæ perſonæ.*
11 *Si ſtatutum dicat,ꝙ mulier,uel minor non poſſit agere ſine conſenſu duo-
rum conſanguineorū,& conſanguinei requiſiti nolunt conſentire, ꝙ po
terit agere ſi nullam cauſam allegant,& an debeant alij ulteriores ad-
hiberi,ſi ſunt,& quid ſi illi allegant aliquam cauſam.*

1 §.Eo autem tempore. †Quia tex.iſtius §. eſt aliquantulum intrica
tus,tn̄ eſt vtilis,& multū declarat hanc mām: & ponit practicā, di
uide ipſum in 2.par.Quia primo loquit̄,qn̄ iudici cōſtabat,ꝙ pr̄,
qui agebat,erat turpis perſona,& veriſir̄ erat conſumpturus vſ-
q; ibi,{ſed ſi latitat.}Secundo,qn̄ hoc non ↄſtabat iudici: & q̄libet
pars continet tres caſus.Nam in j.par.aut filia conſentit patri exp̄ſ
ſe,& perſeuerat vſq; ad lit.cōte.incluſiuè,& admittit̄ pr̄,nec iudex
ex officio pōt ipſum repellere.Aut conſentit, tn̄ non perſeuerat,
immo mutauit voluntatem ante lit. cont. & tunc iudex dēt patrē
repellere:& iſti duo colligunt̄ vſq; ibi,{nec non},& ex hoc ſecun-
do apparet,ꝙ hoc debet intelligi, qn̄ conſtabat pr̄em turpē eſſe
perſonā:& ſic filia habeat cām ↄ̈dicendi, alias mutatio voluntatis
non noceret:ut in fi.huius.§.& ꝭ.eod.l.dotē.& ita patet ex quadā
apoſtilla Dy.ſuper ver.mutauit.qui dicit,& cām mutandi habuit.
Tertius caſus eſt,qn̄ non ↄſenſit expreſſe: nec ↄ̈dicit, & tūc iudex
ex officio ſuo,poſtq̄ ↄſtat ſibi pr̄em eſſe turpē perſonā,dēt ſupple
re de facto,& prouidere indemnitati pr̄is,& filiæ,& qualiter hoc
fiat tangit gl.q̄ inc.(q̄rela.)In ij.par.qn̄ non ↄſtabat iudici pr̄em eſ
ſe turpē perſonam,ponit̄ caſus,ꝙ filia erat abſens,& p̄ſupponitur
practica,q̄ ponitur per gl.in l.2.§.fi.in gl.pe.ſ.e. ꝙ dēat filia requiri,
vt veniat ad ↄſentiendū,vel ↄ̈dicendū, & practica locū hēt, vt ibi
dixi,qn̄ de facili pōt hoc fieri,quia non multū diſtat, alias ipſa non
requiſita dēret admitti pr̄ cum cautione rati,ut in illo §.fi.Præſup
poſito ergo,ꝙ requirat̄,diſtinguunt̄ tres caſus.Aut filia latitat,q̄a
non permittit ſe reperiri,& admittit̄ pater:intelligo ēt ſine cautio-
ne rati,ꝙ filia pro conſentiente hr̄,ex quo requiſita non ↄ̈dicit, &
idē ſi fuit reperta,& non ↄ̈dixit.Secundus caſus eſt, qn̄ fuit reper-
ta,& ↄ̈dicit expreſſe per nuntiū,& iudex reperit:ꝙ hēbat cām ↄ̈di
cendi,quia pr̄ erat turpis perſona: ſed ipſa filia per verecundiā nō
audebat venire,& ↄ̈dicere patri pn̄ti,& tunc pr̄ non admittet̄: aut
iudex reperit ipſam non hēre cām ↄ̈dicendi, quia pr̄ erat honeſta
perſona,cui filia habebat neceſſe conſentire,filia non erat leuis,vł
ēt non erat turpis,& ita ſupple ad text.q̄a ſufficit; ꝙ pr̄ ſit honeſta
perſona,ut ſibi ſoli cōpetat exercitium,ēt ſi filia ſit honeſta,& tūc
patrem admittet,tn̄ audita ↄ̈dictione filiæ.h.d.in effectu intricatè.
2 ¶†In tex.ibi,(quo lis ↄteſtat̄)no.ergo,ꝙ in actione de dote ↄ̈teſta
tur lis,& ſic non eſt cā ſummaria,licèt termini in ea abbreuient̄.vt
no.in l.j ſ.eo.in gl.ſtatutū.ergo,ꝙ procedat̄ in cā ſummariè,& de
a plano,eſt ↄ̈ꝰ cōeiō ſtrictè[a] eſt interpretandū,ſm̄ Ang.¶In tex.
ibi,{vel ēt emancipatæ)no.hic expreſſum, ꝙ ēt iſto iure per eman
cipationē actio de dote ↄſolidabat̄ in eā:ſic ꝭ.eo.l.ſi ſocer.non er
3 go fuit hoc introductū per l.j.§.videamus.C.de rei vxor.act.¶†In
tex.ibi,(verecundæ &c.) no.ſm̄ Bal.ꝙ facilius quis in abſentia ↄ̈di
cit alteri,q̄ ipſo pn̄te:vn̄ facit, ꝙ ſi filia, vel uxor abſente patre, uel
marito,ↄſenſit ↄ̈ctui facto per pr̄em,vel maritum,non cenſeatur
b conſenſiſſe ob reuerentiā[b] paternā,vel maritalem,& ſic non re-
ſcindat̄ officio iudicis,ſecus ſi eo pn̄te.l.j.§. qui onerandæ. quarū
re.act.non da.& no.in l.interpoſitas.C.de tranſa.ꝙ tn̄ intellige, &
limita,ut ibi not.per Bart.in §.q̄ onerandæ.Ex primo caſu huius §.
4 no.tria.¶†Primò licet pater ſit turpis perſona,& hoc conſtet iudi
ci,ſi tn̄ filia expreſſè conſentit,& in conſenſu perſeuerat uſq; ad ↄ
teſtationē incluſiuè,pr̄ admittitur,nec iudex habet ſe vlterius in-
tromittere:& hoc intelligo verum,ſi filia poterat ſibi p̄iudicare ↄ
ſentiēdo,q̄a erat maior 25.an.& perfecti ſenſus, alias dēret iudex
5 ſupplere,ut ꝭ.ver.ideoq;.¶†Secundo no. (& ad hoc ſꝑ allegatur)
ꝙ qn̄cunque lex,uel ſtatutum requirit aliquem conſentire alicui
agenti,dēr intelligi,ꝙ ↄſentiat tpe lit.ↄte.quia tunc inchoatur iudi
cium,& legitimatur ex ↄſenſu,& loquitur hic, qn̄ dēat conſentire
rōne præiudicii,& intereſſe,ꝙ prætendebat: idē ſi non prætende-
bat,ſed dēbat ↄſentire ad reintegrandam,& legitimandā perſonā
agentis,vt in caſu l.cum non ſolum.§.neceſſitate. C. de bon. quæ
lib.& ibi no.uel ſi diceret ſtatutum,ꝙ non poſſet minor, uel mu-
6 lier agere ſine conſenſu ↄſanguineorum.¶†Sed quæritur quid ſi
tunc conſentit,poſtea vult diſſentire?Rn̄deo non auditur,quia le
gitimatum eſt iudicium totū,poſtq̄ legitimatum eſt princ. & ius
eſt quæſitū ei,cui conſenſum non eſt:un̄ nō licet variare, vt in gl.
j.Item quid ſi in conteſtatione nō ↄſenſit,ſed ↄſentire vr̄? Rn̄deo
ſi habebat conſentire rōne ſui intereſſe pt̄, & retrotrahit̄ conſen-
ſus.l.fi.ff.ad Maced.l.licèt.ſ.de iud. & ſic erit in caſu huius §. ſi aūt
non rōne ſui intereſſe,ſed ad legitimandum,& reintegrandum ꝑ
ſonam agentis,ut in caſu §.neceſſitate. & in caſu ſtatuti, de quo ſ.
tunc talis conſenſus nihil operatur, quia talis conteſtatio hr̄ pro
non facta,non adhibito conſenſu,nec trahitur retro, & ita plenè
diſputando ur̄ tenere Bal.C.qui admi.ad bon.poſſ.l.j.in pe. & vlt.
q.quod etiam vr̄ ſenti re.Cy.& Bar.in §.neceſſitate.in 4.q. & cum
iſta diſtinctione intelligo id,quod no.Bar.in l.ſi quis mihi bona. §.
iuſſum.de acq.hær.ubi dicit,ꝙ qn̄ requiritur conſenſus ex forma
legis,vel ſtatuti,pōt adhiberi ante,vel poſt incontinenti, uel ex in-
c teruallo,[c] nam eſt uerum,qn̄ ratione præiudicii,uel intereſſe illius,
7 qui habet conſentire,non qn̄ ratione ſolennitatis iudicij.¶†Ter-
tio not.ꝙ ſi adhibetur conſenſus ante lit.conteſt. ſi ab eo non re-
ceditur,ſed in eo perſeuerat,ſufficit,licèt tpe conteſtationis non
ſit præſens,vel conſentiens,ut hic colligitur in princi. ¶ Et per hoc
terminatur qō,quæ formatur in d.§. neceſſitae. ſi pater conſentit
filio,ut agere poſſit per inſtr̄m publicum,antequam incipiat age-
re,uel per nuntium,aut epiſtolam,utrum hoc ſufficiat, ſi tempo-
re lit.conteſt.non eſt præſens,& conſentiens? & Cy.ſm̄ Pet.tenet
hic, ꝙ ſic.in 3.q.& Bal. in auth.cauſa quæ fit cum monacho.in fi.
C.de Epiſc.& cler.& uidetur probari hic ſubtiliter intelligendo in
ver.ſm̄ hoc.in uerbo,mutauerit a ↄ̈rio ſenſu,& uidetur caſus in l.
honores.in fi.ꝭ.de decu.Iſtud tn̄ non vr̄ eſſe verum, qn̄ cōſenſus
requiritur,non ratione intereſſe illius,qui habet conſentire,ſed ad
integrandam perſonam,quia tunc talis conſenſus vr̄ requiri tanq̄
forma actus ſm̄ Bal.in d.l.j.C.qui admit.ad bon.pol. & forma dēt
adhiberi tpe actus celebrati,non ante, uel poſt, ſicut uidemus in
authoritate tutoris,quæ non poteſt adhiberi ante actū,ſed in ipſo
actu,ut l.obligari.§.tutor.ꝭ.de auth.tuto.Br̄ dic,ꝙ licèt dicto caſu
non poſſit adhiberi poſt ſm̄ Bal.in loco præalle.tn̄ ante bn̄ poteſt
quia ceſſat rō illa,ꝙ conteſtatio ſit nulla, non adhibito conſenſu,
& in aliud eſt in conſenſu in authoritate tutorum,ſm̄ ea quæ no.
Bar.in d.§.iuſſum.& Inn.in c.dudum. de reb. eccl. non alien.& ad
illud,ꝙ dixi,ꝙ non ſufficeret, ſi adhibeatur poſt.facit bonus text.
in l.quid ergo.in prin ſ.de inſa.& quod no.gl.in l.licèt.in fi.gl. de iu
8 di.ſ.eo.in c.prudentiam.de offi.del.& C.de iu.fiſ.l.inſtar.li.x.¶†Ex
ſecundo caſu no.ꝙ qn̄ per legem,uel per ſtatutum requiritur cō-
ſenſus alicuius certo tpe,ſi præſtatur intempeſtiuè ante tp̄s,hr̄ ꝓ
non preſtito,& p̄t ab illo recedi,quia res dr̄ integra,& nullum ius
dr̄ acquiſitum alteri parti,facit l.j.§.quod ait. ꝭ.quō.leg.cum allega
tis in gl.j.vſq; ad ver.nec ob.ſecus ſi non requiritur certo,& deter
minato tpe.nam tūc ſufficit ſemel uoluiſſe,vt l.j. de aqua plu. arc.
& hēt locum regula,ꝙ ſemel placuit,amplius diſplicere non p̄t:&
alia regula mutare conſilium. de reg.iur.& alia,ꝙ reprobatur in-
9 conſtantia,ut l.nunq̄.de col.bon ¶†Et dic,ꝙ quatuor ſunt, q̄ im-
pediunt mutationē uoluntatis.ſ.ſi ex uoluntate præſtita ſemel eſt
alteri obligatus,ut l.ſicut.C.de act.& obl. Item ſi eſt alterius quæ
ſitum,ut ſ.de pac.l.fi.Item ſi nō eſt res integra,ut l. poſt litem.ſ. de
proc.Item ſi uoluntas traxit ſecum executionem, ut l.apud Aufi
dium.de optio.leg.alleg.in gl.j.pro ↄ̈ria.No.ēt ex ſecundo caſu,ꝙ
filia dr̄ mutare uoluntatem tacitè, eo ipſo, ꝙ eſt emancipata poſt
præſtitam uoluntatem:ita intelligit Dyn. iſtum text. nam conſen-
tiendo patri,uidetur conſentire rebus ſic ſe habentibus, & ſtante
commu-

---

ADDITIONES.

a Stricte,Quod in cauſa dotis lis conteſtetur,uoluit Lu.Ro.conſi.174.
b Ob reuerentiam.De hoc late per eundem Pau.conſi.74.
c Ex interuallo.Adde eundē Pau.cōſ.54.& uide Lu.Ro.cōſ.50.& conſil.54.

cõione actionis inter ſe,& patrem, ſed ſecuta emancipatione diſ-
ſoluitur cõio:ergo deſinit conſenſus,arg.in l.eum quis.in princ. ]. 
de ſol.Sed ↄ,ꝙ non cenſeatur mutare voluntatem rõne emanci-
pationis,vt l.eum qui ſibi.§.qui de verb.obli.quia mutauit ſtatum
in melius.Sol.voluntas patris erga filium non cẽſetur ex hoc mu
tata,ne mutatio facta in melius noceat filio,vt ibi,ſed voluntas fi-
lii erga patrem bene cẽſetur mutata,vt talis mutatio ſtatus in me-
lius filio proſit,caſus eſt hic.ſed ponamus,ꝙ pater litem erat con
teſtatus,& poſtea filiam emancipauit, videtur, ꝙ non noceat pa-
tri,ſicut nec expreſſa mutatio voluntatis facta poſt litem conteſt.
vt ſ.dixi ↄrium dic,ꝙ etiam ſi per ſnĩam latam} proprie, ante tamẽ
dotem exactam emãcipetur filia,conſolidatur actio in filiam, &
pater repellitur ab agendo,vt eſt caſus ſingularis. ].eo.l. ſi marito.
10 §.ſi voluntate.¶† Ex tertio caſu vero in uer.{nec non} no.caſum,
in quo iudex poteſt ſupplere de facto ſuum officium interponẽ-
do,etiam non requiſitus in cauſa priuatæ perſonæ, & hoc pp fa-
a uorem dotis,[a] ſic etiam propter publicam vtilitatem.l. quos pro-
hibet.de poſtu.& in fauorem miſerabilis perſonæ,vt l.illicitas.§.ne
tenuis.de offi.præſi.& per Cyn.in l.mulierem.C.ſi mancipium ita
venie. ne proſti.& in cauſa vſurarum,vt in c.ad audientiam. de iu
reiur.per Inn.rl'r ſecus:l.4.§.hoc videmus. ].de dam.infe. Intelligo
autem iſtum tex.qñ mulier,quæ non ↄdicebat,nec conſentiebat,
erat abſens, vel erat furioſa, & ſic non poterat ↄdicere,ſi aũt erat
præſens,& ↄdicere poterat,& erat maior 25.ann.& non timebat
reuerentiam paternã tunc tacendo vr̃ conſentire, nec iudex poſ-
ſet ſe intromittere,ſicut nec in primo caſu legis,vt dixi in l.2.§.vo-
luntatem.ſ.eo.per illum tex.& diſtingue plenè, vt ibi dixi circa iſtã
11 mãm.¶† Vlti.alleg.iſte tex.ad qõnem,ſi ſtatutum dicat,ꝙ mulier,
vel minor non poſſit agere ſine conſenſu,duorum cõſanguineo
rum,& conſanguinei requiſiti nolunt conſentire,an agere pote-
rit?& vr̃,ꝙ non,per id,quod no.gl.in §.neceſſitatem. in ↄrium al-
leg.tex.hic in ver.{ſed ſi latitat} vbi filia latitans ne conſentiat,habe
tur pro conſentiente.ſ'm Cyn.in illo §. neceſſitatem.Br̃ ſi nullam
cauſam allegant,quare nolũt conſentire,uera eſt illa ſecunda pars
per iſtum tex.& arg.optimum in l.ſi legatario.§.fi. de fideic. liber.
& l.non tantum.§.ſine iuſta.& l.neque infantes.§.j.ex quib.appa-
b ret,paria eſſe aliquẽ abeſſe,vel adeſſe, & ſine cauſa[b] cõſentire,vel
recuſare,quia ſe facit alienum a iure conſentiendi. Si autem alle-
gant aliquam cauſam,tunc debet illa cauſa examinari, & ſi eſt iu-
ſta,& vera,poterit agere,alias ſecus ſ'm Barto.hic per iſtum tex.in
ver.quid.n.& ver.ſi is.qñ non allegant iuſtam cauſam dicit Bald.
in l.viduæ.C.de nup.quòd debent adhiberi alii conſanguinei vlte
riores,ſi ſunt.

ADDITIONES.

a Fauorem dotis.Quia cauſa pia,& in cauſis piis iudex ſupplet,ꝙ cauſa do
tis ſit pia,tenet Bar.in l.ſi ego.§.j.ſ.de iu.dot.& tex.in l.cum his.§.ſi mu-
liere.& ibi Bal.in uer.pietatis.ſ.eo.ti.
b Et ſine cauſa.Adde Abb.conſi.65.2.lib.ubi conſuluit in facto.

1 *Coniuges propter incidentem furorem non poſſunt mittere libellum repu
dij,niſi furor ſit intolerabilis.*
2 *Coniuges debent inuicem participare ipſorum infortunia,ſi poſſunt tole-
rari ſalua conuerſatione.*
*Fortuna,& dignitas ſuperueniens marito prodeſt uxori.*
3 *Si conceſſa eſt alicui immunitas a munerib.perſonalib. pp infirmitatem,
de qua non erat ſpes ſalutis,licet poſtea ſanetur,an finiatur immunitas.*
4 *Qualiter cognoſcatur fatuus.*
*Quòd olim erat iuſta cauſa faciendi diuortiũ,ſi uxor non procreabat libe
ros,et ꝙ hac de cã non poſſit hodie maritus petere ſeparationem thori.*
5 *Valet matrimonium etiam contractum in mortis articulo,licet non ſit a-
liqua ſpes prolis procreandæ.*

1 §.Si maritus. †Si alter ex coniugib.incidit in furorem,
nõ põt ipſe mittere libellum repudij:ſed
alter ſic,non tñ debet,niſi furor ille ſit intolerabilis,& ſi ↄfacit tan-
quam ſine cauſa faciens diuortium,punitur,vt perdat donationẽ
2 ante nuptias,vel dotem.h.d.vſq; ad §.ſinautẽ in ſæuiſſimo. ¶† In
tex.ibi,(quod enim)no.iſtum tex.ꝙ cõiuges debent inuicem par
ticipare ipſorum infortunia,ſi poſſunt tolerari ſalua conuerſatio-
ne.ſic eↄ fortuna,& dignitas ſuperueniens marito prodeſt vxori,
vt C.de nup.l.fi.& Auth.de conſu.§.hoc itaq.Et dicit Iac.de Are.
per iſtum text.ꝙ ſi maritus ſine aliqua ſui culpa peruenit ad pau-
pertatem,non poteſt mulier agere uirtute l.ſi conſtante.].eod.&
l.ubi adhuc.C de iur,dot.ſed cõiter tenetur ↄrium,quia agitur,ut
dos ſalua ſit,& hic intelligitur, ꝙ debet participare ſalua dote: de
hoc vide in addi.Spe.de don.inter vir.& vx.§.formatur.¶ In tex,
ibi debebit re integrari matri.ſi res eſt integra.& poteſt reintegra-
ri,& ſi non reintegretur,an vr̃ eſſe in culpa?Bart. hic vr̃ ſentire, ꝙ
non,quia ſufficit,ꝙ tempore diuortij nulla ſpes erat ſalutis, & ſic
legitimè factum eſt,vnde ex ſuperuenienti non reſcinditur quod
3 factum eſt.¶†Et propter hoc determinat ipſe,ſi cõceſſa eſt alicui
immunitas a munerib.perſonalibus pp infirmitatem, de qua nõ
a erat ſpes ſalutis,licèt poſtea ſanetur,non finietur[a] immunitas:pro
hoc facit,quod ipſe idem no.].eod.l.ſi conſtante,in fi.ſuæ repeti-
tionis,& quod no.per gl.in l.j.C.in quibus cau.in integ.reſtit.non
eſt neceſſ.In ↄrium facit,qa comperta veritate,error cedit uerita
ti,vt in c.veritate.8.di.quod habetur in c. fraternitatis extra de fri-
gid.br̃ mihi vr̃ dicendum, ꝙ aut immunitas fuit conceſſa pp aliq̃
cauſam,quę erat vera tempore conceſſionis,poſtea tñ deſinit eſ-
ſe vera,tunc non finitur immunitas,& habet locum regula illa,ꝙ
debet priuilegium eſſe manſurum, & ita loquunt̃ allegata primo
loco,ſi bene inſpiciantur.Aut conceditur pp aliquam cauſam, q̃
putatur vera cõi æſtimatione,tñ ex poſtfacto apparet, ꝙ non ue
ra erat,ꝙ tunc finiatur immunitas, tanquam concedẽtes fuerint
decepti,& ita loquuntur allegata pro ſecunda parte,& iſta eſt ue-
4 ritas.¶† Vlt.no glo.ſuper ver.ferendus,qualiter cognoſcatur[b] fa-
b tuus.ſ. qñ proijcit lapides. ſunt & alia ſigna de quibus habetur in
l.ob quæ vitia.de ædi.edic.& no.in l.quidam in ſuo.].de cond.in-
de.¶In text.ibi,vel quia liberos non habebat.not.ꝙ iſta erat iuſta
cauſa olim faciendi diuortium, ꝙ uxor non procreabat liberos.
Narrat Valerius,ꝙ quidam ciuis Romanus fuit primus,qui inue
nit diuortium pp hanc cauſam,& reprehendit ipſum,quia cõcor
dia maritalis præferenda erat cupiditati liberorum,tene mẽti. Sed
an hodie ſi vxor non pocreat liberos,poſſit maritus petere ſepa-
rationem thori?dic, ꝙ non, quia etiam ſunt alia bona matrimo-
5 nij,quæ pñt ſubeſſe.† hinc eſt, ꝙ ualet matrimonium etiam ↄctũ
in mortis articulo,licèt non ſubſit aliqua ſpes prolis procreandæ,
ut no.in regula iuris.in c.ſi culpa.de reg.iur. lib.6. & in c.tanta.qui
fil.ſint leg.& per Bar.in l.eam quam.C.de fideic.in 13.col.

ADDITIONES.

a Finietur.Adde hoc uoluit.Io.de Ana.conſi.105.Bal.conſi.101.j.lib.
b ¶Et in hoc vide Bar.Soc.in conſ.63.inci.in cau.reſtit.in integ. per totum
in prima parte.

1 *Maritus tenetur alere uxorem furioſam.*
2 *In cauſa pia poſſunt cognati implorare iudicis officium propter eorum in
tereſſe ratione ſanguinis,nec habebunt cauere de rato.*
*Alimentorum appellatione,non continentur medicinæ,*
*Qui tenetur alimẽta præſtare ex diſpoſitione legali tenetur ad medicinas,
& quid ſi ex diſpoſitione teſtatoris.*
3 *Quid in iudicib.magiſtratus tenentur præſtare alimenta,ſi infirmantur.*
*Appellatione alimentorum continentur etiam veſtimenta, & quid ap-
pellatione cibariorum.*
*Cum alimenta ſint præſtanda ex dote,& ſecundum eius quantitatem, ꝙ
ſicut bona mariti ſunt obligata pro reſtitutione dotis,ita & pro alimen
tis non præſtitis.*
4 *Si uxor promiſit dotem,et non ſoluit eam integram, non tenetur maritus
ſibi ad alimenta ſecus ſi dos non eſſet promiſſa.*

1 §.Sinautem in ſęuiſ. †Maritus tenet̃ alere vxo
rẽ furioſam,& ſi dotẽ diſ-
ſipat,ſequeſtrabitur.h.d.uſq; ad §.ſi ſol.in prin.§.ibi, calliditate nõ
uult,quia ſi faceret diuortium,neceſſe hẽret reſtituere dotem,qa
mulier non eſt in culpa,licèt etiam ipſe ſit,& ipſe non uult dotem
reſtituere,nec ẽt curat de uxo.ut ſequitur.¶In text.ibi,{uel cogat̃
adire competentẽ iudicẽ} ſupple, & implorare eius officium.Nã
2 ad iſta,q̃ ſequuntur non cõpetit actio.† Et no.ꝙ in cã pia pñt co-
gnati implorare iudicis officium pp eorum intereſſe rõne ſangui
nis,facit l.j.cum ſeq.de lib.cau.nec habebunt cauere de rato, quia
agunt noĩe proprio,non noĩe cognati,facit quod no. in l.nõ tm̃.
].de app.¶In tex.ibi.{& medicina ei ſuccurrere}allegat̃ iſte tex.ꝙ
a applone alimentorũ[a] non continent̃ medicinæ,quia ponunt̃ hic,
ut diuerſa.Item ꝙ ille, q tenet̃ alimenta præſtare ex diſpõne legali
tenet̃ ad medicinas,ſi aũt ex diſpõne teſt õris,q a ſint legata alimẽ-
3 ta,dic,ut no.per Bar.in l.legatis.].de alim.leg.†Et quid in iudicib. q
bus magiſtratus tenent̃ pſtare alimenta ſi infirmant̃?dic br̃,ꝙ im
mo non tenent̃ ad alimẽta,ſed ad cibaria,q̃ minus important. nã
applone alimentorũ ↄtinent̃ ẽt ueſtimẽta.l.uerbo uictus. de uer.
ſig.non ſic applone cibariorũ, ut ].de ali. & cib.leg.l.diarijs.Et di-
ſtingue,an ſint paruæ,uel magnæ.ar.in l.in reb.§.pñt.ſ.cõmo.Alle
gat ẽt iſte tex.ꝙ cũ alimenta ſint præſtanda ex dote,& ſ'm eius q̃-
titatẽ,& sicut bona mariti ſunt obligata pro reſtõne dotis, ita &
b pro alimentis[b] nõ pſtitis:sicut bona,q̃ ſunt obligata p ſorte,ſunt
ẽt obligata pro uſuris,ut l.Lucius.].quipo in pig.hab.& l.per retẽ
tionẽ.& l.pignorib.& ibi not.Cy.de uſu.ſ'm Ia.de Are.quẽ ſequit̃
Bar.Alii dixerunt ↄriũ,quia non reperit̃ iure cautum,ut no.in ad-
di.Spe.de do.inter uir.& uxor.§.formatis.ego habui iſtã.q. de fa-
4 cto,& obtinui pro prima parte per tres ſnĩas cõformes.¶ Vl.ſcias
ꝙ si uxor promiſit dotẽ,& non ſoluit integram,non tenet̃ mari-
tus sibi ad alimenta.ut no.in Auth.de non elig.ſecun.nup.§.pe.&
per Cy.in l.ꝙ in uxorẽ.C.de neg.geſt.& per Bal.C.ad Vell. in l.fi.
c qui uĩ dicere, ꝙ maritus poſſit eã expellere[c] dicto caſu,ſed si dos
non eſſet promiſſa,teneretur maritus eam alere, per l.ꝙ si nulla.
ſ.de rei.& hic in gl.quæ incip.maximè. Cætera circa iſtum articu-
lum,uide per Cy.in d.l.quod in uxorem.

ADDITIONES.

a Alimentorum.Quid veniat appellatione alimentorum,uide per Alb.cõ-
ſil.63.quid autem appellatione cibi per Old.conſi.11.
b Pro alimentis.Adde eundẽ conſi.8.Ab.conſ.43.uer.fi.Lud.Ro.conſ.454.
c Expellere.An hoc ſit uerum uide per Lud.Ro.conſ.407.& Abb.conſ.85.

1 *Pater quando eſt furioſus, quis agat pro eo.*
2 *Sicut pater præfertur filiæ in agendo de dote, ita & eius curator, et eo mo do eius procurator.*
*Caſus, in quibus filia poteſt agere, & habet exercitium actionis.*
3 *Quando filiæ datur exercitium actionis de dote, debet cauere de ratihabi tione patris, & q̃uo poteſt habere ratum pater furioſus, & quid ſi pater eſt turpis perſona, ꝙ non ſit neceſſaria cautio rati.*
4 *Licèt pater quando agit abſente filia, teneatur cauere de rato, tamen quã do filia eſt furioſa, non cauet de rato.*

1 §. Si ſoluto. †Si pater eſt furioſus, & hẽt curatorem, agit curator cum uoluntate filiæ, ſed ſi non ha-
2 bet, agit filia cum cautione de rato. h. d. † No. ꝙ ſicut pater præfer tur filiæ in agendo de dote, ita eius curator, & eo modo eius pro curator, ut l. filiusf. §. ſed & filia. ſ. de ꝓcu. ¶ Item no. caſum, in quo filia poteſt agere, & habet exercitium actionis de dote. ſ. ſi pater eſt furioſus. Idem ſi abeſt, ut ſ. ea. l. §. ſi patri. & non apparet eius cu rator, uel procu. Idem ſi pater eſt turpis perſona, ut in d. §. ſed & fi
3 lia. ¶ † Item no. ꝙ quando filiæ datur exercitium actionis de dote, debet cauere de ratihabitione patris, ſed quomodo poteſt ratum habere pater furioſus? Rñdeo nõ ipſe, ſed eius curator, qui poſtea creabitur. puto tñ, ꝙ quando pater eſt turpis perſona, non ſit ne ceſſe cauere de rato: quia ſi ꝯdicat, admittitur filia, ut in d. §. ſed & filia. & ſ. in §. eo. autem tempore in glo. ſuper uer. filiæ in ſecunda
4 exceptione. dum dicit. uel in ſubſidium filiæ actione ſeruata. ¶ † Vl ti. no. gl. quæ eſt hic ad intellectum l. 2. §. uoluntatem. ſ. eod. ꝙ licèt pater, qñ agit abſente filia, teneatur cauere de rato, ut ibi qñ tñ fi lia eſt furioſa non cauet de rato. & iſtam gl. ibi alleg.

1 *Dos quando poſſit, repeti a marito.*
2 *Soluens alteri de mandato ſerui fugitiui, cum quo contraxerat, quare non liberetur a domino.*
*Quid in adiecto ad ſolutionem.*
*Plures caſus, in quibus quando quis poteſt per ſe, & non poteſt per alium ſi alteri hoc mandaret.*
*Statutum ſi permittit, ꝙ vulneratus poſſit propria authoritate vindictã ſumere uſq; ad moderatam percuſſionem, non tamen poterit illud per a lium exercere odio uindictæ.*
3 *An ſit fundata intentio creditorum agentiũ contra filium tanq̃ hæredem patris, niſi doceat, uel alleget ſe abſtinuiſſe, uel abſtinere.*
4 *Quando pater mariti recepit dotem, qualiter ipſe pater tenetur, & quali ter filius.*
5 *Quid ſi ſoluta fuit filio de mandato, vel iuſſu patris.*
6 *Si fuit ſoluta filio ſine voluntate patris, an pater tunc in tali dote habeat vſumfructum tanquam legitimus adminiſtrator.*
7 *Vbi ſunt onera matrimonij, ibi debet eſſe fructus dotis.*
8 *Si pater mariti ſuſtinet onera matrimonij, & nurus moriatur uiuente fi lio, quis lucrabitur dotem, an pater, an filius ſtãte ſtatuto de dote lucrã da, & an ueniat communicanda cum fructibus mariti.*
*Quid ſi ſecunda, uel tertia die mulier eſſet mortua.*
9 *Quando dos fuit ſoluta filio ſine iuſſu patris, & ſic pater non tenebitur, ſi nihil erat in peculio, an pater poſſit compelli ad ſe obligandum reſtitu tioni dotis.*
*An pater teneatur dare donationem propter nuptias pro filio maſculo, ſi cut dotem pro fœmina.*
10 *Quando pater, recepit dotem, & filius uult ab eo recedere, an poſſit pete re, ꝙ pater tradat ſibi dotem.*

1 §. Tranſgrediamur. †Dos repetitur a marito, ſi erat ſui iuris, & fuit ſoluta ſibi, vel alteri de mãdato ſuo. hoc primo, ſed ſi erat in alterius po teſtate, repetitur a patre eius in trib. caſib. ſ. ſi fuit illo ſoluta, vel ma rito de voluntate illius, & tunc inſolidum, vel ſine uoluntate, & tunc quatenus eſt in peculio: hoc ſecundo: ſed ab ipſo marito in primo caſu nõ repetitur, niſi quatenus eſt hæres patris ſui: hoc ter tio, & ultimo. & ſic innuit, ꝙ in ſecundo, & tertio caſu, qñ fuiſſet ſoluta ipſi marito de voluntate patris, vel etiam ſine, poſſet ẽt re peti ab ipſo marito, ẽt ſi non eſſet hæres patris ſui, quod eſt uerũ, quia ipſe ꝯxit, & filiusfa. iſto iure poterat obligari, & conueniri ex oĩ ꝯctu ſuo, præterq̃ ex mutuo, & voto l. filiusfa. de actio. & obl. Et primo loquitur, qñ maritus erat ſui iuris. vſq; ibi, (ſed ſi filius.) Secundo, qñ erat in poteſtate ſui patris, & iſta ſecunda ſubdiuidi tur, quia primo declarat, an poſſet repeti a patre ſuo, & ponit tres caſus, in quib. poteſt repeti. Primus, qñ fuit ſoluta patri ſuo, & tũc repetit a patre actione de dote. Secundus quando ipſi marito ei demq; filio de voluntate patris tunc repetitur a patre actione, qđ iuſſu, & inſolidum vtroq; caſu. Tertius qñ ſine voluntate, & tunc repetitur actione de peculio quatenus eſt in peculio profectitio, vſq; ibi {ſi autem ſocero.} Secundo declarat, an poſſit repeti ab ip ſo marito, eiuſdemque filio in dictis caſibus, & dicit, ꝙ in primo caſu, qñ fuit ſoluta ipſi patri non, niſi quatenus hæres eius eſt, ſic ergo innuit, & in ſecundo, & tertio, qñ ipſi filio de uoluntate patris, vel ſine poteſt repeti, etiam ab ipſo filio, & dic, ꝙ ipſe filius eſt tunc principalis debitor, pater vero eſt acceſſorius, quia ex ꝯ-
ctu celebrato, cum filio conuenitur actione, quod iuſſu, vel de in
2 rem ver. aut de peculio, vt in l. cum filius. de verb. obl. ¶ † In gl. 2. q̃ incipit, {quia nihil,} ibi fallit. ĵ. de ſer. fugit. vbi hr̃, ꝙ licet ſoluens ſer uo fugitiuo, cum quo ꝯxerat, liberetur a dño: ſi tñ ſoluit alteri de mandato ipſius fugitiui, non liberatur a dño: ſed dic, ꝙ ibi penès fugitiuum erat ſola facultas recipiendi ſolutionem, nõ aũt ius ob ligandi, quæ facultas cum facti ſit, & in facto conſiſtat, per alium exerceri poteſt, quod no. Et idem vr̃ in adiecto ad ſolutionem, vt licèt recipiendo ſolutionem liberet ſoluentem a principali debito re, non ſic, ſi alteri ſoluat de mandato, & in procuratore conſtitu to ad recipiendam ſolutionem: quaſi in hoc ſit electa induſtria ꝑ ſonæ, & non poſſit alteri mandari, vt in l. pen. §. j. ſ. de diuer. & tẽp. præſc. qđ plenè no. in l. ſi procuratorem. §. j. ſ. mand. ſed qñ penes te eſt ius oblig. ſicut ſoluendo tibi liberor a te, ita & ſoluendo altè ri de mandato tuo, vt in concor. alle. in prin. gl. & ſilr̃ eo caſu quo tibi ſoluendo te obligo, ſimiliter & ſoluendo alteri de tuo manda to te obligo: ut hic. ¶ In ea. gl. ibi, (de theſa. l. j. §. in alienis,) ibi, {nec volentibus.} dic, ꝙ ſpeciale eſt propter culturam agrorum, ne de ſeratur, ꝙ dñs per ſeipſum poſſit quærere theſaurũ in fundo ſuo, non tñ poteſt alteri mandare, ꝙ quærat, quia multi reperirentur cupiditate theſauri, qui derelinquerent culturam. ¶ In gl. ibi {l. cũ fundum. §. quæſitum.} dic, ꝙ etiam ibi eſt ſpeciale, ꝙ licèt quis poſ ſit reſiſtere violentiæ per ſeipſum, non tamen per alium, unde fa cit: ꝙ licèt pater poſſit aliquando filiam in adulterio repertam in terficere per ſeipſum, non tamen hoc alteri mandare: & ad hoc ſolet allegari ille tex. Et ſimiliter, ſi ſtatutum permittit: ꝙ vulnera tus: vel verberatus poſſit propria authoritate vindictam ſumere vſq; ad moderatam percuſſionem, ut eſt Flo. non tñ poterit illud
a per alium exercere [a] odio vindictæ: & ne peius contingat. arg. in l. non eſt ſingulis. de reg. iur. & adde quod not. Dyn. in reg. poteſt. de reg. iur. lib. 6. & quod no. in l. 2. de admi. rer. ad ciui. perti. ¶ In gl. quæ inci. {diſtingue tñ} in fi. in dubio videtur actum: vt vterq; ob
3 ligetur, ſm̃ Ia. de Are. & Bar. arg. in l. ambiguis. de reg. iur. ¶ † In vl. gl. quæ inci. {hoc autem,} iſta gl. ſemper allegatur: nam quidam di xerunt, ꝙ intentio creditorum agentium contra filium, tãquam ꝯ hæredem patris eſt fundata eo ipſo, ꝙ probãt ipſum eſſe filium, abſque eo, ꝙ probent illum ſe immiſcuiſſe hæreditati paternæ. Pri mo per illam authoritatem Apoſtoli: ſi filius, ergo hæres. Secun do: quia ante beneficium abſtinendi cõceſſum a prætore ſine du bio fundata erat intentio creditorum: quia erat neceſſarius hęres nomine: & effectu: idem ergo debet eſſe poſt beneficium cõceſ ſum a prætore: ꝙ poſſit abſtinere: niſi ipſe doceat: vel alleget ſe abſtinuiſſe: uel abſtinere, & ſic uelle vti beneficio prætoris: nam etiam hodie eſt hæres ipſo iure: nec deſinit, licèt abſtineat. Aliq̃d ergo plus debet eſſe antequam abſtineat, vt ſufficiat creditoribus ſola filiatio. Iſta tamen gl. vult contrarium: & bene ſecũdum om nes: quia illud beneficium abſtinendi redigit ipſum ad inſtar emã cipati. vt l. nam nec emancipatus. de lega. j. Et ſicut contra eman cipatum non eſt fundata intentio: niſi probetur, quòd adiuerit, ita nec cõtra filium in poteſtate, niſi probetur, quod ſe immiſcue rit, ut eſt caſus in l. quam allegat gl. quando beneficium prætoris liberat ipſum ipſo iure abſque eo, quòd aliter utatur eo: non di co, ꝙ ipſo iure non ſit hæres: ut l. prima. §. qui ſunt in poteſtate. in fra ſi quis omiſ. cau. teſta. quia prætor hoc facere non poteſt: vt In ſti. de poſ. §. quos autem. ſed quòd habetur pro non hærede in ef fectu: & hoc bene potuit facere prætor: & de hoc arg plenè not. in l. neceſſarijs. de acquiren. hæred. Nunc reaſſumendo tres caſus: qui ponuntur in verſic. {ſed ſi filius, {dic quòd in primo caſu quã
4 do † pater mariti recipit dotem, ipſe ſolus tenetur tanq̃ principa lis debitor: filius autem non, quia ex contractu celebrato cum pa tre non tenetur filius: niſi ſit hæres eius, vt in fi. §. adde aliũ caſum, quando hæredes patris reſtituiſſent filio non hæredi cautione ab eo defendendo non recepta, & eſſent ipſi non ſoluendo, nam in ſubſidium mulier habet regreſſum contra filium: eundemq; ma ritum, licèt cum eo non contraxerit. & licèt iſte non ſit hæres pa tris, cum quo ꝯxit, vt ĵ. de dote prælegat. l. pater dotem. in fi. Item ſi de voluntate mulieris pater reſtituiſſet filio, qui uoluit ſe a patre ſeparari; liberatus eſſet pater a muliere: & ipſe filius teneretur, ita determinat Bar. in l. ſanè. in fi. cum l. ſeq. ſ. de iure do. & tetigi in l. 2. ſ. eod. in prin. Item ſi pater recepiſſet nomine filij, & illo mandan te, vel ratum habente, non tenetur pater: ſed ipſe filius, quia uide tur pater accepiſſe tanquàm miniſter, ſicut in primo caſu huius §. quando alius extraneus recepit de uoluntate mariti, in dubio ãt pater uidetur recepiſſe ſuo nomine: & animo ſe obligandi, licèt quidam dicant hodie contrarium debere eſſe, cum filius poſſit ſi bi acquirere, uideatur recepiſſe adminiſtratorio nomine: & ſic ꝙ non teneatur, quod non placet: quia uitanda eſt correctio huius
5 §. ¶ † Circa ſecũdum caſum, quando ſoluta fuit filio de mandato, uel iuſſu patris, pater tenetur, quòd iuſſu, ut dixi, filius autem te netur actione de dote. ¶ Sed quæro, quid ſi filius erat emanci patus.

ADDITIO.

a ¶ Exercere, Adde Lud. Ro. ſing. ſuis fol. 18.

patus.Spe.in ti.de do.inter vir.& vxo.§.formatis.ver.ſed pone fi-
lius,diſtinguit,ſed eius diſtinctio non placet, ideo dic adhuc patrē
teneri,non tñ actione,quòd iuſſu, quia illa non datur, niſi qñ eſt
in poteſtate,ſed actione mandati per tex.cum gl.in l.2.in fi.ſ.ꝙ iuſ
ſu.Sed qualiter poſſunt eſſe duo obligati pro dote, vnus principa
liter,alter mandatario noīe.C.ne fideiuſſor. dot.dentur. Rñdeoꝗ.
fallit in tam coniunctis perſonis, in quib. non habet locum ille tit.
quia pater poteſt ſe obligare pro filio, & ꝯ, & frater pro fratre,
quia ceſſat cauſa perfidiæ,vt in l.fi.C.de do.cau.mor.& no. Bar.ꝫ.
6 eo.l.ſi conſtante.in prin.§.quoties.¶†Circa vlt.caſum,qñ fuit ſolu
ta filio ſine voluntate patris,quæritur,an pater tūc in tali dote ha-
beat vſumfr.tanquam legitimus adminiſtrator?Bart.tangit iſtum
paſſum in l.ꝯ.§.... ꝫ.re.amo.& diſtinguit ſuo modo.Tu dic, ꝙ ſi ſu
ſtinet onera matrimonij,habebit fructus, nō tanquam legitimus
7 adminiſtrator,ſed ex illa regula.†ꝙ vbi ſunt onera matrimonii, ibi
debent eſſe fructus dotis.l.j.de iu.do.& l.filiusfa & l.filia.§.hoc am
plius.fam.erciſ.ſi non ſuſtinet,ſecus per eandem regulam,nam tā
quam legitimus adminiſtrator debet habere in rebus aduentitijs,
8 non ſubiectis alteri oneri. ¶ † Item dubitatur,an dicto caſu,ſi nu-
rus moriatur viuente filio,ſtatutū ſit de dote lucranda, quis eam
lucrabitur,an pater,an ipſe filius.Nam primo caſu diuideretur po
ſtea inter hęredes,ſecundo non,ſed eſſet pręcipuum ipſius filij.vt
ſ.de bon.quæ lib.l.j.& 2.tanquam lucrum nuptiale.Dyn. format
iſtam quæſtionem hic,& determinat, ꝙ ſi nurus moriatur viuen
te patre mariti,lucretur ipſe pater,ſi poſt eius mortem,lucretur ip
ſe filius,& idem tenet Cy.in l.2.C.fam.erciſ.Bar.in l.dotem. de ca-
ſtren.pec.vbi vř eſſe de hoc gl.quæ tenet hanc diſtinctionem iu-
re iſto,ſed hodie cum lucra nuptialia quærantur filio, tanꝗ aduen
tia,ut d.l.j.& 2.dicit ipſum filium lucrari, & non teneri communi
care cum fructibus.Sed in tractatu de duob.fratrib.tenet, ꝙ ſi pa
ter ſuſtinebat onera matri.ipſe pater lucretur,alias filius, ꝗ diſtin-
ctionem Bald.reprobare vř in l.ij.fam.erciſ. & hoc lucrum com-
menſuratur oneri.quid.n.ſi ſecūda,vel tertia die mortua eſſet mu
lier,& ſic pater nulla onera ſuſtinuiſſet?Bř dicas,ꝙ aut veniebat lu
cranda ratione adulterij commiſſi per mulierem,& tunc dicit, ꝙ
cedit lucro mariti,cui principaliter fit iniuria.de hoc eſt caſus.ꝫ.e.l.
Lucius. Nam ſi quæreretur ipſi patri, poſſet pater hanc iniuriam
remittere,cuius contrarium ibi habetur:ſi autē ex pacto, vel ſta-
tuto,tunc dic,ꝙ aut ſtatutum,vel pactum dicit,ꝙ vir lucretur, &
indiſtinctè lucrabitur ipſe vir,non pater,quia in ſtatuto non com
prehenditur ſi autem loqueretur ſimpliciter, ita ꝙ poſſit ēt pater
comprehendi,tunc ſerua diſtinctionem no.per Bar.in d.l.dotem.
reprobata diſtinctione,quam ponit in illo tractatu, per rationem
9 Bal.¶†Vltimo quæritur,an dicto caſu,qñ fuit ſoluta filio ſine iuſ-
ſu patris,& ſic pater non tenebitur,ſi nihil erat in peculio, utrum
pater poſſit compelli ad ſe obligandum pro reſtitutione dot.Bar.
hic tenet,ꝙ ſic,quia pater tenetur dare donationem propter nu-
ptias pro filio maſculo,ſicut dotem pro fœmina,vt l.ſin.C.de do.
promiſſ.quæ donatio non fit,niſi pro ſecuritate dotis,aut ergo in
illo loco erat conſueta talis donatio æqualis doti,& non expedit,
ꝙ aliter ſe obliget,ſi facta fuit:aut non erat conſueta,& tunc loco
talis donationis debet ſe obligare, & etiam bona ſua, & puto, ꝙ
hoc debet fieri ad inſtantiam filij ſui,cui competit hoc ius peten-
di,& implorandi iudicis officium,vt l.qui liberos.de ritu nupt.nō
autem nurus,cui non competit,& plus dicit.Barto.notabiliter,ꝙ
eo ipſo,quòd conſentit,matrimonio filij,cenſetur ad hoc ſe obli-
gaſſe per l.filiusfa.ꝫ.de tutelis.poſtquam cogitur ſe obligare,ſecus
quando conſentit in actu,in quo non cogitur ſe obligare pro fi-
lio,quia tunc conſentiendo,non obligatur,ut l.Lucius Caium.ꝫ.
de admin.tut.Quidam vero Moderni dicunt, ꝙ non credunt pa-
trem teneri ad ſe obligandum pro filio, quia videmus, ꝙ non co
gitur in officijs publicis,vt l.2.ad municip.ſed iſta non eſt bona ra
tio,quia pater cogitur dare donationem pro filia,ſed non ſic ꝓ-
curare officium publ.& non perpendunt de hoc, qui ſic dicunt;
ego autem habui talem caſum de facto,ꝙ filius cuiuſdam mente
a capiti,[a] recepit dotem,& pater non potuit ſe, & bona ſua obliga-
re,poſtea fefellit,mulier volebat ire ꝯ poſſeſſores bonorum pa-
tris,dicebatur,quòd non poterat, quia non receperat nec ſe, vel
bona ſua obligauerat.ego dicebam contrarium, ꝙ ſi fuiſſet ſanæ
mentis,poterat compelli ad ſe,& bona ſua obligandum,ſi nō eſt
factum,hoc contingit, quia fieri non potuit: vnde pro facto ha-
betur.ex diſpoſitione legis.arg.in l.ſi finita.§.eleganter.de dam. in
fect.& l.2.ſ. de euicti. quia non debet nocere mulieri caſus patris.
10 †Poteſt etiam quæri circa primum caſum, quando pater recepit
dotē,ſi filius uult,ab eo recedere,& petit, ꝙ ſibi tradat dotē, ipſe
aūt non vult,& offert ſe paratum ſuſtinere onera, ſed filius non
poteſt pacificè habitare cum patre,quid iuris? Bal.mouet hanc q̄
ſtionem in l.2.fam.erciſcun.& dicit,ꝙ ſi filius eſt emancipatus,pa-
ter compellitur,quaſi videatur ſibi data licentia eo ipſo, ut poſſit
per ſe ſtare,alias ſecus.tene mēti,quia quotidianum eſt, ſi tamē fi-
lius haberet iuſtam cauſam,puta propter nouercam, vel ſimilē,
putarem,ꝙ iudex deberet ſuper hoc prouidere ſecundum ſuum
arbitrium.

ADDITIO.

a Mentecapti.De hoc uide eius conſ.78.& uide ēt eius conſ.14.ſed d. Ale.
dicit,ꝙ ſummè errauit,ita conſulendo.

1 *Actio,quæ competit,ſi dos fuerit data pro matrimonio putatiuo.*
2 *Mulier in dote data pro matrimonio putatiuo præfertur alijs creditorib. peculiarib.& res emptæ ex tali pecunia, quaſi dotali efficiuntur, quaſi dotales.& quæ alia priuilegia habeat.*
3 *Si ſtatutum dicat,ꝙ inſtrumenta dotalia mittantur executioni,ſicut ſententia diffinitiua,locum habebit etiam in quaſi dote.*
*Priuilegium nunquam debet ſic intelligi,vt operetur cōtra ſignificatum verbi,ſeu uocabuli.*
4 *In reb.datis pro iſta quaſi dote,vel emptis de pecunia data pro ea,præfertur mulier ipſi domino,quaſi illæ res non ſint de peculio.*
5 *Si aliquis uendidit merces ſuas alicui mercatori,& antequam ille ſolueret,feſellit ipſe emptor,quando uenditor præferatur alijs creditoribus in rebus uenditis.*

1 §.Si mulier.†Si dos fuerit data pro mřimonio putati-
uo competit cōditio ob cauſam ad ipſam
repetēdam,in qua mulier hēt priuilegium,ſicut in actione de do-
te.Et priuilegium dotis,vel dñi circa actionem de peculio,vt ante
oīa deducatur,qđ eis debetur, præfertur priuilegio mulieris,& ꝑt
talis dos putatiua retineri pro impenſis in ea factis.h.d. cum l.ſeq.
2 †No.duo priuilegia,quæ habet mulier in iſta quaſi dote,quia præ
fertur aliis creditoribus peculiarib.aliud ponitur in fi.ꝙ res emptę
a ex tali pecunia quaſi dotali efficiuntur quaſi dotales,[a] ſicut empti
ex tali pecunia quaſi dotali,& ſic poſſunt vendicari,quod eſt ſin-
gula.ſm Bar.facit l.vir vxori.de dona.inter vir.& vxo.l.Proculus.
de iur.dot.hoc vř verum, ſi emantur eo noīe,alias ſecus l.ex pe-
cunia.C.de iure.dot.Alia priuilegia tanguntur hic in gl. quæ inci-
pit,(nam dabitur) ſ.ꝙ habebit tacitam hypothecam. Item ꝙ in ea
habebit ius ꝑlationis,ſicut in vera dote,vt in l.aſſiduis.C. qui pot.
in pig.hab.& hoc tenet ibi Cy.in 7.q.& ēt gl.Bart.in l.2.ꝫ.de priuil.
cred.Adde quintum,ꝙ prædium,quaſi dotale non poterit aliena
ri,vt in l.4.de fundo dota.Prædicta procedunt, qñ impedimentū
matrimonij proueniebat ex parte viri:ut hic,ſi autē mulieris,quia
ipſa erat ſerua,& decepit virum,quidam dicunt,& puto bñ,ꝙ nō
mereatur priuilegia,cum potius mereatur puniri, vt l.aditio.ſ. de
ritu nup.vbi datur actio de dolo,ſi erat liberta,& decepit,vñ non
b meretur præmium,[b] vt l.ſi hæreditaria.ſ.de neg.geſt.dico ēt; ꝙ in
primo caſu,qñ defectus non proueniebat à muliere, licèt mulier
habeat priuilegia in quaſi dote,maritus non habet vñ non lucret
dotem ex pacto,vel ſtatuto de lucrando,licèt ipſe fuerit deceptus
caſus eſt ſingularis in d.l.a diuo. de ritu nupt. ēt ex cauſa adulterij,
quia non dř committi adulterium,ſi nō erat mater, & hoc tenet
gl.in l.cōſenſu.de repu.& no.in c.plerunq;.de do.inter vir.& vxo.
per gl.Patet ēt, ꝙ dixi maritum putatiuum non habere priuilegiū.
ꝫ.eo.l.inſulam.§.fructus. ubi non lucratur fructus talis dotis,tanꝗ
maritus,ſed tanꝗ bonæfidei poſ.& effectus eſt magnus, vt dixi ſ.
eo.l.diuortio.§.impediat.in gl.quæ incipit mandati.quæ gl.ēt illud
ſentit in fi.& iō ꝑ ōt dici, ſi quæratur de aliis priuilegijs dot.de qui-
bus dixi in l.j.an habeant locum in iſta quaſi dote,quia hic non hř
niſi de quatuor,ſeu quinq, ut ſ.dixi,ꝙ aut concernunt maritum,
& non habent locum,aut vxorem, & hñt locum quatenus ten-
dunt ad faciliorem exactionem.fallit in priuilegio,ꝙ non poſſit re
tineri dos ob impenſas.vt C.de rei vxor.§.ſed nec. quia iſtud non
habet locum in hac quaſi dote,vt in l.ſeq.in tex.& gl.per Bar. licèt
malè poſſit aſſignari rō diuerſitatis,ſed oportet nos ſtare autho-
ritati gl.in re dubia,ſi non ſunt reprobatæ,licèt aūt putatiuum ma
trimonium ſit priuilegiatum, ſicut verum quantum ad exactio-
nem quaſi dotis,in alijs tñ non eſt priuilegiatum,vt ꝫ.re.amot.l. ſi
3 concubinam.& ibi no.per Bar.¶†Et dicit Bal.in l.1.in fi. de condi.
ob cau.ſi ſtatutum dicat,ꝙ inſtřa dotalia executioni mittantur, ſi
cut ſnīa diffinitiua,locum habebit ēt in quaſi dote per iſtum text.
c qđ eſt notandum.[c] Item no. ꝙ priuilegium nunꝗ debet ſic intelli
gi,vt operetur ꝯ ſignificatum verbi,ſeu vocabuli, nam peculium
dř deducto eo,qđ debetur dño ſuiſq., vt l.ſed ſi damnum,§.j.de
pecu.& priuil mulieris in hac quaſi dote non operať, vt dñs non
poſſit ante oīa deducere,ꝙ ſibi debetur de peculio,quia eſſet ꝯ ꝓ
4 prium ſignificatum.† Item no. qđ in rebus datis pro iſta quaſi do
te, vel emptis de pecunia data pro ea bene præfertur mulier ipſi
dño,quaſi illæ res non ſint de peculio,per ea,quæ not.ſ.§.prox.in
5 gl.quæ incipit,qñq.¶†Et iſtud inducitur per Bal.& Ange.ſi aliqs
vendidit merces ſuas alicui mercatori, & antequā illi ſolueret pre
tium fefellit ipſe emptor, & ſic bona eius capiuntur per credito-
d res, ꝙ ſi reperiantur res venditæ debeat præferri[d] ipſe venditor
omni-

ADDITIONES.

a Quaſi dotales.Adde ut per Ale.conſi.4.4.li.per Lud.Ro.conſ.201.
b Præmium.Dicit Ale.optimum eſſe ar.in l.pe.§.fi.ꝙ fal.tuto.
c Notandum.Ideo,quia correctorium iuris cōis,quo conſiderato non hñt executionem paratam inſtřa. ſuſtineri tñ poteſt ſm Alex. quia ſumus in materia fauorabili dotis,ideo poteſt fieri extenſio.ut l.ſi conſtante.
d Præferri.De hoc per Lu.Ro.conſi.40.in fi.

omnibus aliis creditorib. & idem ſi mutuauit pecuniam, & poſſit probare res aliquas de illa pecunia fuiſſe emptas, q̃ reperiuntur extare. ſed in ɔ̃trium vr̃ tex. in l. procuratoris. §. ſi plures. de trib. dic, ut ibi dixi. Quòd ſi mercator ille ). paucos dies feſellit, procedat dictum Bal. & Ang. quaſi videatur decepiſſe venditorem, & feciſſe ſibi fieri fidem de pretio, arg. in l. 3. ſ. de pig. act. alias ſecus, vt in illo §. ſi plures. quia vr̃ tranſiuiſſe in creditum, & iſtud ſeruatur Florẽtię ſine dubio etiam indiſtinctè, prout ego vidi obſeruari. & imputet ſibi, qui ɔ̃xit, quia omnia diſtribuuntur per ſolidum, & libram inter creditores, & ſic dicat ſtatutum. ¶In gl. quæ incipit, {nam dabitur conditio ob cauſam} oppo. ꝙ non conditio ob cauſam, ſed ſine cã, quia cã, ob quam fuit dictum, erat & in ſpecie, vt ſi do tibi vt digito cęlum tangas, procedit ɔ̃trium, ſi aũt in gñe impoſſibilis, vt l. j. de condi. ſine cau. dicit Dyn. ꝙ qñ eſt impoſſibilis in gñe eſt poſſibilis, licèt in ſpecie non ſit, vt ſi mulier libera traditur ſeruo ꝓ matrimonio: nam inſpecto matrimonio in genere cã eſt poſſibilis, ſi ille eſſet liber homo: ſed ſic cõſiderato matrimonio in ſpecie quantum ad illud eſt impoſſibilis; ideo tunc datur non ſolum ſine cauſa, immo ob cau. vt probatur in l. 3. §. ſi liber homo. ſ. de cond. ob cau. ¶In gl. ibi, {vel etiam tacitam hypothecam} ſed iſtud poſſet procedere in alijs terminis, q̃ huius §. ſed hic non, quia ſeruus habens peculium, licèt poſſit obligare dñm actione perſonali de peculio, nõ tñ poteſt ipſas res peculiares obligare, niſi habeat ſpeciale mandatum, vel generale cum libera, vt l. dñium. & ibi not. ſ. quod iuſſu. & l. ſi conuenerit. in fi. de pig. act. cum l. ſeq.

## LEX XXVI.

1 *Caſus notabilis, ꝙ conſtante matrimonio poſſit mulier dotem exigere.*

2 *Qualiter conſtante matrimonio maritus poſſit conueniri ad reſtitutionẽ dotis ꝑꝑ paupertatem, & de quanta paupertate intelligatur, et quid in donatione propter nuptias, et quid in reb. paraphrẽalib. & an mulier habeat priuilegium prioritatis in hypotheca bonorum mariti.*

3 *Quòd iſta exactio dotis non ſit omnino exactio, quia conſignatur, et deponitur, ut fructus eius deſeruiant onerib. matrimonij, & an mulier poſſit de ea tunc facere quicquid uult.*

4 *Si mulier eſt filiafamilias, pro qua pater dedit dotem, quãdo ipſa poſſit petere hanc conſignationem dotis ſine voluntate patris.*

5 *Si mulier agit hypothecaria pro rebus mariti, quia maritus incipit malè uti ſubſtantia ſua, non poterit mulier conſequi, niſi tantum quantũ ſufficit pro dote, & illud ſequeſtrabitur, & reſiduum tenetur remittere creditoribus.*

6 *Si tunc creditores mariti offerant dotem mulieri, tenetur mulier illas res eis relaxare, ſi fructus dotis ſufficiant ad alendum familiam, alias debebit ſequeſtrari de bonis mariti tantum, ꝙ ſufficiat ad alimenta.*

7 *Quòd dicitur de marito vergente ad inopiam, ut poſſit conueniri ad conſignationem dotis, habet etiam locum in ſocero.*

8 *Quando duo ſunt obligati inſolidum ad reſtitutionem dotis, & unus ipſorum uergit ad inopiam, alter non, qualiter petatur iſta conſignatio.*

9 *Quando pater dedit dotem pro filia, & ſic actio erat cõmunis, ꝙ ipſe pater poſſit petere hanc conſignationem ſine uoluntate filia, & quid ſi pater fuiſſet ſtipulatus ſibi reddi.*

10 *Quòd non fiat reſtitutio ipſi patri, ſed conſignetur, & deponatur ad cõmodum matrimonij.*

*Per hanc conſignationem non aufertur filiæ ius conſolidationis.*

11 *Si mulier ſtipulata eſt, poteſt ſibi reddi ſolu. matr. ꝙ non cenſeatur renunciaſſe caſui huius legis, quominus poſſit etiam conſtante matrimonio.*

12 *Quando extraneus dedit dotem pro muliere, et pactus eſt ſibi reddi ſolu. mat. non p̃t conſtante matrimonio petere hanc conſignationem fieri ꝑꝑ paupertatem, et an poſſit petere ſibi caueri de dote reſtituenda ſol. mat.*

13 *Quòd iſto caſu poſſit ipſa mulier petere hanc conſignationem implorando iudicis officium ex æquitate.*

14 *Quando alius cum marito ſe obligat ad reſtitutionem dotis, & confitetur eam ſe recepiſſe, non habet locum titulus, ne fideiuſ. do. dẽtur. ſecus ſi nõ confitetur ſe recepiſſe.*

*Quid in coniunctis perſonis.*

1 SI conſtante. † Si maritus peruenit ad tantam paupertatem, ꝙ deductis debitis non ſupereſt tñ de bonis ſuis, ꝙ ſufficiat ad reſtitutionẽ dotis poteſt mulier ẽt conſtante matrimonio dotem exigere per actionem perſonalẽ de dote. h. d. & eſt famoſum principiũ huius. l. & Bar. ipſum repetijt in iuuentute ſua, anteq̃ ſcriberet in iure ciu. in ciuitate Piſarũ, vbi legebat, & noluit in ſenectute aliquid de ipſa immutare, vt appareret poſteris a quanta perfectione ipſe incœpit, vt dicit Greg. in dialogo de ſancto Benedicto, ſed intelligentibus bñ apparet, ꝙ iuueniliter in multis fuit locutus, & ɔ̃trium in compluri b. ipſe dixit in alijs locis, licèt plura bona ipſe dicat, & in iſta materia habemus paucos tex. ſ. iſtum, & l. ubi adhuc. C. de iur. do. & in Auth. de æqua. do. §. illud. tñ multæ inſurgunt qõnes circa iſtam mãm, & gl. hic formauit quinq;, quarum tres. ſ. prima, & ſecunda, & vltima concernunt perſonas eorum, a quib. fit repetitio, aliæ duæ perſonas repetentium. Sed in l. vbi adhuc format 20. Bar. vero format 40. quarum 10. reſpiciunt perſonas illorũ, a quibus repetitur: aliæ decẽ perſonas illorum, qui repetunt: aliæ decẽ formam repetendi, & ẽt modum, aliæ x. repetitionis effectum, & ſatis ſunt claræ, & faciles bñ intuenti. ego aũt inſiſtam in iſtis quinq;, quæ tanguntur hic per gl. quia ſuperfluum eſſet inſiſtere in aliis ẽt plenè examinatis, & per eũ, & alios. Et loquitur iſta lex in actione perſonali de dote, per q̃ poteſt repeti duntaxat ipſa dos, & cõſtante matr. Rl'r ſecus, vt l. 2. ). e. ſed per l. ubi adhuc. adduntur qua-

2 tuor. † Prima eſt, quia non expedit, ꝙ maritus peruenerit ad tantã paupertatem, ꝙ deductis debitis oĩb. & alimẽtis pro ſe, eius bona non ſufficiant, ad reſtitutionem dotis, ſed ſufficit ſi ad paupertatẽ peruenerit, vt ibi hr̃, & hoc non poteſt contingere, ẽt ſi bona iſta ſufficiant ad ſatisfaciendum creditorib. & ẽt doti, tñ non remanet tantum, ꝙ ſufficiat ſibi ad vitam inſpecta cõditione perſonę ſuæ. Aliud eſt, quia poteſt agere non ſolum actione perſonali pro dote, vt hic, ſed hypothecaria pro reb. mariti ɔ̃ quoſcunq; poſſeſſores, & ipſe poſſet aduerſus eos ſe tueri exceptione. Tertiũ eſt, q̃a non ſolum pro dote, & eius ſecuritate, vt hic, ſed ẽt pro donatione ꝑꝑ nuptias, q̃ ſperabat poſſe lucrari, & etiam pro reb. paraphrenalib. donatis marito, pro qua donatione, & rebus cętera bona mariti ſunt tacitè obligata, ſicut pro dote, ut eſt ibi text. no. & ſingularis. Quartum eſt, quia in iſta hypothecaria habet priuilegium prioritatis, ſicut qñ agit ſoluto matrimo. de quo poterat eſſe dubium quoniam agendo conſtante matrimonio, agit ex quodam priuilegio ɔ̃ regulam. vnde videbatur ſufficere, ꝙ agere poſſit, & tunc ɔ̃trium eſt, ut ibi patet, niſi ſint creditores habẽtes expreſſam

3 hypothecam, & anteriorem tempore. † Quintum, & ultimũ additur per illam l. ꝙ iſta exactio dotis non eſt oĩno exactio, quia nõ ponitur in manibus mulieris pro libito voluntatis: immo conſi-

a gnatur,[a] & deponitur, ut fructus eius deſeruiant oneribus matrimonij non ſolum mulieris, ſed etiam viri, & totius familiæ, nec p̃t mulier aliquid alienare de rebus conſignatis, ſed per iſtam legem videbatur, ꝙ eſſet dotalis exactio, & ꝙ traderetur ipſi mulieri, vt faceret quicquid uellet, vt colligitur in ver. {exactionem} & illa ꝓuiſio fuit magis æqua, & rationabilis. Poſtea per Auth. de æquali.

naretur ſolum in uera æſtimatione,ſequeretur abſurdum, quòd
eſſet in poteſtate viri fraudare mulieres in reb.ſuis ſoluendo ſibi
eſtimationem earum,& hoc eſt,quod ſequitur,ne igitur hoc fiat
in pœnam eius cum dolo non reſtituit,vel dolo deſijt poſſe reſti
2 tuere,iuratur ↄ eum in litem ad hoc.ff.de fur.l.ei qui.¶†In gl.j.in fi.
ibi,(& ſic ſunt amiſſæ.)Iac.de Are.reprehendit hanc gloſ. quia res
dotales non poſſunt alienari,& appellatione alienationis contine
a tur vſucapio,vel præſcriptio.ut l.alienationis.ff.de verb.ſign.[a] & ſic
ſeruitutes debitæ fundo dotali per negligentiam viri non poſſunt
perdi,quia ſic uir alienaret,& pro iſto dicto ſuo vr̃ gl. ordinaria.l.
3.§.pen.ff.de reb.eo.& quod habetur in l.ſi fundum. de fun. dota.
vbi ſi vſucapio erat incepta ↄ mulierem in fundo dato in dotem,
bene poteſt compleri ↄ virum,ſed ſi non erat inchoata, non põt
ↄ virum inchoari.Bart.tamen non allegando dicta iura, tenet iſtã
gl.dicens,ꝙ licèt vir non poſſit alienare ↄhendo, poteſt tamẽ alie
nare negligendo,per ea,quæ no.in l.longe.de diuer.& temp.præ-
ſcrip.Nam & prælatus non poteſt alienare rem eccleſiaſticam,&
tñ ſi negligit eam petere,currit ↄ eccleſiam præſcriptio, quia plus
nocet negligentia,q̃ ↄctus,ut in c.cum venerabilis.de excep.iun-
cta l.iubemus.de ſacroſ.eccl.ego puto dictum Bart. verum in ca-
ſu huius gl.in ſeruitute debita fundo dotali, quia ſi permittit eam
perdi ex negligentia,non dr̃ alienaſſe rem dotalem, & prohibitio
legis Iuliæ eſt ſuper fundo dotali, licèt dicatur alienaſſe ius rei do-
b talis,& ſic iſta gl.melius dicit,[b] q̃ illa,quæ eſt in l. 3.§. pen.ff. de reb.
3 eo.†ſed in ipſa re dotali,dico, ꝙ ſicut non poteſt eam alienare ↄ-
hendo,ita nec patiendo eam præſcribi,ſi præſcriptio incipit ab eo
per id,quod habetur in l.ſi fundum.in text.& gl.2.& d.l. alienatio-
nis.de uerbor.ſigni.

ADDITIONES.

b Adde gl.in l.j.C.ſi aduerſus vſuca.& Bal.in auth. hoc ius porrectum. C.
de ſac.ſan.eccl.
b ¶Melius dicit.d.Ale.quo hæc ſo.eſt ex tex.in d.l.ſi fundum.iuncta l.neq;.
ſ.de fun.dot.uñ ipſe ſequitur opi.Iac.de Are.limitando.ut hic per ipſum.

1 *Deterioratio contingens poſt moram mariti ad ipſum pertinet.*
2 *Serui dotales ſi ſunt in fuga ſine dolo, & culpa mariti, tunc maritus ſolũ*
*cauet de reſtituendo ipſos,ſi ad eius manus peruenient. & quid ſi dolo,*
*vel culpa mariti.*

1 §.Si poſt. †Deterioratio contingens poſt moram mariti
ad ipſum pertinet.Item ſi culpa eius ſerui dota-
les ſunt in fuga, cogitur cauere de proſequendo eos, & de reſti-
tuendo,cum fuerit conſecutus.h.d. Interim ergo dabitur termi-
nus,& non cogeť ad ſoluendum æſtimationem.Si aũt eius dolo,
tunc nullus terminus daretur,immo cogeretur ſtatim æſtimatio
nẽ ſoluere,ut l.prox.§.pe.¶In gl.j.ibi,{alii dñt.}tu dic de hoc, ut di
xi in l.ꝙ te.ſi cer.pet.vt diſtinguatur in deterioratione, ſicut in pe-
remp.Aut conſtabat,ꝙ eodem mõ fuiſſent deteriores effectæ pe
nès mulierem,ẽt ſi maritus non fuiſſet in mora.& tñ tenebiť tunc
maritus de deterioratione,aut conſtabat ↄrium, & tunc tenetur,
aut erat dubium,& præſumiť,ꝙ non fuiſſent eodem mõ deterio
res futuræ.l.ſi plures.& l.ſi in Aſia.ſ.depoſi.& l.cum res in fin.ſ de
leg.j.licèt in actione reali in dubio aliud ſit dicendum l. item ſi ver
berat.§.fi.de rei uen.cum ibi plenè no.ſed Bar.vr̃ velle,ꝙ ẽt qñ cõ
ſtabat,ꝙ res fuiſſet eodem mõ peritura,vel deterior futura, nihi-
lominus moroſus teneať,qa moroſus, & fur æquiparanť l. inter
ſtipulan.§.pe.de verb.obl.& fur ſine dubio teneť,& de interitu,&
deterioratione,ẽt ſi eodem modo contigiſſet penès dñm,vt l.j.§.
deieciſſe.de vi,& vi arm.& l.j.qđ met cau.C.¶In gl.ſed.ibi, (alio-
quin ↄ.) quia tunc cauet ſolum de reſtituendo. ſi ad eius manus
2 peruenient,non aũt de perſequendo ſm Dyn.† Et ſic collige tres
caſus,aut ſunt in fuga dolo mariti,iſte caſus non ponitur hic, nec
tunc

tunc eſt cauendum,ſed eſt condemnandus ad ſoluēdum æſtimationem ſtatim,vt ſ.l.proxi.§.pen. Aut eius culpa,& tunc datur ſibi terminus ad ipſos perſequendos pręſtita cautione de perſequēdo,& reſtituēdo,cum fuerit eos adeptus,vt ibi,& hic,& ſi in termino non recuperabit,tūc cogetur æſtimationem ſoluere: ut ibi & ita debet hic ſuppleri,& ſic in duob.ſuppletur iſte text.ſ.in eo,ꝙ dixi de termino aſſignando,& de æſtimatione ſoluenda lapſo termino,ſi non recuperauit,ne culpa eius remaneat impunita.Si vero ſine dolo,& culpa,tunc ſolum cauet de reſtituēdo ipſos, ſi ad eius manus peruenient, nec aſſignatur terminus ad ipſos perſequendos,& poſito,ꝙ nunq̄ eos recuperauerit,nunquam cogetur æſtimationem ſoluere, ſicut non cogeretur, ſi eſſent mortui ſine dolo;& culpa ſua.

---

1 *Mulier tenetur ſtare locationi factæ per virum.*
2 *Locatio facta ad quinquennium non dicitur facta ad magnum tempus, et quando ſit ad magnum tempus,ꝙ colonus habeat utile dominium in re.*
3 *An fructuarius teneatur conductori,ſi expellatur.*
*Succeſſor neceſſarius tenetur ſtare colono,& quid in emptore, uel donatario.*
4 *Succeſſor in quib.caſib.non poſſit conductorem expellere.*
5 *Ex locatione facta per maritum non datur actio uxori, etiam pro tempore poſt ſolutum matrimonium,pro quo pertinet penſio ad vxorem, & an ſine ceſſione.*

1 §.Si vir. †Mulier tenetur ſtare locationi factæ per virū: iō
cauet viro de intereſſe, ſi ꝯfacit. Item penſio poſt
ſolutum matrimoniū pertinet ad eā.iō vir cauet ſibi de reſtituen
do,ſi eam perceperit.h.d.¶In tex.ibi,(in quinquennium.)not.ſ'm
2 Bald.& Ang.†ꝙ locatio facta ad quinquennium non dr̄ facta ad
magnum tp̄s.voluit dicere,ꝙ ſi eſſet magnum tp̄s,colonus habet
vtile dn̄ium in re,vt l.j.§.qui in perpetuum.ſ.ſi ager.vec.& ſic poſ
ſet expelli per mulierem,cuius ꝯrium hic innuit, ſi bene inſpiciat̄,
a ꝙ poteſt expelli,[a] & ex iſta expulſione maritus tenebitur condu
ctori ad intereſſe,& mulier tenebitur marito, cui cauit de nō mo
leſtando;vel expellendo maritum,nam non dr̄ ad magnum tp̄s,
niſi qn̄ fit ad decennium,vel vltra:ut l.ſi cum fideic.§.Ariſt.ff.q,&
a quib.& no.ſ.de leg.2.l.codicil.§.inſtituto.& in cle.j.de reb. eccl.
non alie.In tex.ibi,(quaſi caueri.)ſupple.ſ.ꝙ non expellet colonū,
& ſi ꝯfaciet,& colonus agat ad intereſſe ꝯ maritum,refundet ſibi
quicquid ei pro intereſſe ſoluerit pro tp̄e,quo fundo non poterit
vti.hoc eſt,ꝙ ſequitur,videbatur ꝯrium, ꝙ mulier non teneretur
hanc cautionem pręſtare:quia videbatur imputandum marito,ſi
locauit ad maius tp̄s,q̄ duraturum ſit matri.hunc.n. caſum eueni
re poſſe proſpicere debuit.ſ.ꝙ mr̄imonium ſoluatur ante lapſum
tp̄s locationis,arg.ſ.locati.l.ſi quis domum.§.j. Sed certè maritus
hoc fecit bona fide,nec habebat conſiderare, ꝙ matrimoniū de
beret diſſolui.Et iō mitius eſt agendum cum eo pp ſocietatē cōis
vitæ,quę fuit inter ipſum:& mulierem,vt ſ.rerum amo.l.j.q̄ cum
fructuario,qui locaſſet ad maius tp̄s,q̄ uſuſfructus eius durauerit
3 vnde proprietarius tali fructuario non haberet cauere.† An āt ip
ſe fructuarius teneatur conductori,ſi expellatur:dic, vt d.l.ſi quis
domum.§.j.& ideo ſi ex aliqua cōiectura poſſet apparere, ꝙ ma
ritus non feciſſet hoc bona fide,.quia cum eſſet inter eos ratioci
b nium de faciendo diuortium,vel cum vir eſſet infirmus:[b] & dubi
taret mori,locauit ad tp̄s,dicerem vxorem non teneri ad præſtā
dum cautionem marito,vel hæredi eius,ad hoc ſ.eo.l.filiæ in rō
ne ſui.Sed in dubium eſt,an iſta vxor poterit compellere condu
ctorem?iſte tex.non aperit,& tn̄ cōiter allegatur,ꝙ ſucceſſor ne
ceſſarius,tenetur ſtare colono,& h.d.gl.no.in l.diuortio.in prin.in
gl.mag.circa me.ſ.eo.ꝙ mulier grauatur in hoc:quod ſtare tenea
tur colono,quia in ipſam fit tranſlatio ex neceſſitate, ſecus in uo
luntario ſucceſſore,vt l.emptorem.C.loca. Et aduerte, quia iſtud
non eſt hic ex parte viri,vel hæredis eius, ꝙ habet neceſſe reſtitue
re,ſed uenditor,vel donator non hēt neceſſe vendere,vel donare
tn̄ ſi bn̄ conſideretur,iſta rō non vr̄ multum efficax, vel urgens,
immo potius vr̄ dicendū ꝯrium,ꝙ ſi mulier ab inuito extorquet
rem ſuā,non teneatur factum eius approbare ultra tp̄s, quo uir
adminiſtrationem habuit.Qn̄ aūt emit,vel ex donatione accepit,
magis ſubeſt rō,ꝙ non debeat improbare factum illius, cui nihil
eſt imputandum,cū ſciret ſe eſſe dn̄m,& ſe non teneri alicui uen
dere,uel donare volēti,ſi locauit ad q̄tūcunq; magnū tp̄s,ſed ma
rito vr̄ imputandum,qui ſciebat matri. aliqn̄ diſſoluendum, & ſe
teneri ad reſtituendum.Br̄ ego dico hic eſſe caſum,ſi bn̄ inſpiciat̄,
ꝙ mulier poterit colonum,vel inquilinum expellere de iure,quia
ſi hoc non poſſet:tunc expellendo de facto non haberet colonus
regreſſum ꝯ locatorē ad intereſſe, ſed ſolū ad remiſſionē merce
dis.l.ſi fundus quem.ſ.loca.ſed iſte tex.vult ꝯrium, ꝙ poſſit agere
ad intereſſe,ꝙ uir illud recuperet poſtea a muliere, q̄ cauit: & ſic
tenetur mulier ſtare colono q̄tum ad ipſum virum,non āt ad ip
ſum colonum.Et rō,quare ſtare tenet̄ q̄tum ad ipſum uirum eſt
illa,q̄ ſ.dixi pp bonam fidem uiri,& ſocietatē cōis vitæ.¶Sed em
ptor,vel donatarius non tenentur ſtare,nec q̄tum ad colonū,qa
pn̄t eum expellere,nec q̄tum ad uenditorē,vel donatorem: quia
ſi expellunt,& ille habeat regreſſum ꝯ uenditorē, vel donatorem
ad intereſſe,non tenebitur emptor,vel donatarius ſibi refundere,
& ita intelligit̄ d.l.emptor. niſi a principio fuiſſet hoc actū,iō cau
tè facit venditor,vel donator, ſi tp̄e venditionis hoc paciſcatur,
vt l.ſi merces.§.j.ſ.loc.Sed ſi tunc non facit,poſtea non poterit cō
pellere emptorem,uel donatarium:ſed maritus, cum reſtituit,p̄t
petere ſibi caueri,ut hic,& poſito,ꝙ nō petiiſſet mulier,ſi nō vult
ſibi teneri,non dēt expellere,alias ſibi tenebitur,ac ſi promiſiſſet ꝯ
rio iudicio dotis,iuxta id,quod no.in l.oīno.ſ.de impen.alias non
eſſet dr̄ia inter iſtum caſum,& illum,de quo in l.emptorē.cum tn̄
4 gl.& Doc.dr̄iam faciant.† Aliqn̄ āt ſucceſſor tenetur ſtare non ſo
lum quantum ad eum,cui ſuccedit,ſed ēt q̄tum ad colonum, cū
non poſſit eum,expellere. primo qn̄ ſucceſſor eſt ulis, vt hæres,
quia tenetur ex perſona defuncti,& ſic ipſe locator non poſſet ꝯ
ductorē expellere,ita ut hæres eius,Item qn̄ hēt ius in re, ſiue uti
lis dn̄ij,ſiue ēt hypothecę per l.j.§.quod ait.de ſuperficiebus.& ibi
no.per Bar.Et ideo cum hodie in inſtr̄is locator ſe obliget ad ſer
uandum oīa &c.& obliget ſe,& bona ſua, vt moris eſt, & ſic res
c locata eſt obligata[c] pro intereſſe,non poterit expelli colonus, uel
inquilinus per emptorē, quia poterit retinere loco pignoris, niſi
fortè emptor offerret ſibi oē intereſſe, & ita limito dictum Bart.
quia creditori hypothecario pōt offerri ab eo, qui hēt ſil'r hypo
thecam,licèt poſteriorē in tp̄e,ut l. cum ſecundus.de diſtract.pig.
fortius ab eo,qui habet dn̄ium. Eſt & tertius caſus in eo, qui hēt
cauſam a fiſco,qui locauit fauore fiſci, ne teneatur cōductori ad
intereſſe,vt l.fi.ſ.de iur.fiſ.Eſt & quartus, qn̄ quis non ſucceſſit in
plenum ius,ut l.in uend.de bon.auth.iud.poſ. Cętera vide hic per
Bart.qui ponit vnam lōgam diſtinctionem,an ſucceſſor teneatur
ſtare colono,quæ per prædicta remanet expedita pro magna par
5 te:& melius quantum ad hunc tex.†Et eſt hic caſus de eo, ꝙ not.
gl.in l.diuortio.ꝙ ex locatione facta per maritum, nō datur actio
uxori,ēt pro tempore poſt ſolutum matrimonium,pro quo per
tinet penſio ad uxorē ſine ceſſione,quod patet, quia cauet mari
tus de reſtituendo ſibi ſi exigat,ergo ipſe poteſt exigere,nō uxor
dico tn̄,ꝙ ſi exigere non vult,liberat̄ cedēdo actionē per l. quod
dētur.ſ.de pec.& eꝯ ſi uellet exigere:& uxor uellet ſibi cedi, com
pelleretur cedere per l.idemq́.§.ſi cui.ſ.man. ſi autē concordant,
locum habet,quod hic dicitur,ut ipſe exigat,& caueat uxori.

ADDITIONES.

a Quod poteſt expelli intelligit.d.Ale.cum uir fuit in culpa locando ultra annum,cū non locauit ultra annū,cogitur præciſe uxor ſtare locationi.
b Infirmus.Facit qđ conſuluit Anch.conſ 331.per l.filiæ.hic alle.ꝙ emancipatio facta per patrem de filia grauiter infirma, quę infantem filiam habebat,ut faceret teſtm̄,& patrem inſtitueret in uniuerſo, & infantem in modico,ꝙ talis emancipatio non tenet in fraudem eorum,qui ſucceſſuri erant infanti.
c Obligata.Specialiter,quia tunc non poterit alienari fundus in præiudiciū conductoris.per tex.in l.creditor.§.fi.ſ.de diſt.pig.Imo.in l.ſi ita quis §.ea.l.j.de uerb.obl. quem ſequitur d.Ale.hic quem latius uide.

---

## LEX XXVII.

1 *Obligatio debitoris purgat moram ſuam, & tollit omnem eius effectum*
2 *Vltima mora nocet.*
*Pax ſi eſt facta inter duos de ſe inuicē non offendendo, et unus eorum primo offendat,ꝙ alter poſtea offendens non teneatur,ſed primus.*
3 *Vnica interpellatio,quando ſufficiat ad conſtituēdum debitorē in mora.*

1 Semel mora. ¶† Obligatio debitoris purgat[t]
moram ſuam,& tollit oēm eius
effectum.h.d.Et allegat,ꝙ ultima mora nocet,vt ſ.de pe
2 ricu.& commo.rei uen.l.illud.§.fi.¶†Et alle.Bal.iſtum tex.ad quę
ſtionem de duob.qui fecerunt inuicē pacem,& promiſerunt ſub
pęna ſe inuicem non offendere,vnus eorum primo offendit al
terum,poſtea alter offendit illum,quis eorum teneatur ad pęnā?
& ur̄,ꝙ iſte ſecundus,quaſi ultima offenſa noceat. Contrariū eſt
verius,ꝙ immo primus tenet̄ qui pacem rupit,ſecundus non, qa
non dr̄ rumpere præter,q̄ ſibi fuit rupta,& ita ur̄ no.Bar.in l. cum
pater.§.libert.in fi.de le.2.& adde, qđ ipſe idem no.in l. qui fidem.
ſ.de tran.& Io.An.ponit iſtam qōnem in addi. Spec.ſuper rub. de
treug.& pac.& adde,quod idem no.in regula fruſtra.de regu.iur.
¶In prima gl.dic,ꝙ uoluit opponere ꝯ tex.dum dicit, (ſemel.) nā
3 innuit,†ꝙ ſufficiat unica interpellatio ad conſtituendum debito
rem in mora,ſed ꝯ:ꝙ non ſufficiat,immo requiritur, ꝙ cum in
ſtantia perſeueret creditor,ut l. mora.in fi.princ.ſ.de uſu.Gl.intelli
git,ꝙ hic perſeuerauit,& cum inſtantia, tn̄ fingitur non perſeue
raſſe,poſtq̄ maritus obtulit,& ip̄a recuſauit recipere ſine iuſta cā.
Tu dic melius,ꝙ immo ſufficit unica interpellatio,dummodo ap
pareat,ꝙ eam fecerit aīo conſtituendi debitorem in mora, puta
coram teſtib.uel notario,niſi ab ea poſtea receſſerit expreſſe, uel
tacitè,dando ſibi terminum ad ſoluendum,uel cum debitor ip̄m
rogaret,ut differret,tacuit,& diſſimulauit,iſtis, & duob. caſib. in
telligitur,quod habetur in d.l.mora.ut ibi patet in parua glo.& ita
no.&

no.& colligitur ex l.Titia.§.vſuras.de leg.2.l.qui Romæ.§. Scia co
hæredes,& ibi no.per Bar.de verb.obli & l.Titiæ.§. de ilo. de act.
& obl.per Bar.in d.l,de pupil.§.ſi quis ipſi prætori de no.ope.nun.
In gl.ſeq.ibi,{ſine dolo,& culpa mariti,)inquantum dicit,dolo,bñ
loquitur,non inquantum dicit,ſine culpa,quia poſtquam mulier
eſt in mora recipiendi,maritus nõ tenetur,niſi de dolo.& lata cul
pa,non de leui,ut s.eo.l.ſi mora.quod dic,ut ibi.

## LEX XXVIII.

1 *Maritus,& etiam pater eius,poſſunt uti priuilegio ne exigantur ultra, q̃ facere poſſunt,nedum contra mulierem,ſed etiam contra hæredem eius etiam extraneum.*

2 *Statutum,quòd frater non poſſit pro debito capi facere fratrem, non comprehendit hæredem fratris,ſecus ſi diceret , ꝙ pro debito contracto cum fratre non poſſit quis capi.*

3 *Si data fuit licentia creditori,ut propria authoritate poſſit ingredi poſſeſſionem rei debitæ,uel pignoratæ,ꝙ poterit uti hac licentia non ſolum cõtra debitorem,qui eam dedit,ſed etiam contra hæredes eius.*

1 SI poſt. †Maritus,& ẽt pater eius poſſunt vti pri
uilegio ne exigantur vltra, q̃ facere pñt
non ſolum ꝯ mulierẽ,ſed ẽt ꝯ hæredem eius,ẽt extra
2 neum.h.d.¶†Et inducit per Bal. ſi ſtatutum dicat, ꝙ
frater nõ poſſit pro debito capi facere fratrẽ,ꝙ frater debitor vte
tur iſto priuilegio,ẽt ꝯ hæredem fratris,vel dic ꝯrium. Nam priui-
legium, de quo hic conceditur marito per uerba infraſcripta re-
ſpectu uxoris , vt s. eod.l.maritum. ubi dicitur, ꝙ maritus non
poteſt condemnari vltra, q̃ facere poſſit,nec ibi dr̃ ad inſtantiam
vxoris,uel hæredis eius,& ſic comprehẽdit oẽm perſonam, q̃ do
tem repeteret,tã mulierẽ,q̃ quemlibet eius ſucceſſorẽ.arg.l.ſi ſer-
uus.§.non dixit.j.de acqu.hær.& l.hæc verba.j.de adul. ſed in ca-
a ſu noſtro uerba ſtatuti ſunt in perſonam [a] fratris creditoris,ꝙ nõ
poſſit capi facere fratrem,vñ non comprehẽditur hr̃s fratris, Ar.
j.eo.l.ſi marito.§.j.in fi.ſecus ſi diceret ſtatutum,ꝙ pro debito ꝯ-
cto cum fratre non poſſit quis capi,& tunc bñ faceret iſte tex.iun
3 cta l.maritum.s.eo.¶†Facit ẽt iſte tex.ꝙ ſi data fuit licẽtia credito-
ri:ut propria authoritate poſſit ingredi poſſeſſionem rei debitæ,
uel pignoratę,ꝙ poterit uti hac licentia,non ſolum ꝯ debitorem,
qui eam dedit,immo ꝯ hæredem eius , Rõ dubitandi eſt,quia ui-
debatur hic ꝯrium,ut ſicut maritus non trãſmittit hoc priuilegiũ
ad ſuos hæredes extraneos,ut j.eo.l.quia perſonale.ita non poſſit
uti ꝯ extraneos hr̃des mulieris, maxime, quia conceditur ſibi pp
reuerentiam,q̃ mulier habet marito:ut s.eo.l.alia cauſa.§. elegan-
ter.ſed hæres extraneus mulieris hanc reuerentiam no dẽt : tñ ad
primum rñdetur,ꝙ non eſt bona cõparatio de hærede mariti ad
hæredem mulieris,non.n.debet effici condõ mariti deterior , ex
eo,ꝙ mulier deceſſit relicto extraneo hr̃de, quia ex perſona hæ-
redum debitoris,conditio creditoris mutari non dẽt , ut in l.2.de
verb.ſig.Et ad ſm rñdetur,ꝙ ius mulieris eſt affectum pp reuerẽ
tiam,q̃ debebat marito , & cum illa affectione tranſit ad hæredẽ
eius,ne ſit melioris condõnis,q̃ ipſa mulier,per hoc patet declara
tio gl.¶In gl.quæ incipit,{cum hoc.) ibi,{pars} maior.dicas clarius
aut loquimur de priuilegio competente mulieri ꝯ maritum , an
trãſmittatur ad hæredes mulieris,& diſtinguitur, an ſint hæredes
extranei,uel deſcendentes ex ea.ut s.e.l.ẽt.in princ.& in §.acceptis
allegato in gl.Aut quærimus de priuilegio cõpetente uiro ꝯ mu-
lierem,& tunc,aut quærimus,an tranſmittatur ad hæredem uiri ,
& dic,ut s.eo.l.maritum.cum l.ſeq.aut quæritur an maritus poſſit
uti eo contra hæredes mulieris,& loquitur hic.

### ADDITIO.

a In perſonam.Adde ꝙ Imo.Ro.& d.Ale.idem tenent,& uide in l.ſi cum do
tem.§.ſi patri.& Franc.de Are.conſi.16.

## LEX XXIX.

1 *In bonis mariti cõputatur id,quod ab uxore ſibi debetur ,ſecus ſi adhuc non debetur,ſed deberi poteſt.*

2 *Fideiuſſor,qui promiſit emptori de euictione, cum uenditor non teneatur ſibi,niſi ſequatur euictio,& ipſe habeat ſoluere emptori,non poteſt petere ſe extrahi de fideiuſſione,licèt in ea ſteterit per quinquenniũ,et quid ſi eſſet obligatus purè.*

1 FAcere poſſe. †In bonis mariti computat̃
id,quod ab uxore ſibi debe
tur,ſecus ſi adhuc non dẽtur,ſed dẽri p̃t.h.d. notabili-
ter.Et pone caſum,ꝙ in dote erant centum , & mari-
tus non habebat in bonis,niſi centum,q̃ ſibi erãt neceſſaria ad vi-
tam,& ſic mulier ab ipſo illa non poterat extorquere per l. mari-
tum.s.eo.maritus ſoluerat de mandatò mulieris cuidam centum
pro quib.habebat actionem mandati ad repetandum. repetit iſta
centum a muliere, mulier obiicit compenſationem de eo , quod
ſibi debetur pro dote,maritus replicat,ꝙ non p̃ot obiici, quia nõ
tenet̃ ultra q̃ facere poſſit,& ipſe non p̃ot facere,niſi cẽtum, quæ
habet,& illa ſunt ſibi neceſſaria ad uitam,certè immo poterit obii
ci,quia ẽt dr̃ poſſe facere, quatenus ab uxore petere poteſt,& ſic
in ducentis.Sed pone,ꝙ adhuc non ſoluerat pro muliere,ſed erat
obligatus pro muliere cuidam ſub ꝯditione, certè adhuc non po
teſt illa petere a muliere,quia nõdum ſoluit , iõ non computatur
in matrimonio viri , nec de illis poterit mulier compenſationem
obiicere,hoc intendit.Quid ergo ſi maritus nihil habebat,niſi iſtã
actionem ꝯ mulierem ad cẽtum,quæ ſoluerat pro ipſa? adhuc ur̃
poſſè dici per hanc l.ꝙ ſi dicta centum petat , mulier poſſit ipſum
repellere,licèt ſi haberet penès ſe,non poſſet mulier ſibi auferre ,
quia quædam honeſtè retinentur per maritum, quæ nõ honeſtè
petuntur,ut j.de variis cog.l.proinde.quod puto uerum per hãc
ſingularem l.quid ſi maritus nondum ſoluit alteri pro muliere,tñ
erat obligatus purè pro ea ? puto , ꝙ poſſit petere a muliere ſe li-
berari ab illo,ſeu illi ſoluendo,non remaneret ſibi tantum,ꝙ ad vi
2 tam ſibi ſufficeret,alias priuilegium ſibi non prodeſſet.¶†No.bo.
l.allegatur iſte tex.in fi..ꝙ fideiuſſor , qui promiſit emptori de eui-
ctione,cum uenditor non teneatur ſibi,niſi ſequatur euictio, &
ipſe habeat ſoluere emptori , non poſſet petere ſe extrahi de fide-
iuſſione,licèt in ea ſtetit per quinquennium,ſecus,qñ eſſet obliga
a tus purè,[a] ita ꝙ ab eo poſſet exigi,tunc ſi ſteterit per quinquenniũ
poteſt petere ſe liberari,& de fideiuſſione extrahi,ut l.ſi pro ea. C.
mand.& j.mandati.l.Lucius.& ibi nota.

### ADDITIO.

a Purè.Adde Io.And.in addi.Spec.in ti.de iud.ſpecialia.in addi.incip.Io. de
pronoſco.per Lud.Ro.per cano.in c.fi.de fideiuſ.per Cy.& Bal.in l.certũ.
C.fam.ercíſ.

1 *Quando pater poſſit ſibi ſoli actionem de dote appropriare ẽt filia inuita .*

2 *Pater dotat filiam ex neceſſitate,etiam ſi eſt emancipata.*

3 *Filia hodie poteſt contrahere matrimonium ſine conſenſu patris.*

*Differentia inter patrem,& extraneum in cõmunione actionis de dote .*

4 *Quando pater ſtipulatur incontinenti,ꝙ ipſius ſolius ſit actio de dote,licèt filia efficiatur ſui iuris morte patris,uel emancipatione non cõſolidatur in ipſam.*

1 QVoties. †Pater p̃t a principio cum dotẽ dat,vel
a promittit pro filia [a] per ſtipulationẽ ſi-
bi ſoli actionem appropriare,ẽt filia inuita, ſed ex poſt
facto non ſine eius conſenſu, niſi mr̃imonium adhuc
non eſſet ꝯctum,quia tunc qñcunque antequam ꝯhatur hoc poteſt ,
extraneus uero poteſt duntaxat a principio cum dotem dat , uel
promittit,& nõ ſolum per ſtipulationem,ſed ẽt per pactum, quo
caſu ſi maritus reſtitueret dotem mulieri, non liberaret̃ ab extra-
neo.h.d.tota l.& ſic primo loquitur de patre uſq; ibi,{ſi quis.} po
ſtea de extraneo.Prima dr̃ia,quia pater non poteſt ſibi ſoli appro
priare,niſi per ſtipulationem,vt hic colligitur.in verſi {ſtipuletur.}
ſed extraneus ẽt per ſimplex pactum,vt in §.ſi quis.in ver.conue
nit.& C.de iur.dot.l.auia.& ibi gl.ponit plures qõnes , quare hoc,
ſed melior rõ,quæ reddatur colligitur ex tex.illius l.qa patri proui
det lex ipſa,ut ẽt ſine quacunq; ſtipulatione,uel pacto,actio ſit cõ
munis inter ipſum,& filiam:uoluit ergo lex, ꝙ ab iſta ſua promiſ-
ſione recedatur per ſimplex pactum,cum fiat quædam nouatio
i.tranſlatio de actione legali in actionem conuentionalem, iõ re-
quirit ſtipulationem,per q̃ inducitur nouatio,non ſic inducitur p
ſimplex pactum.l.item illa.ff.de conſtit.pec ſed extraneo lex non
prouidet,quia ſi non paciſceretur,nullam haberet cõionem in a-
ctione de dote,ſed eſſet ſolius mulieris , vt in §. accedit. & ſic non
fit nouatio per prouiſionem ſuam, ſufficit ergo pactum inconti-
2 nenti appoſitum,ut oriatur actio præſcrip.uer.vt ibi habetur.† Et
idem in patre,qñ filia erat emancipata,quia tunc non habet cõio-
nem,& ſic putatur extraneus,ideo non eſt bona illa ratio , q̃ qui-
dam faciunt,ꝙ pater dotet filiam ex neceſſitate,ſed nõ extraneus
nam ẽt ſi filia ſit emãcipata,pater ex neceſſitate ipſam dotat , ut in
l.fi.C.de do.promiſ. & tunc non requiritur ſtipulatio , ſed ſufficit
ſimplex pactum,ut in §.extraneum.Secunda dr̃ia,quia pater dr̃ in
continenti ſtipulari,ſiue ſtipuletur,cum dotem tradidit, ſi promiſ
ſio non præceſſit,ſiue cum promiſit,qñ interuenerit promiſſio ,
vt l.ex morte.C.de pac.cõuen.nec ſufficeret tunc ſtipulari, poſtea
cum tradit,quia traditio fit tunc ex neceſſitate promiſſionis p̃am
bulæ,vnde non diceretur incontinenti . Item ẽt dr̃ incontinenti ,
ẽt ſi poſt traditionem,uel promiſſionem,ſi tñ matrimonium nõ
erat adhuc ꝯctum,ut hic in uer.planè.ſed extraneus non dr̃ incõ
tinenti paciſci,niſi cum dotem tradit, uel promittit , ſecus ſi poſt ,
etiam ſi matrimonium non eſſet contractum, nõ enim poſſet in
præiudicium mulieris,cum quęſitum eſt ius:ratio diuerſitatis,qa
pater poteſt impedire iure iſto , ne matrimonium contrahatur ,
quia contrahi non poterat ſine ipſius conſenſu.l. ſi ut propoſuis.
C.de

### ADDITIO.

a An autem pater teneatur filiam dotare iure actionis,an uero iudicis of-
ficio,vide in l.fi.ubi per Doc.C.de do.promiſ.& per Bar.in l. qui liberos.
ff.de rit.nup.Et quis effectus reſultet ex iure actionis,aut iudicis officio,
vide per Ale.in l.obligamur..ff.de act.& obl.

C.de nup.vnde non videbatur ius quæſitum mulieri,licèt pro ea
dediſſet,vel promiſiſſet dotem,quia non quæritur ius, niſi matri-
monium ꝯhatur,vt l.ſi extraneus.de cond.ob cau.& in poteſtate
patris eſt ne ꝯhatur,ſed non ſic in poteſtate extranei,ne mulier ꝯ-
hat,immo ipſo inuito poteſt ꝯhere,& ꝯhendo conditio retrotra
hitur,vt ſ.quæ res pig.obl.poſſ.l.fi & l.j.qui po.in pig.hab.†Hodie
de iure canonico idem in patre, cum filia poſſit ꝯhere ſine eius
conſenſu.vt no.in l.Paulus.ſ.de ſta.ho.Tertia, & ultima differen-
tia eſt,quia ſi pater,nec ſtipulatur,nec paciſcitur, nihilominus hēt
communionem de dote in acti. ſed extraneus non, ſed eſt ſolius
mulieris,vt in §.accedit.C.de rei uxo.ac.¶In gl.j.ibi,(tempore tra
ditionis.)qñ promiſſio non proceſſit alio tempore promiſſionis.
vt ſ.dixi per d.l.ex morte.& no.in §.accedit.¶In glo.ſeq.ibi,(mari-
tus ꝯdicebat.) dic, & mouebatur maritus ex eo, quia conſtante
matrim.non eſt nata actio de dote,ergo quicquid fit ipſo conſtā
te,cenſetur factum incontinenti,antequam ius ſit acquiſitum fi-
liæ, quia non poteſt dici actio acquiſita filiæ ſi nondum eſt nata.
Sed rñdetur,ꝙ licet ſit nata,tñ certum eſt in omnem euentum ip
ſam naſci debere, poſtquam ꝯctum eſt matrimonium, & ipſam
debere acquir.mulieri,ſi tunc uixerit,ergo iſtam ſpem infallibilem
non ſibi poterit pater auferre.non ſic qñ matri. nondum erat ꝯ-
ctum,quia ſi non ꝯhatur,nunquam naſcetur actio de dote, ſed ꝯ
ditio ob cauſam,in qua filia nullam habebit communionem, nō
ergo habet ſpem infallibilem,ſicut in caſu præcedenti.¶In gl.ſeq.
ibi (dr̃ mulieri quæri,niſi ſol. mat. ) iſta ratio uendicaret ſibi locū,
etiam quando extraneus dedit,vel promiſit dotem pro muliere
nondum nupta,& tñ ipſe non poſſet poſtea ſtipulari,uel paciſci ſi
ne uoluntate illius,licèt ſecus in patre,ut in iſto uerſ.planè. ubi gl.
eſt ſignata,dic ergo rationem,ut ſ.dixi,quia non eſt acquiſita filiæ
& pater poteſt impedire,ne acquiratur,non ſic in extraneo,& ita
ſupple ad gl.¶Vltimo ꝯ iſtam l.opponitur.de l.poſt dotem.j.eo.
vbi patet ēt ex interuallo ſtip.Br̃ iſtud contrarium reddit illā l. diffi
cilem.& pp iſtam l.illa l.recipit plures lecturas, ex quib. ſingulari-
3 ter limitatur iſta,dic,ut ibi.†Patet etiam per hanc l.ꝙ pater ſtipulat̃
incontinenti,cum ipſius ſolius ſit actio,ut hic patet in prin. licèt fi
lia efficiatur ſui iuris morte patris,uel emancipatione, non conſo
lidatur in ipſam,quia conſolidatio procedit ratione cōionis,eſt.n.
quodammodo quoddam ius accreſcendi,uel non decreſcendi,
licèt quidam antiqui tenuerint ꝯrium, ut plenè diſputando ponit
Cy.C.de rei uxo.§.uideamus.& Bar.in d.l.poſt dotem.in 2.q.

LEX XXXI.

NVpta. ¶Non ſummatur.ratio dubitandi in hoc
prin.poterat eſſe, quia poſtquam eſt nu-
pta,non indigebat dote,ut poſſit nubere, ideo uide-
batur,ꝙ a primo uiro non poſſet repetere,vel erat ra
tio dubitandi,quia actio de dote non oritur conſtante matrimo-
nio,ſed uerū eſt,ꝙ non oritur ꝯ illum maritum, cum quo matri-
monium conſtat,ſed ꝯ alium ſic,& dicunt Doct.ꝙ actio erit pri-
uilegiata in caſu huius l.licet hic ceſſet publica utilitas, cum matri-
monium ꝯhatur,poſtquam iam ꝯctum eſt, nam etiam ſunt aliæ
rationes,quæ non ceſſant,vt dixi in l.j.ſ.eod.

1 *Qui promiſit pro muliere dotem.ſi antequam ſoluat,ſuccedat mulieri,li-
beratur a promiſſione,& ad nihil aliud tenetur maritus, etiam ſi fuit
negligens in exigendo,& quare.*
2 *Quando poſſit culpa imputari marito,quare non exigit ab eo,qui promi-
ſit dotem,ut teneatur ad reſtitutionem,ac ſi exgiſſet.*
3 *Mulier iſto iure nō habebat hæredem in dote profectitia a patre donata.*

1 §.Quoties. †Si ille,qui promiſit pro muliere dotē,ante-
q̃ ſoluat mulieri ſuccedat, liberandus eſt a
promiſſione,& ad nihil aliud tenetur maritus, ēt ſi fuit negligens
in exigendo: quia ille non poteſt ſibi imputare hanc negligētiam
tanq̃ hæres mulieris,licèt ipſa mulier potuiſſet, cū ipſe ex ea lucrū
ſenſerit.h.d.tex.cum gl.Ratio dubitandi erat hic, quia poſtq̃ mari
tus fuit in culpa exigendi a promiſſore,tenebatur mulieri,ac ſi exe
giſſet,ut l.ſi extraneus.ſ.de iu.dot. & hoc ēt innuit̃ hic,ēt ſi promiſ
ſor fuit pater mulieris,ꝙ eſt notandum,vnde.eod.mō.uidebat̃,ꝙ
teneatur ſoluere huic promiſſori tanq̃ hæredi mulieris,ſed ꝯrium
eſt per rōnem,q̃ ſ.dixi,& hr̃ in gl.fi.unde ſufficit, ꝙ ipſum liberet,
& idē econuerſo,ſi mulier ſucceſſiſſet illi promiſſori per l.promit
2 tendo.§.fi.ſ.de iu.do.Et per aliam rōnem,q̃ hic ponitur,†tñ ur̃ nō
eſſe uerum id,quod innuitur hic, ꝙ ſi promiſſor erat pater mulie
ris,poſſit marito imputari culpa,quare non ab eo exegit, ſed nec
ēt ſi erat extraneus,qui promiſit aīo donandi, ſed ſolum, qñ erat
debitor mulieris,vt eſt caſus no.in d.l.ſi extraneus.Quidam faten
a tur,[a] & dñt non debere hic colligi argm̃ a ꝯrio ſenſu. Br̃ iſtud eſt
dēſtruere tex.unde dico,ꝙ ſi promiſſor erat idoneus,& ſine quo
cunq; incommodo eius poterat maritus ab eo exigere, debet ſi-
bi imputari,quare non exegit, & tenebitur ad reſtitutionem do-
tis,ac ſi exegiſſet,ēt ſi erat pater mulieris,uel extraneus, qui promi
ſit aīo donandi.ar.huius literæ Si aūt non ſine incommodo ſolue
re poterat,licèt ſoluere poſſet,& quia nō fuit coactus ſoluere,po
ſtea effectus eſt non ſoluendo,tunc habet locum diſtinctio illius
l.notabilis.ut mulier non poſſit imputare marito, quare non exe-
git a patre,vel ab extraneo,qui donabat,ſed bñ imputatur. quare
non exegit ab extraneo,qui tanq̃ debitor promittebat Si āt ipſa-
met mulier promiſiſſet indiſtinctè, non poſſet imputari, quare a
ſe non exegit:cum ex hac negligentia ipſa lucrum ſenſerit, vt in l.
cum in fundo.§.j.de iur.dot. Sed nec ēt ipſe promiſſor,ſi ſucceſſit
mulieri,p̄t imputare indiſtinctè marito,ut hic patet per eandē rō-
nem.Et adde,quod dicam.j.e.l.prox.§.j.Hic eſt una gl. ſuper uer.
3 deceſſerit,quæ ſp allegatur, † ꝙ mulier iſto iure non habebat hæ-
redem in dote profectitia,intellige ſanè.ſ. non donata per patrem
ſed conſolidabitur actio in patrem,& ad ipſum reuertebatur, etiā
exiſtentibus liberis,vt l.dos a patre.C.eo.ti.ſ̃m ueram lec.ſeu intel
lectum,licèt de conſuetudine ſeruetur ꝯriū, ſed ſi erat a patre do-
nata,ſecus,ut dixi ſ.eo.l.ſi cum dotem.in prin.

ADDITIO.

a Quidam fatentur,ut Raph.Cu.& ante eum idem tenuit Ray.Dy.& Alex.
hoc putat uerius.

LEX XXXII.

1 *Actio de dote datur contra fiſcum,in quem tranſiuerunt bona mariti per
confiſcationem.*
2 *Bonis confiſcatis,ſi comparet mulier,vel alius creditor cum inſtrumento.
non debet mulier,uel alter creditor compelli ad dandum libellum, et ad
procedendum ordinariè coram iudice fiſcali, ſed ſummariè debet eis ſol-
ui per executores,uiſis iuribus eorum.*
3 *A quocunque poſſidente bona debitoris poſſunt bona auocari per inſtru
mentum,in quo continetur ſola confeſſio debitoris, ſi renūtiatum eſt ex
ceptioni non numeratæ pecuniæ, uel tranſiuit tempus talis exceptionis
proponendæ.*
4 *Ille,in quem tranſeunt bona alicuius, quando non teneatur creditoribus
illius.*
5 *In fiſcum,an tranſeant actiones conditionales paſſiuæ.*

1 SI marito. †Actio de dote dat̃ ꝯ fiſcum,in quē trā
ſiuerunt bona mariti per confiſcatio-
nē.h.d.facit l.tutoris.C.ad l.Iul.de vi.& l. Marcellus.§.fi.j.
ad Tre.& l.ſi quis poſt hac.C.de bo præſcr.circa prin.per q̃ ur̃ de-
bère limitari hanc l. qñ uxor probat de vera numeratione dotis:
ſecus ſi inſtr̃m dotale continet dūtaxat confeſſionem mariti de
dote recepta.uel dic,ꝙ ēt tunc dat̃ actio ꝯ fiſcum, ſi fuit renuntia
tū exceptioni non numeratæ dotis: uel erat tranſactū tp̄s propo-
nendi exceptionē non nume.pec.ut ibi no.per quoſdā antiquos
Doc.& bñ,quia fiſcus non dēt eſſe in hoc melioris conditionis,q̃
ipſe maritus.l.auferĩ.§.fiſcus.de iure fiſ.& e.tit.l.fiſcus.ſed maritus
compelleret̃ ſoluere dictis caſib.Item per illum tex.in uer. ſtatim.
2 Bart.no.in l.res.§.res quæ.j.de iur.fiſ.dicit,† ꝙ bonis confiſcatis,ſi
comparet mulier,uel alius creditor cum inſtr̃o, nō debet mulier:
vel alter creditor compelli ad dandū libellū, & ad procedendum
ordinariè coram iudice fiſcali, immo ſummarie dēt eis ſolui per
executores bonorū,ut ſunt officiales cameræ uiſis iurib. eorum
ſine alio iudicio:& ſine ſñīa diffinitiua,quod perpetuo tene mēti,
a quia eſt ualde ſingulare,[a] & pulchrum dictum.Ad primum dictū
3 ēt uide quod idem Bar.no.in l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.hab.† ubi
idem dicit de quocūq; tertio poſſidente bona debitoris, ut ab eo
poſſint auocari bona per inſtr̃m, in quo contineatur ſola ꝯfeſſio
debitoris,ſi renuntiatum eſt exceptioni non numer.pec.uel tran-
4 ſiuit tp̄s talis exceptionis proponendæ.¶ † Opp. extra gl.ꝙ ille,in
quem tranſeunt bona alicuius,nō teneat̃ creditorib.eius, ut l.mu
lier bona.ſ.de iu.do.So.uerū eſt,qñ tranſeunt ex ꝯctu: nam ſi de-
bitor meus uendit,vel donat bona ſua:uel debitrix dat ea in dotē,
non eſt in ſua poteſtate ſe a me liberare l.2.de hær.uel ac.ven. & l.
pacto ſucceſſorum.C.de pac.ideo tunc bona dñr deducto ære a-
lieno,& ipſe remanet mihi obligatus, ſecus qñ tranſeunt ex diſpo
ſitione legali:quia lex bñ.pōt eum liberare:& transferre obligatio
nem meam in aliam,& hoc continet, qñ tranſeunt per cōfiſcatio
nem,ut l.ſi debitori.ſ.de fideiuſ.& ſic ipſe non poteſt cōueniri tā-
b q̃ exemptus ab obligatione,ut hic no.in gl.fi.ſed ipſe fiſcus.[b] Si āt
tranſeant ex ultima uoluntate, tunc diſtinguitur, an teſtator reli-
querit oīa bona ſua,uel legauerit, & tunc tranſeunt cū onere de-
bitorum,quia ille reputatur fideicōmiſſarius vl̃is, licèt nō relique
rit per modum hr̃ditatis;ut l.nā quod.in fi.cum l.ſeq. j. ad Tre. Si
aūt reliquit partem bonorū,ēt quotam, tunc non tranſeunt, nec
reputat̃ fideic.ul̃is,licet ſecus,ſi reliquiſſet partem hr̃ditatis; & ſic
hr̃s remanebit obligatus,& ipſe ſolus poterit ꝯueniri a creditorib.
non

ADDITIONES.

a Singulare.Adde Sal.in l.ſi poſt hac.Ang.& Ale.hic.
b Ipſe fiſcus.Adde Lu.Ro.ſing.ſuis,& hic,qui tenet,ꝙ obligationes paſſiuè
ēt conditionales tranſeunt in fiſcum,quia eſt ſucceſſor, ul̃is de quo per
Bal.in l.fi.C.de contrah.emp.

non ille,cui pars bonorum fuerit relicta.l.ſi ſeruum.§.finali. cum
l.ſeq.ʒ.de leg.2.& adde quod not. Barto. in l.3.§. cum ex cauſa.ʒ.
5 de iure fiſc.& ʒ.de bon.poſ.l.3.in prin.¶†Item opp.quia in fiſcum
non tranſeunt actiones conditionales paſſiuæ,ut eſt text.not. in l.
quoties.in fi.ʒ.de noua.ſed actio. de dote ur̃ conditionalis ſi ma-
tri.diſſoluatur.Solu.hic erat matri.iam diſſolutum,& ſic erat nata
ↄ̃ maritum.Vel dic,ꝙ conſtabat,tñ ideo tranſit, quia conditio eſt
oĩno extitura,alias ſecus,ut in ↄ̃rio , licèt enim fiſcus in obligatio-
nib iam natis,& ↄ̃ctis loco hæredis habeatur,vt hic cum concor-
dantiis,non ſic in obligationib.ↄ̃hendis,licèt cauſa de preterito,vt
ibi no.per Bar.ꝙ eſt ſingulare,niſi in omnem euentum ſint ↄ̃hen
dæ.arg.hic.Vel dic,ꝙ ſtatim cum bona confiſcantur, actio de do
te naſcitur,quaſi tunc incipiat de pauperari, ut ſ.eo.l.ſi conſtante.
in prin.ſicut ergo tranſit illa,quæ per prius erat nata,ita & illa,quę
tunc naſcitur,ſecus ſi non erat nata,nec tunc naſcitur , ſed pendet
eius natiuitas.d.l.quatenus.in fi.& iſta plus placet,q̃ præcedẽs , q̃a
ſi eſſet ſtatutum,uel pactum de dote lucranda,non eſſet uera præ
cedens,ꝙ in omnem euentum eſſet naſcitura, actiones autem a-
ctiuę indiſtinctè tranſeunt in fiſcum,ut ſ.eo.l.ſi conſtante.§.fi.eo.
modo per contractum,uel per alium modum,ut ibi dixi.& l.prin
ceps bona.de uerbo.ſignific.

1 *Dotem pacto remiſſam non poteſt pater petere,& pactum perſonale per-
ſonam non egreditur.*
2 *Pactum,uel ſtatutum de dote lucranda habet etiam locum in dote nõ ſo
luta ſi contractum eſt matrimonium per uerba de præſenti.*
3 *Quid ſi ſtatutum diceret,ꝙ uir lucretur dotem datam.*

1 §.Si pater. † Dotem pacto remiſſam non p̃t pater pete-
re,& pactum perſonalè perſonam non egre
ditur.h.d. Et primo loquitur,qñ ipſe pater repetebat dotem a ma
rito integram,q̃ ipſe promiſerat,ſed nõ ſoluerat,niſi pro parte , &
pro altera parte fuit ſibi remiſſa per pactum,nam in illa parte non
auditur vſq ibi,(ꝙ ſi mortuo.)Secũdo loquitur, qñ mortuo pa-
tre ipſe maritus agebat ↄ̃ hæredes patris , dicens eis non prodeſſe
pactum factum patri tanq̃ perſonale,& dicit eum audiendum,&
iſtud poteſt intelligi duob.mo.ſ.ꝙ agebat conſtãte matrimonio,
& iſta eſt bona, & clara,vel eo ſoluto,& tunc dic,ꝙ fecerat pactũ
de dote lucranda,alias repellitur per exceptionem, dolo facis , &
2 ita ſentit gl.ſuper uer.cœpit.in fi.† Et tunc no. ꝙ tale pactum uen-
dicat ſibi locum,etiam in dote non ſoluta,ſic ſ.de cond.ob. cau.l.
ſi ſoluturus. in fi. & l. Iul. de iure do. & no. ʒ.eo. l. ſi ſocer.§. Lu-
cius.hoc ſi maritus incipit ſuſtinere onera matri. quia uxorem du
xit.Idem ur̃ ſi non duxit, ſi tñ ↄ̃ctum eſt matrimonium per uer-
ba de præſenti,per l.Deo nobis,ut ibi eſt caſus ſcḋm Bal. ibidem. C.
de epiſc.& cle.licèt non ſic lucretur fructus dotis l.de diuiſione.ſ.
eo.cum ibi no.Et adde,qḋ no.Bar.in l.nihil.ʒ.re.amo.licet do.Bart.
de Salyc.ut alias uidi,tenuerit ↄ̃rium per plures rationes , q̃ prima
facie demulcent aures,ſed ↄ̃ ipſum per plures uidi conſultum , ut
ego ẽt conſului,ſi ſtatutum dicat , ꝙ uir lucretur dotem uxoris ,
3 quia non p̃t negari,quin ſit uxor: † ſi aũt dicat,ꝙ lucretur dotem
datam,quid iuris ſit,uide per Bar.in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſ.
eccl.¶In tex.ibi,(& ſol.mat exegerit.)ſupple ad ducẽta , quorum
centum ſoluerat,& alia cẽtum per pactum remiſſa dicebat, ꝙ fin
guntur ſoluta,ſed ↄ̃rium eſt, quia illa non intelliguntur eſſe dotis ,
& ſic non poſſunt repeti, vt ſtatim ſequitur.¶Sed ↄ̃ extra glo.de l.
a pen.§.ſi uir. ʒ.eo.Sol.dicit ibi Bar.ꝙ hic fuerunt remiſſa ᵃ per pactũ
ꝙ non habet uim ſolutionis,ibi per acceptilationem, q̃ vim ſolu -
tionis habet.Vel aliter,& melius,ipſe pater , quia fuerunt remiſſa ,
non poteſt ea petere,ſiue per pactum, ſiue per acceptilationem ,
quia iniquè peteret,cum penès ſe habet,arg.in l.promittendo. in
fi.ſ.de iu.do.¶Sed ſi quæritur,an ipſa filia,ſi fuit in ipſam actio cõ
ſolidata,petere poſſit,perinde,ac ſi fuiſſent ipſi marito ſoluta , tũc
procedit iſta diſtinctio Bar.quia ſi maritus liberauit promiſſorem
per acceptilationem,indiſtinctè poteſt petere, quia uim ſolutio-
nis habet,ſiue erat pater,ſiue extraneus,& ſiue promiſerat extra-
neus aĩo donandi,ſiue non,habet locum l. ſi extraneus . de iure
do.quæ loquitur,qñ promiſſor nõ ſoluit,nec fingitur ſoluiſſe , &
iſte eſt caſus ſingularis in illo §.ſi uir.si aũt liberauit per pactum,vł
nullo modo liberauit,ſed neglexit petere,& tũc diſtingue tres ca-
ſus.Aut conſtat,ꝙ ille promiſſor erat idoneus, & ſine incommo
do potuiſſet ſoluere,& tunc maritus tenetur , quaſi culpa ſua nõ
exegerit,ut ſ.l.proxi.§.j.& l.cum dos.ſ.de pac.conuen. Aut ↄſtat,
ꝙ nullo modo poterat ſoluere, & tunc si recepit promiſſionem
ſcienter idem,& sibi imputet,ut l.promittendo.§.si a debitore. de
iu.do.Aut ignoranter.& tunc non eſt,quid sibi imputetur quare
non exegit,quod exigere non potuit , nec ẽt ſi per pactum remi-
ſit.qm inanem actionem remiſit.l.q̃uis.§.Marcel.ſ.ad Velleia.aut
poterat ſoluere,ſed non ſine incommodo , & tunc ſerua diſtin-
ctionem l.ſi extraneus.ꝙ ſi promiſſor erat pater mulieris,non po
teſt mulier imputare marito,quare ipſum non coegit ad ſoluen-
dum. Idem ſi erat extraneus,& promiſit aĩo donandi,ſecus ſi
erat debitor mulieris,& tanq̃ debitor promiſit,ſed ſi ipſamet mu
lier promiſit indiſtinctè, non p̃ot imputare marito ita intelligo l.il
lam.& addę,quod dixi in l.præced.¶In fi.tex.ibi.(iſta quoq pecu -
nia in dotem eius erit.)hoc eſt dicere , ꝙ maritus poterit eam pe-
tere non obſtante pacto,quaſi pactum fuerit perſonale,quia pro
miſit ab ipſo patre non petere.q.d.ꝙ ab hærede bene uoluit poſſe
petere,ſpeciale tñ eſt hic fauore dotis, & tunc pactum præſuma-
tur perſonale,rł̃r ſecus,etiam cum paciſcor a te non petere , ut l.
iuriſgentium.§.pactorum.ſ.de pact.& l.pactum.ſ.de prob. quod
dic,ut plene.per Bar.in l.ſi ſic.ʒ.de uerb.obl.

ADDITIO.

a ¶Remiſſa.Facit ſcḋm Ang.ꝙ ille,qui tenetur fœneratori noĩe uſurarũ pu-
ta ad centum,ſi ſoluat quinquaginta , & ab aliis.a fęneratore liberetur ꝑ
acceptilationem,ꝙ ſi deinde uelit repetere uſuras,iuxta ca.debitores.de
iureiur.poterit repetere,niſi ſit uere ſoluta,quia acceptilatio non opera
tur idem,ꝙ uera ſolutio,ut habetur per Bar.in l.ſi acceptolatum.§.j.ʒ.de
acce.& per Lud.Ro.conſi.22.

1 *Filia effecta ſui iuris antequam dos exigatur a patre,etiam ꝙ pater ſit li-
tem conteſtatus , & obtinuit ſñiam pro ſe,in filiam conſolidatur actio
de dote una cum actione iudicati.*
2 *Caſus,in quo actio ambulat de una perſona in alteram, & ꝙ rł̃r ſit ſecus .
Filia etiam ſi efficiatur ſui iuris ſoluto matrimonio, locum habet conſoli-
datio,ſi nondum dos erat ſoluta.*
3 *Poſtquam filia conſenſit patri agenti, uel procuratorem conſtituenti , an
teneatur etiam conſentire hæredib.patris,ut agere poſſint.*
4 *Cum pater teneatur dotare filiam,an ẽt eius hæredes extranei teneantur.*

1 §.Si voluntate. † Si filia efficiatur ſui iuris anteq̃ dos
ſit per patrem exacta,ẽt ſi pater fue-
rat litem conteſtatus ſuper actione de dote, & ſñiam pro ſe obti-
nuerat,nihilominus in filiã conſolidatr̃ actio de dote unà cũ actio
ne iudicati.h.d.iſte §.ſingulariſſimus.& neſcio ipſum alibi.Rõ eſt,
quia per talem,ſñiam non nouatur actio dotis,ut tollatur,immo
remanet in ſuis terminis,ut no.in l.duob.de exce.rei iud. & in l. 1.
C.de iud.& iõ ſequitur ſuam nãm,& in eius ↄ̃ñam ẽt ipſa act. iudi.
licet ſit propria ipſius patris,quia ipſe ſolus egit,& ſibi ſoli fuit ac-
quiſita, nihilominus tranſit in filiam tanq̃ acceſſoria , poſtq̃ actio
de dote,q̃ eſt principalis,i ipſam ſolam conſolidatr̃,qḋ eſt mirabile,
alias ſequeretr̃ inconueniens,ꝙ uterq poſſit maritũ cõuenire, &
exigere.ſ.filia actione de dote,& pater actione iudicati, ꝙ eſſet in
conueniens.Si ãt filia efficiatur ſui iuris poſt dotẽ exactam per pa
trẽ,cum actio de dote ſit ſublata,non eſt tractandũ de conſolida-
tione,imo unitr̃ dos cum patrimonio pr̃is , & tranſmittitur ad oẽs
1 hæredes eius l.fi.C.cõmu.utri.iu.& no. ʒ.eo.l.inſulam.in prin.† Eſt
ergo hic caſus , in quo actio ambulat de una perſona in alterã , &
hoc ↄtingit rõne acceſſionis,rł̃r ſecus,ut no.ſ.eo.l. non ſolum.Itẽ
patet ex iſto tex.ꝙ ẽt filia efficiatur ſui iuris ſol.mat.locum hẽt ↄ-
ſolidatio,ſi nondũ dos erat exacta,& per hoc Bart.in l. poſt dotẽ.
ʒ.eo.determinat unum ↄ̃ Dy.¶In gl.q̃ incipit,(ſecus in iudicio o-
perarum,) rõ diuerſitatis eſt ſcḋm Dy.quia uiuente patre patrono
filius in ſtipulatione operarum nullum ius hẽt,nec aliquam cõio-
nem,iõ ſi pater obtinuit pro ſe ſñiam,& poſtea decedat inſtitutis
extraneis hæredib.tranſmittit actionẽ iudicati ad eos filiis excluſis
ſed hic filia habebat cõionem in actione de dote,iõ ſecus,& idem
in ſtipulatione operarum,ſi non eſſet adhuc lata ſñia pro parte,ut
3 ʒ.ſequitur in gl.¶†In gl.ibi,(ſicut §.ſi debitori.) per q̃ ur̃ , ꝙ poſtq̃
filia conſenſit pr̃i agenti,uel procuratorẽ conſtituenti, ut hic dr̃ in
tex.teneatr̃ ẽt conſentire hæredib.patris,ut agere poſſint , cuius ↄ̃-
4 rium hic dr̃ in fi.gl.non ſoluit,ſed Dyn.dicit,† ꝙ ibi erat eadẽ rõ in
hærede,quæ in defuncto,hic non,quia pr̃ tenetur dotare filiã, ſed
hæredes eius extranei non Doc.reprobant hoc ultimum,& ipſe
idem Dy.tenuit ↄ̃rium,ꝙ ẽt hæredes extranei teneantur. ʒ.e.l. in-
ſulam.in prin.cũ in ipſos tranſeũt bona,q̃ ſunt huic oneri annexa,
ſicut & oneri alimentorũ,ut ʒ.de libe.agno.l. ſi quis a liberis.§.i dẽ
reſcriptum.ubi hoc plene probatur,& ꝙ no.Cy.in l. alimenta. in
fi.C.de neg.geſt.ſolue ergo ↄ̃rium ſcḋm Bar.ꝙ §.ſi debitori.loquitr̃,
qñ quis conſentit alteri ex mera uoluntate, unde extẽditur ad hæ
redes illius,hic uero ex neceſſitate,quia non habebat cauſam ↄ̃di
cendi,unde non extenditur, quia primo caſu fauorabilior eſt ex-
tenſio,q̃ ſecundo,plus.n.prouidetur ei , qui ex neceſſitate facit a-
ctum,q̃ ei,qui ex uoluntate,ut l.si fideiuſſor.§.si neceſſaria.qui ſa-
tiſd.cog.& qḋ no.in l.procurator.qui pro euic.ſ.de procura.

1 *Mulier,quatenus de dote ſibi eſt reſtitutum per cohæredes uiri,non poteſt
a uiro repetere,nec uir a cohæredib.eius.*
2 *Si pater,qui dotem recepit,deceſſit relicto filio,& plurib.aliꝭ hæredib.ſtã
te matrimonio poteſt filius ante patrem recipere dotem,et cohæredes co
guntur per iudicium fam.erci.ſibi conſignare præſtita cautione de defen
dendo ipſos aduerſus mulierem.*
3 *Quando unus fuit purè,alter ſub conditione,an inſtitutus purè poſſit con
ueniri inſolidum a creditoribus hæreditariꝭ, uel ipſi debitores hæredita
rii inſolidum conueniri poſſint,*

§.Cum

§.Cum patri. †Quatenus de dote reſtitutũ eſt mu
lieri per cohæredes uiri, non põt mu-
2 lier à uiro repetere, nec uir à cohæredib. eius h.d. †Premitte, ꝙ ſi
pater, qui dotem recepit, deceſſit relicto filio cum plurib. alijs hæ-
redib. conſtante matrimonio, poteſt filius ante patrem recipere
dotem, cum habeat ſuſtinere onera matrimonij, & cohæredes
coguntur ꝑ iudicium famil. erciſ. ſibi ꝯſignare pſtita cautione de
defendendo ipſos aduerſus mulierẽ, qa tenent oẽs ex pſona pa-
tris. & ſol.ma. ipſe ſolus maritus habebat neceſſe reſtituere mulie
ri, vt l.ſi filius. §. hoc amplius, & l. ſi maritus famil. erciſc. Dr̃ ergo
hic, ꝙ ſi matrimoniũ erat ſolutũ, & cohæredes reſtituerunt mu-
lieri pro ipſorum portionib. nec maritus ab eis poterit petere, nec
ipſa à marito, quatenus recepit, ſed tenebitur ſolum pro parte ſua,
3 qua eſt hæres. ¶†In tex. ibi, (pro ſua portione.) hic vr̃ caſus de qõ-
ne, q̃ format gl. in l.2. §. ſi pars hæred. pet. qñ unus fuit inſtitutus
purè, alter ſub ꝯdõe, an iſtitutus purè poſſit ꝯueniri inſolidũ à cre-
ditorib. hereditarijs, vel ipſe debitores hæreditarios inſolidũ ꝯueni
re, & hic vr̃ expreſſum, ꝙ nõ, ſed ſolũ pro portione ſua. Quantũ
verò ad portionẽ alterius dr̃ hæreditas iacere, & prouidet. credito
bus, vt faciant dare curatorẽ, uel mittant in poſſeſſionem, vt l. ſi
duo. qui. ex cau. in poſſe. ea. & l. ſi quis inſtituatur cum ibi no. ). de
hæred. Inſtit. & de cur. bo. dan. per totũ. de hac q̃ſtione ꝑ Bar. in l.
planè. §. ſi coniunctim. de leg. j. Quæro hic erat ſolutum matrim.
quid ſi conſtabat? Reſpondeo cohæredes iſti ſoluendo mulieri ſi
ne uoluntate mariti non eſſent à marito liberati, quia non erat ſol
uenda illi, ſed ipſi marito, qui ſuſtinebat onera matrimonij, vt ſ. di-
xi. ergo & c. argum. ſ. eo. l. quoties. in fi. l. qui hominẽ. §. ſi nullo ). de
ſolu. Et hoc innuit gloſſ. parua ſuper uerb. ſoluerit. iuncta alia ſu-
uerb. habet.

1 *Fructus percepti ſol. matrim. per uirum augent dotem, & actione de dote poſſunt peti, etiam ſi dos erat reſtituta.*
2 *Dos, quòd dicatur eſſe quædã uniuerſitas iuris, & quòd recipiat augmẽtũ ex fructib. tam perceptis ante matrimonium, quàm poſt ipſum ſolutum.*
3 *Partus ancillarum, quòd non ſint in fructu.*
4 *An admittatur libellus, in quo mulier petat fructus, ſi non ſpecificat quãtitatem.*

1 §.Si fundum. †Fructus ꝑcepti ſoluto matrimonio
per uirum augent dotẽ, & actione de
dotẽ pñt peti, ẽt ſi dos erat reſtituta h.d. Eſt ergo hic tex. ꝯ id, quod
dixit Bal. in l. diuortio. §. ob donationes. ſ. eo. ꝙ licèt fructus perce
pti ante matrimonium contractũ dotem augeat qa ſperatur matri.
vt ſ. eo. l. ſi ante. ſecus in ꝑceptis eo ſoluto, quod eſt contra iſtum
2 tex. ¶† Item eſt hic caſus pro eo, quod no. Bar. ſuper rub. huius
tit. ꝙ dos dr̃ eſſe quædã vniuerſitas iuris, qđ pater, qa recipit aug-
mentũ ex fructib. vt eadem rõ, quæ dat pro reb. principaliter da-
tis in dotem, competat ẽt pro fructib. ante matrimoniũ, uel poſt
ipſum ſolutum perceptis, non ſic in ſingularib. iudicijs, alia. n. eſt
rei vẽdicatio, q̃ datur pro re principali, alia, quæ datur pro fructib.
eius, ut no. ꝑ glo. in l. itẽ ueniunt. §. fructus. ſ. de pet. hær. & ſic res
ſingularis nõ recipit augmentum ex fructibus, quia tunc eadem
3 actio, quæ datur pro re, extenderet ad fructus. †In tex. ibi, (ſi partũ
a ancillarum.) qui partus non ſunt in fructu,[a] & ſic ſunt reſtituendi
mulieri, ẽt ſi ſint percepti conſtante matrimonio, & ). integrum
annum, & idem in legatis, & hereditaribus aduenientibus ſeruo
dotali cõtemplatione mulieris, ſed in his, quæ ſunt in fructu, diſtin
guitur, an intra annum integrum, & non ueniunt reſtituendi, an
in anno non integro, & tunc pro rata, qua non durauit matrimo
niũ, ſiue ſint percepti per maritum, ſiue per uxorem. Si quis aũt
uellet defendere opinionem Bal. poſſet reſpondere ad iſtum tex.
ꝙ intelligitur, qñ fructus fuerunt percepti per maritum matrimo
nio conſtante, ſed certè quoties ueniunt reſtituẽdi, perinde eſt,
ac ſi eſſent percepti eo ſoluto, quoniam attribuũtur cuilibet mẽ-
ſi pro rata. l. diuortio. §. non ſolum. ſ. eo. Et ꝙ intelligatur, qñ ſol.
mat. percepit, probatur in comparatione, quàm facit de legatis, &
hæreditatib. obuenientib. poſt factum diuortium. Opp. contra
iſtum tex. de l.4. C. depoſiti. Sol. ibi acceſſiones ueniebant iudicis
officio mercenario, hic iure actionis. item uidetur, ꝙ nõ debeant
peti ipſi fructus, ſed ipſa res, ut fructus conſequatur, ut l. Iulia. §. j.
de uerb. obl. Sol. ibi fuit res perfectè ſoluta, uel in totum ſoluta, li
cèt deficeret quoddam ius cautionis, hic dos fuit ſoluta pro alte-
ra parte, ideo pro illa eſt actio extincta, & durat duntaxat pro al-
4 tera. l. ſi ſtipulatus. ). de ſol. ¶†Vltimo quæritur, an admittatur li-
bellus, in quo mulier petat fructus, ſi non ſpecificat quãtitatem,
dic, ꝙ quando petit rem principalem una cum fructib. inde per-
b ceptis procedit: in acceſſorijs admittitur libellus incertus,[b] ſed
ex poſtfacto certificanda eſt quantitas, ita determinat Cyn. in l.
cum propria. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & Inno. in c. inter dilectos.
de don. & de ſpõ. c. cũ ad ſedem. benè facit l. in emptione. in prin.
de contrah. emp. ubi incertitudo non uitiat in acceſſorijs, ſed ſi
peteret duntaxat fructus, ut in caſu huius l. videtur ſecus, niſi iure
tur ſe non poſſe ſpecificare, iuxta ea, quæ habentur in l. j. §. ſi quis
argentum. ſ. dedo. & ita poteſt intelligi quod not. Cy. & Bald. &
Richar. mal. in l. j. C. de ſecun. nup. ſi quia mulier.

ADDITIONES

a Vt inſtitu. De rerum diuiſi. § partus. & Card. in cle. j. q. 17. de decimis. ſed nec animalium appellatione uenit, ut ibidem.
b Incertus. Vide bar. in c. ſignificantib. de libel. ob. & mod. in c. grauis. de reſtitu. ſpol. & in c. certificari. de ſepul. per Cy. in l. certũ. C. de rei uen. Bal. in l.2. de pet. hær. Ale. conſi. 22. j. lib. & conſi. 92. 2. lib.

LEX XXXIII.

1 *Maritus utitur exceptione, ne conueniatur ultra, quàm facere poſſit, etiã contra eum, cui delegatus eſt per mulierem ex cauſa oneroſa.*
2 *Per hæc uerba, promitto quod debeo, an uidetur reſeruaſſe dilatoriam, & quid de peremptoria.*
3 *Si debitor in diem delegatus alteri promittat per iſta uerba, promitto, ꝙ tali debeo, cenſetur promiſiſſe ſub eadem die.*
4 *Bonum eſt argumentum de tempore ad quantitatem.*
*Si delato iuramento, per maritũ iurat mulier centum ſibi deberi, an maritus poterit uti excep. ne conueniatur ultra, quàm facere poſſit.*
5 *Quid in teſtatore, qui tutus erat aliqua exceptione, ſi legauit ſuo creditori, an cenſeatur exceptionem remiſiſſe.*

1 1 SI prior. † Maritus utitur exceptione, ne cõue-
niatur ultra, quàm facere poſſit, ẽt ꝯ eũ,
cui delegatus eſt per mulierẽ ex cã oneroſa h.d. & gl.
intelligit, qñ promiſit ꝑ iſta uerba, promitto tibi id,
quod debeo mulieri, qa illud uerbum debet intelligi. ſ. cũ effectu,
& ſic i. quatenus debeo cũ effectu, ſi aũt ꝓmiſiſſet expreſſa certa
a quantitate, tunc eſſet diſtinguendũ, aut ſciebat[a] exceptionem ſi-
bi competere, & vr̃ ei renuntiaſſe, vt l. ſi quis delegauerit. ). de no
ua. aut ignorabat, & tunc ſecus, & hoc, qñ fuit delegatus alteri ex
cauſa oneroſa, ſi autem ex cauſa lucratiua, videtur, ꝙ indiſtinctè
ꝯ eum poſſit uti exce. qua poterat uti contra delegantem, quod
dic, ut pleniſſimè no. in l. doli. ). de noua. ꝑ Dy. & Bar. in caſu aũt
huius l. non eſt diſtinguendum, an ſciuerit excep. ſibi competere,
uel ignorauerit, qñ uerba pomiſſionis de proprio ſignificatu nõ
plus important, & iſta gl. eſt ſingularis, & ſemper allegatur, facit. l.
Meuio. § à me. ). de legat. ij. ubi planè probatur in tex. & gl. ¶In gl.
ibi, (cum ſecundus maritus ſit mulieris creditor.) ſupple ex cã nõ
lucratiua. ſed oneroſa ꝑꝑ onera matrimonij. vt in l. ex promiſſio-
2 ne. ). de acti. & obligatio. ¶† Et no ꝙ iſta gl. limitat totam illã mate
riam, de qua habet. in l. doli. ). de noua. quidã tñ dicũt, ꝙ hic loqui
tur de except. dilatoria, quæ debitũ non perimit, ſi aũt ſſet perem
toriã, non eſſet adhibenda diſtinctio gl. ſed non placet, ſi per hæc
uerba, promitto, qđ debeo, cenſet ſibi reſeruaſſe dilatoriam, ẽt ſi
promittat ſcienter fortius peremptoriam, quia facilius perditur
3 prima, qua ſecunda, vt ſ. de cond. inde. l. ſi in diẽ. cũ l. ſeq. ¶† Et per
iſtã gl. dicit Bar. ꝙ ſi debitor in diem delegatus alteri promittat, ꝑ
iſta uerba, promitto, qđ tali debeo. cenſetur promiſiſſe ſub eadẽ
die, ut ipſe no. in l. Stichũ. in fi. de noua. & l. qui ſic. de verb. obl. ſe-
4 cus ſi eſſet expreſſa ſub certa quantitate, † qa bona eſt argumen-
tatio de tpe ad quantitatẽ, vt ſicut ille, qui debet minus quantita-
te, per hæc uerba, promitto, qđ debeo. cenſetur tanto minus ꝓ
mittere, ita qui debet minus tpe, puta diem. ¶Quid aũt ſi delato
ſibi iur̃o per maritũ, iurat ſibi centum deberi. gl. hic, & in l. eũ qui.
§. ſi mulier. de iurei. tenet, ꝙ illa uerba intelligantur cum effectu,
& ſic maritus non poſſit uti illa exceptione. tu dic melius, ut ibi
notaui, aut erat de hoc qõ, qa maritus oppoſuerat illã exceptio-
nem, & uerũ dicit gl. aut non erat de hoc qõ inter partes, ſed ſo-
lũ, an centum eſſent data in dotem, & tunc illam exceptionẽ ma-
ritus nõ perdit, qa iur̃m neceſſariũ reſtringitur ad id, de quo erat
qõ inter partes, ſicut & tranſactio, ut l. de cætero. C. de tranſactio.
5 ¶ † Quid autem in teſtatore, qui tutus erat aliqua exceptione, ſi
legauit creditori ſuo qđ debet? Bartol. in l. ſi creditori. de legat. j. in
prin. vr̃ ſentire, ꝙ debeat adhiberi diſtinctio huius glo. Tu dic er-
go, ꝙ etiam, ſi dixi lego qđ debeo. ſi ſciebat ſibi exceptionem cõ
petere, cenſetur illam remiſiſſe, vt legatum ualeat, quia fauorabi-
lior fit interp̃tatio in legatis, q̃ in ꝯctib. l. in teſt. de reg. iur. ſecus ſi
ignorabat excep. ſibi cõpetere. arg. in l. j. C. de fal. cau. adie. le. ¶In
fi. gl. ibi, (qđ aũt ſi poſt hanc promiſſionẽ ſiat non ſoluendo.) gl.
hic non declarat, quid iuris, ſed dic ſm Dy. ꝙ cũ ipſe per prius eſ
ſet obligatus mulieri, aduerſus, q̃ habuiſſet exceptionẽ, ſi alteri
non promiſiſſet, ꝙ ẽt tunc ex paupertate ſuperueniente habe-
bit aduerſus eum cui delegatus eſt, ſecus ſi non fuiſſet mulieri
obligatus, per l. qui libertinus. §. ſi creditori. ). de ope. libe. ubi vide
tur tex. ſingularis in iſta materia, qñ quis eſt alteri delegatus, & po
ſtea ſuperuenit aliquid, quod induceret exceptionem aduerſus
delegãtem, an inducat etiam aduerſus eũ, cui facta eſt delegatio.



ADDITIO.

a ¶Sciebat. Adde quòd uoluit Ro. conſi. 87.

## L E X XXXIIII.

1 *Adhibitus ad ſtipulandum dotem animo donandi, quòd poſſit eam à marito repetere.*
2 *Caſus, in quo aditio hæreditatis habet uim ſolutionis.*
3 *Succeſſio regulariter ad damnum ſuccedentis nõ habet uim ſolutionis, nec ẽt ut lucretur, licèt benè habeat quantum ad hoc, ut ius ſuum conſeruet aduerſus alios.*
4 *Si mulier, q̃ dotis nomine certã pecuniã promiſit, & quoſdã adhibuit, qui ſtipulati ſint partẽ dotis diſtracto matrimonio eis ſolui, & ea nulla data dote obijt marito hr̃de relicto, quòd hodie ſi maritus conficeret inuentarium, quòd proderit ſibi contra tales ſtipulatores quantum ad hoc, ut non teneatur cùm illo debito compenſare ipſam hæreditatem, nec uideatur eam recepiſſe.*
*An mulier poſſit maritum liberare à tali promiſſione.*
5 *Mulierum genus auariſſimum eſt.*
*Tres caſus, in quib. præſumitur animus donandi.*
6 *Si frater meus me conſentiente uxori ſuæ donauit rem meam, præſumitur animus donandi, etiam quantum ad me.*
*Si expendo circa perſonam conſanguinei deſcendentis, expenſa eſt pia, ut alimentorum, ſecus ſi circa res.*
*Idem in alijs, qui loco deſcendentium habentur.*
7 *Quod expenditur ad faciendum aliquam artem diſcere aſſimilatur expenſæ alimentorum.*
8 *Si ſolui tibi aliquid tanquã debitum, cùm nullo modo eſſet debitũ, & ego ſciebã, p̃ſumitur animus donandi, ſecus ſi ſuberat debitũ, licèt id, quod ſolui, debitum non erat, ſed ſolui, ut liberarem me à debito.*
9 *Si tradidi tibi centum, an præſumatur donaſſe, uel depoſuiſſe.*
*Promittens per pactum nudum nulla cauſa expreſſa non præſumitur donare velle, ſed ſi per ſtipulationem, bene præſumitur animus donandi, ſi alia ratio poteſt ſubeſſe.*
10 *Quid in expendente pro alio non coniuncto, quod nõ præſumatur animus donandi.*
*Quid in eo, qui eſt ſtipulatus, uel pactus rem ſuam reſtitui alteri, uel id, quod ſibi debetur.*
11 *Quid in eo, qui emit alieno nomine de ſua pecunia.*
12 *Quid in eo, qui conſentit rem ſuam, uel in qua ius habet alteri uendi: uel alienari.*

1 QVæ dotis. †Adhibitus ad ſtipulãdũ dotẽ aĩo
donãdi p̃t eã à marito repetere, li-
cèt maritus ab uxore adhibẽte nunq̃ recepit, ſi tñ ſi-
bi ſucceſſit, ẽt in hr̃ditate dãnoſa, vel q̃ ſoluẽdo non
erat h.d. ſ͠m cõem lec. tã gl. q̃ Bar. Rõ eſt, qa fictè fingit̃ eã recipe
adeũdo hr̃ditatẽ illius, qa dẽt eã cõpenſare cũ dote, ad q̃ illa ſibi
tenebat̃, & hoc vult iſte tex. in effectu, &c. ¶In tex. ibi, (diſtracto
mr̃imonio ſibi ſolui.) hoc dẽt intelligi eo caſu, quo mr̃imoniũ ſol
uat̃ morte mulieris, nõ ſi morte uiri, ſicut nec ualeret pactũ, ꝙ uir
in hũc caſum lucret̃ eã, & mulier remaneret indotata, vt in l. 2. ſ.
de pac. cõuen. & ita probat̃ in l. cũ pr̃ certã. ff. de leg. 2. & hoc, qñ
fuerũt adhibiti animo donãdi, ſed ſi tanq̃ procuratores mulieris,
tũc qa hñt eidẽ mulieri reſtituere, & ſic ceſſat p̃dicta rõ, cenſet̃ in
oẽm caſũ ſoluti matrim. adhibiti. ¶In tex. ibi, (intelligeret̃ ſe cõpẽ
2 ſaſſe.) † Not. ergo hic caſum, in quo aditio hr̃ditatis hẽt ui͂ ſolõnis,
quãtũ ad cõmodũ adeũtis. Sed ꝯ de l. Vrãnius. ff. de fideiuſ. Solut.
ſpãle eſt hic, qñ hæres ſuccedit illi, ꝯ quẽ, ſeu cuius hr̃des habebãt
neceſſe actiones cedere, qa cũ ſuccedendo ꝑdat facultatẽ ceden-
do, qñ actio, quæ ueniebat cedenda, extinguit̃ iure cõfuſionis,
cũ talis ſucceſſio, uel aditio vim ſolõnis habeat, ẽt ad dãnum eius,
vt teneat̃ cũ effectu ſoluere creditori ſuo, licèt non teneret̃, ſi non
ſucceſſit, qa ſaltẽ poſſet cedere actiones ꝯ alios hr̃des, q̃ potuiſſẽt
effici vtiles contra eos, licèt ꝯ defunctũ fuerint inutiles, qa illi te-
nent̃ ẽt ultra uires hr̃ditarias creditorib. hæreditarijs, vt ſeq̃tur, &
actio illa cedenda erat hr̃ditaria, ſed ſuccedendo, ſibi perdat facul-
3 tatẽ cedendi facto ſuo, iõ vr̃ ſibi ipſi ſoluiſſe: † regulariter aũt ſuc-
ceſſio ad damnũ ſuccedentis nõ habet uim ſolutionis, vt d. l. Vrã
nius. nec ẽt uti lucretur, vt l. ſi hæres à debitore. in fi. e. ti. licèt bñ
habebat quantũ ad hoc, ut ius ſuũ ꝯſeruet aduerſus alios, vt in l. ſi
ei, cui. §. fi. ſ. de euic. & adde qđ no. Bar. in d. l. Vrãnius. ſuꝑ hoc ar
ticulo. ¶In tex. ibi, (qñ cæteris ẽt creditorib. teneatur.) innuit ergo,
ꝙ iſti adhibiti ad ſtipulãdũ ſint creditores hr̃ditarij iſtius mulieris,
qđ nõ eſt uerũ, qa nõ fuerũt ſtipulati à muliere, ſed à marito. Nec
cõueniũt maritũ, tanq̃ hr̃dẽ, ſed ex propria ꝓmiſſione, tñ uult di-
cere, ꝙ licèt ita ſit, nihilominus idẽ iuris eſt in iſtis, ꝙ in alijs credito
rib. hr̃ditarijs, qa ſicut ipſa hr̃ditas, licèt non ſit ſoluẽdo, tñ reputat̃
eſſe ſoluendo quantũ ad hoc, ut hr̃s teneatur creditorib. hr̃dita
rijs in ſolidũ, ita & quantũ ad iſtos, ut eis teneat̃ cũ effectu, ac ſi eſ-
ſet ſoluẽdo, licèt, ſi illi nõ ſucceſſiſſet, nõ teneret̃ ſed liberaret̃ cedẽ
do actionẽ cõtra alios hr̃des, qa non poſſent iſti adhibiti aĩo do-
nãdi imputare marito, quare dotẽ à muliere ñ exigit à tertio, qa
aĩo donãdi promiſit dotẽ pro muliere, vt in l. ſi exneus. ſ. de iure
do. Sic ergo no. ꝙ iſtud debitũ, licèt non ſit hr̃ditariũ merè, tñ põt
dici partim hr̃ditariũ, partim nõ, qa ſucceſſio hr̃ditaria fortificat
4 hoc debitũ magis, q̃ prius eẽt. † Et ex hoc ſeq̃tur aliud, ꝙ hodie ſi
maritꝰ ꝯficeret inuẽtariũ, ſicut illud ꝓdeſſet ſibi, q̃tũ ad creditores
hr̃ditarios mulieris, vt eis ñ teneret̃ ultra uires hr̃ditatis, ita & ꝓde
rit ſibi ꝯ iſtos ſtipulatores, licèt nõ ſint hr̃ditarij merè q̃tũ ad hoc,
ut nõ teneat̃ cũ illo debito cõpenſare ipſã hr̃ditatẽ, nec uideat̃ eã
recepiſſe verè, uel fictè, & hoc ſentit hic gl. ſuꝑ ver. cęteris. q̃ Bal.
ſubtilr̃ ita decl̃at, & eſt ſingulare, & pulchrũ. ¶Op. ĩ gl. j. duo. mo.
ꝙ iſti ſtipulatores nõ pñt ꝯuenire maritũ, qa cẽſent̃ adhibiti tanq̃
ꝓcuratores mulieris nõ aĩo donãdi, vt patet. in l. mulier bona. §. fi.
de iu do. vbi hr̃, ꝙ mulier hoc ñ obſtãte p̃t maritũ liberare ab illa
ꝓmiſſione, qđ nõ eſſet, ſi aĩo donãdi adhibuiſſet, qa ꝑfecta dõ nõ
reuocat̃: oportet ergo dicere, ꝙ illud ſit in eo, qa cẽſeant̃ adhibiti,
vt ꝓcuratores, & ſic ad commodũ mulieris, vñ põt mulier illam
actionẽ tollere, licèt nõ cõpetat ſibi, ſed ſuo procuratori, ut eſt ibi
ĩ tex. no. & ẽt hr̃ in text. & glo. in l. apud Celſum. §. mãdauit. de do.
exce. tenent̃ ergo actione mãdati reſtituere mulieri, uel hr̃dib. eius
q̃cq̃d exigẽt à marito, ſicut adiectis in ſtipl̃one ad ſolõnẽ, ut l. Iul.
§. j. de uer. ob. ſi ergo arguũt ꝯ maritũ, & ex eius ꝓmiſſione pote-
rit maritus eos repellet̃, tanq̃ hr̃s ꝑ exceptionẽ, dolo facitis petere,
qđ mihi ꝑ actionẽ mãdati, tanq̃ hr̃di eius eſtis reſtituturi. Et ſic de
bet fieri ꝯpẽſatio unius actionis ad alterã, ꝑꝑ hoc gl. dicit hãc l. de
beri intelligi, qñ ꝯſtabat, ꝙ mulier iſtos adhibuit aĩo donãdi, aliàs
nõ ꝓcederet̃, ſed hr̃et locũ ꝯ̃riũ, qa in dubio nõ p̃ſumit̃ habuiſſe
5 aĩo donãdi, ꝑ illũ tex. & ꝑ rõnẽ, † ꝙ mulierũ genus auariſſimũ eſt,
& ĩ eis nõ p̃ſumit̃, ẽt ubi al̃s ĩ maſculo p̃ſumeret̃, ut no. in l. ſi ergo.
ſ. ad Velle. qnimo ẽt nõ ĩ maſculo regl̃r p̃ſumit̃ aĩus donãdi ꝑ rl̃ã,
q̃ ponit̃. in l. cũ de ĩdebito. de ꝓb. ꝙ nemo p̃ſumit̃ iactare ſuas pe-
cunias, fallit dicit gl. in tri. caſi. in qb. p̃ſumit̃ aĩus donãdi. & gl. in l. ſi
vero ñ remunerãdi. §. idẽ Pap. ſ. ma. ponit pl̃s alios. d. ego. ad Vel
le. Alibi hẽmus rl̃am, ꝙ ubi nõ põt ſubeſſe alia cã, q̃ dõis. p̃ſumit̃
dõ, vt no. in l. ij. §. circa. de do. exce. & probat̃ ĩ l. ſi diuortio. de verb.
obl. l. cãpanus. de ope. lib. ſecus ſi poſſet ſubeſſe alia cã, ut l. ſi cũ au-
rũ. de ſol. & ſic iſta rl̃a vr̃ ꝯ̃ria ei, q̃ dicit gl. dũ dat pro rl̃a, ꝙ ani-
mus donãdi nõ p̃ſumit̃, niſi certis caſi. Et iſta rl̃a vult, ꝙ p̃ſumit̃,
ubi alia p̃ſumptio ceſſat, Bar. nitit̃ declarare iſtã materiã, & uadit
ꝑ caſus particulares: & nõ multũ bñ declarat, quãtũ ad iſtã gl. di-
cit eã nõ bñ dicere: nec quantũ ad intell̃m huius l. ꝙ hic cõſtabat
de aĩo donãdi: hoc eſt diuinare, quãtũ ad exceptiones, quas ponit.
Vñ ad primũ ipſe dicit: ꝙ ſi eſt aliq̃s adhibitus ad ſtipulandũ dotẽ:
& in oẽm caſum tunc non vr̃ adhibitus aĩo donãdi: ſed tanq̃ ꝓ-
curator: & iſto mõ põt procedere dictũ gl. qa tũc p̃t ſubeſſe alia
rõ. ſ. honeſtatis, qa mulier ꝑꝑ honeſtatẽ noluit in inſtr̃o noĩari. Si
aũt ſit adhibitus ad ſtipulandũ partẽ dotis, vel ẽt totã, nõ tñ ĩ oẽm
caſũ, tũc ceſſat rõ p̃dicta, qa ſaltẽ in alia parte, & in alio caſu uoluit
noĩari: & iõ: qa nõ põt ſubeſſe alia p̃ſumptio: q̃ dõnis cẽſet̃ adhi-
buiſſe aĩo donãdi: & iſte eſt caſus hic: qñ adhibuit ad partẽ dotis.
& in l. cũ maritus. §. fi. de pa. do. qñ adhibuit ĩ vnũ tm̃ caſũ. Br̃ iſte
intell̃s Bar. ad hãc l. nõ ur̃ bonus: nec ſecurus: ſed ſecurior eſt in-
tell̃s gl. j. ꝑ l. ij. C. de iu. dot. vbi fuit adhibitus ad ſtipulandũ partẽ
dotis, & tñ innuit: ꝙ ſit neceſſe cõſtare de animo donãdi: ad hoc:
vt uideat̃ adhibitus donandi animo. Scđo ꝑ l. idẽque. §. ſi cui. uer.
& ita Pap. ff. man. vbi ꝯcurrebãt duæ fortes rõnes: quarũ q̃libet
ſ͠m opi. gl. vr̃ ſufficere ad p̃ſumendũ animũ donandi: videlicet rõ
ſanguinis: qa fuit adhibita mr̃. Itẽ rõ viciſſi factæ dõnis: qa eadẽ
mr̃ dotẽ đderat: & ſic donauerat: & ex poſt facto fuit adhibita, &
tñ ambę iſtę rõnes nõ faciũt videri eã adhibitã animo donãdi, ſed
potius, ꝙ tanq̃ ꝓcuratrix, & iõ tenet̃ filiæ actõe mãdati, multo er
go minus, qñ ſubeſt iſta ſola rõ, ꝙ adhibitus ad ſtipulãdũ partem
tm̃, q̃ rõ nõ reperit̃ in tex. uel gl. exp̃ſſa, ꝙ faciat p̃ſumi animũ do-
nãdi. Tertio qa rõ Bar. ſatis vr̃ fragilis. ſ. honeſtatis. nõ. n. eſt ĩhone-
ſtũ mulierib. aſcribi in inſtr̃is dotalib. ĩmo honeſtiſſimũ, cũ ſit ea-
rũ ꝓpriũ pr̃imoniũ, vt l. 3. §. ſed vtrũ. ĩ fi. de min. vñ ſi ẽt adhibuiſſet
ad ſtipulãdũ totã dotẽ. ñ eſt uериſil̃e, ꝙ hoc faceret ad euitãdũ in
honeſtatẽ, & ſic p̃ſumeret̃ animꝰs donãdi, ſicut qñ ad ſtipulãdũ
partẽ, dico ergo, ꝙ ſiue ad ſtipulãdũ totũ, ſiue partẽ, itẽ ſiue ĩ oẽm
caſũ, ſiue ĩ alterũ tm̃, ñ p̃ſumit̃ adhibitus animo donãdi ĩ dubio,
niſi de hoc ꝯſtet, & hoc vltimo caſu dẽt ĩtelligi hæc l. & l. cũ ma-
ritus. §. fi. de pac do. & hoc tã ꝑꝑ rões gl. maſculus p̃ſumit̃ habuiſ
a ſe animũ donãdi,[a] ſed in caſu iſto ipſa adhibitio eſt iuſta cã p̃ſumẽ
di ꝯ̃riũ, nam idẽ importat, qđ mandatũ, ñ. n. p̃t alius ſtipulari, qđ
mihi debet̃, niſi mãdato meo, vt mihi afferat actionem, ut l. Sti-
chũ. in fi. de nou. Nã uerè mãdati eſt, ut fiat ad ꝯmodũ mãdãtis, id
enim, qđ fieret ad ꝯmodũ mãdatarij, nõ diceret̃ fieri de mãdato,
ſed de ꝯſilio, vt l. ij. ſ. in fi. mã. ſiue ergo dicat̃ ĩ inſtr̃o, ꝙ fuit ſtipu-
latus de mãdato mulieris: ſiue de uoluntate eius: q̃ idem impor-
tat: qđ mandatũ, cũ actio eſſet ſolius mulieris iuxta not. ꝑ Bart. ff.
e. l. poſt

A D D I T I O.

a Donãdi. Contra Bar. tenuit Raph. Imo. & Lud. Ro. ut latè hic, ꝑ Alexã. ſed dic, quòd opp. Bar. ſequitur Pet. de Anch. conſi. 32. ubi etiam dicit, quòd cum adhibiti ad ſtipulandum ſtipulantur pro ſe eorum hæredib. quòd uidentur adhibiti vt donatarij.

c.l.poſt dotem.dr̄ adhibitus tanquam procurator ad cõmodum
adhibentis,vt illi teneatur reſtituere, ſi exigat, ēt ſi talis adhibitus
ſit de deſcēdentib.adhibentis, vt l. cum quis decedens.§.nuptura.
de leg.3. ꝗa fortior eſt natura mandati ad faciendum præſumi ip-
ſum, adhiditum,tanquam procuratorē, quàm rõ ſanguinis, uel
uiciſſim factæ donationis ad faciendũ p̄ſumi animo donandi, &
iſtud vr̄ eſſe de mente tex. loquentium in iſta materia, ꝗa faciunt
vim in mãdato,ſi bñ inſpiciãtur,& iſtud non ponderauerũt Doc.
quod vr̄ ſummè neceſſariũ. Quãtũ verò ad exceptiones poſitas
ꝑ gl.Bar. ꝯ quamlibet earũ pugnat,nã prima nõ eſt vera,ꝙ rõ ſo-
lius tp̄is faciat p̄ſumi animũ donandi, vt ſi ꝑ x.vel xx.ann.tacerē,
ꝙ debitũ à te non peterē,nõ ꝑpea videor tibi donare,niſi lapſum
ſit tãtũ tp̄s, quod ſufficiat ad preſcribendũ act. quã habeo ꝯ te, vt
vt l.libertatis.§.j.cũ ibi not.de ali.le.Fallit in debito odioſo,vt uſura
rio.l.qui ſemiſſes.de uſu.& l.cum poſt.in prin. de iu. do.ſed ſi cum
rõne tp̄is concurreret,& rõ ſanguinis, & ēt ſæpius reuiſa rõ cũ ta-
citurnitate, ex his tribus bene preſumeretur donatio, & iſte eſt
caſus in l. quam alleg.gl.s̈.de proba.l.Procula.& altero deficiente
ſecus,& ita gl.ſing.in d.l.libertus.§.j.Item impugnat ſecundam ex
ceptionem, quia nõ eſt verum, ꝙ ſola rõ ſanguinis faciat præſu-
mi animũ donandi,nec hoc dicit l.ſi ſeruus. de dõ. inter vi.ſed bñ
probat,ꝙ facit p̄ſumi ꝯſenſum, ex quo conſenſu præſumitur aĩus
donandi ſ̄m eum,dicit tñ,ꝙ in aſcendente erga deſcendentē bñ p̄
ſumit̄ animus donandi ꝑ l.publica. in prin. & qđ ibi no.s̈.depo.&
per l.donationes.s̈. de do. ſed certè primũ dictũ vr̄ nugatoriũ,ꝗa
paria ſunt dicere,ꝙ rõ ſanguinis facit præſumi conſenſum,ex quo
ꝯſenſu p̄ſumitur animus donandi,qui aliàs non præſumeret̄,& di
cere,ꝙ rõ ſanguinis facit præſumi animũ donandi,cõſtat eaim,ꝙ
a donatio requirit conſenſum. Item ſ̄m dictũ non ur̄ verum [a] per
illum §.nuptura.s̈.alleg.ubi fuit adhibitus deſcendens,& tamē nõ
p̄ſumitur adhibitus animo donandi.& Do.Cy.circa hoc ſatis mu
ſauit in l.2.§.non.de iu.do.qui vr̄ eſſe in eadem opi.cum Bar.& tñ
ad illum §.non videt bonum reſponſum. Tu ergo dic,ꝙ ille, qui
adhibit⁹ eſt ad ſtipu.id quod debet̄ abhibēti indiſtinctè, ēt ſi ſit de
ſcendens, non vr̄ adhibitus animo donandi ꝑꝑ naturã mãdati,ut
s̈.dixi. & iſte eſt caſus in §. nuptura. ſed in alio caſu, ſi quæritur an
rõ ſanguinis faciat p̄ſumi animũ donãdi. Dic, aut non eſt deſcen-
6 dens, & tunc facit præſumi in hoc caſu. † puta,ſi frater meus me
conſentiente uxori ſuæ donauit rem meam, quoniam etiam
conſanguinei conſuerunt donare vxoribus ꝯſanguineorum, &
iſte eſt caſus in l.ſi ſeruus. de do. inter vir. & ſtatim ualet donatio
in perſonã uxoris, ut ibi patet.ſi aũt non conſentio rem meã do-
nari,ſed expendo circa ꝯſanguineũ,tunc eſt diſtinguendũ,aut cir-
ca ꝑſonã,& expenſa eſt pia,vt alimentorũ,& præſumitur animus
donandi erga deſcendentes, aut circa res, & tunc ſecus,vt i.alimē
ta.C.de neg.geſt.Idem in alijs, qui loco deſcendentium hñr.in l.
ſi paterno. eo. ti. & l.ex duobus. in fi.j. eo.ti. & quod hr̄.in l.cum
7 pater.s̈.fam.erciſ. † Ed id,quod de alimentis dixi, procedit etiam in
eo,quod expenditur ad faciendum ipſum artem diſcere,ut ibi in
tex.& glo.quia aſſimiliatur expenſæ alimentorum,cum de arte ui
uant homines.Circa tertiam exceptionem Bar. dicit,ꝙ procedit
circa eandem rem,ut ſi patior te uendere rem, ꝗ̄ mihi donaſti,ut
videar pati animo donandi, ſecus circa aliam rem, & ita limita §.
item Pap.allegatum in gloſſ.Breuiter adhuc per præpoſita nõ re-
manet bñ iſte articulus declaratus,vñ oporteret diſcurrerè ꝑ ſin-
gulares caſus, ꝗa ſ̄m diuerſitatem eorũ, & etiam rõnē diuerſifi-
8 catur ius. † Vnde primo quærendũ eſſet,quid in ſoluente, vel tra
dente.Secundo, quid in permitteute. Tertio, quid in ſtipulante
uel paciſcente pro alio.Quarto, quid in emente.Quinto, quid in
conſentiente aliquid fieri ſuper re ſua, uel in qua habet ius. Bar-
tol.tangit aliquos ex iſtis.in primo, quem ipſe non tangit,dic,ſi ſol
ui tibi aliquid tanquam debitum, cum nullo modo. eſſet debi-
tum,& ego ſciebam,præſumitur animus donandi, ut l. cuius per
errorem. de reg. iur.quia ceſſãt alia ratio, ſed ſi ſuberat debitum,
id,quod tamen ſolui, debitum non erat, ſed ſolui,ut liberarē me
à debito,non præſumitur animus donandi, vt l.ſi cum aurum de
9 ſolu.& l.eleganter.§.qui reprobos.s̈.de pig.act.† Si autem non ſol
ui tanquam debitum,ſed repetitur, ꝙ ibi tradidi centum, an præ-
ſumar donaſſe,vel depoſuiſſe,uel mutuaſſe? dic,vt no.ĩ l.cum ꝗd
in fin. glo. ſi cer. pet. In ſecundo caſu, quando promiſi nulla alia
cauſa expreſſa, tunc aut per pactum nudum, & non videor pro-
miſiſſe animo donandi, ne duæ ſingularitates reſultent. ſ.animus
donandi,& ꝙ ex pacto naſcatur actio, quod eſſet, ſi præſumeret̄
nouatio,ut l.ſi quis argentnm. C.de don. & ita no. in l.iuriſgen.§.
quinimo.s̈.de pact.per Doct.Si uero per ſtipulationem,tunc quia
non eſt,niſi vna ſpecialitas, benè præſumitur animus donandi, ſi
alia ratio non poteſt ſubeſſe, vt l. ſi diuortium. de uerbo. oblig. &
10 ita loquitur quod not.in 2.§. circa.de do.excep. † Circa tertium.
ſcilicet in expendente pro alio,ſiquidem ille non eſt coniunctus.
non præſumitur animus donandi, ſed ſi eſt coniunctus præſumi
tur,ſi expenſa eſt circa perſonam, & eſt pia, & ille ſit deſcendens,
uel loco deſcendentis habeatur,ut s̈.dixi circa quartum in eo, ꝗ
ſtipulatus eſt, uel pactus rem ſuam reſtitui alteri,uel id, quod ſibi
debetur,etiam tunc præſumitur animus donandi erga deſcendē-
tem,ut l.publica.s̈.depoſi.& l.donationes in concubinam.§.pe.cũ
gl.de don.in alijs non,& ita limito dictum Bar. dum loquitur de
deſcendentibus, ut ſit verum ſolum, quando quis paciſcitur rem
11 ſuam,uel quod ſibi debetur deſcendenti reſtitui.† Circa uero illu,
qui emit alieno nomine de ſua pecunia, an videtur donare uoluiſ
ſe pecuniam,ſi ille eſt extraneus,clarum eſt,quòd non, vt in toto
b tit.de neg.geſt.etiam ſi ſecus inſtrumentum [b] cantaret in perſo-
nam illius, vt l. j. & 2. C. ſi quis alte.uel ſibi. dominium tamen illi
acquiritur, ſi de mandato ementis illi tradatur, aut tibi, ſed poteſt
petere pecuniam,ſi vero ſit de deſcendentibus, vr̄,ꝙ ſiue ſit in po
teſtate, ſiue non, ſi ſunt res pertinentes ad militiam armatam, uel
legalem,ut libri, ſi pater emat nomine filij, & ſibi tradat,præſumã
c tur donati, [c] & ſic in diuiſione bonorum habeat eos præcipuos,
vt in d.l.quæ pater.in tex. & glo.s̈. famil. erciſ.& C.e.filiæ cuius.il-
la tamen videtur probare idem in alijs rebus non pertinentibus
ad militiam, & ita videtur ſentire Bar. ſecus ſi non tradidiſſet, dic,
12 vt ibi no.per eum,& in l.j.§.ſed nec caſtrenſe.de col.bo.† Circa ve
ro illum,qui conſentit rem ſuam, uel in qua ius habet alteri ven-
di,uel alienari,eſt notandum, quòd aut in illa re habebam aliquod
ius ideſt dominium,puta, hypothecæ, uel fructus,& uideor illi iu
ri renuntiaſſe,vt l.ſicut.§.ſi uoluntate.qui. mod.pig.uel hypoc.ſo-
lu.& l.apud Celſum.§.quæſitum.de do.excep.ſed ſi habebam do
minium, tunc ſi quidem directum, & tu habebas utile,tunc ſi
d conſentio tibi uendenti, non uideor remiſiſſe directum dñium [d]
ſed licentiam dediſſe transferendi utile, quod ſine licentia mea
transferre non poteras, licèt Bald. uideatur dixiſſè contrarium in
l.& deſinit.infra eodē. vt ibi dixi. Si autem habebam plenum do-
minium directum,& tu nullum,& tunc aut conſentio tibi,quòd
dones,& uideor conſentire animo donandi, non enim mihi re-
e ſtat petitio ad pretium, [e] quod non recipis.facit l.fina.C.ſi aduer.
dona. ſi autem quod uendas, an reſtat mihi petitio ad pretium,
& ſic non animo donandi. Bart.plenè tangit hic. in l.ſi fundum,
per fideicommiſſum.infra de lega. ij. & dic, vt ibi. ¶ Vltimo op-
pon.pro declaratione gloſſ.in uer. ſi uero probatur. quia poſito,
quòd intellectus gloſſ. ſit uerus in hac l.quod hic conſtabat de ani
mo donandi,adhuc uidetur iſtos adhibitos non poſſe agere,quia
talis donatio præſumitur in dubio cauſa mortis, & ſic poteſt re-
uocari,ut in §. nuptura. ſupra allega. Solu.fateor, & ita poteſt in-
telligi,hic ſecundum gloſſ.quòd præſumatur donatio cau. mor-
tis, tamen non cenſetur reuocata propter hoc ſolum,quod mari
tus fuit inſtitutus ab iſtã uxore, ſed ſi fuiſſet inſtitutus alius, & illi
marito fuiſſet legata liberatio, benè cenſetur donatio reuocata,
& ita loquitur §.nuptura. Breuiter non eſt uerum, quod in du-
bio præſumatur donatio cauſa mortis, niſi ſit collata poſt mor-
tem,ut in l.Seia.de dona.cauſa mor.& ita not.per glo.in fin. C.de
don.cau.mor.& in l.fi.ff.de pact.Nec ob.l.cum maritus.ff.de pac.
dota.ubi fuit facta mentio mortis,& tamen fuit donatio inter vi
uos,quia debet intelligi prout gl.ibi intelligit, ꝙ conſtabat de ani-
mo donandi inter uiuos, prout etiam hr̄.in l. ubi ita donatur.de
do.cau.mor.de cæteris,quę hic reſtarent,uide hic Bar.qui non ita
perfectè,nec clarè locutus fuit,hic non ſunt alia.

### ADDITIONES.

a Non uidetur uerũ.De hoc dic,ut per Bar. in l.ſi pr̄.j. de dona. & in tract.
de duob.fratribus,in fin.ubi alio modo loquitur, & quo ad ibi dicta ſe-
quitur Alexan.eum hic cum limitatione &c.
b Inſtrumentum cantaret.Adde,ut per Pet.de Anch.conſi.236.
c Donati.De hoc latè per Alex.conſi.44.j.lib.per Lu.Rõ.conſi.268.
d Directum dominium.Vide Bal.in l.dotalē.j.e.Cy.in l.ſi.C.de iu.emp.
e Ad pretium.Adde Ludo.Rom.conſi.87.in prin.& hic dicit Alex.quòd cõ
munis eſt op.quòd in pretio ſibi non pręiudicat.

---

## LEX XXXV.

1 *Pendente iudicio inter patrem,& filiam ſuper filiatione,& patria pote-
ſtate an admittatur pater ad agendum contra maritum pro reſtitutione
dotis.*
2 *Quid ſit præiudicialis actio.*
3 *Si quis fatetur ſe emancipatum, an fũndata ſit intentio patris, quòd ſit
eius filius*
4 *In iudicio inchoato inter te,& me admittitur tertius pro ſuo intereſſe.
Si non intereſt ſua, an admittatur ad allegandum aliquid pro me con-
tra te.*
5 *Si pater habet neceſſe probare filiam, quæ hoc negat eſſe natam ex uxo-
re ſua conſtante matrimonio, ut probetur patria poteſtas, & ſic
neceſſe ſit probare matrimonium, poterit hoc fieri coram iudice ſecu
lari.*
6 *Cauſa matrimonialis ciuilis remittitur ad curiam eccleſiaſticã, ſed in cri
minali, ſi procedatur contra aliquem de adulterio,& expediat probare
matrimonium non remittitur.*

7 *In cauſa uſuraria quando fiat remiſſio.*
8 *Quando fit remiſſio adcuriam eccleſiaſticam,non pōt iudex ſecularis aſſi-
gnare terminum iudici eccleſiaſtico, infra quē habet terminare cauſam,
licèt poſſit aſſignare partibus, infra quē repreſentent corā eccleſiaſtico.
Quòd interim debeat ſecularis ſuperſedere in principali.*

1 Itia. †Pendente iudicio inter patrē,& filiā ſup filia-
tione,& patria poteſtate non admittitur pater
ad agendum ꝯ maritum pro reſtitutione dotis, ſed
eſt ſuperſedendum quouſq; illud iudiciū ſit termina-
tum pro parte,nec ēt poſt admittit filia ꝯdicente, niſi cauſam con
tradictionis non habet h d.iſta l. ſingularis ſm intellectum glo.q
intelligitur, ꝙ hic erat duplex iudicium,primum, quod inchoatū
erat per patrem ꝯ filiam, q̄ erat in quaſi poſſeſſione ſui iuris, & pe
tebat declarari ipſam eſſe in ſua poteſtate, intentando iudicis offi-
cium, vel ēt actionē in rem ꝑiudicialē, q̄ remedia dantur contra
filiam, qñ per alium non detinentur, ſed ipſi faciunt patri contro-
uerſiam aſſerentes ſe non eſſe filios, uel non eſſe in poteſtate il-
2 lius,vt plenè no. in l.j.§. per hanc.ſ.de rei ven.in glo. † Et tale iudi-
cium,quod eſt ſuper ſtatu perſonæ.dr̄ præiudiciale,vt Inſt.de act.
§.præiudiciales. quia non patitur alia iudicia moueri per alterū il-
lorum,puta per patrem,tanquā patrem, & hñtem filiā in poteſta
te,vel econtra per filiā tanquam ſui iuris.Quod tñ limita,vt ſtatim
dicam,ne per hæc iudicia fiat præiudicium ſibi,& ſic illud præiudi
cat iſtis,ne moueātur,ne iſta mota, & terminata ꝑiudicent illis,&
tunc intelligis,quid eſt dicere præiudicialis actio. Pēdente aūt hoc
iudicio per patrem inchoato contra filiā, idē pr̄ uolebat aliud in-
choare corā eodē iudice, uel diuerſo contra maritū ad reſtitutio
nē dotis,qa ipſe dotē dederat pro illa muliere, & ſic dicebat actio
nem eſſe communem,& ſibi competere exercitiū:cōparuit mu-
lier dicens ipſum non eſſe audiendum, quia non erat filia illius,uel
de filiatione nihil dicebat, ſed ꝙ nō erat in illius poteſtate,ſed erat
ſui iuris,quod ſuper hoc pendebat iudiciū inter ipſam, & dictum
agere volentem. vñ potebat ipſum non audiri,quouſq; illud iudi
cium ſit terminatum, quia ſi admitteretur,ut pater,& hñs eam in
poteſtate,& ferretur pro eo ſnīa, fieret qualequale præiudiciū in
primo iudicio inchoato,quia ꝑſumeretur eſſe filia,& in poteſtate
illius,dr̄ ergo hic, ꝙ hæc contradictio mulieris admittitur, & glo.
intelligit, qd̄ ideo, qa erat in quaſi poſſeſſione ſui iuris, & ſi eſſet
verum,qd̄ ipſa aſſerit, & licèt ille dotem dederit,actio non eſſet il-
lius, ſed mulieris ,erant ergo partes iudicis in pronuntiando illū
non debere audiri,obſtante pendentia alterius iudicij præiudicia-
lis,quouſq; ipſe pater in illo iudicio probauerit illam eſſe in ſua po
teſtate.ſupple,& ita pronuntiatum fuerit,nam ex ſola probatione
ſine ſententia pr̄ non conſequeretur ius,ut no.gl.notabilis in l.ſed
& poſſeſſori.§.finali.ſ.de iu.iurā.Sed certè ēt poſt illud iudicium fi
nitum pro pr̄e non admittitur pater in hoc ſecundo,niſi probet fi
liā ſibi conſentire ſupple, vel conſentire deberet, qa cām ꝯdicen-
di nō habeat,hic eſt caſus ſm intellectū gl.& ē,in j.glo.Bar.aūt iſtā
lect.gl.dicit non conuenire literæ, quia ſi motū eſſet iudiciū pri-
mum iudiciale ſuper ſtatu, non deberet in alio iudicio procedi.vt
in l.ordinata,de lib.cā certè fateor,& hoc eſt, quod uoluit dicere
iſte tex.vt dixi ponendo caſum. Vnde non uideo, quare Bart. re-
prehendat,ſed fortè intellexit tex.ꝙ iſte iudex, coram quo pr̄ age
re uolebat de dote,non debeat ipſum admittere, niſi probet ſe il-
lam hr̄e in poteſtate, quod facere non deberet, ſi primum iudi-
cium pendebat,ſed debebat expectare finem illius,& nō aſſigna-
re terminum patri ad hoc probandū. Sed ego intelligo ſic, ut ſal-
uemus lect.gl.immo, ꝙ iſte iudex debet patrē repellere,quouſq;
in primo iudicio probauerit ſe pr̄em,& illā hr̄e in poteſtate, ſup-
ple, & lata ſit ſententia pro parte ſuper illo, & tunc probat idem,
3 quod dicit † Bar. Si aūt illa filia fateretur illū eſſe patrem ſuū, ſed
diceret ſe emancipatā, fundata eſſet intentio patris, quia non ꝑſu-
meretur emancipatio,niſi probaretur,vt ſ.de probat.l.ſi filius.& l.
ab ea parte §.fi.nec ibi prodeſſet quaſi poſſeſſio ſui iuris,quoniam
a hr̄et contra ſe iuris præſumptionem,[a] quia non fuit nata ſui iu-
ris,ſed in patria poteſtate,ſicut in eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione
ſeruitutis realis, quia non releuatur per hoc ab onere probandi
cum res præſumatur libera, eo, quia ſemel fuit libera, vt l. altius.
C.de ſerui.& not.per gloſſ.no. in l.ſicuti.§. ſi quæratur.ſi ſerui.vē.
& plenè de hoc articulo in l. ſi prius j. de ope. no. nun. ſolū enim
prodeſſet hæc quaſi poſſeſſio ſui iuris, qa pater compellitur eſſe
actor, & ad iudicium procurare filiam. vt l.liberis. §. fi. de liberali
cauſa, & quia facit filiam admitti ad contradicendum, ne pater
admittatur ad agendum, antequam primum iudicium ſit termi-
natum,& ſi eſſet dubium, an pater eſſet in quaſi poſſeſſione ſui iu
ris.& ſic eſſet dubium, quis deberet ad iudicium prouocare,& li-
bellum dare,ſummatim deberet diſcuti, & terminari, ut eſt caſus
no.in d.l.liberis.§.fi.& per Inno. in c.cum ueniſſet. de inſtitutioni-
bus. Nam melior eſt conditio rei,quàm actoris, hæc tamen ter
minatio non faceret præiudicium in cauſa poſtea agitanda, in
qua requiruntur probationes pleniores ſecundum Inno. ibidem
& l.ſi quis à liberis.§. ſiue parens, de libe.agn. & aduertendum eſt
ad iſtam lect. nam intelligo, ꝙ pater, qui non erat in quaſi poſſeſ-
ſione patriæ poteſtatis,non admittatur contra maritū,niſi pericu
lū ſit in mora, & mulier negligat ꝯ maritū agere,tunc bñ admitte
retur, vt in l. ordinata. de lib.cau.& facit l.bonæ fidei.ſ.de per.hær.
ſed ipſa filia,q̄ erat in quaſi poſ.ſui iuris, bñ ueniet admittēda indi-
ſtinctè ſm gl. hic, hoc probatur. in.d.l. ordinata. in §.j.per rōnem
ibi poſitam,licèt non ſic in pet.hære.vbi non admittitur poſſeſſor
ad mouendum particulare iudiciū illo pēdente, niſi periculū ſit in
mora,vt in d.l.ſi bonæ fidei.de pet. hær. Et prædicta vera, qñ uo-
lunt agere ꝯ extraneos,ſi aūt inter ſe, tunc alter ꝯ alterum admitti
tur vſq; ad ſnīam excluſiue, quouſq; pendeat iudicium ſuper ſta-
tu,vt in d.l.ordinata.hic de prima lec.gloſſ.Secundo modo intelli
gitur,ꝙ erat unicū tantū iudicium, qd̄ iſte pater mouebat contra
maritū tanq̄ pr̄, & hñs filiā in poteſtate. & aſſerens ſe dotē ſoluiſ-
ſe,cōparuit mulier, & negabat ſe eſſe filiam illius,non tamē nega
bat illum dotē dediſſe, & ſic dicebat ſibi actionē competere,non
illi,per §.accedit dicit tex.eam audiendam,& non patrē, niſi ꝓbet
ſe illam habere in poteſtate, & iſta eſt magis plana. Dicit aūt gl.ꝙ
ꝓbat eo ipſo, ꝙ ꝓbat illā eſſe natā de ltīmo mr̄monio, & ex uxo
re ſua,vt l.filiū.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iu. ex quo apparet tex.in
telligendū,qñ negabat ſe filiam illius, aliàs intentio patris eſſet fun
data,ut ſ.dixi.Et iſtā lectu. ſingulariter declarat Bar. melius,quàm
hic. in l.ſi perluſorio.§.ſed ſi addere. j.de appel. quod procedit,ſi fi
lia ante li.cōteſt.ꝑ patrem comparet ad impediendum ipſum age
re,aſſerens illi non competere actionē,ſed ſibi. Si aūt poſt lit.cōte.
tunc aut ignorauit illū agere,& ſimiliter ad impediendū illum vlte
rius procedere. Aut ſciuit, & non admittitur ad ipſum impedien-
dum, ſed bene pōt ſibi aſſiſtere, quæ verba declarant iſtā l.multū
4 ſingulariter,& ēt ea,quæ no. Inno.in c.cum ſuper.de re iu.†Et no.
iſta lect.ꝙ ī iud.inchoato inter te, & me admittit̄ tertius pro ſuo
intereſſe, quid autem ſi non intereſt ſua,an admittatur ad allegan
dū aliquid pro me contra te? Spe.tenuit notabiliter,ꝙ non,de re-
ſcri.c.præſentata.§. rōne formæ.ver. ſed pone tu es. ſed contra fa-
cit l.2.in fi.C.de nego.geſt.dicit ibi Bar.ꝙ eſt ibi,ſpeciale,uel dic,ꝙ
ibi intererat ratione illius conſanguinitatis, quæ erat inter ipſum,
5 & me, & tene menti perpetuo. ¶† Quæro cū pater habet neceſ-
ſe probare illam eſſe natam ex ſua uxore cōſtante matrimonio,
ſi ipſa hoc negat ad hoc, ut probetur paternitas, & pr̄ia poteſtas,
vt ibi dr̄ in gl.& per ꝯñs ſit neceſſe probare matri.inter ſe, & uxo
rē ſuā,aliàs probō non concluderet,an hoc poterit fieri corā iu-
dice ſeculari? Et br̄ de iure ciuili clarū eſt,ꝙ ſic, qa qui eſt iudex
de principali, eſt etiam de incidenti, licèt illud incidens ſit tale, de
quo principal r non poſſit ipſe eſſe iudex, vt l.quoties.C.de iud.&
l.j.de or.iu Sed de iure canonico,quia cauſa matrimonialis eſt ec
cleſiaſtica,non ſecularis hodie,cum matri. iudicentur ſm iura ca-
nonica, non ciuilia, iſte articulus, ſi incidit in curia ſeculari, debet
b remitti ad curiam eccleſiaſticam [b] expediendus, ut in c.tua.de or
di.cog.& in c.cauſam quæ.qui fil.ſint legi. quod etiam in C.uidet
probari.in l.omni nouatione. C.de ſacroſ. ec. & ibi tāgitur ꝑ Bar.
hoc,& ibi dicit hoc eſſe uerū, qñ eſſet qō facti, ſecus ſi iuris,puta,
an inter tales potuerit eſſe matri. & idē dicit in cauſa uſurarm,&
ſemper allegatur dictum eius, tamen fuit originaliter canonic.in
6 dictis iurib. Et Bal. aliter loquitur in l. quoties. C.de iu. ¶† Dicit
breuiter,quòd aut loquimur in cauſa matrimoniali, aut in cauſa
uſuraria.Primo caſu,aut incidit in cauſa criminali, ut ſi contra ali
quem proceditur de adulterio, & ſic expedit probare matrimo-
nium,aliàs non diceretur adulterium, & iſte articulus non remit-
titur ad curiam eccleſiaſticam, quæ de cauſa criminali, maximè
ſanguinis, non habet ſe impedire, & hoc tenet Bald. in d. l.quo-
ties. Aut incidit in cauſa ciuili, ut ſi aliquis petit hæred. tanquam
filius, & negetur eſſe filius legitimus, ut in caſu huius legis, tunc
ſiue ſit ratio facti, ſiue iuris, debet remitti ad curiam eccleſiaſti-
cam ut in dictis capitulis, quæ loquūtur etiam, cum erat quæſtio
facti,quia non pertinet ad iudicem ſecularem pronuntiare ſuper
matrimonio, ſiue agatur de matrimonio contrahendo, ſiue ſe-
parando,& ſemel Florentiæ in cauſa multum ardua irritauimus
proceſſum iudicis ſecularis,qui receperat hoc ſuper probationes.
7 ¶†In cauſa verò uſuraria, ſi eſt quæſtio iuris, ſcilicet an talis con-
tractus ſit vſurarius,uel non: ſine dubio debet fieri remiſſio,quia
hoc per iura canonica melius expeditur, quàm per ciuilia, cum
primo conſideret periculum animæ, ideo ſubtilius inueſtigant.
ſi aūt eſt qō facti, qa clarū eſt, ꝙ erat uſurarius,ſed dubitatur quā-
tum quis ſoluerit pro uſuris, uel an ſoluerit, tunc eſt in eius ele-
ctione,uel agere in cura eccleſiaſt. & hoc cōiter frequentant, &
no.in

ADDITIONES.

a Iuris præſumptionem.Facit quod uoluit Fed.ꝯſi.215.quòd filio agenti ſi
agatur de patria poteſtate, & per conſequens de eius ꝯſenſu requiſito in
iudicio,& filius neget ſe in patria poteſtate, quòd debet probare ſe non
eſſe in poteſtate patris,maxime cum conſtabat de matrimonio legitimo.
b Curiam eccleſiaſticam.Adde hic,quæ poſui hoc loco in apoſtillis.ad Bar
tol.& ad Alexan.Inno,

no.in cle.'diſpendioſam. de iudi. vel agere in ſeculari condi. inde,
8 vt l. ſi non ſortem. in prin.de cond.ind.† Et not. quòd quando fit
remiſſio ad curiam eccleſiaſticam, non poteſt iudex ſecularis aſ-
ſignare terminum iudici eccleſiaſtico ↄ. quem habeat terminare
cauſam,licèt poſſit aſſignare partibus. ↄ. quem ſe repreſentent co
ram eccleſiaſtico,vt not.Bart.in l.præſes. C. de app. & interim de
bet ſecularis ſuperſedere in principali, aliàs non ualet quod agit,
not.Fede.de ſenis.in conſ.91.& 93.Fed.non poſuit hoc,ſed Bar.in
l.2.ff.de re iud.

## LEX XXXVI.

1 **Liberta.** ¶† Non ſummatur du.erat,quia liberta,ſed po
teſt repetere, ex quo diuertit bona gratia, hic
non eſt aliud.

## LEX XXXVII.

2 *Maritus utitur ſuo priuilegio,etiam contra fiſcum, quæ ſucceſſit mulieri.*
2 *Priuilegiatus utitur ſuo priuilegio contra alium priuilegiatum.*
3 *Si procurator per negotiorum geſtorum alicuius, uel tutor ſit condemnatus ad mortem,quòd debeat differri executio quouſque reddiderit rationem adminiſtrationis*
4 *Debitor ſoluendo fiſco, in quem tranſiuerunt bona creditoris, liberatur.*
5 *Quid ſi non tranſiuerunt,& fuit debitor compulſus ſoluere fiſco.*

1 **SI maritus.** †Maritus utitur ſuo priuilegio,etiam cō
tra fiſcum, qui ſucceſſit mulieri h.d.ſicut
contra quemlibet alium extraneum hæredem, vt ſ. eod. l.ſi
poſt.licèt fiſcus non ſit propriè hæres, ſed ſucceſſor bonorū,
ut l.quoties.in fine.cum ibi no.ↄ.de noua.& l.inter eos.§.fi.de fide
2 iuſſori. No.† ꝙ priuilegiatus [a] vtitur ſuo priuilegio ꝯ alium priuile
a giatū,de hoc vide ꝑ Cy.in auth. quas actiones. C.de ſacroſ.eccl.
& uide quod habetur.in l.verum.§.fi.cum l.ſeq. ſ. de mino. Item
3 not.rationem, quæ ponitur hic in fi. per quam videtur, † quòd
ſi procurator uel negotiorum geſtor alicuius, uel tutor ſit con-
demnatus ad mortem, debeat differri executio quouſque reddi-
derit rōnē adminiſtrationis, ne in perniciem domini puniatur,de
4 hoc,in l.j.C.de bo.præſcr. ¶† Not. etiam qđ debitor ſoluendo fi-
5 ſco,in quem tranſiuerūt bona creditoris, liberatur. Quid autē,ſi
non tranſiuerunt,& fuit compulſus debitor ſoluere fiſco,ut con-
tingit in debitoribus exitiorum, an liberentur ab eis,ut ſic ſi po-
b ſtea redeant ad ciuitatē, non poſſint ab eis ꝯueniri. [b] dic, ut no.ꝑ
Cy.& Bar.in l.creditor.ↄ.de ſol.& l.Paulo Callimacho.ff.de leg.3.

### ADDITIONES.

a Priuilegiatus.Qualiter hoc procedat.uide per Lud.Ro.conſ.369.
b Conueniri.Vide Pet.de Anch.conſi.74.

## LEX XXXVIII.

1 *Filia cenſetur conſentire patri, quando non habet cauſam contradicendi.*
2 *Contradictio alicuius in his,quæ dependent merè ex eius uoluntate,attenditur,etiam ſine aliqua eius cauſa,ſed in his,quæ non dependent ex eius uoluntate requiritur iuſta cauſa contradicendi.*
3 *Quid de renitentibus electionibus.*
4 *Quid de illis,qui eliguntur ad aliquod officiū publicum, & quid ſi electus ad dignitatem eccleſiaſticam non compellatur acceptare, & quid ſi electus ſit ad illud officium eccleſiaſticum.*

1 **DOtem.** †Filia cenſetur conſentire patri,quando
non habet cām contradicendi h. d. Et
glo.intelligitur ēt ſi expreſsè contradicat, & ſic tunc
non refert, taceat,uel ꝯdicat,ſeu ignorat, licèt eo ca-
ſu,quo eſt abſens,& ignorās,debeat pr̄ cauere de rato, & ſic nec
pro conſentiente hr̄, qa non caueī de rato, nec pro diſſentiente,
vt l.2.§.fi.ſ.eo.ſed qñ habet cām ꝯdicendi,bñ refert,an expreſsè ꝯ
dicat,vel non,& hoc ſecundo caſu,an ſit pñs,& pōt ꝯdicere,an ſit
abſens, vel ꝯtradicere non pōt,ut ibi plenè dixi, & ſ. eo. §.eo.aūt
2 tpe.¶† In gl.ibi,(aliàs ſit pro rōne uoluntas,)dic, ꝙ in his, quæ de-
pendent merè ex voluntate ꝯtradicenti,puta,ſi agitur de ipſo obli
gando de nouo,ad quód nō cōpellitur,ut l.ſicut.C.de act. & obl.
& tunc auditur eius contradictio, ēt ſine aliqua eius cauſa, quia
ſufficit pro rōne uoluntas, ut l.quia poterat.ad Treb.Vel ſi vis ali-
qd noui facere in re mea me cōtradicente nulla cā aſſignata, de-
beo audiri,ut l.j.de ope.no.nun. quia non cogor pati. Sed in his,q̄
non dependent ex uoluntate mea,requiritur iuſta cā contradicē-
di,aliàs ꝯdictio repellitur,ut hic,qa patri cōpetit exercitiū actionis
de dote per l.& filia cōpellitur ſibi conſentire,niſi cām cōtradicē-
di habeat,non ergo ſufficit contradictio ſine cauſæ aſſignatione,
nec tunc,niſi probetur cā uera. vr̄ tamen, ꝙ tunc ſufficiat,niſi pr̄
probet illam cām non eſſe ueram,ut probando ſe non eſſe turpē
perſonā,ſed bonæ vitæ.ſ.co.l.Titia. ibi, ſed ēt conſentire ſibi, &c.
quod quidam dicunt,ſed gl.fi.ibi ſentit contrariū per hanc l.poſ-
ſet tamen ſaluari,ſi aliqua præſumptio eſſet pro ea, per filiam aſſi-
3 gnata. ¶† In fin. glo. ibi, (contra renitentes electionibus,) Iſtud
pōt petere intelligi tribus modis ſm Bal. Primo de electione fa-
cta de alio ꝑ vniuerſitatē aliquibus de vniuerſitate ꝯ dicentibus,
quod intellige,ſi ſit facta ꝑ maiorē partē, & tūc alij non audiant
a niſi cām ꝯdicendi [a] habeant,puta, ꝙ electus ſit indignus.Si aūt eſ-
ſet facta ꝑ minorē partē,tunc eſſet ipſo iure nulla,vt in c.auditis.de
elec.& ſic audireī ꝯdictio aliorum ſine alia cuſa,Secundo pōt in-
telligi de illis,qui fuerunt p̄ſentes, & non ꝯdixerunt, & tūc poſtea
non audiātur.ſed tunc ēt ſi iuſtam cām p̄tenderent, puta, ꝙ eſſet
indignus, non deberent audiri, vt ↄ.de accu.l.honoris.§.fina.quia
videntur conſentire tacendo, facit l.j.C.de reti Sint ergo cauti,q
uolunt contradicere, ꝙ ſtatim, ꝙ vident indignum eligi,contra-
dicant,ꝙ non eligatur,quia indignus,& tūc poſtea audientur co-
ram ſuperiore ad impediendum confirmationem, aliàs ſecus.
4 Tertio poteſt intelligi de illis, qui eliguntur ad aliquod officium
publicum,vt non poſſint ſine iuſta cauſa remittere,quod confer
tur in inuitum.ut l.munerum.§. iudicandi.& §.defenſores.de mu.
& hono. & idem ſi habent iuſtam cauſam debent contradicere,
& appellare, aliàs non audientur. vt l.hi.q. C. de appell. de hoc ui-
de per Bar. ↄ.de don.l.abſenti. & hoc in officijs ſecularibus. Quid
autem de electo ad dignitatem eccle. certè non compellitur ac-
ceptare,vt in c.cum ſit.ibi, nec ſolent, cum ibi notatis,de appella.
Quid aūt,ſi ad aliud officiū eccleſiaſticum, vt ſi elegerint ſindicū
in cap.uide quod not.ī c.j.de his, quæ fiunt à ma.par.ca.ꝑ Innoc.

### ADDITIO.

a Contradicendi.De hoc uide per Lud.Ro.conſi.366.Abb.conſi.41.

## LEX XXXIX.

1 *Filius non priuatur iure lucrandi dotem ob ſponſalia contracta per patrē nomine ſuo cum illa, quæ ſine cauſa à filio diuerterat,ſi ipſe filius talib. ſponſalibus non conſentiat.*
2 *Si mulier diuertit ſine cauſa,& perdidit dotem, qualiter uideatur poſtea talis iniuria remiſſa,ut recuperet dotem.*
*Caſus ī quo iniuria facta filio nō pōt remitti a patre,licèt regulariter ſec⁹.*
3 *Dos, quam quis lucratur ex diuortio mulieris non communicatur cum fratribus,& quid ſi eam lucratur ex forma pacti,uel ſtatuti.*
*Quando ex facto defuncti non datur actio, uel exceptio contra hæredem, tunc hæres poteſt uenire contra factum defuncti.*
4 *Si ſponſalia contrahantur per patrem nomine filij ipſo præſente, & tacente,cenſetur filius patri conſentire.*
*Quid ſi alius,quàm pater cōtrahat ſpōſalia pro aliquo p̄ſente,& tacente.*
5 *Sponſalibus poteſt renuntiari,& quid perdat renuntians.*
6 *Culpa mulieris probatur eo ipſo, quòd non apparet cauſa, quare mulier diuertit,ſi ipſa libellum repudii miſit, & ſi maritus eam repudiauit propter adulterium iudicio eccleſiaſtico, quòd tūc lucretur dotem,& qđ ſi propria authoritate repudiauit.*
7 *Qui conuenitur,ut hæres alterius,poteſt opponere exceptionem ex ſua ꝑſona,quæ ſibi competit,non ut hæredi.*

1 **LVcius.** †Sponſalia contracta per patrem nomi-
ne filij cum illa, quæ ſine cauſa à filio di-
uerterat, non tollunt filio ius lucrandi dotem ex pri-
mo diuortio, ſi in talibus ſponſalibus non conſenſit,
etiam ſi dos fuit ſoluta patri, & etiam ſi patris ſit hr̄s,hoc dicit iſta
2 l.ſingularis.† Et præmitte, quòd ſi mulier diuertit ſine cauſa, per-
dit dotem, ut in l.ſi conſenſu.C.de repu. ſed ſi maritus reintegrat
matrimonium cum eadem, dotem recuperat, quia uidetur iniu
riam remiſiſſe, argum. in l.ſi uxor.§.fi. ↄ. de adulte. idem ſi poſtea
contraheret ſponſalia cum eadem. nam hoc ipſo iure videtur
iniuriam remittere,quia ſic eam reconciliauerit ſibi: in caſu autē
eius l.non ipſe maritus contraxit ſponſalia cum illa, quæ diuerte-
rat, ſed pater eius nomine filij ipſo ignorante, quæ tamen ſpon-
ſalia non fuerunt ſortita effectum, quia eis non obſtantibus al-
teri nupſit,poſtea maritus,idemq; filius ſucceſſit patri,qui dotem
receperat, & uxor ab eo tanquam ab hærede dotem repetebat,
qui opponebat de diuortio.j.ſine cauſa, uxor replicabat,quòd il-
la iniuria cenſetur remiſſa per patrem, qui poſtea ꝯxit ſpōſalia.nā
pr̄ p̄t remittere iniuriā factā filio. itē ipſe pr̄ receperat dotē, & ſic
lucro eius uidebaī cedere,uñ potuit huic lucro renuntiare. Item
iſte maritus ſucceſſerat patri, unde tenebatur factum eius ratum
hr̄e. His non obſtantib.determinaī ꝯriū, & ſic abſolueī maritus à
3 petitione mulieris. ¶† Nec obſtat prima rō, qa fallit in hac iniuria
cōmiſſa à tā cōiuncta ꝑſona,quia reputaī maior,ut pater eam re-
mittere nō poſſit,licèt regulariter ſecus,ut l.ſed ſi vnus.§.filiofa.ↄ.
de iniur.nec ēt obſtat ſcđa rō, qa īmo cedit lucro viri ꝑꝑ iniuriā
ſibi factā,licèt uiuente patre hoc cōtingat,qđ eſt ſingulare,qa ſic
patet, ꝙ nō cōicatur cum fructibus. Si autem ex forma pacti, uel
ſtatuti,quid iuris ſit.dic,ut dixi in § tranſgrediamur. ¶ Nec obſtat
tr̄ia ratio, quia procederet, qñ ex facto defuncti dareī actio, uel
exceptio contra hæredem aliàs hæres poteſt uenire ꝯ factum de
functi,ita dicit hæc gl.ſing.quæ ſemper allegatur. Nā per ꝯctum
ſponſaliorū non fuit pater obligatus illi mulieri taliter, ꝙ ex hoc
daretur mulieri actio,uel exceptio cōtra patrem,& hoc tene mē

ti ꝑpetuo,quia ſemꝑ allegatᷣ iſta glo.ad hoc, de quo vide ꝑ Bar.in
l.cum vir. ꝭ. de vſucap.& vide bonum text. cum gloſſ. in l.an vi-
tium.§.ex facto.ꝭ.de diuer.& temp.præſcr.&c. In tex.ibi, ( Titio
4 repudium miſit, ) ſupple, ſine aliqua iuſta cauſa. ¶† In tex. ibi, ab
ſente filio,) ſupple,& ignorante.Si autem ipſo præſente, & tacēte
cēſeretur patri ꝯſentire,ſicut & filia, ipſa pn̄te, & tacēte pr̄ ꝯhit ꝑ
ipſa ſponſalia,vt ſ.de ſpon.l.ſed quæ patris. & ibi notatur per gl.li-
cèt glo.quæ eſt hic,dicat aliud in filia,vt ibi,aliud ī filio,vt hic,quod
non eſt verū, & habetᷣ in ca. primo.ante fin.de deſpon.impube.li-
br.6.vbi approbatur id , quod habetur ꝑ glo.in d.l.ſed quæ patris.
qa ibi non fit differentia inter filium,& filiā,ſed an ipſis p̄ſentibus
tacentibus, & ignorantibus ꝯhantur. Quid aūt ſi alius. quàm pa-
ter ꝯhat ſponſalia pro aliquo p̄ſente,& tacente?quidam dixerunt
idem ꝯrium,ſed ibi not.per Io. And.in nouella,quòd eſt ſpeciale,in
patre,vt uideatur ſibi filius conſentire,ſi non contradicit. Bal.aūt
hic notabiliter dicit, ꝙ ēt ſi iſte filius fuiſſet præſens,& tacens, hoc
caſu non videretᷣ ꝯſentire, qa agitur de ꝑdendo lucrum pecunia-
riū ex hoc ꝯſenſu, quaſi ꝑ ipſum remiſerit iniuriā, ſecus ſi de hoc
non ageretᷣ.& ita loquuntur allegata ſuperius. quod eſt notandū.
a [a] ¶† In tex.ibi, (repudium ſponſalib. miſit,) ex hoc repudio non
5 debuit puniri , ſecundùm Bart.quia ſponſalibus pōt renuntiari. vt
l.j.C.de ſponſalib.&c.quemadmodum. de iureiuran.nec ꝑꝑ hoc
fuit iſta punita,ſed ꝑꝑ primum repudium factum de matri.ut pa
tet ꝭ.dum dicit , (culpa mulieris matrimonium diſſolutum,) ſed
certè ſi renuntiat ſponſalibus ſine iuſta cauſa , vr̄ ēt debere , vt l.ſi.
C.de ſponſa. Sol. verum eſt quantum ad hoc, ut perdat arrham,
ut ibi,non vt incidat in aliam pœnā, puta promiſſam,vt l.Titia.de
verbo.oblig.vel vt perdat dotem, quam dederat, quia debemus
eſſe contenti pœnis a ſtatutis l.ſi ita ſtipu. eod. titul. & hoc tene
menti. Nam ſi iſte filius conſenſiſſet iſtis ſponſalibus, & ſic remi-
ſiſſet primam iniuriam , non poſſet retinere dotem propter hoc,
quòd ſine cauſa renuntiauit ſponſalibus,quia iniuria ſemel remiſ-
6 ſa,amplius non reuiuiſcit. vt l. ſi vnus.§.pact. ſupra de pact. ¶† In
text.ibi, ( & probetur culpa mulieris, ) quod probatur eo ipſo,ꝙ
non apparet cauſa , quare mulier diuertit , ſi ipſa libellum repudij
miſit . idem ſi maritus eam repudiauit propter adulterium , non
tamen propria authoritate à ſe repulit,ſeu reiecit , ſed iudicio , ec-
cleſiæ.vt in c. ſignificaſti. de diuortio. tunc.n.lucratur dotē, vt in c.
plerunq;.de dona.inter vir. & vxo. & niſi eam reconciliauerit, ut
ibi,ſed ſi propria authoritate, ſecus, & mulier eſſet reſtituenda ad
quaſi poſſeſſionem matrimonij tanquam de facto ſpoliata , nec
audiretur maritus ante reſtitutionem , quia ſpoliatus ante om-
nia, &c. vt in c ex conquæſtione,cum pluribus alijs.de reſti ſpoli.
7 ¶† In fi.tex.ibi,(etiam ſi ut hæres, no. ſm̄ Bar.ꝙ ille,qui ꝯuenitur,
vt hæres alterius,pōt opponere excep.ex ſua perſona q̄ ſibi cōpe
tit non vt hæredi,) nam de iſta iniuria nō obijcit mulieri tanq̄ hæ-
res,ſed tanq̄ maritus, & hoc, quia agitᷣ de ſuo intereſſe,& ſic pro-
curator in rem ſuam , qui agitat cauſam nomine alterius, ꝑꝑ ſuū
tn̄ intereſſe pōt obijcere exceptionē ex ſua perſona , vt l.idemq;.
§.generaliter.ſ.mādati. & l. procurator ad exhibendum. §. j. rem
ra.habe.ſecus in procuratore ſimplici, qui non prætendit intereſ-
ſe,vt dixi in ſimili ſ.eodem l.Titia.

A D D I T I O.

a Notandum.Adde vt per Cal.conſi.j.de ſpon.

LEX XL.

1 *Exceptio adulterij tollitur replicatione lenocinij,& econuerſo.*
2 *Quòd à pronuntiatione facta in caſu huius legis , quæ eſt interlocutoria, poſſit de iure canonico appellari,& uide nu 9.*
3 *Si non appellatur , an iſtud grauamen poſſit tolli per appellationem interpoſitionem à diffinitiua.*
*Accuſatio adulterii criminaliter intentata per uirum ad publicam uindictam non tollitur ab uxore per replicationem lenocinij.*
4 *Quòd tunc faciet uirum de lenocinio puniri , etiam ſi probetur incidenter per modum replicationis.*
5 *Exceptio doli quando tollatur replicatione doli.*
6 *Si mulier non replicat de lenocinio, ſed de alio adulterio mariti commiſſo cū alia muliere , ꝙ poſſit ipſum repellere à lucro dotis, licèt mulier non poſſit ipſum accuſare , nec ipſe dicitur uiolaſſe thorum mulieris , quia mulier non habet thorum.*
7 *Quid ſi maritus commiſit ſimplicem fornicationem cum nupta, quòd adhuc non poſſit accuſare uxorem de adulterio ad finē lucrandi dotem.*
8 *In criminib.ſufficit ferre ſententiam declaratoriam, & habet uim ſolutionis,uel condemnationis,& quid in ciuili cauſa.*

1 VIro atque uxore. ¶† Exceptio adulterij tollitur replicatione le
nocinij, & econuerſo , cum agitur ciuiliter de dote,
vel donatione propter nuptias lucranda h.d.Ex pone
caſum ſecundum ſecundam lect.glo.quæ eſt clara.Et probatur.ꝭ
eo.l.cum mulier.la.j. ꝙ ſol. ma. mulier repetebat dotem,vir exci
piebat,ꝙ eam perdiderat,& lucro eius ceſſerat ꝑꝑ adulteriū,mu-
lier replicabat,ꝙ huic adulterio uir dedit cauſam cōmittendo le-
nocinium,iudex pronuntiauit vtrunque ipſorum deliquiſſe,& ſic
ſuper incidenti.ſ.ſuper exceptione , & ſuper replicatione, non ſuꝑ
principali.ſ.ſuper dote,vel actione de dote:dicitᷣ hic, ꝙ iſta pronū-
tiatio hēt hunc effectum, vt maritus nō habeat lucrari ex delicto
vxoris, cui ipſe dedit cauſam, qa eſt l.Iul.ꝭ.de pudicitia,uel caſtita-
te ſeruanda. quæ punit adulteria,& eſt l.Iul.de adul.ut in l.caſtita-
tis.C.de adulte.nō debet uir ſe vindicare ꝯ mulierem, poſtquam
eandem legem ꝯtempſit, immo paria delicta mutua cōpenſatio-
ne tolluntur,& ſic ſuꝑ principali pronuntiabitur pro muliere , &
condemnabitur vir ad reſtitutionem dotis , ac ſi exceptio adulte-
rij nō fuiſſet oppoſita,cū fuerit per replicationem ſublata h.d. Ho
die deberet hoc fieri coram iudice eccleſiaſtico, ēt ſi ageretᷣ corā
ſeculari ad repetitionem dotis ꝑ mulierem expulſam à viro ex,
eo, qa non ſuſtinet onera matrimonij, & vir obijceret de adulte
rio, deberet articulus remitti ad eccleſiaſticā curiā ꝑ ea, quæ dixi,
a ſ.eo.l.Titia.nec poſſet opponi ꝑ hæredem [a] viri, ut ſ. eod.l.rei iu-
dicatæ.§. 1.in fin.& an ꝯ hæredem mulieris.dic,vt ibi Sed ob.huic
lecturæ,qa non debuit pronuntiari ſuper incidenti, ſed ſuper prin
cipali.ſ.ſuper actione de dote intentata ꝯdemnando maritum ad
reſtitutionem dotis non obſtante exceptione adulterij , ut l.j.C.
de ord.iu.Sol.fateor,ꝙ ita potuit,& debuit fieri,tn̄ ſi ꝯ factū eſt,ua
2 let pronuntiatio. † Caſus eſt hic,tene mēti,qa ad hoc ſemper alle-
gatur, & pōt appellari ab iſta pronuntiatione , qa non eſt diffiniti-
ua,ſed interlocutoria,hoc eſt regulare, quoties pronuntiatᷣ ſuper
aliquo articulo incidenti inter principiū, & finem cauſæ principa-
lis,vt no.per gloſſ.in cle.j.de ſeq.poſ. & fruc.& hoc de iur.canoni
3 co. † Et ſi appellatur,an iſtud grauamen poſſit tolli ꝑ appellationē
interpoſitā à diffinitiua , an aūt tranſeat adeo in rē iudicatā,ꝙ tolli
non poſſit , dic, vt habetur.in c.fin.de appel. libr.6.Secundo obſt
qa exceptio adulterij non vr̄ tolli replicatione lenocinij , ut in l.2.
§. ſi publico. ꝭ. de adul.Sol.ibi loquitᷣ de accuſatione adulterū cri-
minaliter intentata ꝑ uirum ad publicam uindictam, ab illa.n.nō
poteſt uxor repellere uirum , poſtquam nomen eius receptum
eſt inter eos per exceptionem lenocinij . & ita loquitur contra-
4 rium . † licèt faciat virum de lenocinio puniri, etiam ſi probetur
incidenter per modum replicationis, quod eſt notandum , licèt
regulariter ſecus,quia ſine accuſatore non debet delinquens pu-
niri de iure ciuili regulariter l.reum.§.ſi quis accuſatore . de mun.
& honorib.& hic non accuſat, ſed cōtra eum excipitur , ſed hoc
contingit , quia iſta crimina ſe inuicem contingunt, ut in c. 1. ex-
tra de excep.cum ibi not.ante vero,quàm nomen mulieris ſit re
ceptum inter eos , benè admittitur hęc excep. ad repellēdum ma
ritum ab accuſatione,ut ꝭ.eo.l.cum mulier.la. 1. in fi. hic verò lo-
quitur , quando mulier agebat ciuiliter , maritus ciuiliter excipie-
bat de adulterio ad finem lucrandi dotem , non puniendi mulie-
rem pœna publica,à qua exceptione poteſt repelli per replicatio-
5 nem lenocinij indiſtinctè. † Tertio ob. quia exce. doli non tolli-
tur replicatione doli , vt l.apud Celſum. §. Marcellus . de doli ex-
cept.Solu.verum eſt, quando ille,qui agit, & contra quem excipi
b tur,certat de lucro captando , & excipiens de damno [b] vitando,
ne agens ex ſuo dolo lucretur, ſecus econtra, quando agens cer-
tat de damno vitando,vt erat hic, quia mulier dederat dotem,&
certabat,ne ipſam perderet, maritus autem excipiens certabat de
lucro captando , vnde tunc excep. doli tollitur replicatione doli
per eandem rationem , ne doloſus ex ſuo dolo lucretur , & ad-
de quod notatᷣ. in d. l. cum mulier. infra eo. per Bartol.ut per In-
6 no.qui videtur aliter loqui in c.intelleximus.de adul.† Circa iſtam
lectur. quæritur quid ſi mulier non replicat de lenocinio , ſed de
alio adulterio mariti commiſſo cum alia muliere , an poſſit ip-
ſum repellere à lucro dotis? dicas, quòd ſic,quia pudicitiam ,quā
ipſe non ſeruauit,non debet à muliere expoſcere l.ſi vxor.§.ſi iu-
dex.ꝭ.de adult.& ita determinat gl.C.de adulte.l. 1. & eſt caſus,&
probatur in c.intelleximus. de adult. & in c.ſignificaſti. de diuort.
vbi maritus,qui commiſit adulterium cum alia, non poteſt uxo-
rem ſuam expellere propter adulterium, ergo nec eam à ſe ſepa-
rare,& dotem lucrari. ¶ Notandum tn̄ , ꝙ mulier non poteſt ip-
ſum accuſare,tanquam matrimoniū ſuum uiolauerit , qa non dr̄
per hoc ipſum uiolaſſe , licèt violauerit matri. alterius,de quo ip-
ipſa mulier accuſare non pōt,quia ſua non intereſt , & eſt iſte ca-
ſus in l.j.C.de adul.non.n.dicitur uiolaſſe thorū mulieris, qa mu-
lier non habet thorum,licèt ecōuerſo mulier benè violet thorū
7 mariti,ut ibi no.in l.eum.e.tit.per gl. ¶† Quid aūt , ſi commiſit ma-
ritus

A D D I T I O N E S.

a Hæredem.Adde per eundem Pau.conſi.128.
b De damno.Adde per eundem conſi.296.

a ritus ſimplicem[a] fornicationem,cum non nupta, an poſſit accuſare uxorem de adulterio ad finem lucrandi dotem? adhuc videtur dicendum,quòd non,per regulam,quæ ponitur.in d.l.ſi vxor, §.iudex.ꝓ.de adul. & ita vr̃ de mente tex. 32.q.7.per totũ,& iſtud
b poſſet multos tangere.[b] Alia lect.glo.ſcilicet prima,ꝙ hic maritus repetebat ab vxore dona. propter nup. & vxor excipiebat de lenocinio,& ſic dicebat ſe debere lucrari,& maritus de adulterio replicabat, non vr̃ bona,q̃a donatio pp nup. non trahitur mulieri, ſed remanet apud virum, vt patet ex notatis in auth. dos data.C. de dona ante nup. Vnde ab vxore nõ repetiꝫ, & q̃a iure iſto non erat cognita talis donatio, q̃a poſito, quòd eſſet tradita mulieri, non vr̃, quòd maritus poſſit replicare de adulterio,cui ipſe cauſã dedit,argu.eius, quòd in ſimili not.de errore meo,cui cauſam dediſti,cum non poſſis ipſum mihi imputare,vt no.in l.q̃ſitum.cum ibi no.in gloſſ.ſ.q̃n act. de pecu.eſt annalis. Et ſic vr̃,quòd mulier ſit abſoluenda pp lenocinium non obſtante replicatione mariti, niſi dicamus,quòd non debuit cedere marito in tanto crimine,& iſta fortè fuit intentio glo. Vnde poſſet procedere hic, ſi mulier principaliter ageret ꝯ virum pp lenocinium, & peteret declarari ſe debere lucrari donationẽ pp nup.Nam ſi probaret, quòd maritus voluit ipſam inducere ad delinquendũ, tñ ipſa non permiſit ſe induci,pronuntiabitur pro ea.arg.l.ſi q̃s ſeruo. C.de furtis.ſed ſi pmiſit ſe induci,ſecus,q̃a cedere non debuit,& ſic maritus audiretur excipiens de adulterio. ¶In glo.j.ibi,(& dote, quàm uxor repetebat à viro,) non intelligas, quòd uterque ageret,ſed alter tantum,vt dixi ponendo caſum. Sed Bartol. dicit poſſe poni caſum, quod uterque agebat. & ſic erat ꝯuentio, & reconuentio, puta agebat maritus ciuiliter de crimine,dicendo vxorem commiſiſſe adulterium, & petetendo declarari ſe debere dotem lucrari,& in hoc differt à p̃cedenti lectura, vbi ipſa mulier petebat dotẽ ſibi reſtitui, & maritus excipiebat de adulterio: hic autem principaliter agebat,& petebat dotem ſibi appropriari: econtra mulier reconueniebat virum ciuiliter,dicendo illum commiſiſſe lenocinium, & ſe debere lucrari donat. pp nupt. & ſic erat ꝯuentio, & reconuentio ſuper ipſo crimine ciuiliter intentato.i.non ad pœnã publicã,ſed priuatam iudex pronuntiauit utrumque deliquiſſe. Dicitur hic,quòd effectus huius pronuntiationis eſt,q̃a alter ab altero cenſetur eſſe abſolutus diffinitiuè .i. uxor à petitione viri, & uir à petitione vxoris, nec expectatur alia diffinitiua ſententia.Sed contra,quia ſententia debet continere condemnationem, vel abſolutionem,vt C.de ſententijs.l.cum ſententia. Sol.ſupple, vel æq̃pollens,& iſta eſt huiuſmodi ſecundum eum.
8 † Et ſic no. quòd in criminibus ſufficit ferre ſententiam declaratoriam, & habet uim abſolutionis,vel condemnationis, ſic etiam in mere ciuili cauſa, vt l. quid tamen.§. ſi arbiter.ſ. de arbitr. Nam hic principaliter deducebatur in iudicium ipſum crimen per modum agendi, ideo ſufficit declaratio ſuper crimine,ſed in lectura,quam poſui,deducebatur incidenter per modum exceptionis, vel replicationis Ideo licèt facta ſit declaratio ſuper eo, tamen expectatur, & fertur diffinitiua ſuper actione principaliter in iudicium deducta ¶Item adhuc opponiꝫ,quòd immo dicta declaratio habeat, uim condemnationis, vt alter alteri cenſeatur condemnatus, & ſic, quòd vir lucretur dotem,& uxor donationem propter nuptias, quia crimen aperte fuit deductum principaliter agendo, non excipiendo, & natura actionis tendit ad condemnationem, non ad repulſionem aduerſarij,ſecus in exceptione,quæ tendit ad repellendum aduerſarium, non ad ipſum condemnandum,ut l. lucius.ſ.de infam.& in c.cum dilectus. de ord.cog. ſolu. ſecundum Bald.|qui ſubtiliter loquitur,hoc contingit hic, quia iſta crimina, & etiam conuentio,& reconuentio ſe inuicem perimunt, & iõ id,quod fuit deductum per unum per uiam agendi, & ſic ad finẽ condemnandi, cenſetur etiam deductum per uiam excipiendi ad finem repellendi aduerſarium. & ideo lenocinium deductũ per uxorem per uiam agẽdi operatur, vt vir à ſua petitione repellaꝫ,ac ſi p viã excipiendi fuiſſet deductũ,& ſic ecõuerſo adulteriũ p virũ deductũ per viã agendi cenſeꝫ deductũ ẽt per viam excipiendi, vt vxor à ſua petitione repellatur, & ſic alter à petitione alterius abſoluitur attenta natura exceptionis, & etiam, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur, non autem cenſetur alteri alter condemnatus, ut ſic uir lucretur dotem, & uxor donat.propter nuptias, licèt natura actionis ad hoc tendat, & iſtud eſt valde pulchrum,& ſubtile,licèt Bald.non ita declaret, ſed ſuccinctè,& breuiter loquitur.
9 † Et conclude ex iſta lectu.Bart.quòd quando vterque agit de crimine principaliter ciuiliter ſententia declaratoria,quòd vterque deliquerit cenſetur diffinitiua, & habetur perinde, ac ſi alter à petitione alterius eſſet diffinitiuè abſolutus. ¶In glo. ibi, (in pari turpitudine, uel diuerſorum criminum, vel eiuſdem,) dic diuerſorum, quando muliet replicat de alio adulterio commiſſo per virum cum vxore alterius, nam dicitur reuerſum ab iſto,de quo vir obijcit uxori,quia non dedit ei cauſam,ſed eiuſdem dicitur, quando obijcit de lenocinio, quia cum dederit huic cauſam,reputatur idem,cum ſe inuicem cõtingant,& ſic ſatis probat iſta gl. id, quod ſ.dixi, licèt clarius ponat in d.l.j.C.de adult.& habetur.in c.intelleximus. extra eodem titulo.de adulte.licèt de iure ciuili leges videanꝫ loqui duntaxat de exptione lenocinij,vt illa impediat maritum dotem lucrari.

ADDITIONES.

a Quę ſit propri ètantũ inter ſolutos,eccleſiaſticũque crimen eſt de iure cano.vt per Ale.in l.ſi adulteriũ cum inceſtu.ff.de adulte.& animam coinquinat,ut 32.q.7.c.quid omnib.An autem probetur p teſtes,& maximè per domeſticos.uide.Abbatem.in c.literis.de teſtib.

b Multos tangere.Vide per Gemi.34.q.4.

## LEX XLII.

1 *Diſtinctio.ſeu diuiſio materiæ præſentis legis.*

2 *Si aliquis accuſat te, & dicit ſe hoc facere de uoluntate mea, qui dicatur accuſator,an ego,uel ipſe.*

*Non poteſt quis per procuratorem accuſare.*

3 *Quãdo pater ſtipulatus eſt dotẽ ſibi reſtitui, actio eſt ipſius ſolius,& filia perdit ius commune,& etiam conſolidationis, & quid ſi filia contradiceret expreſsè,& haberet cãm contradicendi, & prætenderet intereſſe.*

4 *Dos profectitia non donata redit ad patrẽ,etiã ſi filia deceſſerit cũ liberis.*

5 *In dote aduentitia actio eſt ſolius filiæ,& in ea habet hæredes liberos.*

6 *Si fui ſtipulatus ſub conditione id quod mihi debetur purè animo donandi,non poſſum interim agere ex pura.*

1 POſt dotem. †Lex iſta legitur quinque modis in gloſ.pp vnũ ꝯriũ,quod formatur ad finẽ eius de l. quoties. §. cæterũ.ſ.eo. & Doc.addũt alios tres modos,& pp hoc redditur ſatis obſcura intellectui ſuo. De lecturis gl. tertia gl.eſt vera,& notabilis reiectis alijs.De lect. verò Docto.ſexta lectu.q̃ fuit Dyn. eſt ẽt bona,& notabilis,& etiam octaua, & ultima lectu.& ſic tres ſunt lect. bonæ, & notabiles, ſecundùm tertiam lectu,gloſſ.hoc dicit. ¶Si pater ex interuallo cũ voluntate filiæ fuit ſtipulatus ſimplr dotem dari,ſeu reſtitui non expreſſa perſona, cui cenſetur ſtipulatus cõmuniter tã ſibi,quàm filiæ,& ſic actio ex ſtipulatu eſt communis,ſicut actio prima, ſi ſtipulatus non fuiſſet,& iõ mortua filia ſine liberis conſolidatur in patrem,& ei agenti nulla obſtat exceptio,ſed viuente filia,cum actio ſit communis, ſi agat ſine filiæ voluntate.repellitur exceptione h.d.Addit ergo iſta lex vnum ſm hanc lect. quod hucuſque non habuimus in hoc ti.quòd ſtipulando ſimpliciter cenſetur ſtipulatus ſibi,& filię, & actio ex iſta ſtipulatione expreſſa eſt cõmunis,ſicut actio prima,& huius eſt rõ, q̃a ſtiplo interpoſita ſuper aliquo ꝯctu, vel actione p̃cedente, intellr ſm naturã illius. vt l.ſtipulatus.ſ. de vſur.& ꝓ.de leg.j.l. ſi legati ſerui noĩe,vt ibi no.in gl.& vt leg.no.caue.l.j.§. ſi quis ſub conditione.vbi eſt bonus tex.& iõ ſicut actio prima conſolidat de vno in alterũ, ita & iſta, vt hic patet in primo caſu,vbi ꝯſolidaꝫ in p̃rem, & eodẽ mõ dicã,ꝙ cõſolidaꝫ in filiã, ſi efficereꝫ ſui iuris.Ponit aũt iſta lex duos caſus.Primus, q̃n filia poſtea mortua ſine liberis, & tũc dicit p̃ri agẽti ex ſtiplone nullã exceptionem obſtare, & iſte caſus nõ hẽt dubiũ.poſſet tñ obijci inquãtũ hic dr̃, ꝙ cũ filiæ uolũtate fuit ſtipulatus, q̃a vr̃, ꝙ potuerit etiã ſine, vt d.l.quoties.in prin.ſ.e.pp hoc gl. intelligit, licèt tex. nõ ponat, ꝙ fuit ſtipulatus ex interuallo. iõ req̃rebaꝫ voluntas filiæ, vt in §. cæterũ.e.l.ſecus, ſi à p̃re.Procedit aũt iſte primus caſus qualitercũq; fuit ſtipulatus, ſiue ſoli,ſiue ſibi,& filiæ,ſiue ſimplr,qđ idẽ eſt ſcđm tertiã lec.ſiue ſibi,aut filiæ iuxta no:in l.vxorẽ.in §. teſtõ. de leg.iij.per Bar.nam tunc eſt idem, primo tñ caſu eſt actio ſolius patris, ſed in alijs eſt cõis, & exercitiũ eſt ſolius patris. Siue ẽt fuit ſtipulatus ipſi filiæ, vel à iure p̃ſumaꝫ ſm lect.Dy.Et ſic actio erat ſolius filiæ, nã ẽt tũc filia mortua ſine liberis locũ habet, qđ hic dr̃,q̃a pater poterit agere tanq̃ hæres filij,quia in dote donata habebat hr̃dem, non ſolũ pprios filios, vt hic innuitur à ꝯrio ſenſu,dũ dicit ſine liberis deceſſerit.q. d.ſi cũ liberis ipſi eſſent hr̃des,qđ eſſet verũ,ſi actio erat ppria ipſius filię ſm lect.Dy. & ſi nõ ſunt liberi, ipſe p̃r erit hr̃s, & ſic erat caſus ſpecialis, in quo filiaſa.habebat hr̃dẽ in dotẽ. Rlr ſecus,vide tñ circa hoc,qđ no. Bal. C. de hær.act.l.ij.ſed in j.caſu nõ venit, vt hr̃s,ſđ ex ppria pſona,q̃a actio erat ppria,ĩ alijs verò,vbi erat cõis, venit iure ꝯſolidationis. Scđs caſus eſt, ſi filia adhuc viuit,& mr̃imonium eſt ſolutũ diuortio,tunc dr̃, ꝙ pater agẽs remoueꝫ exceptiõe,qđ poteſt intelligi dupliciter. i.ſi filia ꝯdicat expreſſè,& cãm ꝯdicẽdi habeat,& tunc remoueꝫ cũ effectu. Scđo, ꝙ non ꝯdicat expreſſe, ſed eſt abſens, & ignorans, uel eſt furioſa. & tũc remouet quouſq; caueat filiã ratum habituram iuxta ea,q̃ habenꝫ in l. 2.§. uoluntatẽ.ſ. eod. & iſtas duas ſuppletiones ponit gl.in fi.primæ lect.ibi dũ dicit,niſi caueat, &c. ſi aũt eſſet præſens & tacens,nõ repelleretur,quia vr̃ conſentire.Nec obſt.ei qđ primo dixi,ꝙ ſemel cõſenſit patri ſtipulanti.nam non ppea vr̃ cõſenſiſſe, ꝙ agat ſine ea.forte.n.cũ aget,mutauit ꝯdõnẽ, q̃a ẽ effecta turpis perſona,unde cõſenſus ille non p̃iudicat filiæ, q̃a ſunt actus diuerſi.mõ iſte caſus recipit contrariũ de l.quoties. verſi. cæterũ. nam ibi patet,quòd ſi uoluntate filiæ ſtipulatus eſt, ex interuallo ſit ſi

liæ p̃iudicium,ꝗ ꝑdit cõmunionem,& actio prima tollit̃ iure no
uationis,vt in l.auia.C.de iure do.& ſoli patri competit actio ex ſti
pulatione,ergo põt agere ẽt filia uiuente, & ꝯdicente, multo for-
tius ignorante,ꝗ nõ requirit̃ eius voluntas, niſi qñ eſt commu-
nis,& hic non eſt:iſtud ꝯrium voluit formare.gl.j.vt patet ex fine
ipſius,li cèt illã l.non alleget,& ꝑ ꝑ hoc legitur quinque modis ad
oſtẽdendũ diuerſitatẽ caſus inter illã, & iſtam, tene tertiã lec.ꝙ ibi
fuit ſtipulatus ſibi ſoli,hic ſimpliciter dotem dari, uel reſtitui,ꝗ in
tex.non dr̃ cui , vnde intelligã prout litera iacet, & tunc rñſio eſt
clara,ꝗ ibi actio non erat communis, ſed propria patris, hic ſe-
cus.¶Contra iſtã lectur. oppon.quòd ſtipulando ſimpliciter, vi-
deat̃ ſtipulatus ſibi ſoli,ꝗ in ſtipulatione non ſubintelligitur alia ꝑ
ſona,quàm ſtipulantis.).de uerb.obl.l. ita ſtipulat̃.§. Chryſognus.
Gloſſ.non benè ſoluit:dic,ꝙ alia ꝑſona, cui ſtipulator non poſſet
ſtipulari nõ ſubintelligit̃, vt ibi, ꝗ vitiaret ſtipulationẽ. ſed illa,cui
põt ſtipulari,benè ſubintelligitur, ſi ſtipulatur ſuper eo , quod eſt
cõmune inter ipſum ſtipulantẽ,& illam,& iſte eſt caſus hic ſecun-
dùm iſtam lecturã.¶Sed adhuc oppo. extra gloſſ.quod iure iſto,
ſi pater ſtipulatur filiæ,vel filio,quẽ habet in poteſtate, cẽſetur ſti
pulatus ſibi patri,vt l.eum,qui ſibi.§. qui ſibi.de verborũ obligati.
Sol.verùm eſt in his,q̃ nõ poterãt acquiri ipſi filiæ, ſed dos,& eius
actio poterant acquiri,& apud eã remanere,nec reacquirebãtur
patri,vt l. Pompon.§.famil.erciſc.acquiritur ergo hic actio vtriq́ ,
ſed contra adhuc de l.cum dos.circa medium. de pact.do.vbi vi-
detur dici,quòd etiam dotem non poteſt pater filiæ ſtipulari. So-
lut.ſi ſtipulatur ex interuallo ſine voluntate filiæ, videtur proce-
dere,quod ibi dicitur, quia ſicut non poteſt præiudicare filiæ ſti-
pulando ſibiipſi patri ſine illius uoluntate, ita nec prodeſſe, ſed ſi
ſtipulatur cum eius volũtate , ſicut poteſt præiudicare, ita & pro
deſſe, & ideo hic non ſine myſterio dicitur, quòd fuit ſtipulatus
voluntate filiæ,nam ſi actio acquiritur vtrique,videbitur, ꝙ uo-
luntas filiæ non requireretur in hac tertia lect.glo. ſed reſponde,
vt dixi,hoc tamen per nullum Doct.tangitur.& ſatis eſt dubium.
¶Vltimo opp. contra iſtam lectu. quòd immo ſoli filiæ acquira-
tur ſtipulando ſimpliciter fauore dotis, & matrimonij, ut ).eo.l.
Caius & quod ibi dixi.Sol.ibi loquimur in extraneo, qui non ha-
bet mulierem in poteſtate,quo caſu ſi dedit dotem pro ea, actio
erit ſolius mulieris, ſi non fuiſſet ſtipulatus, vel pactus. Si ergo ſti-
pulatus eſt,uel pactus ſimpliciter, intelligitur ſtipulatio ſecũdùm
naturam primæ actionis, vt competat actio ſoli mulieri de æqui-
tate,vt ibi,hic verò habebat in poteſtate, & ſi non fuiſſent ſtipula-
tus actio erat communis,& eodem modo actio deſcendens ex-
ſtipulatione, & ſic patet,ꝙ iſta lect.optimè ſuſtẽtatur, & eſt ſing.
Bar.tamen dicit eam ſibi non placere,quantum ad hanc legem,li-
cèt in ſe ſit bona , quia iſta lex loquitur, quando fuit ſtipulatus ſi-
bi certè hoc non dicit text. ideo non eſt bona reprehenſio , ſed
ſolum dicit dotem dari,& non dicit, cui Dy. ſecundùm quod di-
cit Bar.ꝙ ponit caſum,dicit,ꝙ fuit ſtipulatus ſimpliciter, & in hoc
concordat cum præcedenti. Tamen dicit,quòd cenſetur ſtipula-
tus ſoli filiæ,& illius ſolius eſt actio , pro quo facit d.l.Caius.).eo.
& quod ibi dixi, & tunc in primo caſu huius l. quando filia eſt
mortua dum tex. dicit,quòd patri agenti non obſtat exceptio,
debet intelligi, quòd agat tanquam hæres filiæ, non iure ſuo,quia
non potuit in eum conſolidari, cùm non eſſet communis, & ita
ſentit Dyn.& tunc erit caſus, ꝙ in dote profectitia donata filiæ ꝑ
patrem iure iſto filia habebat hæredem non ſolum proprios fi-
lios,ſed etiam patrem ab inteſtato ad hoc ).eo.l. ſi cum dotem. in
prin.& l.inter ſocerum.§.cùm inter. de pac. do. ſecus ſi non eſſet
donata,vt no.§.eo.l.nupta.§. 1. in gloſſ. & ).l.filiæ.Ex teſtamento
uerò non poterat habere hæredem, quia etiam de dote non po-
terat teſtari,vt not.Bal.in l. Senium. C.qui teſta fac.poſ.& in d.l.2.
de hære. acti. Contra iſtam lectu. Dyn. opponitur primò de ter-
tia lect.præcedenti, quæ contrariatur huic, quia ibi dicitur,quòd
eſt communis , ſed Dy. vult, ꝙ ſit ſolius ipſius filiæ, dicit Bart. ꝙ
lect. Dy. procedit , ſi pater fuit ſtipulatus de mandato filię,& ita
dicit inſtrumentum,vel ſi dicat, ꝙ de voluntate filiæ.l.præceden-
te,quia requiſiuit patrem, vt ſtipularetur , quo caſu volũtas idem
operatur, quod mandatum , ſed tertia lect. debet intelligi, ꝙ filia
non mãdauit,nec patrem requiſiuit, ſed potius econuerſo pater
eam requiſiuit conſentire,& fecit eam ex poſtfacto, quo caſu vo
luntas non operatur idem,qđ mandatum,ſed quid ad rumbum?
Reſpondeo,licèt non declaret per ea, quæ dixi in l.quæ dotis . ꝗ
natura mandati eſt,vt actus fiat ad commodum mandantis, vi-
detur ergo tunc pater ſtipulatus procuratorio nomine filij, & ad
ipſius tantum commodum,& ſic videtur ſibi donaſſe. Ex hoc vi
detur, ꝙ etiam ſi fuit ſtipulatus ſibi, ſi tamen dixit, ꝙ de manda-
to filiæ videbitur ſtipulatus procuratorio nomine, & acquiritur
ſibi actio directa , filiæ verò utilis ſine ceſſione, licèt regulariter
ſecus,ꝗ procuratori acquiritur, & tenet̃ cedere l.poſſeſſio.§.&
ſi poſ.de acqui.poſ.Quid autem ſi non apparet de mandato ,nec
ꝙ uoluntas p̃ceſſerit,ſed ſolum,ꝙ pater de voluntate filiæ fuit ſti-
pulatus?Bar.non declarat,ego dicam locum habere tertiam lect.
poſtquam fuit ſtipulatus ſuper re communiter ad ambos perti-
nẽte,,& ſic erit actio communis,& tradit Bal,hic notabilẽ theo-
ricã.ſi q̃rit̃, an actus factus voluntate mea dicat̃ factus de meo
mãdato , an ſimpl r de mea uoluntate, q̃ põt eſſe ſine mãdato , ꝙ
aut actus ille ꝑtinet ad me dũtaxat, & vr̃ factus de meo mãdato,
aut ad aliũ,& tunc ſecus, ꝗ importat potius ꝯſiliũ,vt l.2.ĩ fi.ff.mã
dati,aut ꝑtinebit ad vtrunq́ , & iſpicit̃,an uolũtas p̃ceſſerit,an fue-
rit ſecuta. Tu adde tertiũ caſum,an dubitet̃,qđ dic,vt §.dixi.¶Et
ex p̃dictis arguit ad q̃ſtionem,q̃ dixit ſe uidiſſe examinari, & nul-
2 lum ſciuiſſe aliquid boni dicere.†Si aliq̃s accuſat te , & dicit ſe hoc
facere de voluntate mea,q̃s dicat̃ accuſator,an ego,vel ipſe?certè
ipſe non meminit, ꝗ fuit q̃ſtio Iacob. Butrig. quàm refert Ioan.
An.in addi.Spec.in tit.de accuſa.in prima parte Specu. ſuꝑ rubri-
ca,& latius,quàm faciat Bartol. ꝗ ſtatutũ Bononien. dicit, quòd
de iniuria facta alteri , ſeu maleficio non poſſit alius accuſare, ſi-
ne uoluntate offenſi.pone ergo,quòd fui offenſus,& tu accuſas,
& dicis te accuſare de voluntate mea , ſolùm hic Bartol. omittit,
q̃s dicatur accuſator,ſ̃m theoricam Bartol. vr̃, quòd ego, quo-
niam iſtud negotiũ principaliter ad me ꝑtinet,ꝗ ego ſum offen-
ſus,& ſic videris accuſare procuratorio nomine meo,tamen ipſi
determinant contrarium,quia vitiaretur accuſatio,cum non poſ
a ſit quis per procuratorem accuſare.[a] & ideo tu videris accuſator,
& ſi non probas tu punieris ad calumniam,& non ego,in hoc eſt
vtilis iſta inueſtigatio:theorica verò Bar. ꝓcedit in actu,ꝗ põt geri
ꝑ procuratorẽ,tenendo ergo iſtã lecturam Dyn. non obſt. ꝯriũ.
d.l. quoties,ꝗ ibi actio erat ſolius patris, hic ſolius filiæ.Itẽ ſecun-
dùm iſtam lecturam.text.in fin.dum dicit, quòd viuente filia pa-
ter ſubmouetur exceptione debet intelligi indiſtinctè, ẽt ſi aliam
cauſam ꝯdicendi nõ habebat, & ẽt ſi pater velit cauere de rato,il-
la.n.locum habent,qñ actio communis erat , non qñ ſolius filiæ.
3 ¶†Octaua lectu.quæ eſt etiam bona, & notabilis in ſe,eſt,vt intel-
ligatur tex, quando fuit ſtipulatus ſibi ſoli, quo caſu actio eſt ip-
ſius ſolius,& filia perdit ius commune,& etiam conſolidationis,
& ſolus pater poteſt agere,nec habet neceſſe cauere de rato , &
hoc totum colligitur ex illa l.quoties. ſi tamen filia contradiceret
expreſsè,& cauſam contradicendi haberet , & prętenderet inte-
reſſe,quia ſi ſolueretur patri eam diſſiparet,& non poſſet eam do
tare in ſequenti matrimonio,ꝙ adhuc filia admittatur ad contra-
dicendum , & repellendum patrem ab agendo his concurrenti-
bus, & ita poteſt intelligi hæc l.in fin.ſecundùm iſtum intellectũ,
qui eſt ſatis æquus: tamen continet diuinationem , cum oportet
ſubaudire ad text. omnia iſta:tamẽ iſtud tenetur per Doct .quod
eſt notandum:& ſingulare,Cæteræ lect.quæ ponuntur.in gl.non
4 ſunt bonæ:vt dicam ſuper eis apoſtillando glo. ¶ † Circa tertium
caſum : qui colligitur ex text. à contrario ſenſu. opp. quòd etiam
ſi filia deceſſit cum liberis adhuc patri agenti,non obſt. exceptio,
cuius contrarium hic innuitur, quia ſecundum veram opin. dos
profectitia non donata redit ad patrem , etiam ſi filia deceſſit cũ
liberis,vt l.dos à patre.cum ibi not. C. eod. Sol. Mar.hic non fate-
tur , immo dicit eam remanere penès maritum. pro quo opti-
mè facit iſta litera à contrario ſenſu . ſed alia opin. communiter
5 tenet̃,& ad iſtũ tex. rñdet dupl r.† Primo , ꝙ ſubaudiat̃ maximè,
ꝗ idẽ ſi cũ liberis,ſi ponimus,ꝙ loquat̃ in dote ꝓfectitia, vel dic,
ꝙ põt loq́ in aduentitia, & tunc ſtat propriè,ꝗ in illa actio eſt ſo-
lius filiæ, ẽt iure iſto,vt ).eo.l. Caius.& ſic in ea habebat hæredes
b liberos, [b] & ſi liberi non extabant per patrẽ. & hoc colligit̃ ex gl.
hic poſitis , & tunc patri ſtipulando ſimpl r cenſeretur ſtipulatus
ipſi filiæ,cuius ſolius erat actio,ut §.dixi. Super prima lect.glo ibi,
(patri ſiue filiæ agenti obſtat exceptio ,.) & tunc non obſtat ꝯriũ
de l.quoties.ꝗ ibi fuit ſtipulatus ſub vnica ꝯdõne tm̃.ſ.ſi mr̃imo-
niũ diſſoluat̃ , & illa ꝯdõ extitit , hic verò ſub triplici ꝯdõne.ſi fie-
ret diuortiũ , & ſi poſtea mulier decederet,& ſi ſine liberis dece-
deret,& nõ extiterat,niſi prima.in fin. huius l.ꝗ filia viuebat.Sed
iſta lectu.non eſt bona. primo , quia text.dicit ſi conditio, &c.ſic
innuit, quòd vnica tantum conditio fuit appoſita , quod autem
poſtea ſubditur in text.( & poſtea ) &c. non fuit appoſitum in
conditione,præterea ſtipl'o non eſſet commiſſa ipſo iure,ex quo
aliæ duæ ꝯdões non extitiſſent, vt in l.cedere diem.de uerb. ſig.
iuncta l. ſi hæredi plures.de condi.inſti. unde non obſtaret exce-
ptio , cum nulla competeret actio , cuius contrarium dicitur in
fin. niſi

ADDITIONES.

a Accuſare.Niſi haberet mandatũ, & in mandato eſſet dies, & tẽpus comt
miſſi delicti,& ea,q̃ requirunt̃ ad hoc,ut conſtituens obligetur,ut uolui.
Lu.Ro.conſ.60.in popularibus aũt quis per alium non accuſat.l. licèt.§
de proc.& in l.pe.§.ad crimen.de publ.iudi.

b Hæredes liberos.Adde eundẽ Pau.ꝯſ.268.in ſcđo impreſſis, ubi ponit q̃d
ſi filia facit donationẽ de dote, quã fuit ſtipulata ſibi reddi,an talis dona-
tio præiudicet filius filiæ,quid autem ſi in ſecundo matrimonio eſt aucta
dos,& decedat mulier filijs ſuperſtitibus ex primo,an illud plus reuertat̃
ad patrem,uel filios, uide Bal.cõſi.289.1.lib.& in p̃dicta materia uide eũ
dem Pau.conſi.227.Anch.conſ.350.

ſi.niſi intelligatur de exceptione intentionis,vel dic, ꝙ ipſe vole-
bat agere actione prima,quę non erat adhuc ſublata per ſtipſo-
nem cuius conditionis nondū extiterāt,vñ bñ dat̄ exceptio,qa ꝯ-
petebat actio mero iure.Sed ꝯ qa licèt nō eſſet extincta ſperabat̄
extingui,ſi conditiones exiſterent,ergo non poterat in iudicium
deduci,vt l.pecuniam.ſi cer.pet.dicit Bart. vnum bonum verbū,
ꝙ actio,quæ ſperatur tolli per nouationem bñ poteſt deduci in
iudicium de voluntate illius,ad cuius commodum ſperatur no-
uari.licèt hic ſperat̄ nouari ad commodum patris, & ipſemet pr̄
agebat.Ego neſcio qd velit dicere, nam hoc non pōt deducere
6 ex effectu,vt patet ex text.& etiam dixi in l.Iul.de condi.inde. † ꝙ
ſi fiti ſtipulatus ſub cōditione id,quod mihi debebit̄ pure animo
donandi,non poſſum interim agere ex pura,qa vr̄ actum, ꝙ nō
agam quouſque extat conditio,ad hoc,vt ſi exiſtat ſequens ſtipu
latio,habeat qd nouet.Sed Bar.hic vr̄ ſentire contrarium.puto ꝙ
non benè.no.tñ dictum ſuum in eo,quod ſ̄ dixi ad limitationem
l.pecuniam.ſi cert.pet.Super ſecunda lec.ibi primo. & ſecūdo ca-
ſu replicat̄ inquantum dicit primo, iſta glo. eſt corrupta, quia in
primo caſu huius l.non obijcit̄ exceptio,nec eſt neceſſaria repl ca
tio:dēt ergo dicere hoc ſecundo caſu ſ̄m Bar.tūc ergo non ob.
l.quoties. qa licèt pr̄ repellit̄ ab agendo filia viuente,& non con
ſentiente,vt hic,qa tñ fuit ſtipulatus ſibi ſoli contra exceptionem
pōt replicare p l.ꝯriam.iſta lectura non eſt vera, nam aut ipſe intē
tat actionem primam,& tunc poſtq̄ extiterat conditio, ſub qua
ſtipulatio facta fuit,ipſo iure repellit̄,qa illa eſt ſublata iure noua-
tionis,vñ non hēt locum exceptio,vbi nulla eſt actio,& per con-
ſequens non poſſet iuuari replicatione,q̄ datur ad coadiuuandū
actionem,q̄ erat in rerum nā,licèt inefficax p exceptionem eſſet,
vt l.ſub prętextu.la.j.C.de tranſac.Aut intentat actionem ex ſtipu
latu,& tunc nulla pōt obijci exceptio,poſtq̄ conditio extiterat,&
filia conſenſerat ſtipulanti, ergo non eſt neceſſaria replicatio.
¶No.tamen ex iſta glo.dum dicit,inſpecto tenore actionis ex ſti
pulatu,nam innuit,ꝙ iure veteri dabatur actio ex ſtipulatu lega-
lis,ſed hoc non eſt verum,quia hoc eſt introductum per Iuſtinia
num.ſola ergo actio de dote,vel rei vxorię dabatur. vt not.C.de
rei vxo.act.per Doc.in l.j.

## LEX XLI.

SI pater. Etiam ſi pro dote ſoluta matrimonio
diſſoluto competit actio de dote.h.d.
¶In tex.ibi,(ignorans.)quid ſi ſciebat matr.ſolutum?
Reſpondetur,ſi actio de dote erat ſolius patris, vt qa
erat ſolutū morte filię,videtur donaſſe,& ſic nullo modo pote-
rit repetere l.cuius p errorem,de reg.iur.ſed ſi erat ipſius filiæ,qa
erat emancipata,vel erat communis, qa in poteſtate non potuit
donare in prędiudicium filiæ,vt ſ̄.eo.l.2.§.quod ſi in patris, ideo vr̄
dicendum idem,quod hic,vel poteſt dici,ꝙ non ipſe repetet, ſed
filia,quia ſcienter ſoluendo vr̄ ſe excluſiſſe,& quantum in eo fuit
videtur donaſſe.ar.in d.l.2.§.item ſi voluntate.¶In tex.ibi.not.per
indebiti cond.videbatur contrarium,qa poſtq̄ mat.erat ſolutum
pater erat tutus exceptione dolo facis,vt ſ.eo.l.ſi ſocer.§.Lucius.
cum maritus eſſet idem patri reſtituturus,ſi filia non habebat cau
ſam contradicendi,vt ſ̄.eo.l.dotem.& iſta exceptio eſt perpetua,
& reputatur fauoralibilis,poſtquam non eſt contra diſpoſitionē
iuris communis,vt no.in l.qui ſe debere.de condi.ob cauſam. &
ſic inducit condi.inde. vt l.qui excep. de condi. indeb. & quod ibi
dixi,ſed hoc iō contingit hic propter fauorem dotis,& fauorabi
lior eſt actio de dote,q̄ condi.indeb.ne fiat præiudicium filiæ pp
moram patris,ſi daret condi.illam indeb.eſſet ꝓpria ipſius patris,
& in illa non haberet filia communionem,& hoc contingeret ꝓ
pter moram patris,qui ſi ſoluiſſet ante ſo.mr̄imonium, compete
ret actio de dote,q̄ eſſet communis,& iō ex iſtum caſum ſecus ē
vbi ceſſant rōnes p̄dictę,& ita loquitur ꝯrium formatum in gl.de
l.ſi quis domum.§.Imperator.ſupra.locati.

## L E X XLIII.

1 *Mora ciuilis patris contingens ante dotis exactionem conſtante matri-*
*monio,vel eo ſoluto.facit actionem de dote in ſolam filiam conſolidari.*
2 *In fiſcum non tranſeunt illa, q̄ poſt mortem confiſcati deuentura ſunt ad*
*filios,vt filios,non vt ad hæredes,& quid de feudo,vel emphyteuſi.*
3 *Dos poſtquam eſt exacta per patrem,non eſt tractandum de conſolidatio*
*ne fienda in filiam,quoniam actio de dote extincta eſt, & ſic reſoluta cō*
*munio,& qualiter tranſmittatur tunc ad hæredes patris.*
4 *Si auus dedit dotem pro nepte,per eius mortem conſolidatur actio in ne-*
*ptem,licèt viuat eius pater.*

1 IN inſulam. †Mora ciuilis patris contingens
ante dotis exactionem conſtan
te matrimonio,vel eo ſoluto facit actionem de dote
in ſolam filiam conſolidari.h.d.notabl r.Et primo lo-
quitur,qñ conſtante matr.pr̄ deportatus eſt,vſq ibi,(poſt.) Secū
do qñ eo ſoluto,& ſic vnū dictum p aliud nō eſt ſuperfluum, &
hoc voluit gl.j.¶In tex.ibi.(actio dotis ad filiam pertinet) qa per
deportationem patris filia efficit̄ ſui iuris, cum patria poteſtas ſit
de iure ciuili,vt ſ̄.de his qui ſunt ſui.vel alie.iur.l.3.cum ſeq. & de-
portatus perdit ea,q̄ iuris ciuilis ſunt,cum perdat ciuitatem, ſicut
ergo quando efficitur ſui iuris per mortem naturalem patris, vel
2 per emancipationem,conſolidat̄ actio in eam,ita & tunc. ¶†Sed
contra ꝙ immo ius,quod habebat pr̄ in hac actione,tranſeat in fi
ſcum ſ̄.e.l.ſi conſtante.§.fi.& ſic erit communis inter fiſcum,& fi
liam.So.notabiliter ſ̄m Bald.in fiſcum non trāſeunt illa, quę poſt
mortem confiſcati deuentura ſunt ad filios,vt filios,non vt ad hę
redes,immo ad eoſdem filios deuoluuntur, ac ſi pater naturali-
ter eſſet mortuus,hoc probatur hic notabiliter,& ideo in fiſcum
a non tranſit feudum,vel emphyteuſis,[a] quæ poſt mortem confi-
ſcati deuenturę ſunt in filios,vt filios,vt probatur p hanc l.& hoc
ēt tangit Bal.in l.j.C.de bon.lib.& Bar.in l.ſi finita. §. ſi de vectiga-
lib.de dam.infe.Reprobando Spec.in ti.de feud.§. qm̄. ver. xl.vbi
videtur tenere,ꝙ tranſeat in fiſcum quouſque cōfiſcatus nāliter
viuit,ſed eo mortuo reuerteret̄ ad liberos,vel ad agnatos,& pro
ipſo optimè facit l.Statius. §.Cornelio.de iure fiſ.& l.peto §. prę-
dium.de leg.2.& quod no.gl.in Auth.ingreſſi.circa fi.C.de ſacro
ſan.ecc.vbi dicit,ꝙ tranſit in monaſterium, qđ ingredit̄ feudata-
rius,vel emphyteuta quouſq naturaliter viuat. br̄. licèt illa pro-
cedant in his,q̄ ad alios deuentura ſunt per mortem confiſcati ex
diſpoſitione teſtatoris,quo caſu loquitur §. Cornelio. & § præ-
dium.non ſic in fundo,vel emphyteuſi,q̄ ex liberalitate concedē
tis pueniunt,& potius habent̄ a genero,q̄ ab ipſo confiſcato p l.
2.ſ.de interdi.& releg.& hoc probat̄ expreſſe in c.ſi vaſallus cul-
pam.ſi de feu.fue.controuer.& in c.j.ſi vaſal.feu.pri. p q̄ capitula
Bar.rep̄hendit Spec.& eſt caſus in c.fœlicis. circa mediu de pœ-
nis. vbi dicit bona cōfiſcāda,ſeu feuda ad dñm reuerti, & hoc qñ
crimen nō contingit dñm feudi.quo caſu,ſi hēt filios,& agnatos,
deuoluit̄ feudum ad ipſos,vt in iurib.ſ̄.allegatis.ſi non hēt reuerti
tur ad dñm,vt d.ca.fœlicis.ſi aūt concernit dñm indiſtinctè,ad ip
ſum deuoluit̄,vt in c.j.§.denique,q̄ fuit prima cā bene. amit. ille tñ
tex.vr̄ velle,ꝙ delictum patris ēt non commiſſum ꝯ dñm , licèt
non faciat feudum confiſcari,nocet tñ filijs feudatarj,& deuolui
b tur feudum ad agnatos,ſi erat antiquum,[b] quia plus poteſt noce-
3 re filius,q̄ agnatis.tene menti,quia quotidiana ſunt iſta. ¶†In vlti-
ma gl.ibi.(nam tunc ſecus eſſet not.iſtam gl.q̄ ſemp allegatur, ꝙ
poſtquam dos fuit exacta per patrem,non eſt tractandum de cō
ſolidatione fienda in filiam,qm̄ actio de dote extincta eſt, & ſic
reſoluta communio.vñ non poteſt amplius conſolidari, ſed effi-
citur vnum patrimonium cum paterno,& ſic tranſmittit̄ ad oēs
hæredes patris,niſi in caſu pp inæqualitatem vitandam,ſi alia filia
fuiſſet dotem lucrata,vt eſt caſus ſingularis in l.fin. C.communia
vtri.iu.& probatur iſta gl.in l.2.C.de bo.q̄ lib.Intellige iſtam gl. in
vera exactione,ſecus in ficta.vt ſi pater ſucceſſit marito,licèt ſuc-
4 ceſſio vim ſolutionis habeat,vt ſ.e.l.ſi ſocer.in prin.¶†Vlt.ſcias,ꝙ
ſi auus dedit dotem pro nepte,per eius mortem conſolidat̄ actio
in neptem,licèt viuat eius pater,idemque filius, vt ſupra de iure
dotium.l.auus.

### ADDITIONES.

a Vel emphyteuſis.De hoc late p Ale.conſi.23.1.lib.& conſ.88.3.lib.
b Et in hoc,ut p Bal.in c.ſi vaſallus culpā.ſi de feu. fue. contro. & per Pau.
ipſum in l.adoptiuū.ff.de in ius voc.& ibidem Lud.Pōta.& eundē Pau.
in cōſi.160.& ſeq.Pet.de Bel.& Cy.in l.2.C.de lib,& ibi p Bar.& Bald.&
adde,ad delictum patris in crimine leſæ maie.noceat filiis maſcul.& qua
tenus in l.qſquis. §. fi. C. ad l.Iul.maie.& ibidē Doc.& maximè Sal.& qđ
reſpectu fœminarum,ibidem per eundem Sal.in verſi.ad filias.

1 *Maritus putatiuus an lucretur fructus dotis tanquam maritus.*
2 *Si aliqui ex teſtibus dicunt ante guerram,& aliqui poſt guerram redu-*
*cuntur ad concordiam.vt primi intelligantur ante guerram.ſ.finitam.*
*ſecundi poſt guerram.ſ.inchoatam.*

1 §. Fructus. †Maritus putatiuus nō lucratur fructus do
tis tanq̄ maritus,tñ de ipſis retinet quatenꝰ
in vxorem putatiuam,uel in prędia dotalia neceſſarios ſumptus,
uel vtilr impendit.h.d.¶In tex.ibi,(ante cauſam liberalem,) idem
ſi ipſa cauſa pendente,quia tenetur eam interim alere ſ̄m Iaco.de
Are.Vel expone añ cām liberalem ſ.finitā,& ſic duobus modis
2 poſſunt iſta verba intelligi.†vnde inducitur ad q.de teſtib. quorū
a aliqui dicunt añ guerram,[a] vt reducantur ad concordiam,qa pri-
mi intelligantur añ guerram.ſ.finitam,ſecundi poſt guerram.ſ.in-
choatam.Arg.in c.cum tu filii.extra de teſtib.& no.in l.2.§. credi-
tum.ſi cer.pet.¶In tex.ibi.(aſſumptos.).i.conſumptos. Quid autē
in illis,qui non ſunt conſumpti in neceſſarias impenſas mulieris,
uel prædii dotalis,an debeant reſtitui domino huius ſeruæ.Barto.
hic uidetur ſentire,quòd nō.Nec ob.ꝙ bonæ fidei poſſeſſor facit
fructus

### ADDITIO.

a Poſt guerram.vide Ang.conſ.284.

fructus ſuos,vt l.quid ſit.§.qui alieno.de vſur.& eos lucrať, vt Inſti de rer.diui.§.ſi qs a non dño.quia illud eſt verum in eo,qui ſimpliciter eſt bonæ fidei,quia poſſidet rem tanquam ſuam omni reſpectu,ſed hic non ſic,qa licèt credat ſe dñm,tñ ſcit ſe teneri ad reſtituendum ſol.mat.ſed glo.q̃ eſt hic ſuper(ver.compenſatis.) vř velle contrarium:q̄ eos lucreť,non tanquam maritus, ſed tanq̃ bonæfidei poſſeſſor,& hoc placet,ſi erant ꝯſumpti, & ex eis non erat effectus locupletior,qa ſi dicimus in bo.fi.poſſeſſore, aliàs teneretur reſtituere ꝑ condi.ſine cã,vt plenè no.in l.incertum. C.de rei ven.ſecus ſi eſſet verum matrimonium,qa tunc lucraretur ēt vltra q̃ ſuſtineat onera matri.& etiam ſi extant,vel ſit effectus locupletior,hæc eſt vna dřia inter maritum putatiuum, & verum. Alia eſt,qa verus maritus non tenetur expenſas neceſſarias, quas fecit ad vtilitatem perpetuam fundi dotalis compenſare cum fructibus,etiam ſi quos habet,vltra q̃ ſint onera mřimonij: immo poteſt illas repetere:& fructus lucrari,vt s.eo.l diuortio. §.impendia,ver.planè,ſed iſte putatiuus maritus.tenetur tales impenſas cõpenſare cum fructib.etiam quos reſtituere non tenetur, puta cõſumptos:& ex quib.effectus non eſt locupletior,& ſi expẽsè excedũt,illud tñ põt repetere,in quo excedũt,& hoc vult ver.(ſumptus verò)q ſtatim ſequiť,& ēt gl.ſentit hoc in §.impendia: & ſic mřimonium putatiuũ quantũ ad commodũ mariti nõ hẽt illa priuilegia q̃ hẽt verũ,vt hic patet:licèt ſecus quo ad cõmodum mulieris,vt poſſit dotem putatiuã repetere,vt s.eo.l.ſi cum dotẽ, §.ſi.quod dic,vt ibi,& ex iſtis remanet iſte §.declaratus, & vtilis.

1 *Maritus,qui non ſuſtinet onera matrimonij,non poteſt petere vſuras dotis promiſſæ,& non traditæ.*

2 *Quando marito promittitur dos ſi ſibi non ſoluatur integraliter, non tenetur maritus onera matrimonij ſubire,ſed poteſt uxorem repellere,& ad domum patris remittere.*

3 *Si maritus recepit vxorem ſine promiſſione dotis,non poteſt eam repellere,ſed tenetur eam alere,ſicut ſi dotem habuiſſet.*

*Dos ſi conſiſtit in pecunia,& pro ea fuerunt data pignora, tunc fructus pignorum lucratur vir,nec tenetur eos in ſortem computare, & ſi non fuerant data pignora,an poſſit petere vſuras promiſſas.*

4 *Quòd regulariter ſecus ſit in alio creditore, vt non lucretur fructus pignorum.*

5 *Soluto matrimonio ſi mulier repetens dotem paſſa eſt morã ab hæredib. viri,vel etiam hæredes mulieris ab ipſo viro,an poſſint propter hanc moram aliquid petere nomine vſurarum.*

1 §.Vſuras. †Maritus:q nõ ſuſtinuit onera matrimonij ñ põt petere vſuras dotis promiſſæ,& non traditæ.h.d.ſed ſi ſuſtinuit,vſuræ cum vſuris compenſanť.hoc etiam dicit.Caſus.Pater promiſerat ducẽta in dotem,& centum tñ ſoluit & ſtipulatus eſt vſuras pro tpe,quo maritus tardauerit reſtituere ſoluto matrimonio,& econuerſo: maritus ſtipulatus eſt vſuras aliorum centum pro tpe,quo pater tardauerit ſoluere, vterque tardauit,& ſol.mat.př repetit centum cum vſuris,& maritus vult cum vſuris compenſare vſuras,in quas dicit patrẽ incidiſſe, certè põt,ſi ſuſtinuit onera matrimonij.Si aũt nõ ſuſtinuit, př non põt
2 vſuras petere,& ſic nõ eſt locus compenſationi. ¶†Sed contra, quia qñ marito promittiť dos,ſi ſibi non ſoluiť integraliter,non teneť onera matrimonij ſubire,immo põt vxorem repellere, & ad domum patris remittere,vt eſt gl.ſing.in Auth.de non elig.ſe-
a cundo nub.§.pe.[a]& no.Bal.C.ad Vel.l.fi.& Cy.in l.quod in vxorem.C.de nego.geſt.Sol.verum eſt,q̄ non teneť alimenta p̃ſtare, vt in dictis iurib.tñ non põt propterea vſuras petere, poſtq̃ alimẽta non p̃ſtitit,& iſte eſt caſus hic,quia non dẽt vtrunque habere.ſ.
3 q̄ ſit exoneratus,& habeat vſuras,tanquam ſit oneratus.† Si aũt recepit vxorem ſine promiſſinne dotis:tunc non põt eam repellere,ſed teneť eam alere,ſicut ſi dotem habuiſſet, & imputet ſibi quare recepit,& iſte eſt caſus in l.fina.C.de diuor. & in Auth. de nup.§.ſi quis.n.& facit ſupra de relig.l.q̄ ſi nulla.Si aũt ſuſtinuit onera matrimonij,tunc de iure ciui.poteſt petere vſuras: vt hic:de iure canonico vř idem ꝑ c.ſalubriter.extra de vſur. Tu aduerte, ſi dos conſiſtebat in pecunia,& pro ea fuerunt data pignora, tũc fructus pignorum lucrať vir,nec teneť in ſortem cõputare,vt ibi:
4 †licèt regulariter ſecus in creditore,q non ſuſtinet onera,vt in l.j. & 2.C.de pign.ac.aliàs eſſent vſuræ ſi ageret: quod non computaret in ſortẽ,& non valeret pactũ,vt in c.illo vos. de pign. ſed ſi non fuerint data pignora,aut q̃rimus an poſſit petere vſuras promiſſas,puta tñ pro centenario:& dicendũ,q̄ non:qa peteret vſuras. Aut querimus:an poſſit petere,quatenus impendit in vxore &c.dicendum,q̄ ſic,qa petit,vt intereſſe damni emergentis, non lucri ceſſantis;per ea,q̃ notãtur in l.ſociũ,q̃ in eo.s.pro ſoc.Et iſtud põt tranſcendere vſuras:& ēt põt eſſe minus, q̃ vſure conſuetæ, & imputet ſibi př,qui dotem non ſoluit:nam p̃ſumptio eſt ꝯ moroſum,& pro marito:q̄ ſi dotem habuiſſet, tñ ex ea licitè lucratus fuiſſet,quod ſufficeret ad ſuſtinendũ onera,& ita reduco ad ꝯcor.multa dicta canoniſtarum in hac materia,in d.c. ſulubriter.
5 †Econtra verò dicunt Doctores,q̄ ſi ſolu. mat. mulier eſt paſſa moram ab hæredib.viri,vel ēt hæredes mulieris ab ipſo viro nõ poſſunt ꝑꝑ hanc moram aliquid petere noĩe vſurarum, qa non ſubeſt hic eadem ratio;vt notant Canoniſtæ.in dicto cap.ſalubriter.tamen per ſtatuta terrarum communiter prouideť.de hoc tetigi s.e.l.diuortio.in princip.& iõ ſi mulier eſſet miſſa in tenutã bonorum mariti,non lucrať fructus,ſm quod communiter videnť tenere Doct.Bald.tñ tenuit contrarium,in auth.ei qui. C.de bo. auth.iudi.poſ.ver.q̃ro ſi mulier.& reputat valde extraneum dicere in ꝯrium,dicens,q̄ eſt maior ratio in ea,quàm in marito.

ADDITIO.

a §.pe.dicit Ro.conſ.417.vbi de hac materia conſuluit, q̄ nunquàm potuit inuenire hanc glo.

1 *Reconciliatio matrimonij non nocet extraneo.cui quæſitum erat ius ad repetitionem dotis ex ſolutione iam facta.*

2 *Fingitur potius iurgium,quàm diuortium,quando mulier reuerſa eſt incontinenti.*

*Si inter primum matrimonium,ſeu diuortium,& reconciliationem interuenit aliud matrimonium cum tertio,an auferatur ius quæſitum ad dotis repetitionem.*

3 *Si duo fecerunt inuicem pacem,& promiſerunt ſe non offendere ſub certa pœna fiſco applicanda,poſtea alter alterum offendit,& ſic pęna eſt commiſſa,deinde pacem iterato faciunt,& remittunt omnem pœnam,quòd non præiudicent fiſco.*

1 §.Ad virum. ¶†Reconciliatio matrimonij non nocet extraneo,cui quęſitum erat ius ad repetitionem dotis ex ſolutione iam facta.h.d.¶In tex.ibi,(ex ſtipulatione.)ſup.vel pacto,vt s.e.l.ſi cũ dotem.in prin. & C. de rei vxo.act.§.accedit.¶In tex.(abſolutio continetur)videbatur contra ꝑ l.ſi mulier.s.eo.quaſi fingať hoc matrimonium nunq̃ fuiſſe diſſolutum,ex quo fuit reintegratum,& ſic illi extraneo nunquã fuiſſe ius quęſitum ad dotis repetitionem, vt l.plerique. s. de ritu. nupt.ſed ad l.ſi mulier.reſponde,q̄ loquitur, qñ ipſa mulier dotẽ dedit,& fuit ſibi ſtipulata,tunc.n.cenſeť eandem dotem in ſequenti mřimonio repetiiſſe,& potuit hoc facere, ideo iudicium diſſoluitur,& maritus abſoluiť hic,qñ extraneus,cui non potuit mulier præiudicare ſine ſuo conſenſu,ſecus ſi cõſenſiſſet,vt s. de pac. do.
2 l.cum maritus.§.j.Ad ſm reſpondetur,q̄ loquitur, † quando incontinenti reuerſa eſt,quo caſu fingitur potius iurgium,quàm diuortium,& ſic ēt ſi extraneus dediſſet dotem, & fuiſſet pactus, vel ſtipulatus,non videretur ſibi aliquod ius quæſitum ad repetitionem,ſecus qñ ex interuallo,vt hic.¶Sed quid ſi inter primum matri.& reconciliationem iſtam interuenit aliud matri. cum tertio?reſpondeo,tunc etiam ſi ipſa mulier ſe dotauerat,& fuerat ſtipulata nec dotem exegerat,vř,q̄ ſibi non auferať ius quæſitum ad dotis repetitionẽ per d.l.plerique.vbi hoc colligitur,tñ iſtud vř uerum,ſi dederat dotem in ſecundo matrimonio, & tunc eandẽ dotem,cenſeať dediſſe in hoc tertio reconciliato, ut dixi in d.l.ſi mulier.aliàs cenſetur primam dotem non coacta in hoc tertio re
3 petijſſe,ut l.dotem.ſupra de iure dotium.¶†Et allegat Bald. iſtum tex.ad q.ſi duo fecerunt inuicem pacem,& promiſerunt ſe non offendere ſub certa pœna fiſco applicanda, poſtea alter alterum offendit,& ſic pœna eſt commiſſa,deinde pacem iterato faciunt, & remittunt omnem pœnam,q̄ non nocet fiſco,cui erat quæſitum ius:hoc tamen dicit eſſe uerum,ſi notarius fuit ſtipulatus nomine fiſci,aliàs poſito,q̄ ex ſtipulatione patris fuiſſet acqſitũ ius fiſco,per id,quod hř in l.j.in fi.de iu. fiſ. bñ poterit pars auferre, ꝑ id quod no.Bar.in l.qui Romę.§.Flauius Hermes. ff.de uer.ob. & per l.2.ſupra de ſeruis expor.Tamen iſtud non uř,quia ius tibi q̃ſitum ex meo contractu,uel ſtipłone,ſeu pacto tibi auferre non poſſum,ut l.j.§.2.de ſtip.ſer.& quod not.in l.certi conditio.§.ſi nũmos.s ſi cer.pe.& quod ibi no.per Doc.Nam ſi mutuo tuo noĩe non poſſum ex interuallo ſtipulari mihi,& auferre tibi ius quæſitum ex numeratione,& iſtud dictũ Bar.in §.Flauius.reprehendiť, & ꝯrium no.in addi.Spec.de inſtr.edi.§.nunc uero aliqua.in addi. q̃ incipit ꝑ ſuperiora.Nec ob.ille §.& l.ſecunda.de ſer.expor.qa loquiť in ſeruo,cui non erat perfectè ius q̃ſitum ex contractu dñi.

LEX XLIIII.

1 *Maritus non tenetur cedere actionem mulieri contra ſuum debitorem, ſi nihil aliud habet,quod ſibi ad vitam ſufficiat.*

2 *Maritus quando vtitur hoc priuilegio,in eo,quod ſibi relinquendũ eſt pro vita,non debet attendi prior dignitas eius,quæ fuerat antequam veniret ad paupertatem,ſed relinquitur iudicis arbitrio.*

3 *Debitor meus ex contractu,uel quaſi mecum celebrato non poteſt me inuito liberari,volendo mihi cedere actionem contra debitorem ſuum,& ipſum dare inſolutum,ſecus ſi tenetur mihi propter hoc ſolum,quòd habet contra alium actionem.*

4 *Quando quis habet priuilegium,ne cõueniatur vltra quàm facere poſſit, ſi habet artem,de qua poſſit viuere,licèt nihil aliud habet in bonis, nõ poteſt vti illo priuilegio.*

1 SI maritus. †Maritus non tenetur cedere actionẽ mulieri ꝯ ſuum debitorũ, ſi nihil aliud hẽt,quod ſibi ad uitã ſufficiat.h.d. & gl.ponit plures expoſitiones, ſed omnes tendunt ad hunc finem.¶In tex.ibi,(ad

dotis

dotis quantitatem)ſupple ſufficeintem,tñ ſi cederet actionem,ni
hil remaneret marito,de quo poſſit viuere,q̃a cum nihil aliud ha
beat,non tenet̃ mandare.i.cedere actionem contra illum, & hoc
eſt,quod ſequitur,(nec mandare &c.)& idem vr̃,ſi contra ipſam
mulierem maritus habebat aliquam actionem, vt non teneatur
eam liberare,& compenſare cum dote, ſi illud erat neceſſarium
ad vitam mariti,ſed poſſit petere. An autem hoc ſit verum,dic,vt
dixi s̃.eo.l.facere poſſe.nam aliud videtur in muliere, q̃ in extraneo
debitore,dicit aũt hic Ia.de Are.quem ſequitur Bart. ꝙ ſi mulier
ſil'r non habebat aliquid,vnde viueret, non põt maritus ꝯ eam
vti hoc priuilegio,q̃a tunc concurreret priuilegiatus cum priuile
giato c.priuilegio,ideo prefertur mulier,q̃ tractat de damno vitã
do,cum dotem dederit tam in agendo,q̃ in defendendo, q̃a oĩs
charitas incipit a ſe ipſo,vt l.præſes.C.de ſerui.& aqua. & ibi not.

2 †Dicunt ẽt Doc.ꝙ qñ maritus vtitur hoc priuilegio in eo,qđ ſibi
relinquendum eſt pro vita,non dẽt attendi prior dignitas eius, q̃
fuerat anteq̃ veniret ad paupertatem,vt ſi tunc tenebat plures fa
mulos,& equos,vt debeat ſibi tñ dimitti,ꝙ poſſit eoſdem tene-
re,ſed attenditur ſtatus patris,quia dẽt de minori contentari,& to
tum hoc relinquatur iudicis arbitrio. facit l. j. C. de nup. cum ſi.

3 ¶†Dicunt ẽt Doc.ſi debes mihi centum,ꝙ non potes me inuito
liberari,volendo cedere mihi actionem ꝯ debitorem tuum,& ip
ſum dare in ſolutum,iſta tñ l.nihil facit ad hoc q̃a mulier bñ vole-
bat hoc,nos loquimur qñ creditor recuſabat.dic ergo, ꝙ aut te-
nebaris mihi ꝑ ꝑ hoc ſolũ,quod habebas ꝯ alium actionẽ,& tunc
liberaris ipſam cedendo,vt l.ꝙ debet̃.s̃.de pecul.facit.j.l.proxi.§.j.
verſi.reſponde.aut teneris ex ꝯctu, vel quaſi mecũ celebrato,&
tunc ſecus,vt l.nam,& ſeruius.§.fi.de neg.geſt.iuncta l.2.§. credi-
tum.s̃.ſi cer.pet.niſi aliquid in bonis nõ habeas,vt in l. quod debi-

4 tori.cum auth. ibi poſita. C.de ſol.¶†Vlt.not.glo. q̃ eſt hic, & re-
putat̃ ſingularis,ꝙ qñ q̃s habet priuilegium,ne conueniatur vltra
quàm facere poſſit,ſi habet artem,de qua poſſit viuere, licèt nihil
aliud habeat in bonis,non põt vti illo priuilegio. de hoc etiam in
glo.C.de do.l.ſi quis argen.§.j.& tetigi s̃.eod.l.maritum.

---

LEX XLV.

1 *Licèt ſocer ſuccedat genero,filia tamen non perdit ius conſolidationis,immo facta ſui iuris agere poterit contra hæredes patris ſui,vel etiam contra ipſum patrem tanquàm hæredem mariti.*

2 *Succeſſio an habeat vim ſolutionis.*

*Ficta ſolutio aliquando tollit ius conſolidationis.*

3 *Inter patrem,& filium,vel filiam in poteſtate non poteſt eſſe iudicium iure actionis,ſed poteſt filius implorare officium iudicis contra patrem.*

turę,vñ cum ſit ſequuta,impleta eſt cã,iõ non põt opponere ex
ceptionẽ non numeratæ dotis,vt C.de poſtu.l.ſub ſpecie. Intelli-
go ẽt,ſi velit probare ſe nunq̃ recepiſſe,ſeu ẽt ſi mulier, vel eius
hæres hoc confiterent̃,qa ſatis eſt,ꝙ recepit promiſſionẽ, q̃ vo-
luit haberi loco ſolutionis,iõ fuit cõfeſſus ſe recepiſſe,& hoc vidi
de facto,cum quidam ignobilis recepiſſet nobilẽ in vxorem, pro
qua pater promiſerat ducenta:& voluit,ꝙ gener dotaret eam de
alijs ducentis:& factum fuit primo inſtrumentum confeſſionis,
in quo maritus confeſſus fuit ſe habuiſſe,& recepiſſe quadrigen-
ta a patre,cum nihil recepiſſet,& eodem inſtanti pater per aliud
inſtrumentum promiſit ſibi ducenta non obſtante illa confeſſio
ne,quæ tamen nunquam ſoluit , & mortuus eſt pater ſol. mat.
vxor petebat ab hæredib. viri quadringẽta,quia vir promiſit ea
reſtituere mulieri,& hæredibus eius:hæredes ſe defendebant : ꝙ
contemplatione ducentorum ſoluendorum marito ipſe mari-
tus eam dotauerat,de alijs ducentis non daturum, ſi non ſciuiſ-
ſet ſe non debere recipere,vñ cũ eſſet adhuc infra tp̃s opponen-
di exceptionẽ non numeratæ dotis,& non poſſet ſibi imputari:
quare a p̃re,q nunq̃ fuit ſoluendo,non exegit, dicebãt ſe non te-
neri:ſaltẽ in illis ducentis,in quib.maritus illã dotauerat, ſed ꝯ eos
allegabat̃ determinatio Bar.hic,qa ſub ſpe promiſſionis de ducẽ-
tis fiendæ ſtatim poſt confeſſionẽ videbat̃ maritus fuiſſe confeſ-
ſus,& ſic voluit illã promiſſionem haberi loco ſolutionis qua-
dringentorũ,& malè poterat rñderi ad hanc allegationẽ . Bal.tñ
in l.legem.C.de pac.vr̃ aliter loqui, nam intelligit determinatio-
nẽ Bar.veram,qñ promiſſio fuit ſequuta ex interuallo, non qñ in
continenti.ego neſcio quid velit dicere,nam potius debuit dice-
a re econuerſo, quia quando ſequitur incontinenti, tunc tempo-
re confeſſionis cenſetur habuiſſe reſpectum ad illam promiſſio-
nem ſtatim ſequuturam,& contemplatione illius, cenſet̃ confeſ-
ſus,iuxta no.in l.per retentionem.C.de vſu.ſed quando ex inter-
uallo non cenſet̃ ad illam habuiſſe reſpectum,& ſic potius cenſe
tur ꝯfeſſus ſpe futurę numerationis:q̃ ſpe futuræ ꝓmiſſionis . li-
cèt ergo ex poſtfacto ꝓmiſſionẽ recipiat, nõ ꝑdit exceptionem
non numeratę dot.qa hæc promiſſio non ꝯ̃riatur ei , ſed potius
eam roborat,qa probat numerationem non fuiſſe factam , & ꝓ
certo Bal.errauit.ſi autem promiſſio dotis dandæ p̃ceſſiſſet con-
feſſionem de recepto,& poſtea ſequuta eſſet ꝯfeſſio, & tunc illa
confeſſio ſtatim p̃iudicaret,& non poſſet opponi exceptio non
numeratę dotis,vt eſt caſus ſingularis in l.in ꝯ̃ctibus. §. j. de non
1 num.pec.C.per quem limitat̃ tit.de dote cauta,vt loquat̃,†quan-
do maritus confitet̃ ſe recepiſſe dotem nulla p̃cedente confeſſio
ne de dote danda,ſed qñ pręcedit promiſſio,confeſſio ſtatim p̃-
iudicat,vt in illa l.in contractibus.§.j.Quod intellige verum : niſi
maritus aſſumeret in ſe onus probandi numerationem non fuiſ-
ſe factam,per ea,quæ no.in l.ſi ex cautione.e.ti.ſed quando pro-
miſſio ſtatim ſequitur,non prodeſt hoc ſibi:quia non fuit confeſ
ſus ſpe futuræ numerationis,ſed ſpe futuræ promiſſionis, ſi autẽ
promiſſio non præceſſit,nec fuit ſequuta,ſed ſola confeſſio de re
cepto,tunc ſi non eſt lapſum tempus exceptionis non numera-
te dotis,non p̃iudicat confitenti contra illum a quo fuit confeſ-
ſus habuiſſe,nec ẽt ꝯ mulierem,contra quàm, ſi eum conueniet
poterit illam exceptionem opponere,& mulier non poterit ſibi
imputare:ſicut non poſſet,ſi non fuiſſet confeſſus , ſed ſi lapſum
eſſet tempus,tunc ſecus,niſi probaret ſe non recepiſſe per not.in
2 d.l.ſi ex cautione.Sed habui caſum de facto:†quid ſi maritus fuit
confeſſus ſe habuiſſe dotem a muliere: & hac confeſſione non
obſtan.mulier per aliud inſtrumentum ſtatim promiſit dotem,
quam nunquam ſoluit,an habeat locum determinatio Bart. vt
poſſit dotem petere,ac ſi fuiſſet ſoluta?dixi,ꝙ non,quia determi
natio Bar.loquitur,qñ fuit confeſſus ſe recepiſſe ab alio,& conue
nitur a muliere,non ſic qñ ab eadem muliere,per tex.§.ſequentis.
& per l.promittendo.in fi.ſ.de iure do.quia iniquum eſſet, quòd
mulier repeteret a marito pecuniam,quàm ipſa nũquam ſoluit ,
facit l.nuptam.§.j.ſupra.eo.

A D D I T I O.

a Dicere econuerſo.quod hic facit tex.in l.ſi minor 20.annis cui fideicõ.
ſ.de min.ubi ꝓmiſ.poſt confeſ.ſtatim cenſet̃ facta ſub ſpe promiſſionis
futuræ.itẽ facit gl.in l.2.C.de nõ nu.pe.in hoc tñ articulo uide ad ſaturi
tatem melius,q̃ per aliquem noui.Lud.Ro.con.355.& ibi quid ſi ex in-
teruallo,& quid ſi poſt tempora elapſa ad opponendam exceptionem,
non nu.pec.facta ſit promiſſio.

§.Si quis. Mulier non poteſt imputare viro , quòd ſeip-
ſam non conuenit etiam hęreditario nomine.
h.d.facit.l.promittendo.in fi.de iu.do.¶In tex.ibi, ( deinde hære-
de muliere relicta.)& idem econuerſo, ſi mulier ipſum promiſſo
rem hæredem inſtituiſſet,& poſtea ipſe promiſſor tanquam hæ-
res uellet matitum conuenire,vt d.l.promittendo.

L E X LXVIII.

1 *Peculium ſerui dotalis quòd ſit pars dotis.*
2 *Si uxor dedit in dotem caſtrum cum territorio, emolumenta iuriſdictio-*
*nis,etiam confiſcationes bonorum mobilium pertinent ad maritum.*
3 *Quòd prædicta emolumenta tranſeant de priuato in priuatum titulo uẽ*
*ditionis,uel donationis,nec alteratur territorium,uel uniuerſitas.*
4 *Quòd alia emolumenta pertineant etiam ad fructuarium.*

1 IN partem. ¶† Peculium ſerui dotalis eſt
pars dotis,& ideo de dolo , &
culpa,in ipſo commiſſa vir tenet̃, & fructus illius ad
virum pertinent,ſicut in cæteris reb.dotalib.h. d. Et
pone exemplum,ꝙ ſeruus dotalis quęſiuit aliqua non ex re ma-
riti,nec ex opera ſua,vt ſi fuit hæres inſtitutus ab extraneo , nam
illa hæreditas cenſetur peculium ſerui,vt l.hic quæritur. §. poteſt.
de pecu.& ꝑtinet ad mulierem,& auget dotem,& ſolu.mat.dũ-
taxat venit reſtituenda,vt dixi ſ.eo.l.ſeruus dotalis.tenetur ergo
maritus de culpa cõmiſſa,tam in male cuſtodiendo, quàm in nõ
acquirendo, & fructus illius hæreditatis ad maritum pertinent .
2 ¶†Vnde inducit̃,ſi vxor dedit in dotẽ caſtrum cum territorio,
an emolumenta iuriſdictionis ꝑtineant ad maritum, & facit iſte
tex.ꝙ ſic,qa peculium eſt q̃dam vniuerſitas iuris, ſicut & territo
rium caſtri cũ iuriſdictione,vñ ſicut fructus peculij ad maritum
ꝑtinent,ita & reditus iuriſdictionis,vt bona,& mulctę, & cõfiſca
tiones bonorum,ſ'm Bar.Bald.hoc fatet̃ in bãnis,& mulctis pecu
niarijs,non in confiſcationib.bonorum immobilium,qa ſi ꝑtine
rent ad maritum,non redderet̃ territoriũ integrum mulieri. hoc
a non placet, quia immo redderet̃ , non enim in aliquo diminuit̃
quantum ad iuriſdictionem,quia mulier erat domina vniuerſa-
lis territorij,& iuriſdictionis,non ſingulorum bonorum immo-
3 bilium,† vñ ſicut tranſeunt de priuato in priuatum titulo vendi-
tionis,vel donationis,nõ alterat̃ territorium,& vniuerſitas, ita &
ſi tranſeat in virum per confiſcationem , & ſic mulier recupera-
to territorio exercebit iuriſdictionem contra virum,vel hæredes
eius ſuper bonis confiſcatis,ſicut contra alios ſubditos, & ꝓ hoc
bon.text.in l.vſufructu legato.ſ.de vſufru. vbi ad fructuarium ꝑ
tinent talia emolumẽta,puta bona,quę ex ſecundo decreto ꝑꝑ
contumaciam non cauentis adiudicant̃,vt domus ruinoſa.

A D D I T I O.

a Non placet.Opinionẽ Bar.ſequit̃ Pet.de Anch.in c.2.ne.præ.vices.fu.An
ge.in l.diuortio.§.ſi fundũ.ſ.eo.Nic.de Nea.in d.l.diuortio.in princip.ui
de Bal.in l.j.C.de fru.& li.exp.

L E X PRIMA.

1 *Diffinitio teſtamenti hic ponitur.*
2 *Teſtandi facultatem habent illi tantum,qui ſunt de Romano Imperio.*
3 *Teſtamentum largo modo comprehendit etiam codicillos.*
4 *Si coegi aliquem ad me inſtituendum,ualet teſtamentum , ſed aufertur*
*hæreditas tanquam ab indigno.*
5 *Quòd quadruplex ſit perfectio teſtamenti.*
6 *Statutum,quòd niſi donatio inſinuetur infra menſem, non ualeat , debet*
*intelligi non ipſo iure,ſed quòd poſſit annullari.*
*Mors ciuilis eſt multiplex,& quãdo irritet teſtamentum, uel confirmet.*
7 *Fratres hæremitarum,ſeu prædicatorum, licèt non habeant in communi*
*ſecundum naturam regulæ profeſſionis , habent tamen ex quibuſdam*
*priuilegijs apoſtolicis.*
8 *Si inſtrumentum continet,ꝙ talis ueniens ad mortem nolens decedere*
*inteſtatus præſens teſtamentum fecit,& poſtea non contineantur,niſi*
*legata particularia,& non inſtitutio hæredis,non tamen illa diſpoſitio*
*eſt inualida,quia exponitur pro codicillis.*
9 *Actio utilis ex teſtamento,habet etiam locum pro relictis in codicillis,*
*quando nullum fuit factum teſtamentum.*

De teſtamentis. Rubrica.

1 TEſtamentum. ¶†Hic ponitur diffinitio
teſtamenti, vt in glo. ru-
bricæ.in fin. quæ continet ſubſtantialia diffinitionis,
ſcilicet ſpeciem,quę diffinitur,vt in primo verbo,dũ
dicit teſtamẽtum.Item genus,dum dicit,ꝙ eſt ſententia,qa iſtud
uerbum,tanquam generale,prædicatur de ſententia iudicis; vt
C.de ſent.per totum,& de ſententia legis,vt l.hæc ſententia.C.de
teſt.

teſt.tut.& de ſenten.contrahen.ut l.impuberibus.§. præterea. de
ſuſp.tut.& de ſententia teſtatoris,q̃ habet vim legis,vt hic iuncto
§.diſponat. in Auth.de nup.Itē continet quatuor differētias,qua
rum vna colligiſ ex verbo(voluntatis.)ad dr̃iam verborum enũ
tiatorum, q̃ non ſemꝑ faciunt diſpoſitionē,iuxta no.in l. ex ſcri-
ptura.de dona.ſm Bar.vel dic,ad dr̃iam ſententiæ iudicis, q̃ non
a eſt ſententia voluntatis,ᵃlicèt iuſtitiæ,& rationis. † Alia colligitur
2 ex verb.(noſtræ).i.noſtrum.qui ſumus de imperio Ro.ſm Bart.
alij.n.non habēt facultatem teſtandi,cum ſit de iure publico Ro.
vt ȷ̃.eo.l.3.ꝙ non competit alijs,qui nō ſunt de imperio Roma.
vt ȷ̃.eo.l.3.Nec ob.ꝙ ēt nationes,quæ nō ſunt de imperio,& ſic
non vtuntur legibus,Roma.nihilominus teſtantur,q̃a eorum te
ſtamenta non habent illum vigorem,quem habent teſtamenta
condita ſm leges Romanorum,vt in hȩrede adeunte tranſeunt
omnia iura directa, & repreſentat perſonam defuncti. Alia dr̃ia
colligitur ex verbo.(iuſta,)quod expone,vt in gl.& ſuper ipſa di-
cam.Quarta colligiſ ex eo,ꝙ dicit(de eo,quod quis poſt mortē
ſuam &c.)ad differentiam contractus,qui eſt de ſententia de eo,
qđ volumus in vita fieri,& fuit neceſſarium pręmittere diffinitio
nem ad cognitionem ſpecierum,vt in l.j.in princ.de iuſt.& iur.&
ſi cer.pet.l.j.alibi verò poniſ alluſio vocabuli. ſ.ꝙ teſtamētum eſt
3 teſtatio mentis,vt in gl.fi.quę eſt generalior,q̃ diffinitio,†quia cō
b uenit etiam codicillis,ᵇiō non ſic exprimit,nec importat propriũ
ſignificatum,ſicut diffinitio conuertitur cum ſuo diffinito, nam
quicquid eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, &c. eſt teſtamen-
tum,& econuerſo,iuxta nota.in l.prima.in prin.š.de dolo. ſed nō
conuertiſ alluſio vocabuli,quia licèt omne teſtamentum ſit mē-
tis teſtatio,non ſic econuerſo,& ideo vbi diſcordat alluſio a diffi
nitione ſtatur diffinitioni ſm Bart.hic,& l.omnes populi. de iuſt.
& iur.magis exprimit proprium ſignificatum,q̃ alluſio. ¶In glo.
prima.in prin.ibi.i.(ſolennis.)iſtas expoſitiones facit gl.hic ꝑꝑ id,
quod hr̃ in fi.quia teſtamentum,in quo filius indebitè exhæreda
tus eſt inſerta legitima cā,ſed non verum eſt teſtamentum,& va-
lidum,& eſt neceſſe ipſum expugnare per querelam. ȷ̃.quinquē-
nium,aliàs remanet validum,& tamen non eſt voluntatis noſtrę
iuſta ſententia,q̃a pr̃ facit filio id,quod nollet ſibi fieri a pr̃e ſuo,
iuſtitia eſt facere alteri,quòd quis vellet fieri ſibi,vt ſupra de iuſti.
& iu.l.iuſtitia.ſed hic non ſumitur hoc verbum illo modo ſm iu
ſtitiam naturalem,ſed ſumitur pro ſolenni, ſeu legitima. i. a iure
c non reprobata.ᶜ¶†In glo.ibi,(ſi quis ali.teſt.prohi.)No.iſtam glo.
4 in eo,quod š.dixi,non valet,quia videtur, ꝙ ſi coegi aliquem ad
me inſtituendum,ꝙ teſtamentum ſit ipſo iure nullum, ſed hoc
non eſt verum,immo valet,& aufertur hæreditas tanquàm ab
indigno,vt š.eo.ti.ſi quis ali.teſt.prohi.l.2.¶In glo.ibi,(ſubaudi cũ
īſtitutione hr̃dis.)ſupple q̃ eſt caput teſtamēti. ȷ̃.de his, q̃ in teſta.
delen.l.proximè.& ſine qua non eſt teſtamentum, vt patet in l.
non codicillum.C.eo.ti.Sed Bar.dicit hanc ſubauditionem non
eſſe neceſſariam,quia temerarium eſt dicere,ꝙ Iuriſconſultus ne
ſcierit teſtamentum diffinire,vñ ipſe dicit,ꝙ illud colligitur ex il-
lo ver.iuſta quod vltra expoſitiones glo.quas ponit in princ.pōt
exponi.i.perfecta,vt l.cum filio. ȷ̃.de leg.tertio.quæ perfectio cō-
ſiſtit in inſtitutione hæredis. Addit Bal. & quadruplex eſt perfe-
5 ctio teſtamenti.Prima† materialis,reſpectu voluntatis,vt eam te-
ſtator habuerit pro abſoluta,ſecus ſi morte pręuentus non per-
fecerit,vt ȷ̃.eodem.l.ſi quis cum teſtamētum.Item ſubſtantialis,
quæ conſiſtit in inſtitutione hæredis,ſicut in venditione, de ſuba
eſt pretium,iuxta ea,quæ habentur in l.pacta conuenta. de con-
trahend.emp.ſine quo non diceretur emptio, & eodem modo,
ſine inſtitutione non diceretur teſtamentum. Item eſt perfectio
formalis,quæ conſiſtit in ſolennitate:& iſta conſiſtit in pluribus,
quæ no.in c.ſi quæramus.in vltima gl.Eſt quarta ꝑfectio irreuo-
cabilitatis,& iſta ↄtingit ꝑ mortem teſtõris, añ.n. q̃ moriaſ, non
eſt ꝑfectum,quia pōt reuocari,poſtea nō ad hoc,quod habetur
in l.omnium.C.eodem ti.& in epiſtola Pauli, teſtamentum mor
te teſtatoris confirmatur,eſt etiam alia confirmatio potior,quæ
fit per aditionem hæreditatis,ex quibus omnibus patet,ꝙ primę
exceptiones gl.non fuerunt neceſſariæ,quia ſufficiebat dicere iu
ſta.i.perfecta,quia ſub hoc vocabulo omnia comprehēduntur,
quia generalius eſt,q̃ ſint expoſitiones gl. Breuiter q̃cquid dicat
Bar.& Bal.glo.videtur melius dicere,ꝙ debeat ſubaudiri cum in
ſtitutione hæredis,quia per id,quod ipſi dicunt, non diſcerni ur
teſtamentũ a legato,vel fideicommiſſo,nam etiam legatum pōt
dici voluntatis noſtræ iuſta i.perfecta ſententia, habito reſpectu
ad eam perfectionem,quæ in eo requiritur,vt fiat coram quinq;
teſtibus,ſicut & teſtamentum habito reſpectu ad illud, quod re-
quiritur in eo.ſ.quod coram.7.teſtib. cum inſtitutione hæredis.
d ¶In fin.ibi,(in quo filius immeritoᵈ exhȩredatur.) intellige glo.ſ.
cum inſertione legitimę cauſę,licèt non verę,quæ ſunt quatuor-
decim,vt in Authē.ut cũ de appel.cog.§.aliud quoque capitulũ.
& tunc procedit,quod glo.dicit,vt ſit teſtamentum,& valeat, &
ſit neceſſe expugnare ipſum ꝑ querelam.Si aũt cā non inſeratur,
vel non iuſta,eſſet nullũ,q̃a non habereſ pro exhȩredato,ſed pro
ꝑterito,& iure Auth. licèt iure ueteri ſecus. Mar.aũt tenuit,ꝙ ēt,
ſi inſeratur iuſta cā,ſi tamen per hæredem non probatur eius ve-
ritas,teſtamentum ſit nullum,& ſic vſque ad 30.ann. poterit dici
nullum,nam hodie non eſt neceſſaria querela ſm eum, quia vel
non inſeriſ cā,vel non iuſta,& eſt nullum,aut inſeriſ iuſta, & ue-
ra,& tunc idem,quod in primo,q̃a text.in illa auth. requirit duo,
ꝙ inſeraſ iuſta cā,& ꝙ ꝑ hæredem probeſ,& poſtea ſubdit, ꝙ ſi
obſeruata non fuerint vacuato teſtamento &c.& hanc opi.po-
nit gl.in l.5.š.de inof.teſt.plenius,q̃ hic,quàm ēt tenuit Iac.de Bel.
in illa auth.communis opin.eſt in ↄrium,ꝙ immo valeat hoc vl
timo caſu,ut patet ex eodem tex.dum dr̃,ꝙ veritas cãæ debet ꝓ
bari per hæredem,ergo poteſt adiri hæreditas, anteq̃ probetur,
vel non eſſet hæres:ſed ſi dubitaſ de virib.eius,adiri nō poſſet, vt
ȷ̃.de acquiren.hære.l.hȩres inſtitutus.cum ſeq.Item ibi non dr̃,ꝙ
teſtamentum ſit nullum,ſed dr̃ euacuatio,quod eſt latius voca-
bulum,& pōt intelligi ꝑ querelam,& poſito,ꝙ diceret ipſum eſ-
ſe nullum,quia tñ hoc contingit ꝑꝑ aliquem defectum contingē
tem ex poſtfacto,q̃a probatio veritatis non dēt fieri tꝑe teſtamē
ti,ſed poſt mortem,illud verbum non intelligiſ ipſo iure, ſed per
e ſñiam,ᵉvt eſt tex.cum gl.in l.vniuerſa.C.de preci.impe.offe. † Vñ
6 ſi ſtatutum dicat,quòd niſi donatio inſinuetur infra menſem nō
ualeat,dēt intelligi,non ipſo iure,ſed ꝙ poſſit annullari, per illam
glo.& dicit Bal.in auth.non licèt. C. eodem titu. ꝙ ſi Imperator
dixiſſet ↄrium,ꝙ ꝑꝑ non probationē cãæ teſtamentum eſſet ip
ſo iure nullum,caruiſſet intellectu.¶In glo.ſuper ver. (mortem.)
f in fi.ibi.{non aũt ciuilem.}Bal.dicit,ꝙ mors ciuilis eſt multiplex,ᶠ
quædam pœnalis,vt ſi teſtator damnatus eſſet ad mortem, aliàs
deportatus eſſet poſt teſtamentum,& iſta non confirmat teſta-
mentum,ſed irritat,vt infra eodem.l.eius qui.§. primo. quædam
cauſalis,ut captiuitas,& iſta nec irritat,nec confirmat, ſed adhuc
pendet,vt l.nec nos.allegata in gl.quædam meritoria,vt ingreſſus
g religionis,& iſta aliquando confirmat,ᵍvt ſi ingreditur religionē
fratrum minorum,quo caſu hr̃ omnino pro mortuo, quia illa
religio nil pōt habere nec in particulari,nec in ↄmuni,& ſic idem
operatur,ꝙ mors vera,aliquando nec confirmat, vt ſi ingrediaſ
religionem,quæ habet in communi,nam etiam poſtea poteſt a-
liud diſponere de bonis ſuis, vt in authen. ſi qua mulier. C.de ſa-
croſan.eccleſ.Expectatur ergo mors naturalis, & interim mona-
ſterium tenebit bona,vt ingreſſus,argu.in l.Statius.§ Cornelio. ȷ̃.
7 de iur.fiſ.quod etiam tenet Bartol.hic,& in d.authen.† Quid autē
ſi ingrediebaſ aliquam religionem mendicantium, non fratrum
h minorum,ſed prædicatorum,ʰ vel hæremitarum,certè, iſti, licèt
non habeant in communi ſecundum naturam regulæ profeſ-
ſionis,habent tñ ex quibuſdam priuilegijs apoſtolicis,vt not. per
Bal.in l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.& in l.cum quæſtio. C.de
leg.& ſic videtur adhuc ſtare in pendenti,vide quod not.Cyn.in
l.Deo nobis.in fin.C.de epiſc.& cler.& Ioan.And.in c. in pręſen-
tia.de proba.¶In vltima gloſ.ibi,(etiam codicillum comprehen
8 dat.)per hoc dicit Bal.ſi reperitur† aliquod inſtrumentum, in quo
continetur,ꝙ talis veniens ad mortem,& nolens decedere inte-
ſtatus hoc præſens teſtamentum fecit,&c. & poſtea non conti-
neantur,niſi legata particularia,non autem inſtitutio hæredis,nō
propterea illa diſpoſitio eſt inualida,ex eo,ꝙ dixerit teſtamentũ,
quia exponitur large.i.codicillos,qui etiam poſſunt dici teſtamē-
tum,& hoc eſt uerum,ſi contineantur ibi.7.teſtes.ſed econtra ſi
contineret inſtitutionem hæredis,& non cōtinerentur. 7. teſtes,
vitiaretur,quia ex eo,ꝙ inſtituit hæredem,patet, ꝙ voluit teſtari,
non codicillari,ſi ergo non fuit teſtatus,ut debuit,non ualet etiã,
vt valere poteſt,& hic eſt caſus in l.non codicillum. C.eodem ti-
9 tu.†In gloſſa.ibi,{& ſm hoc.)eſt dicere, ꝙ ex quo largo ſumpto
vocabulo codicillus pōt dici teſtamentum,pro relictis in codicil-
lis com-

## ADDITIONES.

a Sententia uoluntatis.Adde,ꝙ pro hoc facit quod no.gl.& ibi Do.de ſan
cto Geminia in cap.iudicet.tertia.q̃ſtio.7.& iō iure appellant iudicũ ſē
tentias,opiniones,ut eſt tex.in l.eos.§.ſuper his.in l.nonnulli, & in l.a ꝓ
conſulib.C.de app.Frau.Curt.

b Codicillis.Quòd appellatione teſtamenti large veniant codicilli, ēt q̃li
bet vltima voluntas,ſm gl.& Bal.in l.2.C.commu.de leg.

c Non reprobata.Iō dixit Ang.in Auth.de hæredi.& Fa.§.exhæredatos,ꝑ gl.
ibi poſitam,ꝙ ſi ſuperior committat cãm dicendo audias, & iuſtitiam
facias,ꝙ illa verba important iuſtitiam partis,& iuris ordinem.adde tu,
& vide iſta latiſſimè per d.Ale.hic Fran.Cur.

d Immerito.An incontinenti ſit teſtamentum iſto caſu,vide Bal.in l. om-
nino.in 2.quæſtio.C,de inof.teſtam.

e Sententiam.Adde An,in conſi.126.§.compendioſę.

f Eſt multiplex.Vide Specu.in titu.de inſtru.edi.ubi de his,quæ opponũ
tur teſtamentis.

g Aliquando confirmat.Adde Ant.de Bu.& ibi Doc.in c.in ꝑſentia.de ꝓb.
& Alexan.de Imo.in conſi.ſuo.39.colum.ſcđa.verſicu.3. quia ut dicit.in
2.volum.Cur,

h Prædicatorum.Qui dicantur mendicantes,uide per Cal.cōſilijs ſuis ſub
titu.de reg.& an per ingreſſum religionis rumpatur teſtamentum, uide
per Rom.conſi.238.

lis competit actio ex teſtamento, ſaltem vtilis, hoc intellige,qn̄
nullum fuit factum teſtamentum,al:às cum dependeant ex teſta-
mento,competit actio directa,ſecundum Dy.per l. 3.§. de teſta.
tut.qa ſunt partes teſtamenti. vt ꝭ. quemadmodum teſta. ape. l.
pen.& de hoc no ꝑ gl.C.cõmu.de lega.l.2.ſuper ver. perſonales.

## LEX II.

1 *In teſtante requiritur integritas,ſeu ſanitas mentis tempore teſtamenti,non ante nec poſt.*
2 *In teſtante ſanitas non requiritur,ideo dicunt notarij ſanus mente, licèt corpore languens.*
3 *Si infirmitas corporis eſſet tanta,ꝙ feciſſet eum perdere loquelam, licèt non intellectum,non poſſet teſtari,quia mortuo comparatur.*
4 *Niſi ad piam cauſam,in qua ualet inſtitutio facta nutu.*
5 *Quod etiam valerent legata facta nutu,ſed non ſic inſtitutio hæredis.*
*Teſtamentum non irritatur per alium defectum poſtea ſuperuenientem.*

1 IN eo. ¶†Non ſummatur.no.tria.Primò, quòd
in teſtante requiritur ſanitas mentis,vnde
furioſus,vel mente captus verè non poteſt teſtari,
nec ēt prodigus,qui pro furioſo hr̄ ꝑſumptione iu-
ris,poſt q̄ ſibi eſt interdictum bonis,vt de tuto.& cur. da.ab his.l.
2 is qui.in fi.& no. ꝭ.l.ſi q̄ramus.in gloſſ.†Secũdo no. ꝙ iſta integri-
tas mentis requirit̄ tp̄e teſtamenti.q.d.non ante,nec poſt, vñ ille,
qui fuit furioſus,ſi nũc nõ eſt,põt teſtari vt C.q teſta.fa.poſſ.l. fu-
rioſum.& qui nũc eſt,non põt,nec recõualeſcit,licèt poſt efficia
3 tur ſanæ mentis.Tertio not.†ꝙ non requirit̄ ſanitas,iõ notarij di-
cunt,ſanus mente,licèt corpore languens.Si tñ infirmitas corpo
ris eſſet tanta,ꝙ feciſſet eum ꝑdere loquelã, licèt non intellectũ,
non poſſet teſtari,qa mortuo comparat̄,vt eſt text. not.in l.iube-
4 mus poſt prin.C.eod.†niſi ad piam cãm,in qua valet inſtitutio fa
a cta nutu[a] ſm Bal.ꝑ c.cũ tibi.extra eo.ti.cũ ibi.not.† Valerent ēt le-
5 gata facta nutu.l.nutu.de le.3.ſed nõ ſic inſtitutio hęredis, vt in l.il
la iubemus.& ꝭ.e.l.hæredes palam.¶An aũt alius defectus ſuper
ueniens poſt teſtamentũ irritet ipſum,ſi a principio reddidiſſet ip
ſum nullum.vide bonã glo.& ſingularē in l.j.§.exigi. de bo.poſſ.
ꝯtab.Si enim tp̄e teſtamẽti erat ſanæ mentis, licèt poſtea efficiat̄
furioſus,non irritat̄,ſicut nec per alium defectum cõtingentem
ſine ſui culpa,vt ꝭ.eod.l.qui in poteſtate.§.fin.

### ADDITIO.

a Nutu.vide Cal.conſi.6.de teſta.

## LEX III.

1 *Opinio illa,ꝙ ſi maritus debeat lucrari dotem vxoris ꝑmortuæ, non põt concedere vxori licentiam teſtandi,de dote,non eſt uera.*
2 *Non poteſt quis teſtari de re mea ſine meo conſenſu in mei præiudicium, & quid ſi conſentiam.*
3 *Acquiſitio dominij,quæ fit ex teſtamento,uel in ultima uoluntate,qualiter dicatur de iure ciuili,& quid ſi ſequatur apprehenſio poſſeſſionis, uel traditionis.*
4 *Imperator non poteſt auferre dominium acquiſitum de iure gentium, ſed iure ciuili ſic.*
*Legitimatio facta poſt mortem patris,vt legitimatus poſſit ſuccedere patri,ēt ſi per alium ſit adita hæreditas eius,an ualeat.*
5 *Teſtamenti factio,quare non ſit de iure ciuili.*
6 *Qui non habet poteſtatem teſtandi iure ſcripto, non põt eã conſequi ab alio inferiore à Principe, & qui ſint illi, qui eam non habeant, & an Princeps poſſit eam concedere non habenti.*
7 *Qui habet poteſtatem teſtandi, non poteſt eam ſibi auferre,nec eã reſtringere per pactum,vt teneatur aliquem inſtituere hæredem.*
8 *Quid ſi in primo teſtõ appoſuerit uerba derogatoria uoluntatis,ꝙ in ſequẽti debeat in ſpecie mẽtionē facere de illis uerbis derogatoriis,vt hic.*
9 *Teſtator,licèt dicat uelle ſuum teſtamentum ualere,licèt non adſit ſolennitas debita,non tamen ualet iure teſtamenti,ſed iure codicillorum ſic, ſi adeſt ſolennitas,quæ requiritur in codicillis.*
10 *Teſtator non poteſt facere teſtamentum,ut ille, qui non eſt capax poſſit hæres inſtitui,& an poſſit fieri per ſtatutum.*
11 *Statutum poteſt diſponere,ꝙ valeat teſtamentum cum minori ſolennitate,quàm ſtatuat ius ciuile,dummodo adſint duo teſtes.*

1 TEſtamenti. ¶†Lex iſta ponit vnum dictũ,
& illationem ex eo, & exem-
plificat̄ multis modis.in gl.& ſummarium eius poni
tur in gl.in ver.(apparet ergo,) & per iſtam l.dicunt
quidã,ꝙ ſi maritus dēt lucrari dotē vxoris ꝑmortuæ,non põt cõ
cedere vxori licentiã teſtandi de dote,ſed malè dicunt, qa vxor
hēt licentiã teſtandi ſine conceſſione mariti,licèt non in ꝑiudiciũ
2 mariti ſine illius cõſenſu,†ſicut nõ põt teſtari de re mea ſine meo
cõſenſu in mei ꝑiudiciũ,ſi ergo conſentit,ꝑiudicat ſibi, qa vr̄ re-
a nunciare lucro ſtatuti,vel ꝑtii.Quid aũt ſit,qñ ꝯſentio, vt teſteris[a]
de re mea?vide Bar.in l.cũ qs.in princ.de lega.3. non. n. renuntio
dñio,cui ſola voluntate nõ renunciat̄,niſi cum hr̄ res pro dereli-
cta,vt l.ſi qs vi.§. dñia de acquir.poſ. Sed obligor ꝑſonaliter ſm
3 not.ibidem ꝑ Bar.†Item ꝑ hanc l.ꝓ,ꝙ acquiſitio dnij, q̄ fit ex te-
ſtamento,vel in ultima uoluntate.dr̄ de iu.ciui.& de iure gentiũ,
cum teſtamentum ſit de iure publico.i. iure ciuili Romanorũ.
& ita uoluit glo.in l.j.in prin.de acquire.rerum domi.qđ ego pu
to verum in illa acquiſitione,q̄ fit ſine aliquo inſtrumento iuriſ-
gentium,vt ꝑ ſolam aditionem hęreditatis ſine apprehenſione
poſſeſſionis,vel traditione,ſed ſi ſequat̄ apprehenſio poſſeſſionis,
uel traditio,vr̄ de iure gentium,licèt titulus teſtamenti ſit de iure
ciuili.vt Inſti.de re.di.§.ꝑ traditionem.ſicut illa,q̄ ſit ex ſtipulatione
ſequuta traditione,quia ſolus titulus non ſufficit ad translationē
dominij,ſed per traditionem acquirit̄ mediante titu.ut l.traditio-
nib.C.de pac.fallit in titulo teſtamenti, & qñ interuenit traditio,
4 dr̄ acquiri de iure gentium,& iſtud eſt utile.†quia Imperator nõ
poteſt auferre dominium acquiſitum de iure gentium,ſed de iu-
re ciuili ſic,iuxta not. ꝑ Innoc.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti-
tutio.& ego uidi aliquas legitimationes factas ꝑ mortem patris,
vt legitimatus poſſit ſuccedere patri,etiam ſi ꝑ alium ſit adita hæ
reditas eius,an valeat,& auferat̄ illi dominium certè ſi illa cl'a nõ
eſſet appoſita,valeret in præiudicium illius, cui eſſet ius quæſitũ,
vt no.Bal.in prin.C.in fi.Sed ꝓꝑ illam clauſulam eſt videndum, an
b ſit quæſitum de iure ciuili,vel de iure gentium,[b] quia primo caſu
poteſt Imperator auferre,ſecundo non:& ex prędictis patet, qd
iuris,nec reperio aliquem iſtum paſſum tangentem, & habui a-
5 liàs conſulere.¶†Sed opp.ꝙ teſtamenti factio non ſit de iure ci-
uili,ſed de iure gentium,quia requirit̄ conſenſus teſtantis, vt pa-
tet ex l.ꝑcedenti,qui eſt de iure gentium.Sol. denominatio fit po
tius a forma teſtandi,q̄ à materia,vt patet in ſtipulatione,q̄ dr̄ cõ-
tractus iuris ciuilis a forma,licèt requiritur ꝯſenſus, qui eſt de iu-
re gentium,vel dic,ꝙ conſenſus non ſufficeret, ſi nõ eſſet autho-
ritas iuris ciuilis,quia diſponit teſtator de bonis ſuis in id tp̄s, quo
ipſe non eſt dominus.ſ.poſt mortem,vnde cum de iure naturali
primæuo omnia bona eſſent communia, & de iure gentium ſe-
cundario conceſſa fuerunt occupanti,& ꝑ mortem ceſſat occu
patio:redibunt ad priſtinum ſtatum,& ſic videbunt̄ interim con
cedi occupanti,& ꝙ moriens non poſſit diſponere de illis. Po-
ſtea per l.duodecim tabularum conceſſum eſt,vt diſponere poſ-
ſet,vt patet infra.ad l. Falc.l. j. in princ. & ſic iſta diſpoſitio inni
6 titur authoritati iuris ciuilis.†Nunc ergo ex prima lec. no. ꝙ qui
non habet poteſtatem teſtandi a iure ſcripto, non poteſt eam ꝯ-
ſequi ab alio inferiore a Principe:ſunt aũt multi, qui eam non ha-
bent,qui no. ꝭ.l.proxi.regulariter aũt qlibet liber homo, & de Im
perio Romano habet.An aũt Princeps indiſtinctè poſſit conce-
dere non habenti?dicendum eſt,ꝙ non, quia ſolum illis,qui non
c habent propter aliquem defectum iuris poſitiui,[c] ſecus ſi natura-
lis,vt furioſo,vel mẽte capto,qa non p̄t tollere defectum iuris na
7 turalis,vt Inſti. de iure natu.gen. & ciui. §. ſed nãlia. † quid aũt in
ſtatuto,an poſſit concedere poteſtatem non habenti? vide per
Bar.in l.ſeq.¶Ex ſecunda lectu.glo.not. ꝙ qui habet poteſtatem
teſtandi nõ poteſt eam ſibi auferre,nec etiam poteſt eam reſtrin
gere per pactum,vt teneatur aliquem inſtituere hæredem. Intel-
d lige etiam cum iuramento,[d] qa eſſet contra bonos mores, iuxta
no.in l.ſtipulatio hoc modo.de verb.obli.ſi ergo teſtõr dicat in
teſtõ,ꝙ vult illud eſſe vltimum teſtamentum, & ſe non poſſe a-
liud facere,iſta ultima uerba nihil important, qa ſunt derogato-
ria poteſtatis teſtandi,q̄ ſibi tollere non poteſt, cum eam habeat
a iure publico,& ideo ius publicum poteſt ſibi auferre, non ipſe,
ſicut non poteſt ſibi auferre libertatem,quia iſta poteſtas teſtan-
di eſt ſequela libertatis.Et ex prędictis patet, ꝙ ſi poſtea facit aliud
teſtamentum,licèt de illis uerbis derogatorijs mentionem non
8 faciat,nihilominus valet,†ſecus ſi eſſent verba derogatoria volũ
tatis,ut ſi dixiſſet,ꝙ non vult aliud teſtamentum valere, nõ enim
aufert ſibi poteſtatem teſtandi, ſed dicit non adeſſe voluntatem
ſuam in ſequenti teſtamento,niſi ergo faciat mentionem ſaltem
in ſpecie de verbis derogatorijs,puta,dicendo,quòd vult vltimũ
valere non obſtante quocunque alio,in quo ſint verba deroga
e toria,& hęc habentur in l.ſi qs in prin.teſtamẽti.[e] de lega.3.ꝑ Bar.
9 poſt Iacob.de Are.¶†Ex alia lect.q̄ ponit̄ in ver. (vel quarto no.)
ꝙ licèt

### ADDITIONES.

a Vt teſteris.uide Ale.in l.quæ dotis.ſupra.ſol.mat.
b Vel de iure gentiũ.De hoc uide ꝑ Raph.conſi.41. & quod ſit de iure gẽ-
tiũ,ſed actio ex eo de iure ciuili,vide latè ꝑ d.Ale.de Imo. in cõſi. 2.col.
10.verſi.nec ob.in 1.vol.repetitũ in conſi.87.in 2.vol.Fran.Curt.
c Iuris poſitiui.Vide Bar.in l.j.C.de ſacroſan.eccle.
d Cum iuramento.Latè per Old.conſi.24.& conſi.181.& in tñ hoc eſt ue-
rum,ꝙ ſi iuraret teſtator in teſtamento,ſe teſtamentum non reuocare,ꝙ
tñ faciendo aliud teſtamentũ poterit illud reuocare,de quo ꝑ Alexan.in
conſi.18.col.2.verſi.accedit.in 2.volu.& ꝙ quis non poſſit ſibi auferre li
beram teſtandi facultatem,uide per Ang.latè in conſi. 213. & ibi quid
inter viuos.Fran.Cur.
e In prin.teſtamenti.Vide ibi in apoſ.ad Bar.in charecteribus de Tortis.

ꝙ licèt teſtator dicat uelle ſuum teſtamentum valere, licèt non
adſit ſolennitas debita, non ꝑpea valet iure teſtamenti, hęc tñ ver
ba faciunt ipſum tranſire in vim codicillorũ, ſi adeſt ſolẽnitas, q̃
requiritur in codicillis, vt infra de leg. 2. l. codicillis. §. fin. vbi caſus.
10 ¶†Ex vltima lec. glo. no. ꝙ teſtator non põt facere teſtamentũ,
vt ille, qui non eſt capax, poſſit hæres inſtitui. Sed an poſſit fieri ꝑ
ſtatutum, & Bř ſi eſt capax, de iure poſitiuo tñ põt fieri, ſi ſtatuen
tes recognoſcunt ſuperiorem, & tunc populus obtinet vicẽ Prin
cipis in ſuo territorio, iuxta no. ꝑ Bar. in l. hoſtes. infra de capti. ſed
ſi eſt incapax, de iure diuino, vel ratione peccati, vt ſpurij, q non
poſſunt hřdes inſtitui a pr̃e in odium patris, & ꝑꝑ eius delictum,
ut refrenent̃ ab illicito coitu, vt in l. fina. C. de natu. lib. tunc eſt du-
11 bium, †an ꝑ ſtatutum poſſint fieri capaces, & Bar. hic determinat,
a ꝙ nõ, & dicit ita fuiſſe diſputatũ ꝑ plures antiquos. Bal. idẽ tenet,[a]
& ꝯſuluit, & de hoc ꝑ eũ in l. cũctos populos. in 8. col. & in l. cum
q̃. C. de fidei. in 13. col. & in l. ſecunda. de iur. an. au. An aũt per ſta-
b tutum poſſit diſponi, ꝙ valeat teſtamentum cum minori[b] ſolen-
nitate, q̃ ſtatuat ius ciuile. fuit q̃ſtio diſputata ꝑ Iac. de Arena. in ſta
tuto Venetorum, de qua in additio. Spe. de inſtr. edi. §. cõpendio-
ſæ. & qdam dixerunt non valere ꝑ l. fi. C. eo. communiter tenet̃,
& ſeruat̃ ꝯrium, dummodo adſint ſaltem duo teſtes, q requirun
tur de iure diuino, & gentium, iuxta illud. In ore duorum, &c.
Matt. 18. c. nouit. de iudi. c. in omni negotio. & c. licèt. de teſtib. &
ſecunda. ad Cor. in c. in prin. Deu. c. 19. qa teſtimonium duorum
verum eſt. Io. c. 8. & 2. q. 4. c. placuit. hoc enim põt ꝑ ſtatutum tol
li, ſed ſolum quod additum eſt per ius poſitiuum, iõ ſi dicat ſtatu
c tum Venetorum, ꝙ valeat cum vno teſte, non valebit[c] ſ'm An.
de Peru. Bal. verò in l. ſi non ſpeciali. C. eo. vr̃ dicere, ꝙ ſaltem req
runtur quinque nec aliter valeat ſtatutum, quod non placet, qa
video, ꝙ per l. iuris communis poteſt ſtatui, ꝙ valeat coram duo
bus, vt patet in teſtamento militis, & in eo, quod fit inter liberos,
vel ad piam cauſam, ergo idem poterit ſtatutũ in ſuo territorio
inter quoſcunque, de hoc no. in l. fin. C. eodem.

ADDITIONES.

a Idem tenent. vide eundem Pau. conſi. 230. & Fed. de Sen. cõſi. 275. & ſeq. & conſ. 67. Bal. conſi. 80. 1. lib.
b Minori ſolennitate. vide per Old. conſi. 143. & ꝑ Alex. de Imo. in conſi. 141. col. 3. in 1. vo. Fran. Cur.
c Non ualebit. Facit quod dicit Lud. Ro. ſingula. ſuis, ꝙ Princeps, vel ciuitas non põt facere, ꝙ credatur teſtimonio unius.

---

## LEX IIII.

1 *Prius quærendum eſt de potentia teſtamenti, poſtea de ipſius teſtamento, uel de ipſius ſolennitate.*
2 *Primo uidendum eſt, an ille, qui dedit ſententiam, fuerit iudex competẽs, & poſtea de ipſa ſententia.*
*Si dicitur, ꝙ notarius, qui confecit inſtrumentum, non erat notarius, primo diſcutiendum eſt, an fuerit notarius, & poſtea de uirib. inſtrumenti.*
3 *Si agis contra me, & petis hæreditatem aſſerens te inſtitutum ab aliquo, & ego dico illum non potuiſſe teſtari, partes iudicis debent eſſe in aſſignando prius mihi terminum ad probandum de potentia teſtandi, & hoc poſt lit. conteſtat.*
4 *Actori debet prius aſſignari terminus ad probãdum intentionem ſuam, quando exceptio præſupponit intentionem actoris procedere, & quid ſi exceptio concernat habilitatem perſonarum.*
5 *Si terminus probandi prius aſſignetur reo, quando deberet aſſignari actori, vel aſſignetur ante lit. conteſtat. cum deberet aſſignari poſt, an uitietur proceſſus.*
*Super exceptionib. concernentib. perſonas, in quib. ſubſtantiatur iudiciũ, regulariter pronuntiandum eſt, antequam ad alia procedatur, & qualiter uideatur ſuper eis pronuntiatum.*
6 *Qui ſunt illi, qui teſtari non poſſunt remiſſiuè.*
*Quæ ſint neceſſaria ad ſolennitatem teſtamẽnti.*

1 SI quæramus. †Prius quęrendum eſt de po
tentia teſtantis, poſtea de ip-
2 ſius teſtamento, vel de ipſius ſolennitate. h. d. ¶†Per
hanc l. patet, ꝙ primo eſt videndum, an ille, qui dedit
ſñiam, fuerit iudex competens, & poſtea de ipſa ſñia, qa vbi non
eſt dare iuriſdictionem in iudice, fruſtra de ſñia, vel eius viribus di
ſputatur. Similiter ſi dicitur, ꝙ notarius, qui confecit inſtrumen-
tum, non erat notarius, primo eſt diſcutiendum, & poſtea de vi-
3 ribus inſtrumenti. ¶†Item ꝑ hanc l. patet, ꝙ ſi agis ꝯ me, & petis
hæreditatem aſſerens te inſtitutum ab aliquo, & ego dico illum
non potuiſſe teſtari, partes iudicis debent eſſe in aſſignando prius
mihi terminum ad probãdum de potentia teſtandi, qa fruſtra aſſi
gnaret tibi terminum ad probandum de teſtamento, ſi ille non
potuiſſet teſtari, & ſi non probauero, aſſignabit terminum tibi.
4 †Sed ꝯ, quia prius dẽt aſſignari actori[a] ad probandum ſuã inten-
a tionem, q̃ reo, vt l. ſi qdem. C. de excep. & ibi no. ſol. illud eſt verũ
qñ exceptio præſupponit intẽtionem actoris ꝓcedere, vt ſi opp.
exceptionem pretij, vel ſolutionis, nam præſuppono me fuiſſe
debitorem, ſed hęc exceptio de impotentia teſtandi eſt pręiudicia
lis ad intẽtionem agentis, qa non eſt dare teſtamentum, vbi non
eſt potentia teſtandi, & iõ prius datur terminus reo ad probandũ
exceptionem, ſ'm Bar. debet tamen hoc fieri poſt lit. conteſt. qa
iſta exceptio concernit merita cãæ, ſed ſi concerneret habilitatẽ
perſonarum, in quibus fundatur iudicium, vt ſi opponerem de
incompetentia iudicis, vel ꝯ perſonam procuratoris, ꝙ non poſ-
ſet eſſe procurator, vel actor, ꝙ eſſet excommunicatus, vel ban-
nitus, & ſic non poſſet agere, & ſic ante lit. conteſtat. debet hoc
b fieri,[b] ut l. ita demum. C. de procur. † An autem vicietur proceſ-
6 ſus, ſi non ſeruatur ordo, de quo hic, tenet Bar. ꝙ non. Bald. alle-
gat cõtra ipſum c. exhibita. de iud. bř dic Bar dicere veritatem in
exceptionibus concernentibus merita cauſæ, vt eſt hic, & ita de
facto ſeruat̃ ꝑ ſtatuta, qa aſſignat̃ terminus vtrique parti non ſer-
uato ordine, de quo hic. Nec obſt. c. exhibita. quia ibi non dicitur,
ꝙ proceſſus ſit nullus, ſed bñ probat, ꝙ põt appellari ꝑꝑ peruer-
c ſionem ordinis,[c] & in cã appellationis retractabitur: in exceptioni
bus verò non concernentibus negotium principale, ſed perſo-
nas, in quib. ſubſtantiat̃ iudicium, & ſic dicuntur emergentes, nõ
incidentes: rł'a eſt, ꝙ ſuper illis eſt pronuntiandum, antequam ad
alia procedatur, vt no. in l. de qua re. in prin. ſ. de iud. per gl. vr̃ autẽ
pronuntiatum ſi iudex poſt illas receptas pronuntiat eis non ob
ſtantibus ad ulteriora procedendum, quia vr̃ illas reprobare, vt
in c. ex parte. in. de appe. ſi autem illas non recepit, & ad vlteriora
procedit, vel eas recipit, & de ipſis diſſentit, & procedit vlterius, vr̃,
ꝙ proceſſus ſit nullus, quia contemnit diſpoſitionem legis, per id,
quod no. glo. in l. prima. C. de ordi. iud. quæ dicit, ꝙ iudex non põt
ad ulteriora procedere, & ſ'm iſtam diſtinctionem vr̃ debere in-
telligi quod no. Bar. ſuper hoc articulo. in l. a procedente. C. de di
6 la. vbi omnino vide. ¶†Vltimo no. hic gl. magiſtram, quæ enume
d rat perſonas nõ valẽtes teſtari.[d] Item gl. ſecunda. q̃ enumerat ea,
q̃ ſunt neceſſaria ad ſolennitatem teſtamenti, & loquit̃ de ſolenni
tate publica, q̃ non poteſt pacto remitti, vt C. eod. l. non dubium.
Eſt & alia ſolennitas priuata, vt filius inſtituatur, vel exhęredetur,
& iſta bene poteſt remitti per filium, tamẽ a princ. ſi conſentit pr̃i
teſtanti, ꝙ nihil ſibi relinquat, non valebit teſtamẽtum, licèt in eo
pręteręatur, per ea quę no. in l. ſi qñ. C. de inof. teſta. in gl. & puto,
ꝙ valebit de iure ciuili. Sed ſi ex interuallo teſtamentum appro-
bet, quod erat nullum ratione præteritionis, reconualeſcit de æq
tate ꝑtoria, vt l. filio præterito. ff. de iniuſt. teſta. cum ibi no.

ADDITIONES.

a Actori. Adde Bar. in l. liberti. C. de pe. hær. & de dicto Bar. hic facit mẽtionem Bal. in l. prolatam. ver. q̃ro ergo. C. de ſent. & interlo.
b Debet hoc fieri. ſi tñ poſt opponat̃ exceptio procuratoria, & ſit admiſſa, præiudicat, vt tenet Roma. conſi. 381.
c Peruerſionem ordinis. Adde tu, qñ peruerſio ordinis vitiat, & dic, ut per Bar. Bal. & Doc. in l. prolatã. C. de ſen. & ꝑ Bal. in l. ambiguitatis. C. de teſt. ꝑ Abb. & Mod. in c. cum dilecta. de reſcin. Fran. Cur.
d Valentes teſtari. Adde alias, de qbus per Abb. in rub. extra. e. ti. & Imol. in dicto titu. c. 2. Franc. Cur.

---

## LEX V.

1 *Maſculis in quartodecimo anno, & mulier in duodecimo completo poſſunt teſtari: & quando dicatur completus.*
2 *Notarius, qui recepit teſtamentum de nocte, poteſt apponere diem ſequẽtem ſi poſt mediam noctem recepit, uel ſi ante, poteſt apponere diem præcedentem.*
3 *Pubes minor xxv. an. poteſt ſine curatoris authoritate facere teſtamẽtũ.*
4 *Citius pubeſcit mulier, quàm maſculus.*
*Mulier naturaliter citius deficit, quàm vir.*
*Quæ plus durant tardius perficiuntur.*
5 *Quantum ad legitimam ætatem cõtrahendi, quæ eſt xxv. an. maſculus, & mulier. parib. paſſib. ambulãt, niſi cum impetrant beneficium ætatis, quòd mulier in xviij. & maſculus in xx. tantum poteſt impetrare.*
*Proximus pubertati, ſi non eſt cæpta vltima dies, teſtari non poteſt quãtumcunque malitia ſuppleat ætatem, ſecus in matrimonijs, & quid in contractibus.*

1 SVa ætate. †Maſculus in quartodecimo anno, &
mulier in 12. completo poſſunt teſta-
ri, & dicitur completus, ſi cœpta eſt vltima dies natura-
lis, vel artificialis. h. d. ¶In text. ibi, ſan ſufficiat compleuiſſe. ſ dicit
Bal. ꝙ ſi fieret computatio de momẽto ad momentum tantum
eſſet dicere vnum, quantum aliud, quia ſtatim, quòd compleuiſ-
ſet 14. ingreditur 15. quia complet in uno atomo, uel momento,
& ſic in quo non poteſt teſtari, quia actus teſtandi requirit inter-
uallum tꝑis, iõ ſi requireret̃, ꝙ exceſſiſſet, ſed hic non fit compu-
tatio de momento ad momentum, quia ſi natus fuit in die prima
Ianuarij hora 20. tranſactis annis 14. illa eadem die, q̃ erit vltima
14. annorum, poterit teſtari hora 12. quia ſufficit, quòd ſit cæpta,
& ſic

& ſic hr̃ pro completa, licèt non exceſſerit, & hoc in die artificia-
li, quæ comparatur, ſub ortu ſolis vſque ad occaſum. Idem ſi ſit
incæpta dies vltima naturalis, quæ incipit in media nocte ſequen-
ti, ideo ſi poſt ſextam horam noctis præcedentis diem primam
Ianuarij, etiam de nocte fuerit teſtatus, valebit teſtamentum, li-
cèt ipſe fuerat natus hora 20. & in die artificiali. & hoc dicit vlti-
2 mus ver. ſ͠m gl. in ver. vel dic tutius. Et ſic no. ſ͠m Bal. † ꝙ notarius
qui recipit teſtamentum de nocte, poteſt apponere diem ſequē-
tem, ſi poſt mediam noctem præcedentem, vel ſi ante, poteſt ap-
ponere diem præcedentem, iuxta not. in l. more Romano. ſ. de
3 fer. & ꝑ Inno. in c. conſuluit. de offi. dele. † Not. etiam hic, ꝙ impu
bes minor 25. an. poteſt facere teſtamentum, quod eſt verum,
etiam ſi habeat curatorem, nec requiritur illius authoritas, vt no.
4 ĩ. de lib. leg. l. Aurelio. §. Gaius. in gl. j. quę reputat̃ notabilis. ¶ † Itē
no. ꝙ citius pubeſcit mulier, q̃ maſculus. gl. ponit rationem hic, a-
liam rationem ponit gl. in l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. aliam po-
nit. Bal. ſ͠m Cy. quia mulier naturaliter citius deficit, q̃ vir, ideo ci
tius pubeſcit, quia debiliorem hēt nãm, vt videmus in pomis, &
plantis, q͠a quæ plus durant, tardius perficiunt̃, & dicit iſtam eſſe
rationem philoſophicam, licèt autem differant quantum ad pu-
5 bertatem, non ſic † differunt quantum ad legitimam ætatem con
trahendi, quæ eſt 25. annorum, vt non gaudeant beneficio reſti-
tutionis. Nam in hoc maſculus, & mulier paribus paſſibus ambu
lant, niſi cum impetrant beneficium ætatis, quia mulier poteſt im
impetrare in 18. ſed maſculus in 20. tm̃, vt d. l. 2. de his qui ve. æta.
¶ Vltimo quæro, quid ſi ſit proximus pubertati, non tm̃ cępta eſt
a vltima dies? Reſpondeo, non poterit teſtari, quantũcunque ma-
litia ſuppleat ætatem, quia preſumptio eſt iuris, & de iure, ꝙ non
hēat perfectum ſenſum, vt ꝑ hanc l. ſecus in matrimonijs contra-
hendis, vt habetur in c. j. de deſponſatio. impub. li. 6. In contractib.
verò ſi ſit proximus pubertati, obligatur naturaliter contrahen-
do ſine tutoris authoritate, ſecus ſi nõ ſit proximus, quod dic, vt
in l. prima. de donati. & qñ dicat̃ proximus, dic, vt ibi per Bartol.

ADDITIO.

a Vltima dies. Sed an ultima die pubertatis poſſit dari curator, vide Bal. in
l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſ.

LEX VI.

1 *Filiusfa. non poteſt teſtari etiam de voluntate patris.*
2 *Filiusfa. uel ſeruus ſeu monachus, & obſes, quare non poſſint teſtari, &
an ſtatutum poſſit diſpenſare, ꝙ poſſint teſtari, & nume. 3.*
3 *Quæ geri poſſint per filiumfa. ſine uoluntate patris.*
4 *Pater non pōt emancipare filium ad hunc actum ſolum, ut poſſit teſtari.
Emancipatio, & manumiſſio, non poſſunt fieri quantũ ad unum actum.*
5 *Filiafamilias an poterit teſtari de dote.*
6 *Filiafa. in aduentitiis, in quibus patri non acquiritur vſusfructus, poteſt
ſine patris uoluntate teſtari, & quid in his, in quibus patri acquiritur
vſusfructus.*
7 *Caſus in quo quis habebit hęredem, & tamen nunquã habuit hæreditatẽ.*
8 *Si pater permitteret filio, quòd poſſet donare, intelligitur inter uiuos, non
cauſa mortis.
Si filius de licentia, & uoluntate patris facit teſtamentum, & apponit
clauſulam, ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure cuiuslibet volunta
tis, non ualebit iure teſtamenti, nec donationis cauſa mortis, & quid ſi
hæres eſſet preſens, uel notarius reciperet pro eo.*
9 *Donatio inter viuos, ſeu cauſa mortis, poteſt hodie fieri nudo pacto, & ori
tur actio.*
10 *Filius, ꝙ poſſit donare cauſa mortis ipſi patri.*

1 QVi in poteſtate. † Filiusfa. non pōt teſta-
ri, ēt de voluntate. pa-
tris. h. d. Adde nec etiam codicillari, vt ĩ. de lega. j. l. 2.
facilius tamen reconualeſcunt codicilli, ſi factus ſui
iuris, declaret ſe velle decedere cum eadem voluntate, quàm te-
2 ſtamentum ĩ. de lega. 3. l. j. in prin. quod dic, vt ibi. † Sed q̃ eſt ratio,
ꝙ filiusfami. non pōt teſtari? q͠a teſtamentum dependet a libero
arbitrio ſed non hēt arbitrium liberum, qui eſt in aliena poteſtate,
vñ idem in ſeruo, & monacho, & obſide, vt no. ſ. e. l. ſi q̃ramus ſed
opp. q͠a teſtamēti factio, eſt publici iuris, vt ſ. eod. l. 3. & in his quę
ſunt publici iuris patria poteſtas non curat̃, immo poſſunt illa fieri
3 ꝑ filiumfa. ac ſi eſſet ſui iuris, vt ĩ. ad Treb. l. nam quod. † Sol. uerũ
eſt, qñ geruntur tanq̃ a publica perſona, vt officium magiſtratus,
uel tutoris, quod gerere filiusfam. pōt, ſed teſtamentum non facit
tanq̃ publica ꝑſona, ſed tanq̃ priuata, ſ͠m quod no. Cyn. C. q̃ teſt.
fac. poſ. l. ſenium. Item q̃ eſt ratio, ꝙ cum voluntate patris non po
teſt? Reſpondeo, q͠a vltima voluntas, non dēt pendere ex alieno
arbitio, ut l. illa inſtitutio. infra de herc. inſtit. ſed hic penderet. Item
quia eſt publici iuris, vt dictum eſt, & ſic qui non habet poteſtatē
teſtandi iure publico, non poteſt eam conſequi ab aliquo inferio-
re a principe, vt dixi in d. l. 3. ſupra eod. Sed an poſſit per ſtatutum
fieri? Reſpondeo ſic, quantum ad filiumfam. non ſic, quãtum ad
monachum, qui non eſt de iuriſdictione ſtatuentium, vt not. in l.
ſi q̃ramus. ſ. e. per Bartol. nec quantum ad obſidem, quia eſt in a-
liena poteſtate de iure gentium, contra quod non pōt ſtatutum
4 diſpenſare, ſ͠m eundem Bar. ibidem. † Item an poſſit pr̃ emancipa-
re filium quantum ad hunc actum ſolum, vt poſſit teſtari? Bar. vr̃
a tenere, ꝙ ſic, in l. j. §. in filij. ĩ. ad Treb. Bal. ꝯ in l. Senium.[a] quia pa-
tria poteſtas eſt indiuiſibilis, vñ emancipatio non pōt fieri quan-
tum ad vnum actum, ſicut nec manumiſſio: q͠a non pōt q̃s eſſe
ſeruus, quo ad q̃dam, & quo ad q̃dam liber, vt l. ſi pr̃. §. fi. de li. ca.
ſicut nec legitimatio, vt no. in c. cum inhibitio. de clande. deſpō. ꝑ
gl. licèt bñ poſſit diſpenſari, quo ad aliquem actum, vt non obſtã
te illegitimatione ſuccedat patri, & quo ad alios effectus rema-
5 nebit illegitimus. ¶ † In gloſſ. ibi, (niſi in caſtrenſi, vel quaſi pecu-
b lio.) ſed an filiafam. poterit teſtari de dote,[b] multo magis, nam etiã
iure iſto in dote aduentitia, vel profectitia donata habebat hære-
dem ab inteſtato, vt dixi in l. ſi cum dotem. in prin. & l. poſt dotē.
ſoluto mr̃imonio. & tñ in caſtrenſi peculio, vel quaſi, filiusfam.
non habebat heredem, ſed pr̃ occupabat iure peculij, vt l. 2. de ca
ſtrenſi peculio. ꝯ̃rium tñ determinat Bald. in d. l. Sennium. & in l.
2. de hr̃di. vel acti. q͠a nulla l. cauet̃, ꝙ filiafami. in dote habeat̃ pro
patrefamil. & ſui iuris, ſed bñ cauet̃, ꝙ in caſtrenſi peculio, vel qua
ſi, filiusfam. habeat̃ pro patrefam. in l. 2. ſ. ad Maced. ſic igit̃ habent̃
iſta, vt excedentia, & exceſſa, q͠a quo ad hr̃dem abinteſtato, plus
eſt in dote, q̃ in caſtrenſi peculio, non ſic quantum ad actum te-
6 ſtandi. ¶ † Item an poſſit teſtari filiusfamil. ad piam cãm?[c] & vr̃, ꝙ
ſic, quia ſic teſtando militat Deo, vñ non minori vr̃ gaudere pri-
uilegio, q̃ miles armatæ militiæ, ꝑ ea, q̃ nota. in l. miles. de re iudic.
Barto. hic tenet, quòd in aduentitijs, in q̃bus patri non acquiritur
vſusfructus, pōt de voluntate patris ꝑ c. licèt extra de ſepul. licèt.
in l. j. C. de ſac. ſan. eccle. tenet, ꝙ in illis non requirit̃ volũtas patris,
q͠a non agit̃ de eius p̃iudicio, ſed ſi pr̃ haberet vſumfructum, req
reretur, q͠a de eius p̃iudicio agit̃, & cã pia non eſt priuilegiata in
damnum tertij, iuxt. nota. in l. Papin. poſt princ. ſ. de inofficioſo, te
ſtamen. in gloſſ. q̃ allegat authoritatem Auguſtini, & iſta vr̃ pro-
babilior, ſed pro prima faciat illud c. licèt. vbi non agit̃ de p̃iudicio
patris, & tñ vr̃ ibi requiri eius voluntas. Bal. ãt in l. Senium. dicit p̃-
dicta procedere de iure canoni. non de iure ciuil. Tu dic, ꝙ etiam
de iure ciuili, ſi teſtatus eſt in articulo mortis, nam tunc ēt de iure
ciuili, tale teſtamentum ad piam cãm eſt priuilegiatum, cum nõ
ſubiaceat reg. iuris poſitiui, ſed reſeruet̃ merè in obſeruatione iu-
riſgentium, vt in d. l. j. C. de ſac. ſan. eccle. ſ͠m intellectum Bartol. ſed
ſi non erat in mortis articulo, non ſortit̃ priuilegiũ a iure ciuili, ſed
a iure canonico ſic, ꝑ c. cum omnes, & c. relatũ. ex̃. eo. ti. & tũc eſt
7 verum dictum Bal. † Et adde, ꝙ licèt poſſit teſtari de caſtrenſi pe-
culio, vel quaſi, tñ non dr̃ habere hæreditatem antequam adeat̃
ꝑ heredem ſcriptum, ſed adhuc dr̃ peculium, vt in l. ſi ſeruus Me-
uij, & caſtrēſis peculij. in prin. ĩ. de ſtipu. ſer. & ibi no. ſed nec poſt
quam fuerit adita, pōt dici hæreditas, nam ēt ſi prius fuiſſet, deſine
ret eſſe, vt no. in l. j. §. veteres. de acqui. poſ. & ĩ. de acquir. hæred. l.
hæres ꝑ ſeruum. & ſic erit dare caſum, in quo q̃s habebit hr̃dem
8 & tñ nunquam habuit hęreditatem. ¶ † In glo. ibi, (dummodo
hoc expreſsè permittat.) not. quòd ſi pater ꝑmitteret filio, ꝙ poſ-
ſet donare, intelligit̃ inter viuos, non cã mortis, vt in l. quam glo.
alleg. Et per hoc videtur, ꝙ ſi filius de licentia, & voluntate patris,
facit teſtamentum, & apponit clauſulam ſi nõ valet iure teſtamē
ti, ualeat iure cuiuſlibet voluntatis, nec ualebit iure teſtamēti, nec
iure donationis cauſa mortis, q͠a ibi requirit̃ ſpecialis permiſſio,
quæ hic non eſt, & ita tenuit Dyn. Alij dicunt, ꝙ immo valebit, ſi
hæres inſtitutus fuit præſens, & acceptans, quia illa uerba nõ poſ-
ſunt aliquid importare, niſi in donatione cauſa mortis, unde ne
fruſtratoriè fuerint appoſita perinde habetur, ac ſi ſpecialiter ita
dixiſſet, argu. ĩ. titu. proxi. l. j. & 2. præſentia autem hæredis, iõ req
ritur, quia donatio cau. mortis requirit conſenſum donantis. &
donatatij, vt l. inter mortis de dona. cauſa mortis, & idem eſſet, ſi
notarius tanquam publica perſona reciperet pro eo, per ea, quę
9 not. Bar. in l. cum quis decedens. §. j. de leg. 3. & † ſi dicatur, nõ ua-
lere iure donationis, ſi non interuenit traditio, vel ſtipulatio, vt d.
l. inter mortis? Reſpondet̃, quòd illud eſſet verum olim, hodie ve
rò ſicut donatio inter uiuos fit nudo pacto, & oritur actio, ut l. ſi
quis argentum. C. de dona. ita & donatio cauſa mortis. gloſſ. eſt
ſingularis, quę fortè non eſt alibi, & ſemper ad hoc allegatur. l. cũ
10 pr̃. §. Meuio. ĩ. de lega. 2. & iſta pars videtur mihi verior. ¶ † Sed an
poſſit donare cauſa mortis ipſi patri? glo. uidetur determinare, ꝙ
non

ADDITIONES.

a Senium. Vide per nouiſ. maximè do. Ale. & d. Iac. in d. l. Seniũ. Fran. Cur.
b De dote. De hoc vide ꝑ d. Ale. in conſ. 17. cõſ. 1. in 2. uol. Cur.
c Ad piam cãm. Vide eundem Pau. de Caſt. in conſ. 103. col. 2. in nouis. in-
cip. ad primum q̃ſitum. & Fed. de Se. in ſuo conſ. 284. Cur.

non §.de authoritate tut.l.j.quia pr̄ non põt authorizari in facto
C. de famo. libel. & tunc poteſt dici ſecus, quia quædam pro-
hibentur fieri, quæ facta non irritantur: an autem poſſit teſtari
ad piam

## A D D I T I O N E S.

a Teſtamentum. Vide Bal. in l. ſi. in fi. C. ſi a non compet. iu. & Bal. in l. 1. C.
de ſecun. nup. Ioan. An. in reg. infamibus. de reg. iur.
a Teſtm̃. Vide Spe. in ti. de Inſtr. edi. §. compendioſè. ver. item, ꝙ eſt inſa.

ad piam cauſam? Reſpondeo ſic,quia prohibetur a iure naturali,
nec tendit in preiudicium alicuius,aliàs,dic,vt dixi ſupra co.l. qui
a latronibus.§.fi.& vide quod no.Ioan.And.in c. quamquam.de
vſur.lib.6.in nouel.vbi ponit quæſtionem diſputatam,an damna-
tus de capitali crimine poſſit teſtari ad piam cauſam, & tangitur
per eundem in addi.Spe.de inſtru.edi.§.compendioſè. & ꝑ Bart.
in l.j.C.de ſacroſan.eccle.

ADDITIONES.

a Reconualeſcit.Vide eundem Pau.conſi.130.per Anch.conſi.430.
b Et tunc eſſet.Adde eum.Pau.conſil.93.inci.uiſo teſtamento. & quæſito.
in antiquis.colu.fin.Fran.Cur.
c Et infert ex hoc.Adde eundem Paul.de Caſt.in l.3.in fin.C.de leg.qui te-
net contrarium.de quo vide per Doc.in l.Gallus.§.inſtituēs.infra.de lib.
& poſthu.Franc.Cur.

## LEX XIX.

1 *Si teſtamentum non ualet propter defectum teſtatoris,non reconualeſcit ex poſtfacto,licèt ille defectus ceſſet.*
2 *Teſtamentum vſurarij manifeſti reconualeſcit,ſi poſt factū teſtamentū ꝑſtitit cautionem de reſtituendis uſuris,ut in cap.q̄q̄.de vſur. lib.6.*
*Si condemnato per iudicem eccleſiaſticum,ex quo crimine redderetur inteſtabilis de iure cano.poſtea remittatur cōdemnatio,vel crimen, ꝙ eius teſtamentum non reconualeſcat.*
3 *Filiusfa.qui fecit teſtamentum,non ſufficit,ꝙ factus ſui iuris appareat,ꝙ voluerit decedere cū eodē teſtamēto,niſi hoc declaret coram 7. teſtibus, ut teſtamentum valeat,ſed tamen dicetur nouum teſtamentum,ſed codicilli poſſunt reconualeſcere,ſi hoc probatur per duos teſtes.*
*Quid ſi filiusfam.uel impubes conſerat inſtitutionem,uel teſtamentum in tempus quo erant habiles.*
4 *Si pater inſtitueret filium ſpurium conferendo inſtitutionem in tp̄s, quo erit legitimatus,ꝙ non valeat inſtitutio,& prohibetur ipſum inſtituere propter ipſius patris delictum,& ad eius pœnam.*

1 SI filiusfa. †Si teſtamentum non valet pp defectū
teſtōris,non reconualeſcit ex poſtfacto,
licèt ille defectus ceſſet.h.d.Idem ſi pp defectum hr̄dis,
ꝗa eſſet incapax,vt Inſti.de hær.quali.& diſ.§. in ex̄neis, & l. ſi alie-
num.§.in exneis.ꝭ.de hęred.inſtit.idem ſi pp defectum ſolennita
tis,quia licèt teſtōr postea acquirat priuilegium,ꝙ poſſit teſtari ſi
a ne voluntate,non propterea recōualeſcit[a] prius teſtm̄, vt eſt caſus
notabilis ꝭ.de teſta.mili.l.Titius.& vide quod not.Bar.in l.filio p̄te
rito.circa fi.ꝭ.de iniu.teſtam.& Bar.in l.ſerui.C.de leg.¶Oppo. de
l.ꝗ ſoluendo non erat duos appollonios.ꝭ.de hær.inſti. vbi teſta-
mentum a principio nullum,ceſſante cā nullitatis reconualeſcit.
Sol.ibi non erat nullum aliquo de dictis tribus modis,ſed pp aliā
cauſam,ne creditores fraudarentur,nam teſtator erat teſtabilis.
2 & inſtituti erant inſtituibiles, & ſolennitas fuit ſeruata. ¶† Et pp
hoc determinatur queſtio de teſtamēto vſurarij manifeſti, quod
eſt nullum,ſi non preſtitit cautionem de reſtituendis vſuris, vt in
c.quamquam.de vſur.lib.6.ſi poſt factum teſtamentum ipſam p̄-
ſtat,reconualeſcit,quia cautio non concernit ſolennitatem, quia
potuit fieri dudum ante teſtamentum,& illa dicuntur concerne
re ſolennitatem,quæ tempore teſtamenti debent adhiberi, & v-
no contextu,quia hic non eſt,nec teſtator erat inteſtabilis,nec in
ſtitutus erat incapax,ſed vitiabatur teſtamentum, ne creditores
vſurarij fraudarentur,& ratione cuiuſdam actus præambuli, qui
requirebatur,non fuit adhibitus,ideo ſi poſtea adhibetur, recon-
ualeſcit per illam l.notabilem,ꝗ ſoluēdo.& ita tenet Bart. in l.filio
p̄terito.in fi.& Io.An.in d.c.q̄q̄.in nouel.& tangitur per Bald.in l.
poſthumo.C.de contratab.ſed idem Bal.in l.ſeruus.C.de leg.aſſi-
gnat aliam rationem,ꝙ illud fit de equitate canonica,quia eccle-
ſia non claudit gremium redeūti.c.ſuper eo.de hær.li.6. Et ex hoc
infert vnum ſatis notabile,ſi eſſet verum,ꝙ ſi aliquis eſſet condē-
natus per iudicem eccleſiaſticum,ex quo crimine redderet eum
inteſtabilem de iure canonico,ſi poſtea remitteretur condemna
tio,vel crimen,reconualeſceret teſtamentum, ſed mihi non pla-
cet hoc,quia fundatur in ſatis groſſa ratione,vnde tene,quod ſ.di
3 xi.¶†Sed quæro hic,ꝗd ſi apparet,ꝙ iſte filius factus ſui iuris, vo-
luit decedere cum eodem teſtamento.Br̄ hoc nō ſufficit, niſi de-
b claret hic coram 7.teſtibus,& tunc eſſet[b] teſtamentum nouum,
ſecus in codicillis,qui poſſunt reconualeſcere, ſi hoc probatur ꝑ
duos teſtes,vt infra de leg.3.l.j.§.1.& quod ibi no.¶ Vltimo quæ
ro,quid ſi filiusfam,vel impubes,conferat inſtitutionem,vel te-
ſtamentum in tempus,quo erunt habiles puta,inſtituo talem, cū
ero mei iuris,vel legitimæ ætatis,videtur valere inſtitutio per l.in
tempus.infra de hær.inſtitu.Contrarium dic,quia illud procede-
ret,quando non valeret,propter incapacitatem hæredis, poſſet
enim inſtitui conferendo inſtitutionem in tempus, in quo erit ca
pax,ſecus qn̄ propter defectum teſtatoris.ita ſingulariter determi
4 nat Bar.C.de fideicommiſſ.l.eam quam.in antepen.col. ¶†Et in-
c fert ex hoc vnum notabile verbum, ꝙ ſi pater inſtitueret filium
ſpurium conferendo inſtitutionem in tempus,quo erit legitima-
tus,non valet inſtitutio,quia prohibetur ipſum inſtituere propter
ipſius patris delictum,& in eius pœnam non propter delictum fi
lij,vel ipſius incapacitatem,quia bene poteſt capere ab aliis,non a
patre,vt not.in prin.de iure fiſ.& per Bar.in l.ſi is qui.infra de vul.
& pup.tene menti ſingulariter.

## LEX XX.

1 *Hæres,impubes,& ille,qui eſt in poteſtate teſtōris non poſſunt eſſe teſtes in teſtō,legatarius uerò,& tutor datus hæredi inſtituto bene poſſum.*
2 *Non poſſunt eſſe teſtes in teſtō exiſtētes in ptāte hæredis,nec frater hæredis conſtitutus in eiuſdē patris ptāte,nec domeſtici teſtōris,neq; inteſtabiles,nec illi,qui non poſſunt hæredes inſtitui,nec alij,de quibus hic.*
3 *Filius emancipatus an poſſit eſſe teſtis in teſtamento patris.*
4 *Quinque caſus in quibus legatarius poteſt teſtificari,& nu.5.& 6.*

1 QVi teſtamento. ¶†Heres impubes, & il
le,ꝗ eſt in ptāte teſtōris
nō pn̄t eſſe teſtes in teſtō,legatarius verò,& tutor da
tus hæredi inſtituto bn̄ pn̄t.h.d. Et hucuſq; tractauit
iuriſconſu.qui pn̄t teſtari,& ꝗ nō.hic tractat,ꝗ poſſint eſſe teſtes
in teſtō ꝑ totā hanc l.& ꝭ.eod.l.ad teſtiū.de quo ēt Inſtitu.eo.§.te-
ſtes.cū ſeq.& in Spec.de inſtru.edi.§.cōpendioſè,in 3.col. in l.ve-
2 rò,hr̄des palā.incipit tractare de forma.¶†In tex.ibi,(aliàs in ptāte
teſtōris,)ſupple,vel ēt ipſius hr̄dis,& idē in eo,qui habet heredem
in ſua ptāte,uel in fratre ipſius hæredis, & conſtituto in eiuſdem
patris poteſtate,& hæc habent Inſti.eo.§.ſed neque.per quem iſta
lex ſuppletur idem in domeſticis teſtatoris,vt eo.tit.§. ſed filius.&
a qui ſint domeſtici[a] dic,vt no.in gl.nec ēt illi,ꝗ ſunt inteſtabiles, ſeu
ꝗ non poſſunt hr̄des inſtitui,ut e.ti.§.teſtes. & ēt multi, ꝗ poſſunt
hr̄des inſtitui,& & tn̄ non pn̄t eſſe teſtes,de quibus hr̄ ibi in text.
& ꝭ.eadē l.ꝑ totum.vn̄ iſte tex.recipit ſuppletionem in pluribus.
3 ¶†Item pondera hic,dum dicit in ptāte.nam dico, ꝙ filius eman-
cipatus bn̄ poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris,ꝗa non ſic repu-
tatur eadem perſona cum patre,& non ſine myſterio text.loquitur
de exiſtentibus in ptāte hic,& in d.§.ſed neq;. Nec ob. quod not.
gl.in l.parentes.C.de teſt.ꝗa intelligo illud,qn̄ filius vellet teſtifica
ri pro patre in actibus inter viuos,quo caſu repellitur pp affectio
nem,quam præſumitur habere,& non minorem præſumitur habe
re emancipatus,quàm in ptāte,ſed hoc non teſtificatur pro pa-
tre,ſed ꝓ hærede patris,licèt de facto patris,& iſtud eſt uerum de
mente Bal.licèt Bar.innuat ꝯrium, dū ſimpliciter dicit eſſe idē in
emancipato,qd̄ in filio in ptāte,ſed iſtud eſt verū eo mō, quo di-
b xi,nō ſic in[b] teſtamentis.¶In gl.j.ibi,(hic ꝓ ſolennitate, ibi ꝓ veri-
tate,)Docto.iſtā reprobant,ꝗa tunc ēt heres poſſet eſſe teſtis,cu-
ius ꝯriū hic dr̄,vn̄ gl.in §.legatarius.Inſti.eo.ti.ſoluit, ꝙ poterit eſ-
ſe teſtis ꝓ hr̄de litigante de hæreditate non pro ſe ſuper ſuo lega-
to,ſed in l.in oībus.C.de teſt.dicit,ꝙ ēt pro ſe in ꝯſequentiam,tn̄ ñ
principaliter,ꝗa quædam conceduntur in conſequentiā,q̄ nō prin-
cipaliter in l.1.ſ.de autho.tuto.& iſtud vr̄ ſequi Bar. ſed ꝑ hoc iſte
4 articulus non declaratur ¶†Dic ergo,ꝙ quinq; ſunt caſus,in q̄b.le-
gatarius pō teſtificari,& eſt vtilis prouiſio huius legis.Primus qn̄
eſſet qō ſuper hæreditate inter hæredem, & quendam tertium,
ꝗa pōt teſtificari pro hærede ſuꝑ hæreditate, & pro teſtō, licèt ex
hoc ipſe ēt conſequatur commodum in conſequentiam, vt in ſe
cunda ſol.quā ſ.poſui.Secundus eſt,qn̄ eſſet quæſtio inter ipſum
& heredē de legato,& de inſtrumento eſſet confecta publica ſcri
ptura,uel eſſet priuata,quæ poſtea fuiſſet publicata,non poſſet le-
gatarius producere talem ſcripturam ad probationem legati con
tra hæredem,licèt ipſe ſit ibi deſcriptus pro teſte,quia tunc nō fit
probatio ꝑ ipſum,ſed per publicam ſcripturam authenticam au-
thoritate notarij,iuxta not.in l.fi.C.de fideicommiſſ. Tertius ca-
ſus eſt,qn̄ non eſſet ꝯfecta aliqua ſcriptura,& heres confiteretur te
ſtamentum factum,& ꝙ in eo fuiſſet factū illud legatum,tn̄ dice-
ret iſtud teſtm̄ non eſſe ſolenne,ꝗa non potuiſſet legatarius adhi-
beri pro teſte,ꝗa ꝯrium eſt uerū,vt hic,ꝗa nec ipſe legatarius tūc
teſtificaretur in cā propria,cū de veritate conſtat ꝑ confeſſionē hæ-
redis,ſed ſolennizat cauſam propriam,& iſto modo poteſt intelli
gi.ſol.glo.quæ eſt hic,& hoc tenet Ang.tn̄ nō video, ꝙ iſtud poſ-
ſit

ADDITIONES.

a Domeſtici.ꝗ dicantur teſtes domeſtici ꝑ Bart.& Bal.in l.ēt.C.de fur. & Bal.
in l.reſpiciendū.§.furta domeſtica.infra.de fur.per Alex.de Imol. in cōſi.
24.col.11.circa prin.in 2.vol.& per eundem in conſi.150 colum.5.ver.
itē licèt.& ver.non probat.in 5.volu.& ibi an ſeruientes,& ancillę, & ad
de quod Ang.in conſi.128.dicit,domeſtici ſunt ſocer, nurus, gener, uir,
& vxor.& dicit Are.in ſuo conſil.13.colu.x. ꝙ domeſtici dicuntur oēs
illi,qui ſtant in domo alicuius expenſis illius,& ibi habes, quando tales
repellantur a teſtimonio.Fran.Cur.
b In ptāte.dicit Bal.in l.cū acutiſſimi.C.de fideicom. ꝙ filii inceſtuoſi non
poſſunt eſſe teſtes in teſtamento patris,allega.Specu.in tit.de inſtrumen.
edi.§.compendioſè.uer.& generaliter.

ſit procedere,niſi qñ ille,contra quem agitur, tenet hæreditatem tanquam ab inteſtato,& legatarius ipſum cõuenit ex illo edicto, ſi quis omiſ.cau.teſta.quia potuit eam adire ex teſtamento, & in fraudem fuit amplexus ab inteſtato,ſi autem retineret eam ex illo teſtamento,tunc non ſolum veritatem confiteretur,ſed etiam
5 validitatem,& ſolennitatem.¶†Quartus caſus eſt, quando nulla eſſet confecta ſcriptura,& hæres confiteretur teſtũ.i.inſtitutionẽ de ſe factam coram talib.negaret tamen legatum factum vni ex eis,& ille ageret pro legato,& induceret teſtes alios,quib.erat etiã legatum,& eſſent teſtes ſupernumerarij,puta octo,ita ꝙ teſtimonium iſtud agentis non eſſet neceſſarium, quia ſufficeret teſtimonium aliorum ſeptem,vt ).eod.l.heredes palam.non.n.poſſent repelli ex eo,ꝙ ſint legatarij,quia non teſtificantur ꝓ ſe,ſed pro iſto
6 agente.¶†Reſtat quintus caſus,quid ſi non erant, niſi 7. & vnus eorũ agit pro legato,quod hæres negat ſibi factum,licèt dicat ſe fuiſſe inſtitutum illo præſente,ipſe inducit alios ſex, an ſufficiat? videtur,ꝙ non,quia requiruntur ſeptem,& ſic ipſe non poterit eſſe de numero illorum,quia teſtificaretur in cauſa propria,& hoc videtur tenere Ioan.And.ego puto contrarium,nam verum eſt, ꝙ ad probandum inſtitutionem requiruntur 7.ſed poſtquam ↄſtat de inſtitutione,ad probandum legatum factum in eodem teſtamento,videntur ſufficere 5.ſiue erat apposita ibi clauſula codicillaris,& ſi ille legatarius erat habiturus etiam teſtamento non valente iure teſtamenti,& hoc etiam tenet Io.And.ſiue non erat apposita,quia 5.ſuffeciſſent a principio ad relinquendum hoc legatum,licèt ergo fuerint adhibiti 7.hoc cenſeſ eſſe ꝑꝑ inſtitutionem,non ꝑꝑ legatum.vnde debent ſufficere illi,qui ſuffeciſſent a principio in codicillis,& pro hoc,quod not.infra eo. l. hæredes.§. ſi quid poſt.per gl.& Doc.qui tenent,ꝙ legatum factum in teſtamẽto coram 7.teſtibus,poteſt reuocari in codicillis coram quinque,vel ipſo iure ſecũdum vnam opinio.vel ſaltem ope exceptionis per illam rationem, quia a princi. ſufficiebant quinque, extra iſtos caſus non eſſet vtilis hæc prouiſio,quia non poſſet teſtificari in cauſa propria.¶In eo autem,qui relictus eſt tutor filio inſtituto,ſimiliter,ſi de teſtamento confecta eſt ſcriptura publica,poteſt tutor eam producere in cauſa,quam habet pupillus ſuper hæredſtate,licèt ipſe ſit ibi deſcriptus pro teſte, & licèt regulariter non poſſit teſtificari pro pupillo in cauſa illius, quam ipſe agitat,vt l.fi. cum ibi no.ſupra de teſtibus.Si autem non eſſet confecta ſcriptura,& ſic oportet eũ teſtificari,& tunc aut ipſe agitabat cãm pupilli ꝑ ſeipſum,& non poſſet teſtificari,vt ibi,aut ꝑ actorem,& tunc ſi erat datus ab ipſo tutore cũ decreto iudicis,idẽ,q̃a ꝑ ſeipſum vr̃ agitari:aut erat datus per iudicem ipſo conſentiente, & tunc poterit teſtificari per ea,quæ not.Inno.in ſimil.inc. præſentium. de teſtib.lib.6.quod etiam tangit hic Bart.

1 *Pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento filij militis militantis,& etiam frater eius.*
2 *Filius poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris militantis, ſicut poteſt pater in teſtamento filij militis militantis.*
*Quòd tunc dicatur militare,quando eſt in expeditione,id eſt in exercitu, tũc ſufficiunt duo teſtes,ſed ſi remiſſus eſt domum,non ſufficiunt.*

1 **§.Per contrarium.** ¶†Pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento filii militis militãtis,& ẽt frater eius.h.d.Et tunc dicitur militare, quando eſt in expeditione,ideſt in exercitu,quo caſu non requiritur ſolennitas in eius teſtamento q̃tum ad numerum teſtium,q̃a ſufficiũt duo, qui potius adhibentur ad probandum veritatem, q̃ ad inducendam ſolennitatem. ſi autem non eſt in exercitu, ſed remiſſus eſt domum,tunc,licèt poſſit teſtari de caſtrenſi peculio,non tamen ſine ſolennitate,& iõ tunc pater,& frater eius non poſſent eſſe teſtes,vt Inſt.eo.§.filius.allegato in glo.pro contrario: magis ergo prohibeſ ad ſolennitatem,quàm ad veritatem probãdam,& difficilius admittiſ ad primum,q̃ ad ſ'm.Nam,& in primo caſu dẽt eſſe habilis tp̃e ↄ̃ctus celebrati, nec ſufficeret habilitas ſupueniẽs, vt ).eo.l.ad teſtium.§.conditionem.ſecus vt not. in l.3. §. Iulia. ſ. de teſtib.in gl.ibi nam,& ſine vllo teſte,hoc eſt verum, qñ eſt in actu belli,aliàs requiruntur duo,vt no.).de teſtamen.mili.l.j.ratio aũt,quam glo.ſubijcit,concludit ſolum in primo caſu,in ſecũdo verò,in quo requirunſ ſaltem duo,non concludit,q̃a vr̃,ꝙ illi debeant eſſe idonei,tamen adhuc text.debet intelligi illo caſu. vnde dic,ꝙ ſicut diſpenſatur in numero teſtium, quia ſufficiunt duo, & ita in qualitatibus,q̃a admittuntur illi, qui aliàs repellentur. & iſta eſt ratio iſtius §.ſicut enim filius in poteſtate non poteſt eſſe teſtis in teſtõ patris,ita nec econuerſo,quia ſe contingunt per poteſtatem,vt in §.neque.Inſti.eod. & in hoc fundatur ille §.filius.ſ.
2 alle.†Et per hoc dico,ꝙ ſicut pater poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto filij militantis,& ita ecõuerſo filius in teſtamento pr̃is militãtis,& ita limito prin.huius l.per rõnem iſtius §.ſed ſi non militat,ſicut filius,nõ põt eſſe in teſtõ pr̃is,vt in prin.ita nec econuerſo,vt in §.filius.¶In fi.glo.ibi,(ſed hoc ſp̃ale fauore militis,)ſuppl.& teſtamẽti,quia non teſtificatur pater pro filio,ſed pro hærede filij,licèt de facto ſo ipſius filij,pro ipſo autem filio viuente,& agente non poſſet,pater teſtificari licèt filius eſſet miles,nec econuerſo per l.teſtis idoneus.ſ.de teſt.q̃a priuilegium militis non dẽt redũdare in alterius iniuriã,vt l.impuberi filio.de admi.tut.ſed hic eſſet iniuria, ſi tale teſtimoniũ ſuſpectũ admitteret. Gloſſ. tñ in pro xi. §. in tertia lectu.recitat quoſdam tenentes contrarium, & ita intelligunt illũ §.ſicut põt eſſe teſtis in teſtamento filij militantis, ita & teſtificari ꝑ filio milite,ẽt vbi ex teſtimonio ſuo aliquid acquiritur filio, q̃ lect.non placet ratione prædicta,licèt Bar.cum illa trãſeat, nec gl. videtur illam approbare,ſed tene primam.

1 *Sicut filij non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento patris, ita non poſſunt teſtificari pro patre in actibus inter uiuos, quando ex eorum teſtimonio aliqua utilitas reſultaret patri.*
2 *Tres caſus,in quibus filius non poteſt eſſe teſtis pro patre.*
3 *Quatuor caſus,in quibus pater non poteſt eſſe teſtis pro filio.*
4 *Si extra illos quatuor caſus pater,uel filius ꝓcuratorio nomine alterius agitaret cauſam,poſſet alter eorum in teſtem produci.*
5 *Mater,an poſſit eſſe teſtis pro filio,& an frater pro fratre,& de alijs conſanguineis remiſſiuè.*

**§.Quæcunque.** Summatur infra in §. proxi.q̃a iſta ad euidentiam præmittuntur. glo. q̃ eſt hic ſatis difficilis vr̃ legere iſtum §.tribus modis principaliter, & ſecunda lectu. variat duob.modis, & ſic ſunt quatuor. huius rei gratia notandum,ꝙ in tex.habeſ duplex litera.nam q̃dam habent,prohibendis,q̃ eſt l̃ra negatiua,& importat.i.inhibendis quidam verò habent,perhibendis.& eſt l̃ra affirmatiua,i.permittendis.ſ'm primam lectũ.poteſt referri ad prin.l. & tunc loquitur de teſtimonijs filiorum fiendis per patrem,& iſta eſt prima lect.glo. proſequitur vſque ibi,(ſed quidam dicunt).Item poteſt referri ad præcedentem proxim.§.non ad caſum ibi expreſſum, ſed ad illũ, qui colligitur a contrario ſenſũ,& tunc loquitur econuerſo de teſtimonijs parentum,ſeu patrum,non admittẽdis pro filio. Et iſta eſt ſecunda lect.q̃ variatur duobus modis,& eam proſequiſ glo. quaſi vſque ad fi.ibi,(uel hęc quæ dicit,)ſecundum aliam literam affirmatiuam non poteſt referri, niſi ad proximè præcedentem §.& ad caſum hic expreſſum,& tunc loquitur de teſtimonijs parentum admittendis ꝑ filio militante,ſicut pro teſtamento ſecũ
1 dum primam lect.h.d.¶†Sicut filii non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento patris,vt in prin.huius l.ita non poſſunt teſtificari pro patre in actibus inter viuos,quando ex eorum teſtimonio aliqua vtilitas reſultaret patri.hoc dicit ſ'm veram lect. quam tenet glo. in hoc tamen eſt plus,hoc caſu,q̃a ẽt ſi ſit emancipatus,non põt, per id,quod no.gl.in l.parentes.C.de teſti.ſed in primo ita demũ, ſi eſt in poteſtate,vt dixi in prin.huius l.¶In prima parte gl. ibi, (& eſt ratio,)vt plenius repellaſ.tu dic,ꝙ licèt iſta ratio ſit bona in ſe, & in quo plenius repellitur dicã in ſeq.lec.tñ ad contrarium formatũ in gl.ſol.iſta non eſt neceſſaria,ſed dic,ꝙ ibi loq̃ſ in teſtõ, in quo non plenius repelliſ vnus,quàm alter:nã aut teſtator erat miles,& militabat,& tunc pater poſſet eſſe teſtis in teſtamento filij, vt in præcedenti §.& econuerſo,vt ibi dixi:aut non erat miles, vel non militabat,& tunc nec filius in teſtamento patris poteſt eſſe teſtis,ut in prin.huius l.nec econuerſo,ut in ↄ̃rio ſignato per gloſ. Inſti.eo.§.ſed ſi fideinſ.ſed in actibus inter uiuos, quando alter te-
2 ſtificatur pro altero dic,ut ).ſubijciam.¶†In gl.ibi,(pater ergo) tu recollige melius,ꝙ in tribus caſibus filius non poteſt eſſe teſtis ꝑ patre.Primo in teſtamento patris,ſi eſt in eius poteſtate, & pater non militabat,ut in princi.huius l.ſecundo in actibus inter uiuos, quando ex teſtimonio filii aliqua vtilitas reſultaret patri, etiam ſi negotium principaliter ad patrem non pertinebat,vt in §.iſto.ſ'm iſtam lec.pone exemplum,ſi pater procuratorio nomine alterius agitabat aliquam cauſam, & ſic negotium non pertinebat ad ipſum,ſed ſi obtineat aliquod commodum,quod non fuiſſet conſequuturus,ſi non obtineret,& iſto modo videntur Doctor.intelligere iſtum caſum.Tertius caſus eſt, quando negotium pertinet et ad patrem principaliter,ẽt ſi ex teſtimonio filii nullam vtilitatem fuiſſet ↄ̃ſecuturus, & hoc tenent Doct.hic,licèt nulla lege reperiam hoc expreſſe probari,ſed probatur in ſimili, quia teſtamẽtum patris principaliter ad patrem pertinet, & tamen ex eo non reſultat patris vtilitas,ſed hæredi patris, vnde ſicut prohibetur teſtificari pro tali teſtamento, idem pro quolibet tali actu inter uiuos principaliter ad patrem pertinente,licèt nulla utilitas ſibi reſultet.¶In gl.ibi,ſed quidam dicunt.hic gl. tranſit ad ſecundam le-
3 ctu.ſecundum quam hoc intendit.†Sicut pater non poteſt eſſe teſtis in teſtamento filii non militantis, ut colligitur ſ. proximo §. a contrario ſenſu,& eſt tex.Inſti.eodem §.ſed ſi filius.ita nec in actibus inter uiuos poteſt teſtificari pro filio, quãdo ex eius teſtimonio reſultaret aliqua vtilitas ipſi patri. hoc dicit ſecundum unum modum antiquorum,vel ipſi filio ſ'm lectũ. vel intellectum Ioan. & ſic variatur iſta lec.duobus modis,& ſ'm eam refertur ad §.præcedentem.& loquitur de teſtimonio patris, vt nõ recipiatur pro filio,

filio,ſed in præcedenti lect.loquitur econuerſo,contra quam lect.
op.primo,ꝙ non conueniat literę,quia dicit teſtimoniis eorum,
q̃ in poteſtate ſunt,&c.& ſic videtur loqui de teſtimonijs filiorũ
non recipiendis pro patre,& tu dicis econuerſo,propter hęc glo,
exponit eorum.i.pro eis.¶Item adhuc op. quia ſecundum hoc
innuit,ꝙ ſi nec filio aliquid acquiratur,benè poterit pater teſtifi-
cari pro filio,ſed contra de eo,quod dixi in præcedenti lect. ꝙ fi-
lius non poteſt teſtificari pro patre, ſi negotium principaliter ad
patrem pertinet.licèt ex eo non reſultet ſibi vtilitas. Sed maior ra
tio eſt prohibendi teſtimonium patris pro filio,vt dicit glo.in p̃ce
denti lect.pp hoc antiqui ſubaudiebant hic maximè.q.d. ꝙ etiam
vbi nec patri,nec filio quęritur,deponere poteſt ꝓ filio,ſed Ioan.
fuit viſum abſurdum ſubaudire maximè,& dicit aliqua verba ſa-
tis inepta,quæ reprobantur per Docto.nam ex eis infert, ꝙ non
debeat ſubaudiri,& tamen illatio non eſt bona,nec ſequit̃ ex his,
quæ dixit Ioa.tene ergo,ꝙ ſubaudiatur tenẽdo illam lect.In quo
ergo magis prohibetur pater pro filio,quàm econuerſo?reſpon-
deo de mente Docto.videtur eſſe,ꝙ pater non poſſit teſtificari ꝓ
filio,q̃ econuerſo:reſpondeo de mente Do.videtur eſſe quòd pa
ter non poſſit teſtificari pro filio in illis tribus caſibus in quibus fi
lius non poteſt teſtificari pro eo,qđ ſupra dixi, & vltra illos etiam
in quarto caſu ſi ageretur de facto filij,pone exemplũ, filius tuus
fuit ſtipulatus nomine meo,ago ex illa ſtipulatione,quia fortè ſta
tutum dicit,quòd ex illa acquiritur actio mihi ſine ceſſione, vel
pone,quòd fuit ceſſa,induco in teſtamento te patrem ad probã-
dum factum filij,certè repelleris,licèt hoc non ſit teſtamentum fi
lij,nec ex hoc aliqua vtilitas reſultet filio,nec pertineat iſtud nego
tium principaliter ad filium,& ſic ſumus extra tres caſus,de quib
9.tamen,quia agitur de facto filij pp immoderatam affectionem
quam habet pater ad filium,repellitur tanquam ſuſpectus,& hoc
caſu verificatur id,quod dicit gl.in pręcedenti lect. verſic.item ſe-
cundum hoc iſtud tenent Doct.vt refert.Bart.qui non minus cõ
fusè loquitur,q̃ loquatur glo.tamen non video vbi iſtud dictum
probetur,licèt ipſe allegetl.quæſitum.de in ius vocan. quæ cum
4 violentia trahitur ad hoc,†ſi autem pater, vel filius procuratorio
nomine alterius agitaret cauſam,poſſet alterum in teſtem produ-
cere,ſi eſſemus extra dictos caſus ſecundum Bal.& Ray.de Forli.
¶In gl.ibi,vel hoc,quod dicit.hic glo.tranſit ad tertiam lect.ſm̃ q̃
hoc dicit,ſicut pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento filij militantis,
vt in præcedenti §.ſecundum caſum ibi expreſſum ,ita & pro eo
poteſt teſtificari in actibus inter viuos, etiam vbi reſultet vtilitas
ipſi filio,& eſt ſpeciale fauore militiæ.hęc lect. non eſt vera,vt dixi
in pręcedenti.§.& gl.eam non tenet,ſed primam certè,cætera vi-
5 de hic per Bar.qui examinat,†an mater poſſit eſſe teſtis pro filio,
& an frater pro fratre,& de alijs conſanguineis.

---

1 *Teſtis,ſi non probetur,ꝙ tempore teſtamenti erat furioſus, nihil agitur ad inualidandum teſtamentum,& quare.*
2 *Furioſus ante conditum teſtamentum præſumitur perſeueraſſe in furore tempore teſtamenti,& etiam poſt,niſi probetur,quòd habebat dilucida interualla.*
*Non ſequitur,talis ſemel poſſedit,ergo & nunc poſſidet.*
3 *Quòd præſumatur quis perſeuerare in eadem uoluntate.*
4 *Qualiter,& ex quib.actib.præſumatur quis fatuus,& furioſus,& qui teſtes debeant deponere remiſ.*

1 **§.Nec furioſus.** ¶†Quęro hic,ꝙ cum aliquis pro-
ducitur in teſtem pro teſtamento,
qui eſt furioſus,& hoc probatur,non tamen apparet, ꝙ tempore
conditi teſtamenti eſſet furioſus?Reſpondeo,non ſufficit ad inua
lidandum teſtamentum,quia probatio non cõcludit neceſſariò,
cum tempore teſtamenti poterit eſſe ſanę mentis:,oportet, ergo
2 probare,ꝙ tunc eſſet furioſus.ar.in l.non hoc.C.vñ cog. ¶†Item
quæro quid,ſi probatur,ꝙ ante conditum teſtamentum eſſet fu
rioſus,non tamen aliquid probatur de tempore teſtamẽti? adhuc
Bar.in l.1.vel 2.infra,de bon.poſ.infan.vel fur.&c.videtur idem di-
cere,ꝙ non ſufficiat,quia poſſibile eſt,ꝙ tempore teſtamenti fu-
ror non durabat.In contrarium facit,qa iſta non eſt qualitas,quæ
a varietur ex varietate temporis[a] eo modo,quo variat ætas,in qua
benè eſt verum illud,qa non ſequit̃,ſemel fuit minor, ergo nunc
eſt,vt l.ſpadonem.§.qui abſolutus.de exc.tu.nec eſt qualitas, quæ
de facili immutetur eo modo,quo immutatur poſſeſſio, quæ de
facili perditur vñ non ſequitur,talis ſemel poſſedit,ergo non poſſi
det,iuxta no,in l.ſiue poſſidetis.C.de proba,in l. cum ignorat. C.
ad exhi.per Cy.immo ſolet durare,quia cõiter dr̃,ꝙ qui ſemel in-
3 cipit fatuizare nunquam liberatur,†Dic ergo, ꝙ dicta qualitas, q̃
ſemel probatur affuiſſe,præſumitur perſeueraſſe in eadem volũ-
tate,niſi probetur contrarium,ſicut præſumitur quis perſeuera-
re,vt in l.Lucius.la.1.infra.de leg.2.licèt volũtas facilius varietur,
uel niſi probetur,ꝙ habebat dilucida interualla, quia tunc teſtm̃
pręſumeretur potius factum in dilucido interuallo,q̃ tempore fu
4 roris.ar.s.eod.l.in aduerſa.C.qui teſta.fac poſ.l.furioſum.†Quali-
ter aũt,& ex quibus actibus præſumat̃ quis fatuus, & furioſus,&
qui teſtes debeant deponere.Vide per Bar.in ea.l.1. vel 2.& adde
l.ob q̃ vitia,de ædil.edict.& l.pen,C.de conditio. inſtitu.

ADDITIO.

a Ex varietate temporis,an furioſus præſumatur durare in furore,uide per Io.de Imo.in clem.1.de homi.ꝑ nota.in l.furioſum.C.q teſta. face. poſ. per Bar.ↄſil.60.1.lib.vbi multa dicit,& uide pulchrum conſilium Ale.de Imol,in conſil.141.in 1.vol.& eundem Ale.de Imo.in conſil.85.in ſecundo vol.& in conſil.ſe.Franc.Cur.

---

1 *Condemnatus hac lege eſt infamis.*
2 *Si infamis adhibetur teſtis in aliquo inſtrumento inter uiuos, ex hoc ſolennizatur inſtrumentum,quod ſine teſtibus eſſet nullum,ſi contrahentes ſciebant ipſum infamem.*
3 *Qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio,nec etiam poteſt in teſtamento ad ipſum ſolennizandum,ſed multi poſſunt eſſe teſtes in actib.inter uiuos,& tamen non in teſtamento.*

1 **§.Eum qui.** ¶†Quæro quæ eſt ratio huius §. reſpon-
deo,qa cõdemnatus hac l. eſt infamis:cer
tè ſm̃ hoc condemnatus de quolibet capitali crimine ſimiliter ꝓ-
hibetur eſſe teſtis in teſtamento,vt l.infamen.de pub.iu. & etiam
plures alij condemnati de priuatis criminibus, vel etiam ex ↄ̃ctib.
2 de quibus habet̃ in l.1.ſupra.de infa.¶†Item quæro qd, ſi infamis
adhibeatur teſtis in aliquo inſtrumento inter uiuos, an ex hoc ſo
lennizetur inſtrumentum,quod ſine teſtibus eſſet nullum? dicũt
a quidam,ꝙ ſic,qa adhibetur de conſenſu[a] vtriuſque ↄ̃hentis, vt in
Aut. de tabel.circa princ.& ſic neuter poterit eũ repellere. ar. C.
de iureiuran.& l.ſi qs iuſiu.de teſt.l.ſi qs teſtib.iſta rõ procederet,
ſi ↄ̃hentes ſciebant ipſum infamen,aliàs quantum ad ignorantem
3 non vr̃ approbatus.¶†Vltimo verò not.bonam regulam negati
uam,quod qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio, nec etiam in teſta
mento ad ipſum ſolennizandum,ſed r̃la affirmatiua nõ ſic proce
dit,qa multi poſſunt eſſe teſtes in iudicio in actib. inter viuos,tñ
non in teſtamento vt infra proxi.§.

ADDITIO.

a De conſenſu.An teſtis inhabilis a partibus reprobatus poſſit reprobari, vide per Ale.in conſi.188.

---

1 *Argumentum a contrario ſenſu licitum eſt.*
2 *Argumentum a contrario ſenſu interdum eſt probabile,& neceſſarium,& quando.*
3 *Interdum eſt probabile,ſed non neceſſarium,quando colligitur a contrario ſenſu rationis ceſſantis,niſi ratio non eſſet expreſſa.*
4 *Aliquando nec neceſſarium,nec probabile,quando in eo ſequeretur abſurditas,uel legum correctio.*
5 *Statutum,quod filia fœmina poſſit ſuccedere patri,uel matri,ſi non extat maſculus,an ſi maſculus extat,ſuccedere poſſit.*
*Argumentum a contrario ſenſu non debet ſumi in ſtatutis,ubi inducitur legum correctio.*
6 *Quando lex prohibet aliquem teſtari,uidetur ꝓhibere etiam codicillari.*
7 *In teſtamento inter liberos poteſt mulier eſſe teſtis.*
*Quid in naturalibus tantum.*
8 *In relictis ad pias cauſas poteſt mulier eſſe teſtis in teſtamento.*
*In criminalib.põt mulier eſſe teſtis de iure ciuili,ſed de iure canonico nõ.*

1 **§.Mulier.** ¶†Not.hic ad qđ ſemꝑ allegat̃,ꝙ licitũ eſt ar-
guere a ↄ̃rio ſenſu legis,& gl.hic ſentit, ꝙ talis
ↄ̃rius ſenſus habeat̃ ꝓ ipſa l.ideſt,ꝙ habeat̃ ꝓ expſſo in l.id,qđ taci
a tè colligit̃ a ↄ̃rio ſenſu.[a] Et†dicit hic Bal.tria verba notabilia. ꝙ ar-
2 gm̃ a ↄ̃rio ſenſu interdũ eſt ꝓbabile,& neceſſariũ, vt qñ colligit̃ a
ↄ̃rio ſenſu ↄdõnis appoſitæ,vt l.j.§.huius rei.de of.eius cui man.ẽ
iu.& l.inter ſocerũ.§.inter.de pac.do.uel qñ colligit̃ a ↄ̃rio ſenſu
caſus ſpãlis,vt in hoc §.qa ſpãliter fuit ſtatutũ,ꝙ cõdẽnata de adul
terio nõ poſſit eſſe teſtis:nã neceſſariò ſeqt̃, ꝙ ſi eſt ſpãle in hoc
3 caſu,ↄ̃riũ ſit ius cõe,ut l.j.in fi.ad muni.†Interdũ eſt ꝓbabile,ſed
nõ neceſſariũ,vt qñ colligit̃ a ↄ̃rio ſenſu rõnis ceſſantis,vt ſi lex ali
qd diſponat pp aliquã rõnẽ:nam a ↄ̃rio ſenſu,vbi ceſſat illa rõ,ibi
ceſſat l.diſpoſitio.l.adigere.§.q̃uis.de iure patro. aliqñ tñ ſecus eſt
qñ rõ nõ eſſet expſſa in lege,nec eſſet rõ finalis,ſed impulſiua,iux
4 ta ea,q̃ hñtur in l.2.in fi.de do.†aliqñ nec eſt neceſſariũ,nec ꝓba-
bile,qñ ex eo ſequeret̃ abſurditas,vel legũ correctio,vt C.de cõ-
5 diti.inſer.l.1.& l.cõuenticulã.de epi.& cle.¶†Ex p̃dictis patet ſol.
qõnis,ſi ſtatutũ dicat,ꝙ filia fœmina poſſit ſuccedere pr̃i, vel ma-
tri,ſi nõ extat maſculus,vt dicit Flo.an ſi maſculus extet, ſuccede-
re poſſit?& vr̃,ꝙ nõ,qa ſeqt̃ ex hoc correctio iuris cõis, qđ vult
fœminas cũ maſculis ſuccedere,& qa ↄ̃rius ſenſus vr̃ ex interptã
tione extẽſiua,vt l.apud aliquos.C.de fur.nõ ex ꝓprio ſignificatu
& ſic vr̃ ceſſare ĩ ſtatutis, vt l.3.§.hæc uerba.cũ ibi no.s.đ neg.geſt.
dñs Cy.cõſuluit ↄ̃riũ in ſtatuto Florẽtino,& ipsũ ſeqt̃ Bal.in l.ↄuẽ
ticulã.ſed nõ rñdet ad p̃dicta.ego ſuſtinẽdo alias dixi, ꝙ qñ ſtatu
tũ eſſet ſuperfluũ,& nihil operaret̃, ſi nõ ſumeret arg.à ↄtrario ſẽ
ſu, ut tunc procedat determinatio Cy. licèt ſequatur iuris cõis
correctio,

ADDITIO.

a Contrario ſenſu.De hoc latè per d.Iaſ.in l.1.ſupra de officio eius, & ibi per Alex.& in apoſti.per me.

correctio,aliàs non debet ſumi,& ſatis eſt,ꝙ in aliquo poſſit operari,& ſic intelligatur doctrina Iaco.But. & aliorum notata in l. omnes populi.de iuſt.& iu.quòd non debeat ſumi.vbi inducitur
6 legum correctio.licèt Doct.ibi non tangăt.¶†In glo.j.ibi,(ſed in
a codicillis non vetatur,)ᵃ not.ſingulariter hanc glo.ꝙ licèt regula ſit,ꝙ qñ lex prohibet aliquem teſtari,videatur prohibere etiam codicillari,vt in l.2.de leg.j.non ſic,qñ prohibet aliquem eſſe teſtem in teſtamento,cenſetur prohibere,ꝙ nõ ſit in codicillis hoc
7 dicit iſta gl.ſingularis.†Et adde,ꝙ etiam in teſtamento inter liberos,in quo non requiritur ſolennitas poteſt eſſe mulier teſtis, ut no.C.eo.tit.auth.ꝙ ſine.hoc tamen verum inter legitimos, & naturales,quid in naturalibus tantum?Specu.tenuit idem,ꝙ remittatur ſolennitas.ſi non extant legiti.& naturales,vt ipſe not.in Spec. de inſtru.edi.§.compendioſè,verſicu.quid ſi pater.Bald.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orſi.vr̃ tenere contrarium.ita dicit fuiſſe conſultum, per quam plures Docto.Floren.quia non habent illam prærogatiuam,quam legiti.ſed in l.fi.C.fam.erciſc.vr̃ aliter diſtinguere.dic,
8 vt ibi ꝑ eum.†Similiter in relictis ad pias cauſas,vr̃ ꝙ mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento eadem ratione,quia ſolennitas iuris poſi-
b tiui remittit̃ in talibus. Vltimo dubitat̃,an in criminalib.mulierᵇ ſit idonea teſtis.& br̃ de iu.ciuil.probatur hic,ꝙ ſic, ſed de iure canonico tenetur contrarium,vt habetur in c. cum ex literis. extra de teſt.& de verbo ſignifi.c.forus.§.fin.

ADDITIONES.

a Non uetat̃.Vide in c.cũ ex literis,& in c.qm̃ aliqua.de teſtib.Bal. in l.ſcripturas.C.q.po.in pig.ha.Bal.in l. 1.C.de ſacroſan. eccle. ꝑ eundem Paul. cõſ.344.an aũt tp̃e peſtis poſſit eſſe teſtis in teſt. Barbat. ponit in quodã ſuo conſil.ſed non recordatur.

b In criminalib.mulier.Adde Ale.de Imo.in conſ.11 col.pe.& cõſi.29.col.2.conſi.19.col.2.conſ.90.col.1.in fi.in primo uolu.& in conſi.24. col. 1. uerſi.4.q̃a non vr̃,& col.4.uerſi.nec obſtat,ꝙ iſta fit.& in conſi. 227. col. 1.uer.& facit,in 2.uolu.& ibi,an admittat̃ qñ ueritas per maſculos haberi non poteſt,ubi ait,quòd ſic,& illud con.habes in con.74. in primo uolu.Fran.Cur.

## §.Seruus. Non ſummatur.

1 *Teſtator ſi teſtamentum ſcripſit manu ſua,& clauſit: poſtea uocauit ſeptem teſtes,& dixit,quòd ibi continebatur ſuum teſtamentum, & ꝙ deberent ſe ſubſcribere,& ſigillare,& aliqui hoc fecerunt, deinde antequã alii facerent,receſſerunt,quòd teſtamentum non valet, & quare.*

2 *Qualiter Græcus poteſt eſſe teſtis in teſtamento Latini,uel Theutonicus, ſeu Gallicus in teſtamento Italici,licèt non intelligant idioma, dum tamen percipiant ſenſu,quod agitur.*

3 *Teſtis debet deponere de eo,quod percipit ſenſu corporeo,& quid ſi redderet rationem per iudicium intellectus.*

*Quinque ſunt ſenſus corporei.*

4 *In his quæ percipiuntur ſenſu valet teſtimonium,ſine redditione cauſę, etiam. ſi non fuit teſtis interrogatus.*

*Idem eſt adhibere,quod rogare.*

5 *Notarius ſi fuit coactus conficere,uel rogare inſtrumentum, & hoc põt probari,quòd tale inſtrumentum ipſo iure non ualeat.*

1 §.Et veteres. ¶†Hic incipit tractare de forma teſtĩ: & not. ex prin. prout intelligit̃ in teſtõ in ſcriptis,ꝙ ſi teſtator ſcripſit teſtm̃ manu ſua, & clauſit: poſtea vocauit 7.teſtes,& dixit,ꝙ ibi continebat̃ ſuũ teſtm̃, & ꝙ dẽrent ſe ſubſcribere,& ſigillare,& aliq̃ hoc fecerũt:deinde anteq̃ alij facerent,receſſerũt,teſtm̃ non valet,q̃a debuerunt oẽs ſtare a principio vſque in finem.ita ꝙ teſtator habuerit teſtm̃ pro perfecto, & conſummato,& prout intelligit̃ in teſtamento nuncupatiuo, licèt teſtator coram 7.teſtibus expreſſerit intentionem ſuam circa inſtitutionem hæredum,ſi aliqui receſſerunt anteq̃ habeat̃ teſtamentum pro completo,ſil'r non valet,q̃a dẽt fieri vno con-
2 ſenſu,& ſine intermiſſione aliqua. ¶†Item not.in uer.non tñ, ꝙ vnus Gręcus põt eſſe teſtis in teſtõ Latini,& vnus Theutonicus, vel Gallicus,in teſtõ Italici,licèt non intelligant idioma, dum tñ ſenſu percipiãt,quod agit̃,ſed qualiter poterit ꝑcipere? reſpõdeo,
3 ꝑ interpretẽ.de quo vide per Bar.in l.1.in fin. de verb. obl. ¶†Itẽ no.in ver.{nam ſi vel ſenſu,} illud ad quod ſemper alleg. ꝙ teſtis dẽt deponere de eo,qđ percepit ſenſu corporeo, ſic. C. de teſt.l. teſtium.ſunt aũt quinq; ſenſus corporei,vt no.gl. in l.quod meo.
a §.pen.de acq.poſ.& viſus eſt generaliorᵃ omnib.alijs, vñ põt reddere teſtimonium de viſu, licèt percipiat alio ſenſu, nec erit ineptum teſtimoniũ,vt not.per Cy.in d.l.teſtium. ſi aũt nõ redderet rõnem ꝑ ſenſum corporeũ,ſed ꝑ iudicium intellectus, q̃a ſit tale quid,qđ ſenſu corporeo non percipit̃,puta dñium, tunc non eſt ꝓpriè teſtis,ſed magis iudex,iõ ſibi nõ credit̃,niſi reddat rõnẽ ſufficientẽ,ẽt nõ interrogatus,ut ſingulariter no. Inn.in c. cũ cãm. ex̃ de teſt.vt ſi deponat aliquẽ eſſe dñm talis rei. nõ.n. ſibi credit̃, niſi aſſignet cãs,ex quib.põt hoc credere,puta,q̃a uidit ipſum tenere,& poſſidere,& fructus colligere ꝑ tm̃ tp̃s, qđ ſufficiat ad ꝓ-
4 ſcribendum.†In his aũt q̃ percipiunt̃ ſenſu,valet teſtimoniũ ſine redditione cãæ,ſi nõ fuit interrogatus.vt not in l. ſolã. C.de teſti. ¶No.ẽt in ver.(adhibitus.)ſ'm Bal.ꝙ idẽ eſt adhibere, ꝙ rogare, & ſi in inſtr̃o dr̃ ꝓſentib.talib.teſtib.adhibitis,licèt nõ dicat, roga-
5 tis.ſufficit,vide ꝑ Bar.in l.ſciendum.de ver.oblig. ¶† Vltimo not. in fi.regulariter ſ'm Bald.ꝙ ſi notarius fuit coactus conficere, vel rogare inſtr̃m,& hoc poteſt probari,ꝙ tale inſtr̃m ipſo iure non valet,quia bona eſt argumentatio de teſte ad inſtrumentum,vt l. in exercendis.C.de fide.inſtru.

ADDITIO.

a Generalior.Adde gl.3.q.9.ca.teſtes.Arch.in c.hoc iure iurã.22.q. 5.Bar.ĩ l.fi.ꝑ illũ tex.C.de pic.no.ubi dicit,ꝙ teſtis dicẽs ſcio,q̃a tetigi cum manib.& res nõ eſt tangibilis,quòd referſ ad actũ congruũ,& uide Bal.in l. teſtium.C.de teſt.Ioan.An.in c.quorundam.de elec.in vj.

## LEX XXI.

1 *In teſtamento nuncupatiuo,nomen hæredis eſt palam nuncupandum,taliter ꝙ a teſtib.neceſſarijs intelligatur,ſed in teſtamento in ſcriptis,ſufficit,ꝙ ſcribatur,licèt a teſtib.non intelligatur.*

2 *Verbum exaudiri,importat duo.ſ.ꝙ aliqui audiantur,& intelligantur.*

*Si quis coram 7.teſtibus dicat,inſtituo hæredes, uel facio teſtamentum meum in omnib.& per omnia prout continetur in quadam ſcriptura manu mea confecta,quam dimiſi penès guardianum fratrum minorum, an erit teſtamentum nuncupatiuum.*

3 *Quòd teſtator videatur voluiſſe ſtari dicto guardiani,ꝙ illa ſit ſchedula, quàm ſibi tradidit,poſtquam tantum de ipſo confidit.*

*Inſtitutio hæredum non poteſt fieri nutu,licèt ſecus in legatis.*

4 *Si notarius dixit teſtatori,qui poterat loqui,vis,ꝙ tales ſint hæredes tui, & ipſe reſpondit,ꝙ ſic,an valeat inſtitutio.*

*Teſtamentum in ſcriptis poteſt teſtator facere ſcribi per alium,& ſufficit, ꝙ teſtes ſubſcribant, & ſigillent.*

5 *Si omnes teſtes ſubſcripſerunt,& ſigillauerunt excepto vno, non valebit tanquam teſtamentum in ſcriptis.& an ualeat tanquam teſtamentum nuncupatiuum.*

*Teſtamentum in ſcriptis poteſt etiam valere iure teſtamenti nuncupatiui,ſi teſtator ſpecificauit nomina hæredum coram teſtib.& tamen clauſit ſcripturam,& fecit eam ſcribi,& ſigillari.*

*Dictio palam,quid importet.*

6 *Teſtes deponentes de fama,ſi interrogati de cã ſcientiæ.dicunt, q̃a publicè hoc dicitur,an ſufficiat,& qño intelligatur aliquid dici publicè.*

7 *Si aliqui teſtes dixerunt uera eſſe contenta in articulo, & interrogati quibus præſentibus illud factum fuerit,dicant præſente Titio, & Seio, poſtea Titius,& Seius interrogati dicant,ſe nihil ſcire, non tamen uitiatur dictum illorum.*

8 *Si notarius rogatus de teſtamento coram 7.teſtibus ſcribit, qualiter talis in præſentia ſui notarij, & Titii,& Seii,& etiam quinque aliorum teſtium quos non nominauit,fecit teſtamentũ in hac forma,& c.an iſtud inſtrumentum probet teſtamentum.*

9 *Quid ſi omnes ſeptem fuerunt ſpecificati,tamen mortui ſunt,uel non teſtificantur pro inſtrumento.*

10 *Quòd ſi vnus ex teſtib.neceſſariò deſcriptis in inſtrumento,deponat cõtra inſtrumentum,faciat fidem inſtrumenti uacillare.*

1 HAeredes palam. †In teſtamento nũcupatiuo, nomen hr̃dis eſt palam nuncupandum,taliter ꝙ a teſtibus neceſſarijs intelligatur,ſed in teſtamento in ſcriptis,ſufficit ꝙ
2 ſcribatur,licèt a teſtib.nõ intelligat̃.h.d. ¶†In tex.ibi,(exaudiri)hoc verbum importat duo.ſ.ꝙ audiant̃,& intelligant̃, ꝑ ꝓ dictionem ex,quæ auget ſignificatum,vt patet s̃.proxi.§.dum dr̃,ꝙ teſtes debent ſenſu percipere,nam ſenſus eſt ipſe auditus,q̃a percepto cõſiſtit intelligendo,poteſt.n.quis audire,& non intelligere, vt patet ad ſenſum. ¶In tex.ibi,{nuncupãdi ſunt.}ſupple explicitè, vt cum propria nomina exprimuntur vel implicitè,vt cum nõ exprimũtur per ſe,ſed per relationem ad aliud,ut ſi coram 7. teſtib. dicat, inſtituo hr̃des,uel facio teſtamentum meum in omnibus, & per omnia,prout continetur in quadam ſcriptura manu mea confecta,quam dimiſi penes guardianum fratrum minorum.Nam valebit,& erit teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita,q̃a perinde eſt,ac ſi expreſſiſſet omnia,quæ in illa ſcriptura cõtinent̃,argu.in l.aſſe toto.de hær.inſt. & ita determinat Bart. in l.ſi ita ſcripſero.infra de cõd.& dem.licèt Iac. de Bel. tenuerit ꝯ̃rium, ꝙ iſtud nec ſit teſtm̃ nuncupatiuum, q̃a nomina hæredum non ſunt palã nuncupata,nec a teſtib. intellecta, ut hic, nec in ſcriptis, quia non ſunt ibi ſubſcriptiones teſtium,nec ſigilla,ſed Bart. ꝯ̃,ut dixi,& addit hoc eſſe uerũ,dummodo conſtet, ꝙ illa ſit ſchedula ſcripta manu teſtõris,ꝑ l.q̃ hæredi.j.de re. du. hoc puto uerum,
3 qñ teſtator aſſeruit,ꝙ erat ſcripta ſua manu, alias ſecus, † & tunc puto ſtandum dicto guardiani cum iuramento,ꝙ illa eſt ſchedula,q̃ teſtõr ſibi tradidit,q̃a teſtõr vr̃ uoluiſſe ſtari dicto eius,poſtq̃ tm̃ de ipſo cõfidit,argu.in l.Theopompus.j.de do.prælega. patet ergo ex iſto tex.ꝙ inſtitutio hæredũ non põt fieri nutu, licèt ſecus in legatis,vt l.nutu.de legat.tertio.vnde fuit,alias reprobatum

quoddam teſtamentum,quia cum teſtator perdidiſſet loquelã,
ſed non intellectum,quidam acceſſit ad eum cum 7. teſtibus, &
dixit,ſi vis,ꝙ ſim heres tuus,ſtringe mihi manum. vel facias tale ſi
gnum,& ipſe fecit,certe non ualuit,quia pro mortuo habebatur,
poſtquam non poterat loqui,vt l.iubemus.poſt princ.C. eodem.
4 ¶†Quid autem ſi poterat loqui,ſed non expreſſit a ſe,immo no-
tarius dixit,vis,ꝙ tales ſint hæredes tui,& ipſe reſpondit, ꝙ ſic, an
valeat,dic,vt not.in d.l.iubemus.in glo.vt ibi tetigi.¶In tex.ibi,(vel
ſcribere)ſupple per ſe,vel per alium,& tunc non oportet,ꝙ teſtes
intelligant contenta in ſcriptura,ſed ſufficit,ꝙ ſcribant, & ſigillẽt,
vt l.hac conſultiſſima. C. eo. poſtea verò per l. iubemus. fuit im-
mutatum,vt ſaltem nomina hæredum debeant ſpecificari,etiam
in teſtamento in ſcriptis,vel propria manu ſcribi,non ꝑ alium,ſed
per auth. ibi poſitam illud corrigitur, & reditur ad iura vetera.
5 †Quid autem ſi omnes teſtes ſubſcripſerunt,& ſigillauerũt, vno
excepto,certum eſt,ꝙ non valet tanquam teſtamentum, in ſcri-
ptis,vt d.l.hac conſultiſſima.in fin. princ. Sed an valebit tanquam
nuncupatiuum?videtur,ꝙ ſic,poſtquam teſtator eis dicit, ꝙ ibi
continebatur ſuum teſtm̃,& ſic fuit nuncupatio implicita,ꝑ ea,q̃
dixi in princ.contrarium dic,quia hic apparet, ꝙ noluit teſtari in
ſcriptis,poſtquam fecit aliquos ſcribere,& ſigillare,vnde ſi nõ va
let illo modo,nec valet alio modo,arg.in l.non codicillum C.eo.
ſed in eo,quod dixi in princ.apparebat,ꝙ uoluit teſtari in ſcriptis,
ſed nuncupatiuè,cum non elegerit viam ſubſcriptionum,& ſigil
lorum,& ideo ualet,vt valere poteſt.quid autem ſit, ſi poteſt va-
lere vtroque modo,quia ſpecificauit nomina hæredum coram
teſtibus,& nihilominus clauſit ſcripturam,& fecit eam ſubſcribi,
& ſigillari.reſpondeo,valet vtroque modo,quia non ſunt formę
contrariæ,ſed diuerſæ,licèt in nuncupatiuo non requiratur ſcri-
ptura,nec in ſcriptis requiratur nuncupatio,ſi tamen interueniat
non habet vitiare,hoc tenet Cyn.in d.l.hac conſultiſſima.§.ꝑ nun
cupationem.¶In tex.ibi,(non vtique in publicum.).i.in loco pu-
plico,vel coram multitudine populi,& ſic not.duplex ſignificatũ
huius verbi,palam,nam interdum intelligitur.i.coram multis,vt l.
palam.de verbo.ſignifi.& hoc,dum dicit in publicum,interdum
dr̃ palam fieri id,quod intelligitur,licèt non fiat coram multitudi
6 ne,vt ſequitur.†Interdum,vel palam.idest ſine defectu, & ſine di-
ſtinctione perſonarum.l.palam.in princip.de ritu nup. C. hæc fa-
a ciunt ad q. Si teſtes deponunt ſuper fama, & interrogati de cauſa
ſcientiæ,qualiter ſciunt, dicunt quia publicè hoc dicitur,an ſuffi-
ciat?& videtur,ꝙ non dicitur fama,niſi a maiori parte populi,ſed
publicè poteſt aliquid, dici qñ in plateis,vel locis publicis dicitur,
& a pluribus,licèt non a maiori parte,Dyn.tamen conſuluit con-
trarium per l.3.in princi.ff.ad Macedon.vide per Bar.in l.de mino-
re.§.tormenta.de q̃ſtion.¶In fi.tex.ibi,(ſolennem numerum.)pu
ta 7.vt ff.eod.l.ſi teſtamentum.& de vulg.& pup.l patris. & filij.
7 & l.cum tabulæ.ff de poſ.ſecundum tabu.†Et no.ex iſto text.ſin-
gulariter ſm̃ Bal.ꝙ ſi aliqui teſtes interrogati depoſuerũt vera eſ-
ſe contenta in articulo,interrogati quibus pręſentibus illud factũ
fuerit,dicunt pręſente Titio,& Seio,poſtea Titius, & Seius inter-
rogati dicunt ſe nihil ſcire,non propterea vitiatur dictum illorũ,
ſi ſunt inſufficienti numero ad probandum, & hoc etiam habui
de facto,quia in quodam inſtrumento erant deſcripti 6. vel 7.te-
ſtes,cum ſufficerent duo,vel tres,& duo interrogati reſponderũt
ſe non interueniſſe in illo contractu,alij verò erant mortui, quæ-
rebaẽ,an ex hoc inſtrumentum redderetur vitioſum, videtur, ꝙ
ſic,quia ſufficit,ꝙ vnus ex teſtibus deſcriptis in inſtrumento con
tradicat ei,vt reddat ipſum ſuſpectum,vt plenè not. in l.2.in fin.ff.
quemad.te.ape.per Bar.& per Innoc.in c.cum Ioannes.de fi. in-
ſtru.ↄrium dicebam,quia hoc eſt verum, quando non ſunt de-
ſcripti plures,quàm neceſſarij,aliàs ſi remanent neceſſarij, qui nõ
contradicunt,non videtur nocere cõtradictio aliorum ſupernu-
b merariorum,vt hic.tene menti.[b]†In ʃ.q.gl.ibi,ꝙ continet duorũ,
8 uel trium hominum ꝑſentiam,intellige iſtam gl.ſm̃ Bart.in nota-
rio,qui rogatus fuit de teſtamento coram 7.teſtibus, & in inſtru-
mento ſcripſit,qualiter talis in pręſentia ſui notarij,& Titij.Seij,&
etiam 5.aliorum teſtium,quos non nominauit,fecit teſtamẽtum
in hac forma,&c.quæritur,an iſtud inſtrumentum probet teſta-
mentum,& glo.hic fi.concludit,ꝙ non,& do.declarant, quia te
ſtes non nominati in inſtrumento nullum robur dant inſtrumẽ-
to,iõ poterunt eſſe teſtes inhabiles,vt in l.præce. & iõ perinde eſt,
ac ſi iſtud inſtrm̃ eſſet confectum ſolum coram illis duobus no-
minatis,vñ non hẽt vim,niſi duorum teſtium, hoc verum,ſi ad-
uerſarius,ↄ quem producitur tale teſtm̃,negat teſtm̃ factum fuiſ-
ſe,& ſic illud inſtrumentum non põt probare veritatem facti,ad
quam probandam requiruntur 7.vt C.de fideiuſ.l.fin. ſed ſi con-
fiteretur teſtamentum fuiſſe factum in illa forma,& ſic conſtaret
de veritate,diceret tamen non interueniſſe,niſi duos teſtes ſpecifi-
catos in inſtrumento,vel nullum interueniſſe, & ſic erat dubium
de ſolennitate,non de veritate,tunc nos habemus, quòd ſolenni-
tas poteſt probari per duos teſtes,quando conſtat de veritate,vt
not.per glo. & Do.in l.2. C.de bon. poſ. ſecundum tabu.eodem
modo poteſt probari per iſtud inſtrumentum,quod habet vim
duorum teſtium,etiam ſi illi duo ſpecificati ſint mortui,vel abſen
tes,ſi aũt notarius nõ fuiſſent rogatus de teſtõ, tunc illud inſtrm̃
nihil ꝓbaret,ſiue a ſeipſo nõ rogatus ipſum ↄfeciſſet, vt ſi fuit tũc
ꝑſens,q̃a non põt conficere inſtrm̃ non rogatus:vt no. in Auct.
de tab.ſiue fuit rogatus a teſtatore de confeſſione ſua, q̃a fuit cõ-
feſſus ſe feciſſe teſtm̃ corã 7.teſtib.in quo ſic diſpoſuit, q̃a tali con-
feſſioni non dẽt ſtari,ne ſit in eius poteſtate legẽ eludere, q̃ requi-
rit interuentũ 7.teſtium,nam q̃libet poſſet confiteri coram duo-
bus ſe feciſſe coram 7 cum tñ non feciſſet, vñ ſi ſtaret̃ confeſſio-
ni,eluderet̃ lex,ergo,& c.argu.in l.nec in poteſtate.ſupra. de arbit.
9 †Sequens autem quæſtio gl procedit,qñ omnes 7. fuerunt ſpeci
ficati,tamen mortui ſunt,vel non teſtificant̃ pro inſtrumento,an
tale inſtrm̃ probet teſtamentum,& vr̃,ꝙ non q̃a debet probari
per 7.teſtes,& inſtrm̃ hẽt vim duorum,vel trium, & hoc tenuit
Azo.Io.ↄ,& eius opin.de conſuetudine ſeruatur ſm̃ glo. Doct.di
cunt,ꝙ immo ẽt de iure,q̃a inſtrm̃ hẽt vim tot teſtium, quot ibi
ſunt deſcripti ſm̃ Dy. ego ſuppleo. ſ.de neceſſitate actus,nam ſi
ſunt ſcripti plures,q̃ ſint neceſſarij.hẽt uim dũtaxat neceſſariorũ,
iſtud verum, niſi aliqui teſtes deponant contra inſtrm̃, quia tũc
hẽt vim duorum,& ideo per teſtes tres reprobaret̃ tale inſtrm̃,i-
ta videnẽ intelligere Doct.qđ mihi nõ placet, immo cum habeat
vim 7.teſtium,quia 7.ſunt neceſſariò deſcripti, non reprobaret̃ ꝑ
tres,ſed requirerent̃ 8.q̃a requireret̃ maior numerus,vt præualet
iuxta no.ꝑ In.in c.cum Io.de fid.inſtru.tunc hẽt vim duorum te-
ſtium,qñ duo tñ requirunt̃,vt eſt regulariter in actibus inter vi-
10 uos,& ſic intelligo no.in l.in exercẽdis.C.de fide inſtrum.†Et hoc
qñ teſtes deponentes ↄ inſtrum non ſunt ibi deſcripti,aliàs ẽt ſi v-
nus neceſſariò deſcriptus deponens ↄ,faceret fidẽ inſtri vacillare,
vt no.in d.c.cum Ioan.& in l.fi.ff.quemad.teſta.aperi.

ADDITIONES.

a Fama.Vide qualiter debeãt deponere teſtes ſuper publica uoce, & fama Fran.de Are.conſi.73.

b Tene menti.Vide eundem Paul.conſi.364.ſupra impreſſis per Aſolam.

---

1 *Teſtator ex interuallo,ſi uult aliquid mutare circa inſtitutionem hæredum remanentibus alijs in ſuo ſtatu,debet omnia ex integro facere.*

2 *Qui aliquid immutat circa ſubſtantiam eius,quod fecerat, dicitur de nouo facere.*

3 *Mutatio libelli,de qua in l.edita.C.de edẽdo.non põt fieri poſt lit. cõteſt.*
*Declaratio trahitur retro ad tempus diſpoſitionis factæ.*
*Noua lex declaratiua ueteris trahitur ad præterita negotia.*

4 *Teſtis poteſt declarare dictum ſuum ex interuallo abſque nouo iuramento,& noua citatione partis,& poteſt addere quod omiſit.*
*Appellatio ab interlocutoria,licèt non poſſit fieri,niſi in ſcriptis,poterit tamen ex poſtfacto aliquid declarari circa ipſam ſolo verbo, & ſic ſine ſcriptura.*
*Declarationes,quæ fiunt per Papam circa gratias factas per eum,præiudicant alijs,quibus erat ius quæſitum, niſi declaratio conſiſtat circa id, quod non eſt dubium in iure.*

5 *Ex præcedentibus,& ſequentibus,declaratur voluntas teſtatoris, & ex conſuetudine teſtatoris.*

6 *Si teſtator vult aliquid immutare circa legata facta in teſtamento, uel aliquod eorum,& vult,quòd alia remaneant in eodem ſtatu, non habet neceſſe alia repetere in ſpecie,uel in genere ipſa confirmando, ut firma remaneant.*

7 *An talia legata facta in teſtamento coram 7.teſtibus poſſint reuocari in codicillis,uel in alia uoluntate ademptiua coram 5.teſtibus.*
*Codicilli ſunt,quando in eis fiunt legata,uel fideicommiſſa; & quid ſi fiat ſolum ademptio legatorum factorum in teſtamento,& quæ alia poſſint fieri in codicillis.*

8 *Præſuppoſito,quod talia legata de quib. ſupra,poſſint adimi in codicillis, vel coram 5.teſtibus,an iſta ademptio fiat ipſo iure,uel ope exceptiõis, & quis effectus reſultet.*

9 *Eadem ſolennitas,quæ fuit neceſſariò adhibita in conferendo, debet adhiberi in adimendo.*

pliciter exhæredauit,& vtraq; bona eſt.¶Item adhuc oppo.quia
tex.innuit,ꝙ valet primus gradus,a quo fuit exhæredatus,dum di
cit,ꝙ mortuus fuit,dum penderet,an primus eſſet aditurus,& ſic
innuit,ꝙ poſſit adire.Sed ꝯ,qa tex.dicit,ꝙ fuit exhæredatus a pri-
mo hærede,& ſic a perſona,ergo non valuit exhæredatio,vt in d.
§.filius.ver.niſi fortè.Sol.dic.a primo hærede.i.a gradu,in quo fuit
inſtitutus primus hæres. Vel dic proprie,& ꝙ non fuit inſtitutus,
niſi vnus,puta primus,& ꝙ valet exhæredatio, ſi fiat, ab hærede
inſtituto,& eod.modo,ſi eſſent plures, valeret ſi eſſet facta ab oī-
bus,quia potius cenſetur facta a gradu,q̄ a perſona, ſecus ſi ab v-
na perſona ex pluribus inſtitutis,vt in ꝯrio,& l.non putauit.§.ſi ab
vno.de ꝯtab.& dixi.in §.fi.illius l.3.ſuper gl.quæ incipit,hoc expreſ
ſo.in fi.& ſic eſt expedit a gl.j.

---

## LEX XI.

1 *Qui poteſt habere poſthumum naturaliter, licet cum difficultate ſine expectatione triſtis euentus,uel ſine turpitudine,poteſt poſthumum inſtituere,& teſtamentum rumpitur primum.*
2 *Natura potius,quàm accidens,aliquando econtra.*
3 *Clericus conſtitutus in ſacris ſi inſtituat filios,uel poſthumos,quos habebit,cenſetur ſenſiſſe de illi,squos licitè habere poteſt.ſ.per adoptionem, vel ſi habebat filios baſtardos,cum erunt legitimati.*
*Si inſtitueret poſthumos,quos habebit ex tali muliere, quòd inſtitutio nō valet.*
4 *Si grauo hæredem meum,ſi deceſſerit ſine liberis,uideor intellexiſſe de naturalibus,non de adoptiuis.*

1 SI quis. †Qui poteſt habere poſthumū naturaliter, li
cèt cum difficultate ſine expectatione triſtis
euētus,uel ſine turpitudine, poteſt poſthumum inſtitue
re,& teſtm̄ rumpitur primum,licèt poſthumum non habeat, qa
ſufficit,quod habere potuit,ſecus ſi inſtituat poſthumum, quem
non poteſt habere ſine expectatione triſtis euentus,vel ſine turpi
tudine,h.d.prin.huius l.vſq; ad §.ſi filium.iuncto §.pen.qui incipit,
ſed ſi ea.& §.fi.&c.¶In princ.text.ibi.(conſuetudo ſpectanda eſt,)
ſupple,quæ olim fuit in hoc teſtatore potius,q̄ temporale,uitium
2 ſeu valetudo,quæ hodie eſt,& hoc,quod ſequitur,& ſic† not.ꝙ
potius inſpicitur natura,q̄ accidens aliquando,& econtra,ut l.j.§.
beſtias.de poſtu.facit ad primum l.qui habet.ſ.de tut.¶ In tex. ibi.
(ꝙ turpis ſit inſtitutio.) quia non pōt illam habere vxorem, niſi
maritus moriatur,vel ab eo diuertat,& utrunq; expectare turpe
eſt,de primo patet in l.inter ſtipulantem.§.ſacram. de verborum
ſign.de ſecundo in l.reprehendenda.C.de inſti.& ſubſti.¶In gloſ.
ibi.(nepotes ſuos.)qui loco poſthumorum habentur, qn̄ poſt te
ſtamentum incipiunt tenere primum locum in ſuitate patre ſolū
3 de medio ſubducto,vt ȷ.eo.l.poſthumorum.¶†In glo.ibi,(quos
adoptauit,) no.iſtud exemplum,per quod patet, ꝙ clericus con-
ſtitutus in ſacris,ſi inſtituat filios,vel poſthumos,quos habebit, cē
ſetur ſenſiſſe de illis,quos licitè hr̄e poteſt,ſ.per adoptionem,uel ſi
habebat filios baſtardos,de illis cum erunt legitimati,nam pn̄t le-
a gitimari per Principem,[a] vt no.in Auth.quibus mod.na.effi.ſui.§.
fi.non autem de illis,quos poteſt habere illicitè.ar.ȷ.ver.ſed ex ea.
& no.in l.hæredib.ȷ.ad Trebel.ſed ſi inſtitueret poſthumos,quos
habebit ex tali muliere,non valet, quia ex illa non poteſt habere
licitè,etiam ſi teneat eam in concubinam, quia hoc prohibet cle-
ricis,ſicut & militibus armatæ militiæ.ut in l.2.C.de don.inter vir.
& vxo.¶In gl.ibi,(facit ſimplicem relationem,) illud mulier dam
nauit,& ſaluauit,vt C.de neg.geſt.l.2.¶In glo.ibi, (de leg.2.l.ſi ita
4 quis.§.fi.)dic clarius,quàm gl.†ꝙ ibi uerbum,filij, vel liberi refert
ad grauatum,nam ſi grauo hæredem meum, ſi deceſſerit ſine li-
beris,videor intellexiſſe de naturalibus,non autem adoptiuis, ne
ſit in poteſtate eius eludere grauatum, ſed hic refertur hoc uerbū
ad ipſum teſtatorem,qui cenſetur ſenſiſſe de illis, quos habere pt
ne ſua diſpoſitio ſit inutilis.¶In gl. ibi, ( primum tollitur per hanc
l.)quia ſufficit,quòd potuerit habere naturaliter,vel ciuiliter; & ſi
ne turpitudine,licet cum difficultate, & ſic teſtamentum eſt tale,
ex quo poſſibile fuit obtinere hæreditatem de iure ciuili, & hoc
ſufficit ad tollendum primum teſtamentum, vt l.cum in ſecūdo.
ȷ.tit.j.ſecus ſi nullo modo potuit habere naturaliter, uel ciuiliter,
vt in caſtrato.ut ſ.eodem l.ſed eſt quæſitum.§. ſpadonem, in fi. &

hoc eſt,quod ſequitur in ſequenti quæſtio.glo.

### ADDITIO.

a ¶Per principem. Adde eundem conſi.226.no.tamen,ꝙ ſacerdos non poteſt ſibi baſtardos,quos habet,adoptare,ut eos inſtituat, ne id, quod una uia eſt prohibitum,alia concedatur.ita dicit Ludo.Roman.in ſingu.ſuis folio 19.

---

1 *Qui tempore mortis teſtatoris non tenebat primum locū in ſuitate, licet poſt mortem tenere incipiat,non poteſt ratione præteritionis rumpere teſtamentum vt ſuus,niſi fingatur tenuiſſe primū locū in uita teſtatoris.*
2 *Filius inſtitutus,ſi teſtatore viuente fingitur mortuus, ut quia tunc fuit captus ab hoſtib.& poſt mortem teſtatoris moriatur in captiuitate, ꝙ tunc nepos præteritus rumpat teſtamentum,acſi uere filius mortuus eſſet uiuente teſtatore.*
3 *Statutum ſic dicit,ꝙ quouſq; extat maſculus,non ſuccedat fœmina, & teſtator inſtituit maſculum,& fœminam præterijt, ꝙ ex iſta præteritione teſtamentum non ſit nullum.*
4 *Si iſte filius inſtitutus mortuus eſt ſine filiis poſt mortē patris,et ēt poſtquam ſe immiſcuit hæreditati,qualiter tunc filia poſſit dicere illud teſtamentum nullum,uel illud rumpere.*
5 *Quid ſi ſtatutum diceret,ꝙ exiſtente maſculo fęmina non ſuccedat.*
6 *Succeſſorium edictum an habeat locum in ſuitate.*
7 *Si Imperator concedit Comiti Palatino, ꝙ poſſit legitimare ſpurios in uita patris,& etiam in morte,an poterit etiam legitimare poſt mortem.*
8 *Ratio quare ad querelam voccetur nepos per ſucceſſorium edictum.*

1 §.Si filium. †Qui tpe mortis teſtatoris non tenebat pri
mum locum in ſuitate, licèt poſt mortem
tenere incipiat,non pt̄ rōne præteritionis rumpere teſtm̄, ut ſuus
niſi fingatur tenuiſſe primum locum in uita teſtatoris, ſed bn̄ pōt
ſuccedere,ut ſuus ab inteſtato, ſi reperiat ſe tenere primum locū
tpe,quo aperitur via cauſæ inteſtati,licèt poſt mortem teſtatoris.
h.d.in effectu iſte §.ſubtilis.& colligitur iſtud ſummarium ex ulti-
ma gl.quæ incipit,repudiatione.Et concordat l. ſi quis filio exhæ-
redato.in prin.vſq; ad §.ſiue autem. ȷ.de iniuſto teſta. Et primo lo
quitur,qn̄ inſtitutus uolebat hæreditatem adire, ſed nepos teſta-
toris dicebat eum non poſſe,quia dicebat, ꝙ teſtm̄ erat nullum,
eo quia ipſe reperitur in eo præteritus,& pater eius, qui fuerat ex
hæredatus,exiuerat de medio per mortem,& ſic ipſe ad ſimilitu-
dinem poſthumi rumpebat teſtm̄,ut ȷ.tit.j.l.poſthumorum.ſed
iſtud procederet,ſi pater eius exiuiſſet de medio uiuente teſtato-
re,& ſic nepos incepiſſet tenere primum locum, anteq̄ teſtm̄ per
mortem confirmaretur,ſed exiuit, poſt mortem teſtatoris, licèt
ante aditam hæreditatem,& ſufficit confirmatio contingens per
mortem,ex quo ipſe filius, qui tenebat primum locum tpe mor
tis erat exhæredatus,quia hoc ſufficit. Non. n.tenetur teſtator in-
ſtituere,uel exhæredare,niſi illum, qui tenet primum locum tpe
teſtamenti quantum ad hoc,ut teſtm̄ ualeat a prin. nec rumpitur
rōne præteritionis ſequentis in gradu,ſi ille reperiatur viuere,tpe
mortis teſtatoris,alias ſecus,& ita loquitur l.poſthumorum. ȷ. de
2 iniuſto teſtam.†ſi tn̄ fingeretur mortuus teſtatore viuente, ut qa
tunc fuit captus ab hoſtib.filius exhæredatus,& poſt mortem te-
ſtatoris mortuus eſt,tunc quia fingitur mortuus præambula ho
ra captiuitatis,rumperet nepos p̄teritus,ac ſi uerè filius mortuus
eſſet teſtatore uiuente.h.d.vſq; ibi,(quod ſi moriēte.) Itē ſi dictus
filius poſt mortem patris repudiat querelam,licet nō exeat de me
dio,adhuc nepos tanq̄ p̄teritus non pōt rumpere multo minus,
& hoc uſq; ibi,(ſed ſi hæres,) ibi ſecunda pars, qn̄ inſtitutus repu-
diat hr̄ditatem poſt mortem teſtatoris, & filius exhęredatus, qui
præcedebat in gradu,iam mortuus erat in uita,vel poſt mortē te-
ſtatoris,non curo.vnde nepos uolebat ſuccedere ab inteſtato, ut
ſuus,& dr̄,ꝙ pōt,licèt non teneret primum locum tpe mortis, ſi
deceſſit filius,poſt mortē,quia l.xij.tabu.qua cauetur, ꝙ ſi aliquis
deceſſerit inteſtatus,ille,qui tenet primum locum in ſuitate,ſucce
dat,ut ſuus,ſeu inter legitimos ſuccedet,vt legitimus, debet intelli
gi,qn̄ tenet primum locum tpe,quo defertur ſucceſſio inteſtati,
ſi ergo deceſſit non facto teſtō,debet tenere primum locum tpe
mortis,quia tunc defertur ſucceſſio inteſtati,ſed ſi factū eſt teſtm̄,
tūc ſufficit,ꝙ teneat primum locum tpe,quo deſtituit,quod eſt,
cum inſtitutus hr̄ditatem repudiat,& ſic poſt mortem teſtatoris,
nam an̄ repudiare non poteſt,quia tunc aperitur uia cāę inteſtati,
prius.n.cum penderet cauſa teſtī,non erat aperta,ut l.quandiu.de
acq.hære.& hic eſt caſus huius §.ſubtilis.alleg. primus caſus huius
§.per Bal.quod in iure dicendi nullum, non eſt locus ſucceſſorio
edicto,& ita ſummat iſtum §.ſed ſalua pace ineptè ad hoc all. Nā
ſucceſſorium edictum vendicat ſibi locum in iure delato ei, qui
præcedit in gradu,a quo iure ille eſt excluſus repudiatione,uel tē-
pore,vnde ſequens in gradu admittitur,per edictū ſucceſſorium
ex ſua propria perſona,vt ȷ.de ſucc.edic.per totum, ſed hic ius di-
cendi nullum non erat ortum,nec in eſſe productum filio, qui p̄-
cedebat

cedebat in gradu,cum ipſe eſſet exhr̃datus. Vnde non eſt tractan
dum de edi.ſuc.ſed ſi poneremus,ꝙ eſſet ortum,quia fuiſſet præ-
teritus,& ab illo iure poſtea fuiſſet excluſus repudiatione,ſnĩa, uel
tpe,poteſt probabiliter dici,ꝙ ſequens in gradu poſſet ex ſua per-
ſona venire ad rumpendum ex edicto ſucc.ſicut ad querelam, ut
l.ſi is qui de inoff.teſt.& dicam ſuper gl.Et eod.modo in ꝯtabu. ſi
præcedens in gradu fuiſſet præteritus,& ſic incępiſſet compete-
re ꝯtab.& ab illa fuiſſet excluſus per l.2.ĵ.de bon.lib.& per gl.quę
eſt in l.illud.§.j.de ꝯtab.quod etiam vr̃ fuiſſe de mente dñi Ange.
ut in ꝯtab.habeat locum ſuc.edic.ſicut in bon.poſſ.quæ deferunt
ab inteſtato,de quibus non eſt dubium.ut in toto ti.de ſucc. edic.
Nec video,quid repugnet, & ratio eadem vendicat ſibi locum,
2 vt dicam ĵ.¶†Item allegat ad quæſtionem notabilem.Dicit ſtatu
a tum,ꝙ quouſq; [a] extat maſculus,non ſuccedat fœmina, teſtator
habens maſculum,& fœminam,inſtituit maſculum,& fęminam
præteriit,debes ſcire,ꝙ ex iſta præteritione teſtm̃ non eſt nullum,
poſtq̃ fœmina ab inteſtato non erat ſucceſſura, vt no. per Doct.
in l.fi. ĵ.ad Tertul.nam redigitur ad inſtar nepotis, qui non ſucce-
dit exiſtente filio,& præteritio nepotis non reddit teſtm̃ nullum,
4 ſi filius,qui præceſſit,ſit inſtitutus,vel exhæredatus. †Pone ergo,
ꝙ iſte filius inſtitutus mortuo patre mortuus eſt ſinę filijs, & etiã
poſtquam ſe immiſcuit hæreditati,filia nunc dicit teſtamentũ nul
lum,vel rumpit,eo quia ipſa incipit tenere primum locum maſcu
lo ſubducto de medio,quæritur an hoc dicere poſſit, & auferre
hæreditatem hæredib.iſtius maſculi extraneis? iſta quæſtio fuit tẽ
pore dñi Bar.de facto in ciuitate Peruſij.& collegium Senenſe,&
do.Ray.de Forli.conſuluerunt,ꝙ non,per iſtum tex.& per l. ſi qs
filio exhæredato. ĵ.ti.j.poſtquam iſta fœmina tpe mortis teſtato-
ris fingebatur non tenere primum locum, ſed ipſe maſculus, un-
de non prodeſt ſibi,ꝙ non maſculus de medio exiuit, maximè,
quia fuit inſtitutus,& immiſcuit ſe hæreditati,& ſic erat confirma
tum teſtm̃ duplici confirmatione,ſed hic vnica tantum,& erat ex
hæredatus.d.Bar.conſuluit,& ita exponit in l.fi. ĵ.ad Tert.pp ver-
ba ſtatuti,quæ dicunt,quandiu, vel quouſq; maſculus exiſtat. &
ſic,ꝙ diſpoſitio ſtatuti ſit tp̃alis,& intelligitur velle, ꝙ maſculo nõ
exiſtente bñ ſuccedat fęmina,qñcunq; ergo deſinat exiſtere ma-
ſculus,deficit diſpoſitio ſtatuti,vt l.j.§.pen.vel fi.de ven.in poſ.mit.
& l.ſiue manifeſtos.§.tamdiu.de cond.furt.Et ad iſtum tex.rñdet
ꝙ iſta filia non dicet nullum,ut ex nunc, ſed fingatur retro fuiſſe
nullum,& pp verba ſtatuti,nã ex nunc non poſſet dicere, ut hic,
ſed ut retro ſic,vt in ver.diuerſum,& Bal. vr̃ ſequi iſtam opinionẽ
& vide quod ipſe tenet,& no.in l.2.C.de lib.præte. ubi recitat oẽs
opin.quæ tunc fuerunt,& dicit ſe fuiſſe aduocatum pro una par
te.Colleg.autem Flor.& d.Franc. Tigr. de Piſis determinauerunt
melius uidere meo,ꝙ iſta filia rumpat ad ſimilitudinem exhære-
dati.nam ſi uera eſſet opi.Bar.ſequeretur,ꝙ ex iſto teſtamento,ꝙ
ſperabatur rumpi, ſi contingat maſculum decedere ante filiam,
non poſſet maſculus effici hr̃s,ſed eſſet in pendenti,ut l.ſuus quo-
que.poſt prin.ibi,cum & ſi patrem. ĵ.de hær.inſt.& l.ventre.de ac-
qui.hær.qđ eſſet abſurdum,ideo ad tollendum hoc poſſumus di
cere,vt illi dixerunt,ꝙ non rumpitur, ut retro nullum, ſed rumpa
tur pro dimidia,vel ad ſimilitudinem quærelæ inofficioſi,per quã
poteſt rumpi teſtm̃ pro parte,& deſinere hæres eſſe pro parte, ut
l.circa.de inoffic.teſ.& ſic interim maſculus erit hæres inſolidum,
ſed cum moritur exiſtente ſorore, remaneat hæres pro dimidia,
q̃ eſſet.habiturus,ſi ſtatutum nõ eſſet,& illa remanebit apud ſuos
hæredes.pro altera uero dimidia, q̃ habuit ex forma ſtatuti, & q̃
abſtulit ſorori,poſtquam ceſſat cauſa ſtatuti,quia mortuus eſt,de
ſinat eſſe hæres,& attribuatur ſorori,& ſic erit hæres anomala p̃-
ter iuris regulas,quia non venit,ut exhæredata, cum exhæredata
non fuerit,ſed præterita,nec omnino,vt præterita, quia non poſ-
ſet,poſtq̃ tpe teſtamenti fingebatur non tenere primum locum,
ſed quia ceſſat ſtatuti diſpoſitio,partim uenit,vt exhæredata, par-
tim,vt præterita ad dimidiam,q̃ ſtatutum ſibi abſtulit ad tempus.
5 †Si ãt ſtatutum diceret,ꝙ exiſtente maſculo fœmina non ſucce-
dat.tunc ſufficeret ipſum extare tpe mortis,ad hoc,vt fœmina p-
petuo eſſet excluſa,ut Inſt.de hęr.quę ab inteſ.§.ita demum.& ita
no.Bar.in d.l.fi.ad Tert.vbi quædam alia ponit ſuper iſta quæſtio-
6 ne.¶†Vlti.Bal.allegat fi.huius §.ꝙ in ſuitate locum habeat ſucceſ-
ſorium edictum,quod ſalua ſui reuerentia falſum eſt,& cõtra ca-
ſum l.qui ſe patris.C.vnde lib.Nam ſi hæreditas iure ſuitatis delata
eſt in primo gradu, intantum eſt ſibi infixa, ꝙ etiam ſi repudiet,
non deſinit hæres eſſe ſaltem nomine de iure ciu. vt l.j.§. qui ſunt
in poteſtate. ĵ.ſi quis omiſ.cau.teſta. Non ergo poteſt ſequens in
gradu venire vt ſuus:poſtq̃ ſuitas remanſit penès primũ, ſed nec
ẽt de iur.ciui.poteſt venire,ſecus de rigore,ſed habet neceſſe veni
re de iure prætorio,vt d.l.qui ſe patris.Nam etiam in bon.poſſ.ab
inteſtato, ſi delata eſt præcedenti in gradu,& agnita, licèt poſtea
beneficio reſtitutionis fuit repudiata, ſequens in gradu nõ poteſt
ad illam venire per ſucceſſorium edictum,vt l.fi. ĵ.de ſucc.edic.de
æquitate tñ bene poteſt ſequens uenire, etiam de iure ciuili, non
vt ſuus,nec ex capite ſuorum:ſed vt agnatus, & ex capite agnato
rum,ut proximior inter agnatos,per l.defunctis.C.de leg.hære.q̃
Bar.ſing.ad hoc notauit in d.l.qui ſe patris. In iſto autem ſiue hæ-
reditas non fuit delata iure ſuitatis filio,qui præcedebat in gradu,
cum ipſe fuerit exhæredatus, & exiuerit de medio per mortem,
alias non procederet,quod hic dr̃ inſtituto repudiante,ſi filius ex
taret,veniret ipſe tanquam præcedens in gradu non nepos, quia
exhæredatio non eſſet confirmata per aditionem, & ſic ſibi non
noceret,& iſte tex.vult,ꝙ ipſe nepos ueniat,vt ſuus, quia reperit
ſe tenere primum locum,tempore quo teſtm̃ reſtituitur, per re-
pudiationem non,quia tunc aperitur uia cauſæ inteſtati, & ſic dñ
tex.dicit erit legitimus hęres,ſupple,& hoc ſuus & hoc vult illa gl.
fi.quæ incipit repudiatione.¶ In gl.j.ibi, ( nec ex lege Vell.) iſta gl.
videtur ineptè loqui,quia l.Velleia non admittit aliquem ad rum
pendum,ſed ad remedium,ne teſtamentum rumpatur conſulen
do,ꝙ cum quis inſtituit filium,inſtituat etiam nepotem ſub con-
ditione,ſi filius eo uiuo deceſſerit.ut ĵ.eo.l.Gal.§.nunc de lege. &
§.ille caſus.ibi poſteriore capite,vbi expreſſe h. d. ꝙ uetat rumpi.
dic ergo,ꝙ non poteſt uenire ad rumpendum ex l.xii.tab. quę di
ſponebat,ꝙ ſi ſuus hęres reperiebatur præteritus tempore mor-
tis teſtatoris,dicebat nullum.nam hoc eſt uerum, ſi tunc tenebat
primum gradum in ſuitate.alias ſecus,ut hic.¶In glo.ibi, (ſed per
querelam) ex perſona patris agere poteſt hodie, ſupple ſi pater a
querela non erat excluſus repudiatione,uel tpe,uel ſnĩa,licèt que
rela per patrem non eſſet præparata,quod vltimũ olim non erat,
ſed eſt hodie per leges,quas allegat gl.& hoc intendit, ut tũc cum
ueniat ex perſona patris,inſpiciantur merita: uel demerita patris:
& ſic pp demerita ipſius repellitur: & ſilr ſi tacuit per quinquen-
nium,ut l.ſi quis filium in fi.de inof.teſ.ſed ſi poſſet venire ad rum
pendum ex ſua perſona:per ius dicendi nullum,nec pp demerita
patris repelletur:nec propter lapſum quinquennij,quia durat per
petuo.Quid autem ſi pater eius eſſet excluſus a querela repudia-
tione:uel tpe:vel ſnĩa,an nepos ex ſua propria perſona poſſet ue
nire ad querelam ex ſuc.edi.gl.quę eſt ĵ.ſuper uer. fuerit.quę inci
pit.præteritum,& etiam ſeq.glo.tenent expreſſe: ꝙ non: ſed cõis
opin.eſt in ꝯrium per l.ſi is qui:& l.pater filium.de inoff.teſ. & dicã
ſuper illa gl. ĵ.¶In fi.gl.ibi:(item nec habet ꝯtab.)quia qui non ha-
bet ius dicendi nullum:ut præteritus, eo quia non tenebat primũ
locum tempore mortis,nec etiam habet ius ꝯtabulandi: ut pręte
ritus:quia ꝯtabu.procedit ad ſimilitudinem iuris dicendi nullum.
Sed ſi ꝯtab.incœpiſſet competere filio: quia fuiſſet præteritus: &
ab illa fuiſſet excluſus tempore;teneo, ꝙ nepos bñ poſſet uenire
ad ꝯtab.ex propria perſona: & ex edic.ſuc.ſicut ad querelam: ut
ſuperius dixi.ut l.3.§.ſi emancipatus.de ꝯtab. & eodem modo ad
ius dicendi nullum.ar.l.illud.§.j.de ꝯtabu.¶In gl.ſuper uerſi.(mo-
riente:)ibi(dic.moriente.i.mortuo.)No.iſtam gl. quia hic eſt text.
cum gl.& ẽt in ll.quas gl.allegat de uno:quod contingit quotidie
7 de facto:& iſto anno fui interrogatus. ¶†Imperator cõcedit Co
miti Palatino:ꝙ poſſit legitimare ſpurios in vita patris:& etiam in
morte:quęritur an poſſit legitimare poſt mortem?vr̃: ꝓ non.Nã
ius ſuccedendi eſt iam alteri delatum:unde non poteſt fieri legiti-
matio ſine iniuria illius:quia ſibi aufertur ius quæſitum,ſed uiuen
te patre nulli erat ius quæſitum,ideo facilius poteſt fieri. videntur
ergo uerba intelligenda in uita patris.i. anteq̃ ſit in articulo mor-
tis,& in morte.i.cum erit in mortis articulo,nam & viuens mori-
tur,vt l qui duos.de manu.teſt.ſed certè tunc illud uerbum, & in
morte.nihil operabitur,quod non creditur Imperatorem uoluiſ-
ſe, & ideo, ut uerba aliquid operentur, debet intelligi in morte,i.
poſt mortem,nec eſt iſta extranea expoſitio, ut patet ex iſto text.
gl.& ex ll.quas allegat.¶In gl.ſuper uer.(fuerit ibi, item nec habet
hic querelam,vt potè a patre repudiatam.)hoc eſt uerum ex per-
ſona patris,& tanquam eius hæres,ſecus ſi non fuiſſet repudiata,
ut in prima gl.in fi.& in gl.ſeq.ſed ex propria perſona bene habet
ſm Dyn.per l.ſi is qui.de inoffic.teſ.l.pater filium. Et eſt caſus ſm
eum in l.3.§.emancipatus. ĵ.de ꝯtabu. & eſt communis opi. Mo-
der.nec tunc inſpicientur demerita filii,cum non veniat ex perſo-
na illius,ſed propria,vt d.l.3.§.ſi emancipatus.nec ob.l. ſi quis filiũ.
C.de inof.teſtam.vbi ur̃, ꝙ nepos erat deſtitutus omni remedio
de iure ueteri,& ad iſtum tex.eſt difficilis reſponſio. Sed dic uerũ
eſſe,quando filius decedebat ante aditam hæreditatem, nam tũc
exhæredatio erat adhuc confirmata,ut l.filium.§. ſed cum exhæ-
redatio.infra de contratabu. & ſic non incœperat querela com-
petere,vnde nec tranſmittebatur ad nepotem,nec nepos poterat
ad eam venire ex ſucceſſorio edicto,per quod non uenitur, niſi
ad ius,quod fuerat in eſſe productum in perſona præcedẽtis gra-
dus,ut ſ.dixi,& iſtud voluit Iac.But. in illa l.licèt d. Rapha. ſibi ap-
propriet.Sed ſi decedat filius poſt aditam hæreditatem,& ſic poſt
querelam ortam, licèt ab ea eſſet excluſus, nepos tñ veniret per
ſucceſſorium

ADDITIO.

2 [a] Quouſque.Vide per eundem Pau.conſilio 240.per Franciſ.de Are.con
ſilio 159.per Petr.de Ancharano. conſilio 120.per Bene. capram. conſi-
lio 66.

ſucceſſorium edictum,& ita intelligitur communis opinio. Certè iſtud videtur nimis reſtringere hanc materiam. Nam pone, ꝙ filius fuit iuſtè exhæredatus,& ex legitima cauſa, certè etiam ſi ſit adita hæreditas,querela ſibi non cõpetebat re vera,& ponamus, ꝙ egit,& per ſententiam fuit excluſus,& ſic apparet, ꝙ competebat. Ergo nepos non uenit per edic.ſucceſ. quod vr̃ contra l. ſi is, qui.& ideo tutius videt̃ tenere ſolutiones Doct.aliorum, ꝙ erat excluſus omni remedio ex perſona patris,ſed non ex propria, & ſi dicatur, qđ dixi ſ.ꝙ per illud edictum nõ venitur, niſi ad ius,qđ erat in eſſe formatum in perſona præcedentis in gradu. Rñdeo, intelligo actu,vel habitu,& hoc ſaltem habitu, quia erat exhære-
8 datus,quia exhæredatio eſt cauſa producendi querelam. † Ratio autem quare ad querelam uocatur nepos per edictum ſucceſſ. quia teſtator exhæredando filium ſatisfecit iuri poſitiuo non naturali,ideo teſtamentum eſt nullum ex præteritione nepotis, nec rumpitur propter primum,ſed bene querelatur pp ſm, ſed ſi ſatisfecit poſitiuo,& naturali,quia filium inſtituiſſet, licèt filius repudiaret,nepos præteritus,nec veniret ad rumpendum, nec diceret nullum,nec querelaret ex edicto ſucceſſ. ſi autem neuter ſatisfeciſſet,quia filium præteriiſſet,tunc nepos poſſet etiam dicere nullum,& contratabulare ex propria perſona filio excluſo a iure dicendi nullum,& ita intelligo hanc materiam, quæ eſt de apicib: iuris,& malè declarata uideri meo,per Doct.de qua plene. in d.l. pater filium.

---

## LEX X.

1 *Poſthumus,ne præteritus rumpat teſtamentum, debet inſtitui,uel exhæredari in oẽm caſum,quo naſci poteſt,uel uiuo teſtatore, uel mortuo, ſiue ſimpliciter,quo caſu uidetur in omnem caſum inſtitutus.*
2 *Conditio non poteſtatiua in inſtitutione appoſita reijcitur hodie de legitima filii,& omne aliud grauamen,nec rumpit teſtamentum.*
3 *Si aliquis inſtituit filiam naſcituram in mille ſi contingat eam nubere,uel in ducentis ſi ingrediatur religionem, & alium inſtituit uniuerſaliter, & nata ſit filia,quæ neq; nupſerit,nec eſt ingreſſa religionem, ſed ſeruauit continentiam in domo uel ingreſſa eſt tertium ordinem ſancti Franciſci,an tanquam præterita rumpat teſtamentum.*
4 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo,& remanet in diſpoſitione iuris cõmunis.*
*Qui prouidet in uno caſu,non cenſetur in alio prouidiſſe, quando requiritur expreſſa prouiſio.*
5 *Dictio,ſi.quid importet.*
6 *Caſus in quibus poſthumus omnino præteritus, habetur pro inſtituto.*

1 COmmodiſsimè. †Poſthumus,ne præteritus rumpat teſtamentum,debet inſtitui, vel exhęredari in omnem caſum,quo naſci p̃t,uel uiuo teſtatore,vel mortuo, ſiue ſimpliciter,quo caſu vr̃ in omnem caſum inſtitutus,ſed ſi inſtituatur in vnum caſum tantum,& naſcatur in alio, tanquam præteritus teſtamentum rumpit, quia in illo non cenſetur inſtitutus. h.d.& ſic dat conſilium teſtatori ſimile ). de uerbo.obliga.l.commodiſſimum eſt. Et licèt loquatur in inſtitutione, idem in exhæredatione,ſi teſtator volebat exhæredare,& non inſtituere, & pone caſum,ꝙ teſtator inſtituit extraneum vl r, & volebat inſtituere poſthumum in certa parte, ne præteritus rumperet teſtamentum,datur hic ergo conſilium,per quem modum inſtituat, & ẽt dicitur quid iuris, ſi illud conſilium non ſeruatur. ¶In text.ibi, (qa hic filius) vult dicere,ꝙ ſi naſcatur in alio caſu,rumpit, ſiue dicamus,ꝙ fuerit inſtitutus ſub conditione, quæ non extitit, cum debeat inſtitui purè,ſiue ꝙ nullo modo fuerit inſtitutus, & hoc uerius eſt iſto caſu,vt ſequitur,ex quo patet,ꝙ loquitur, quando teſtator non habuit reſpectum ad certum, & determinatum poſthumum,vel quia vxor non erat prægnans tempore teſtamenti, vel quia ſi erat,teſtator dubitabat,an eſſet, & ſic videtur ſe referre nõ ſolum ad illum,qui erat in vtero, ſed etiam ad filium, ſi nullus erat in vtero,ſi ergo inſtituit naſciturum poſt mortem, & naſcat̃ in vita,ille non eſt inſtitutus etiam ſub conditione: quia ille ſolus cenſetur inſtitutus, in quo conditio verificatur, ut colligitur ex l. nuper. ). de le.3.ſed ſi habuiſſet reſpectum ad certum poſthumũ, quia erat in vtero,quia vxor erat prægnans, & teſtator hoc ſciebat,tunc ille cenſetur inſtitutus ſub conditione, tamen ſi naſcatur poſt mortem,ſi ergo naſcitur in uita, rumpit teſtamentum, non ex eo,ꝙ non fuerit inſtitutus,ſed ex eo,ꝙ fuerit inſtitutus ſub cõditione,quæ non erat in ipſius p̃tãte,vt l.ſuus quoq;. de hær. inſti. & hoc poſt natiuitatem,ante autem,quàm naſcatur,non rumpit,
2 ut ). eo.l.cum poſthumus. † Eſt autem longa dr̃ia inter iſtos caſus quia ponimus,ꝙ ſit inſtitutus tñ ſub cõditione non poteſtatiua, hodie cum illa reiiciatur de legit. ſm opi. Barto. non rumpit teſta. quia inſtitutio habetur ꝑ pura, licèt olim iſto iure rumperet, ſed qñ non eſt inſtitutus ẽt ſub conditione, ut in caſu huius legis, tũc etiam hodie rumpit,quia non reiicitur conditio de inſtitutione,q̃
3 facta non cenſetur,& in hoc non conſiſtit ſubſtantia legis. ¶ †Ex hoc rñdetur ad q̃õnem,quam Bart. dicit ſe habuiſſe de facto. Nã quidam inſtituit filiam naſcituram in mille, ſi contingat eam nubere,ſed ſi ingrediatur religionem tunc in ducentis, & extraneũ, vel maſculum inſtituit vl r,nata eſt filia,quæ nec nupſit, nec ingreſſa eſt religionem,ſed ſeruauit continentiam in domo,vel ingreſſa eſt tertium ordinem ſancti Franciſci,qui non dicitur religioſa, cũ non profiteatur ſubſtantialia regulę. Bar.conſuluit,ꝙ tanquam p̃terita rumpebat teſtamentum, quia non cenſetur fuiſſe inſtituta ſub conditione,& ſic non reijciebatur conditio etiam retẽta ſua opi. Ray.de For.conſuluit contrarium, ꝙ cenſeatur inſtituta ſub conditione,quæ erat in ipſius poteſtate, & ſic reiicitur tanquam continens grauamen hodie,licèt nõ olim per l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſ.quia ingredi religionem erat in ſua poteſtate, conditio autem natiuitatis extitit,& ſic de illa non eſt tractãdum. Br̃ ſi,uxor erat prægnans,& teſtator hoc ſciebat, deciſio Ray. ur̃ verior. Nec ob.ſi dicatur, ꝙ iſta conditio non poſſit dici ptãtiua, cum pendeat ẽt ex voluntate religionis, quam uult intrare, fortè enim nollet eam recipere,& ſic vr̃ iuſta,nã dico, ſi dixiſſet de certa religione,faterer ꝯrium,ſicut ſi eſſet inſtituta, ſi nupſerit Titio, quia dr̃ conditio mixta,vt l.j.& 2.C.de inſti & ſubſt.ideo non reiiceretur retenta opin.illorum,qui tenent ꝯ glo.& Bar.ſed quando non loquitur de certa religione, putatur potius poteſtatiua, quia veriſimile eſt,ꝙ reperiretur aliqua religio,quæ ipſam reciperet,& an ſit poteſtatiua,vel non,inſpicitur ueriſimilitudo,ut l. ſuus quoq;.§.puro. ).de hære.inſti. ſed ſi teſtator non habuit reſpectum ad certam poſthumam,quia uxor non erat prægnans, uel ſi erat,teſtator ignorabat,tvnc vr̃ opi.Bar.verior per rationem ſuam. arg. huius legis. Tamen adhuc videtur contrarium,quia iſta lex loquitur,quando ſtatim naſceretur,quod certum eſt,an ſit inſtituta,vl nõ,quia fuit inſtituta,ſi naſcatur poſt mortem,ne ſi naſcitur in uita,ſtatim conſtat,ꝙ non fuit inſti.& ſic inſti. non ſtat in pendenti, ſed in caſu prædicto ſtaret in pendenti,quia fuit inſtituta, ſi naſcat̃ ſupple,in uita,vel poſt mortem,ſi ſumpſerit effectum, uel ingreſſa fuerit religionem,licèt ergo nata ſit,& ſic extet prima conditio incertum tamen eſt,an extabit aliqua de ſecundis,& ſic erat in pẽdenti,an ſit inſtituta,vel non,& per ꝯñs erit in pendenti inſtitutio extranei,an ualeat,uel non valeat,quod eſſe non debet arg. in l.fi. ſ.commu.præd.& ideo vr̃ dicendum,ꝙ cenſeatur inſtituta illa, q̃ naſceretur,tamen ſub conditione,ſi nupſerit,uel religionem fuerit ingreſſa.retenta ergo opi.gl.& Bar.ſiue illa conditio ſit poteſtatiua,ſiue mixta reiicitur de inſtitutione, quo ad legitimam, & ſic erit hæres ſtatim. Vnde non dicit teſtamentum nullum, ſed in reſiduo expectabitur conditio. Sed retenta opin.aliorum erit uidendum,an ſit poteſtatiua,an mixta,& in primo caſu reiicietur, in ſecundo non,& neutro iſtorum caſuum erit teſtamentum in pendenti,ſed uel ſtatim ualebit,vel ſtatim rumpetur, & iſtud vr̃ veritas,quicquid dixerit Bar.qui nimis audacter conſuluit, & indiſtinctè. ¶Et allegatur ſuper iſta l.ꝙ caſus omiſſus, habetur pro omiſ-
4 ſo,& remanet in diſpoſitione iuris cõmunis, † & ꝙ qui prouidet in vno caſu,non cenſetur in alio prouidiſſe,qđ uerum eſt, quãdo requirebatur expreſſa prouiſio,vt erat hic, alias prouiſio facta in vnum caſum extenditur ad alium,vbi ſit eadem ratio,vt Inſti.pro ſoc.§.illud.allegata in gl.vltima pro ꝯria.in fi ꝙ etiam patet in ſubſtitutione vulgari facta in vnum caſum.nam extenditur, vt ).eo. l.Gallus.§.& quid ſi tantum,& ibi no.& l.iam hoc iure. de vul. &
5 pup.vbi vulgaris comprehendit pupillarem,& econuerſo. ¶† In gl.ibi,(ſed contra C.eo.in l.fi.) Vera ſol.colligitur ). in glo. dum dicit de morte,ergo ibi poſuit,& c.ꝙ ibi teſtator tempore teſtamenti erat infirmitate grauatus, de qua dubitabat mori, & ſic credebat poſthumum naſciturum poſt mortem, ideo de morte fecit mentionem inſtituendo,ſi poſt mortem naſcetur, ſeu qui naſcet̃. Quo caſu dictio,ſi.ponitur pro quia attenta opinione teſtatoris, qui ſic putabat. Nam plerunq; ponitur pro uero, quod eſt in opi. vt no. ).de contrata.l.non tantum.§.ſi pater filius. ¶In gl. quæ incipit,ſed quomodo hoc.& l.quo loco.§.ſi a mortuo.de hęr. inſti. & no.in l.ſeruo manumiſſo.de cond.ind.hic verò debet intelligi, qñ non erat grauatus,& ſic non magis putabat non debere naſci poſt mortem,q̃ in uita. Imputet ergo ſibi,quare ſe reſtrinxit, quia reſtringere uoluit ſe in præcedenti caſu,ſi ſciuiſſet ſe non mori,veriſimile eſt,ꝙ ſe non reſtrinxiſſet,ideo magis ſibi prouidetur, quia credendum eſt,quòd eod.modo inſtituiſſet naſciturum in uita,ſi
6 hoc putaſſet,ꝙ naſci dẽret. ¶† In gl.ibi. ( C.de inoff.teſtam.l.3.) vbi eſt caſus ſingularis in quo poſthumus omnino præteritus hr̃ pro inſtituto,cuius ꝯrium hic dr̃. Sed ſpeciale eſt ibi pluribus concurrentibus,quia,ſ.præteritus a matre,quia mortua eſt in puerperio, & anteq̃ hẽret facultatem mutãdi teſtm̃, & quia inſtituerat alios filios. Idem ur̃ qñcunq; mater præteriit filium, quem ignorabat ſe habere ẽt iam natum,ut l.mater.ſ.de inof.teſt.& ibi no.in glo. Si tñ inſtituerat alios filios, aliàs ꝯ, quia non hr̃ pro inſtituto, ut ibi no. Nec etiam præteritus a patre,licet ignoraret ſe habere,ut l. militis codicillis.§.miles in ſupremis. ).de teſtamen.milit.& quod no. in l.

in l. uxorem. de manu.teſ. ¶In glo.ibi, de cond. ob cau.l.ſi extraneus,)illa non meruit ſignari pro contraria, quia potius concordat ſecundum intellectum,quem ibi ponit. glo. quia caſus omiſſus remanet ibi in diſpoſitione iuris communis, ſicut hic, nec ad illum extendit prouiſio. Ad l.ſi cum dotē.dic, ut ibi. ¶In gl.ibi,(ī.co.l.filio.in fi.)dic,quòd ibi ſimpliciter īſtituit, hic in unū tm̄ caſū.

## LEX XI.

1 *Filius patris ſuccedens ex teſtamento,uel ab inteſtato non dicitur nouum dominium quærere,ſed hoc habebat in uita patris continuare.*

2 *Triplex effectus,quòd filius ſit dominus rerum paternarū patre uiuente.*
*Hæreditas iacens dicitur, quando dominium rerum hæreditariarum non eſt adhuc acquiſitum alicui ueræ perſonæ.*

3 *Quando dominium rerum patris eo mortuo continuatur in filium, quòd non ſit dare medium inter mortem.& eorum acquiſitionem.*

4 *Si ex forma ſtatuti licitum eſt occidere bannitum, ſimiliter licitum eſt eū uulnerare,uel etiam bona ſibi auferre,aut deprædari.*
*Hodie non licet filiū occidere,niſi reperiretur eum adulterari cū nouercā.*

5 *Ratio quare ſi pater tenebat,& poſſidebat aliquam rē alienā ſine titulo, & ſic non poterat uſucapere,uel præſcribere longo tēpore,& eo mortuo filius ſibi ſuccedat,quòd nec etiam ipſe poſſit præſcribere titulo pro hærede longo tempore,& extraneus ſic.*

6 *Quid ſit modus,ut filius poſſit ſe tueri, ſi poſſedit longo tēpore,& non pōt probare titulum paternum,nec prodeſt ſibi allegare, quòd patri ſucceſſit,& ſic habeat titulum ex propria perſona.*
*Præterito filij,quare reddit teſtamentum nullum.*

7 *Quare nepos præteritus ex filio exhærtdato poteſt uenire ad querelā per ſucceſſorium edictum ex ſua propria perſona, ſi pater eſt à querela excluſus repudiatione,uel tempore.*

1 IN ſuis. †Filius patri ſuccedens ex teſtamento, uel ab inteſtato non dr̄ nouum dominium quærere, ſed quod habebat in uita patris continuare, & ideo nunquam vr̄ fuiſſe hæreditas iacens, ſed benè dicitur acquirere nouam adminiſtrationem, quàm non ipſe,ſed pater habuit in uita.potuit tamē à patre priuari tali dominio per exhæredationē h.d. iſta l. famoſa, & declarat quis ſit effectus,ꝙ iura dicūt filiū ēt patre uiuente,fore dominū rerū paternarum,ſicut ipſe pater eſt,ideo uocaē filiusfamilias, ſicut uocatur paterfamilias,hoc eſt dominus ſubſtantię.Nā illud verbum,familias. ponitur pro ſubſtātia,& eſt ſenſus,quod uterque ipſorum eſt dominus, pater uerè, & filius fictè, non.n.poſſunt eſſe duo domini eo.reſpectu:ex quo ēt ſequiē,quod mortuo patre, ſi filius ſuccedat ex teſtamento,uel ab inteſtato,dr̄ in ipſum ꝯtinuari dominiū,
2 quod habebat patre uiuente.† Quis ergo eſt effectus horum? Et reſpondetur, quòd duplex,uel triplex. Primus,quia tunc non dr̄ hæreditas patris vnquam iacuiſſe, nā tunc dr̄ hæreditas iacens, qn̄ dominium rerum hæreditariarū non eſt adhuc acquiſitum alicui ueræ perſonæ. Poſtquam.n.eſt acquiſitum, puta per aditionem hæreditatis,non dr̄ amplius hæreditas,ut no.in l.j.§.veteres.de ac-
3 qui.poſ.& l.per ſeruum. infra de acquir. rerum dom. † Sed ſi non fuit dare tempus, in quo dominium rerum paternarum non eſſet apud ueram pſonam,cum uiuēte pr̄e eſſet apud eum uerè,& apud filiū fictè,& eo mortuo illud fictū dominium efficitur verum immediatè,nec eſt dare medium inter mortē patris,& hanc acquiſitionem, ut no.in l.Iul. noſter. infra de cond. & demon.l.ſi poſt mortem.de leg.j.Non ergo pōt dici fuiſſe hæreditas patris iacens.Alius effectus eſt, quia filius nō acquirit * dominium nouū, ſeu de nouo,ſed ꝯtinuat uetus,benè,tm̄ acquirit adminiſtrationē, quam patre uiuente non habebat.ēt * fictum impugnatur,& efficitur verum, & plenum, non tm̄ ex hoc dicitur nouum dominium, ſed uetus. Tertio ſequitur, quòd ēt ſi filius non ſit inſtitutus,ſed deceſſerit pater inteſtatus,idem eſt, ut in ipſum continueē dominium etiam eo ignorante, & efficitur hæres ipſo iure, quia non niſi tanquam in hæredem continuatur.Non ergo ſeparatur ſuitas à neceſſitate, licèt quidam teneant contrarium facientes differentiam inter ſuitatem, & neceſſitatem dicentes, quòd ſuitas conſiſtit in continuatione dominij, ſed neceſſitas in iure hæreditario.Et ex hoc inferunt in alia materia, de qua in l. filius hæres.infra eod. ſed non placet per iam dicta. ¶Poſſet autem quis opponere,quòd immo filius non ſit dominus uiuente patre, qa ſi eſſet, haberet dominium à l. ergo pater non poſſet auferre, ut l.ſi arrogator. §. ſed an impuberi.ſ. de adop. & tamen uides contrarium, ꝙ poteſt auferri ipſum exhæredando. Ad hoc reſpondet iuriſconſultus in fine, quòd de hoc non eſt mirandum, quia pater poteſt,quod eſt plus, ſcilicet filium occidere impunè, ergo quod eſt minus, ſcilicet exhæredare, & hoc dicit in fi.non tamen reſpondet ad obiectionem,quam feci. Sed dic, quòd habet dominium à l.non tamen plenum, ſed fictum, & lex permittit patri,
4 quòd poſſit ſibi auferre, & impedire, ne efficiatur plenum.† Sic ergo no.in fin.arg. ſi ex forma ſtatuti licitum eſt occidere bannitum,ſimiliter ſit licitum vulnerare,[a] uel etiam bona ſibi auferre aut deprædari eum, ad hoc infra de adul.l.nec in ea.ubi per Bar.& quod no. Bar.in l.2.de ſepulchro uiolato.quæ incipit pulchra.hodie non licèt filium occidere, niſi reperiret eum adulterari cum
5 nouerca. infra de parri.l.diuus.†Per iſtā legem declarantur multa principia in alijs materijs. Primo quę ſit ratio,ꝙ ſi pater tenebat, & poſſidebat rem alienam ſine titulo, & ſic non poterat uſucapere,uel præſcribere longo tp̄e,eo mortuo ſi filius ſibi ſuccedit,nec etiam ipſe pōt p̄ſcribere titulo pro hærede longo tempore,& tm̄ extraneus hæres benè poſſet, quia licèt deficeret titulus in perſonam defuncti,non deficit in perſonā hęredis, imo adeſt titulus ꝓ hęrede, ut hic habetur in l. nihil C.pro hærede. Nam rō ſumitur ex iſta l.quia filius ſuccedendo patri, non dr̄ habere de nouo aliquam cauſam acquirēdi nouum dn̄iū, ſed continuat dn̄iū, quod prius habebat, extraneus aūt hæres habet cauſam acquirendi dominiū,quod prius non habebat, & iſta cauſa uocatur titulus, qui
6 adeſt in perſona hæredis,licèt deficeret in perſona defuncti.†Quis aūt ſit modus, ut filius poſſit ſe teneri,ſi poſſedit longo tempore, & non poteſt probare titulum paternum, nec prodeſt ſibi allegare,quòd ſuccedit patri, & ſic habebat titulum ex propria perſona. Vide per Bartol.in l. Celſus. circa fin. de uſucapion. ¶Item Bart.per hanc legem dicit colligi rationem, quare præteritio filij reddit teſtamentum nullum, quia cum ipſe ſit dominus, & in ipſum continuetur dominium, niſi fuerit ab illo priuatus per exhæredationem, non potuit pater illud aſſignare alteri, cum non poſſint eſſe duo domini, ut l. ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum. ſupra commo.quæ ratio non eſt bona. Nam eo ipſo,quòd aſſignat alteri, cenſeretur in conſequentiam auferre filio, per tex. in l.Pompo.§. ſed & is.ſ.de procura. Et quia ſequetur, quod ſi inſtitueret filium in ſua legitima, adhuc haberet neceſſe ipſum exhæredare ī reliquis bonis, ut omniū bonorum dominium continuetur in ipſum,& ſic adhuc urget ratio Bar. & tamen contrariū eſt verius,quia ſi inſtituatur in legitima nō expedit, quòd à reſiduo exhæredetur, cum pater liberè poſſit facere de reſiduo qđ uult,ut patet in l.Pampinianus.§. quando autē quarta. ſ. de inoffi. teſta. Non ergo eſt alia ratio, niſi quia ſic fuit introductum à iu-
6 re pro ſolennitate teſtamenti, ut l.inter cætera. ī.eo. ¶†Tertio,& ultimo dicit Bar. colligi rationem quare nepos præteritus ex filio exhęredato poteſt uenire ad querelam per ſucceſſo. edictum ex ſua propria perſona,ſi pater eſt à querela excluſus,uel repudiatione,uel tempore, uel ſententia, cum præterito non detuē querela,ſed exhæredato. Nam dicit ipſe, quòd imo datur præterito, quandocunque præteritio habetur pro exhæredatione, & tunc pro exhæredatione habetur, quando in præteritum non continuatur dominium, ut patet in præterito à matre,ſed in nepotem patre præcedente non continuaretur dominium ab inteſtato. Ergo eius præteritio pro exhæredatione habetur. ar. huius legis, ex qua colligitur, ꝙ propter continuationem dominij ſit neceſſaria exhæredatio, ſed certè fundamentum non eſt bonum, ut ſupra dixi, quia non propter hoc eſt neceſſaria, & ideo dic ſecundum Bal. quòd ideo competit querela, pōſito, quòd non ſit exhæredatus, nec pro exhæredato habitus, quia aliud remedium non poteſt ſibi competere, puta ius dicendi nullum,vel contratabu.ut ſupra eodem l.ſi quis poſthumos. §.ſi filium. ideo deuenitur ad querelam, quæ eſt remedium ſubſidiarium, & competit, ubi aliud deficit,ut l.maximum uitium.C.co.circa medium.Et tu adde,quòd ideo hoc, quia teſtator exhæredando filium ſatisfecit iuri poſitiuo,& non naturali, ideo æquum eſt ut nepos non ſit deſtitutus omni remedio.

### ADDITIO.

a ¶Vulnerare.Facit regula cuilibet.de re.iur.& idem tenet Cy.in l.1.C.quæ ſit longa conſue.Bal.in l.ſi quis non dicam.C.de epiſc.& cler.& in l.fi.de priua.car.ubi tenet, quòd poterat in priuato carcere detineri. idem firmat d.Ant.in c.fi.de conſu.de quo etiam per Ang.conſi.286.per eundem Pau.conſ.193.& Bartol.conſi.188.

## LEX XII.

1 *Qui de uentre fuit excerptus præteritus dicit teſtamentum nullum,dummodo fuerit animal,ideſt cum animal rationali natus licèt cum diminutione corporis.*

2 *Homines quantumcunq; deformes in corpore dicuntur homines,poſtquā nati ſunt,ſed antequam naſcatur, quis non dicitur eſſe homo, ſed ſperatur effici.*
*Statutum puniens certa pœna interficientem hominem non comprehendit interficientem partum in utero matris, & an, & qualiter de iure communi puniatur.*

3 *Mulier,de cuius utero poſt eius mortem partus extrahitur uiuus,non dicitur parere,ſed ipſe extractus benè dicitur natus, licèt non ſecundùm curſum naturæ.*

1 L.Quod dicitur. †Etiam qui de uētre fuit excerptus p̄teritus dicit teſtamētū nullum, dummodo fuerit animal.i.cum anima rationali natus licèt

licèt cum diminutione corporis h.d. ¶In tex.ibi, (teſtũ rũpere,) ſupple.ſi ſit præteritus, uel ſi naſcatur, non rumpit.ſ.eod.l.ſi à primo.in fi. iõ dubitatur, quid iuris, ſi fuerit de uentre excerptus, q̃a propriè non dr̃ natus, ſed contra eſt, ut hic, & l.poſthumus. in fi. prin.ſ.de inoffi.teſtam. & dr̃ hoc contingiſſe in Cæſare Auguſto, quia iõ fuit uocatus Cæſar.i. cæſus de utero matris. ¶In text.ibi, (ſi non integrum,)puta,quis erat una manu, uel pede.idem ſi plus, quàm integrum,vt quia cum ſex digitis in manu, ut l.non ſunt liberi.ſ.de ſta.ho.ſecus ſi non hñt formam humanam, ut cũ duob.
è capitib.uel capite vituli,ut ibi not.¶† Et ſic no.ſm Bal.ꝙ homines quantunq; deformes in corpore,dicũtur homines,poſtquam nati ſunt, ſed anteq uam naſcatur quis, nõ vr̃ eſſe homo, ſed ſperat effici,vt l.cũ inter veteres.C.de fideicom.liber.nam dr̃ eſſe portio uiſcerum matris.l.j.§.ex hoc reſcripto.ſ.de uen.inſpi.Ideo ſi ſtatutum punit certa pęna interficientem hominem, ille qui interfice-
a ret partum in utero [a] matris, non incideret in penam ſtatuti. Cuius verba propriè ſunt intelligenna ſm Bal. ſed an de iure commu pi puniatur,& qualiter.Vide in l. ſi quis aliquid. §. ſi abortionis. ꝩ. de pęn. & l mulier. ꝩ. de ſicar. & l.diuus. & ibi no. de extraordina. criminibus,& no.in c.ſicut.el 2.extra de homici.¶Opp. ꝯ iſtam le-
3 gem d.l.anniculus.la j.in §.falſam.ꝩ.de ver.ſig. Sol.† mulier de cuius utero,poſt eius mortem partus extrahitur viuus,non dr̃ parere,ut ibi,quia hoc uerbum refertur ad mulierem, quæ poſt mortem,nihil dr̃ agere, ſed ipſe extractus bñ dicitur natus, licèt non ſecundum curſum naturæ,ſed uiolenter, & accidentaliter ad lucem peruenerit,& hoc ſufficit,ut dicatur natus, tex.eſt hic,quem no. Nam uidi de hoc dubitari, & quidam dicebant contrarium, per illam l.anniculus, quod eſt contra iſtum text. & ſic comprehenditur in uerbis ſtatuti, uel teſtatoris loquentis de naſcituro, uel nato quantuncunq; in materia odioſa, uel reſtringibili, quia
b impropriè dicitur naſci, ſi de uentre fuit excerptus, [b] ut hic eſt caſus.Hoc enim uerbum,natus.refertur ad ipſum, qui uiuus ad lucem perducitur,& hoc eſt naſci.

ADDITIONES.

a In uero.De hoc per And.Sicul.conſi.23.2.lib. per Ioan. de Ana. conſilio. 95.per Ca.in c.ſicut dignum.de homi.

b Excerptus.de hoc per Bal.conſi.113.& 207.ubi allegat Odof. de quo hic in apoſtill.ad Bar.

## LEX XIII.

1 *Prouiſio in caſibus ſimplicibus facta,ſeu ſeparatim obuenientibus de rigore iuris,an extendatur ad caſum mixtum.*

2 *Aduerſatiua ſi uero, uel ſi autem, cum ſimilibus ſignificat contrarium eius,quod dictum erat in caſu præcedenti.*

*Teſtator ſi inſtituat filium,una cum uxore,an uideatur inſtituiſſe,ſi ſolus naſcetur,uel filia fęmina ſola, ut ſi natus ſit maſculus, & fœmina teſtamentum uideatur ruptum,ut uxor nihil poſſit habere.*

3 *Habens poteſtatem legitimandi ſpurios,uel inceſtuoſos,an poſſit legitimare illum,qui eſt ſpurius,& inceſtuoſus remiſ.*

1 SI ita ſcriptum. †Prouiſio in caſibus ſimplicib.facta, ſeu ſeparati obuenientibus de rigore iuris,non extenditur ad caſum mixtum,ſeu caſus ſimul obuenientes, ſed de ęquitate, & fauore teſtamenti, odio præteritionis tollendo, benè extenditur.Item talis caſus determinari debent ſm quod põt colligi fuiſſe de mente teſtatoris in caſibus ſimplicibus h. d. ¶In tex.ibi,
2 (ſi filius)ſupple,& non filia,ut ꝩ.patet.¶† In text. ibi, (ſi uero filia.) ſupple,& non filius,& ſic not. naturam dictionis aduerſatiuæ, ſi uero,uel ſi autem. cum ſi.nam ſignificat contrarium eius, quod dictum erat in caſu præcedenti, de quo vide ꝑ Bar.ꝩ. de leg.3.l. in repetẽdis. in fi. ¶In tex. ibi(licèt.n.ſubtilis iuris regulæ conueniebant,(&c.ut iſte caſus fuerat omiſſus à teſtatore.Nam uř inſtituiſſe filium maſculum,ſi ſolus naſceretur una cum uxore,uel filia fęmina ſi ſola naſcetur vna cum eadẽ. Cum ergo hic natus, ut maſculus,& fœmina neuter eorum uř inſtitutus,& ſic teſtamentum vř ruptum, & ꝙ uxor nihil poſſet habere, ſed ambo filij diuiderent hæreditatẽ inter ſe.Sed hoc eſt uerum de rigore iuris,ſecus de æquitate,poſtquam teſtator prouiderat in quolibet caſu de ꝑ ſe. ſi autem in uno tm̃,tunc ẽt de æquitate non extenderetur ad alte
3 rum,ut l.commodiſſimè.ſ.de qua gl.opponit.† Et inducitur ad q̃ſtionem de illo,qui habet poteſtatem legitimandi ſpurios,item inceſtuoſos, utrum poſſit legitimare illum, qui eſt ſpurius,& inceſtuoſus,de qua quæſtione vide per Bar.in l.2. de uer. obl. Et adde ad diuiſionem de qua hic.ꝩ.de legat.j.l.ſi quis teſtamento. §. fi.& de hær.inſt.l.clemens patronus.

1 *Si hæreditas,& libertas ſibi relinquantur eidem, non poteſt una,ſine altera ſeparatim adimi.*

2 *De connexis idem eſt iudicium,& quod dicitur de uno,cenſetur dictum de altero.*

3 *Licèt hodie eo ipſo,quòd ſeruus inſtituitur,cenſetur ſibi data libertas,ẽt ſi non dicatur,tamẽ ſi auferatur hæreditas,non cenſetur adempta libertas.*

4 *Aditio hæreditatis pro parte, trahit ad ſe aliàs partes tanquam habiles, non ſic repudiatio partis.*

1 §. Regula. † Si hæreditas, & libertas ſimul relinquantur eidem non poteſt una, ſine altera ſeparatim adimi h. d.¶ Et pone caſum, ꝙ dñs inſtituit ſeruũ ſuũ cũ libertate inſolidum, & poſtea in eo. teſtò anteq̃ diuerteret ad alios actus ademit alterã ipſarũ,certè nõ ualet ademptio, q̃a ſicut ſimul dederat libertatem, & hr̃ditatẽ,& alterã, ſine altera dare non potuiſſet, ita nec põt alterã, ſine altera adimere,remanet ergo illa,q̃ eſt adẽpta in uirtute alterius nõ ademptæ, nec ꝑ hoc,ꝙ unam adimit,cẽſet alterã uoluiſſe adimere.Nã non poterat dare libertatẽ ſine hæreditate, nec ecõuerſo, poſtq̃ aliũ non inſtituerat hæredem,ſi.n. dediſſet ſolã libertatẽ,non fuiſſet hæres per cuius aditionem ꝯfirmaret datio libertatis, & ſi dediſſet hr̃ditatem ſine libertate, non erat ſeruus capax eius,cũ pro nihilo reputet l.qd̃ attinet de reg.iu
2 Et hr̃ditas eſt de iure ci.& ſic nõ cadit in ſeruo hocius.¶† No.er. gò tex.pro eo. quod no. gl. in c. præterea.de offi. del. q̃ dicit illud
a uulgare,ꝙ de connexis idẽ eſt iudiciũ, [a] & qđ dr̃ de uno,cenſetur dictũ de altero,ut in c.tranſlato.de conſti.& l.ſi cognati.C.de neg. ge.& l.j.§.præterea.de ſeparatis locũ ſibi uendicat,qñ illa connexa ſunt talia,ꝙ unus ſine altero ſtare non põt. De quo eſſet caſus hic, intelligendo, vt dixi, ſecus ſi poſſet ſtare, ut ſi datus eſſet cohęres huic ſeruo,nã potuiſſet ſibi dari libertas abſq; hæreditate. q̃a ꝑ aditionẽ illius cohæredis ꝯfirmaret datio. Eo.ergo mõ poterit auferri pars hæreditatis data remanente libertate,ſed nõ ecõuerſo,poſſet auferri libertas remanente hæreditate. nã duraret prohibitio,
3 q̃a ius hæreditariũ non caderet in ſeruo. † Sed q̃ro cũ hodie eo ipſo,ꝙ inſtituit ſeruus.an cenſeat ſibi data libertas, ẽt ſi nõ dicat expſſe,vt in l.qđã.C.de nece.ſeruis.licèt iſto iure. nõ ſic eſſet, immo non ualebat inſtitutio, niſi daret libertas expſſa,utrũ eodẽ mõ ſi auferatur hæreditas cenſeatur ablata libertas. Rñdeo,puto,ꝙ nõ, nã aliud eſt in datione hęreditatis, q̃ eſt habitus, ideo de facili põt ad ſe trahere libertatem,quæ eſt neceſſaria ad dationem hæredita
4 tis. † Aliud in ademptione,quæ eſt priuatio, iõ ad aliud nõ extendit,ſicut in ſi.no.in l.2. de acq. hær. ꝙ aditio hæreditatis pro parte trahit ad ſe alias partes,tanq̃ habiles,q̃a recipit ius accreſcendi,ſed non ſic repudiatio partis attrahit aliàs partes,quia eſt priuatio, & & non recipit augmentũ.Sic ẽt patet in inſtõne,q̃ facta eſt de certo fundo,alio non dato cohęrede attrahit ad ſe totã hęreditatem, vt l. j.§. ſi ex fundo. de hær.inſt. & infra l. cum quidam.¶In glo.q̃ incipit, (quo adimitur.immo eodem modo, quo dedit) q.d.gl. ſi faceret aliud teſtamentum, in quo adimeret hæreditatẽ datã ſeruo in primo non faciendo mentionem de libertate, non haberet locũ iſte §.q̃a cenſeretur ẽt adempta libertas, cum per ſm teſtamentũ tollatur primũ, ẽt nulla facta mentione de primo, nec de contentis in eo, ſi non habet clauſulam derogatoriã, fortius ſi fiat aliqua mentio. ſi autem non faciet aliud teſtamentum, ſed codicillos, adhuc procederet,quod hic dicitur, & ita intellige gl. infra in uer. nec alia uoluntate, & fortius, qñ in alia uolũtate.ſeu teſtamento adimit vnam,ſiue alteram,vt neutra videatur adempta.¶In gl.quæ incipit,(niſi)ibi,(niſi euidens teſtantis uoluntas appareat,) ſupple.ſ.ꝙ adimendo vnam vult adimere vtranq;, nam tunc in eodem teſtamento poteſt, & habetur utraq; pro non data.ar.l.ſi ita ſcr.ptum.infra de leg.j.hic §.debet intelligi,quando nõ conſtabat,ꝙ adimendo unam,volebat adimere alteram.

ADDITIO.

a Eſt iudicium.Quæ dicantur connexa, uide ꝑ Aret.ꝯſi. 29.& an de connexis idem ſit iudicium,uide per An.Sicu.conſi.86.3.lib.

1 *Non ualet exhæredatio, quæ non poteſt confirmari per aditionem hæreditatis,niſi poſt mortem exhæredati.*

2 *Si filius non fuit exhæredatus,nec ẽt inſtitutus,& teſtator inſtituit hæredem extraneum,an ualeat inſtitutio,ſi filius uiuo patre moriatur.*

3 *Quid ſi teſtator dixit, quandocunq; filius meus morietur, & tamen filiũ nec inſtituerat,nec exhæredauerat.*

*Teſtamentum in quo filius,iam natus eſt præteritus,non tenet de iure prætorio,ex eo,quòd contratabulatur.*

1 §. Teſtamentum. †Non ualet exhæredatio, quæ nõ poteſt cõfirmari per aditionẽ hæreditatis, niſi poſt mortẽ exhr̃dati h.d.¶In tex.ibi,) exhæredatus.i.vř ĩ effectu, licèt ſit exhr̃datus puer,cũ exhæredatio nõ poſſit cõfirmari,niſi poſt eius mortẽ, q̃a inſtitutus fuit hæres poſt mortẽ exhr̃dati, & ſic erat inſtõ condõnalis, exhr̃datio aũt niſi confirmaret per aditionẽ non ualet,vt l.filiũ. §.ſed cũ exhæredatio.de contrat.cum ergo non põt confirmari in eius vita, cen-
2 ſetur nugatoria.¶† Sed quid ſi filius non fuit exhæredatus, nec ẽt inſtitutus,& teſtator inſtituit hr̃de extraneũ, ſi filius ſe uiuo morietur, gl. in l. Gallus. in prin. infra e. vult, ꝙ illa inſtõ non valeat, poſtq̃ filius, nec fuit inſtitutus, nec exhr̃datus.Bal. dicit,ꝙ de hoc videtur caſus hic, quia licèt iſte filius fuerit exhæredatus, tamen pro exhæ-

pro exhæredato non habetur,ſed pro præterito, & iſte text.vult, ꝙ inſtitutio extranei collata poſt mortem filij non valeat,Bald.in d.l.Gallus.tenet ꝯrium,& puto,ꝙ verius, nam ſi non fuit inſtitutus,nec exhæredatus, inſtitutio extranei collata poſt mortem filii non eſt filio iniurioſa,nec ipſius excluſiua, ſed eſt facta in defectũ filii,& in caſu,quo filius ad hæreditatem non poſſit peruenire, in caſu aũt,ꝙ poſſit,ſecus.Et ſic eſt caſus, in quo cauſa inteſtati præfertur cauſæ teſtati,qñ hæc ſecunda facta eſt in defectum primæ, vt no.Bar.ꝫ.de hær.inſti.l.ſi quis ita hæres inſtituatur,ſi legitimus. in vltima,ſeu pen.chart. ſed qñ teſtator exhæredauit filium, patet,ꝙ voluit ſibi inferre iniuriam,& ipſum excludere ab hæreditate. Et ideo ſi non excludit,vt debuit,vitiatur inſtitutio,per cuius aditionem non poteſt exhæredatio confirmari, vt l. Gallus. §. in oĩb.ꝫ.
3 eo.¶†Sed quid ſi dixit,quandocunq; filius meus morietꝛ, & poſt mortem meam inſtituo Titium hæredem, & tñ filium, nec inſtituerat,nec exhæredauerat.Rñdeo, iſta inſtitutio hẽt vim fideicõmiſſi,quia cenſeť voluiſſe, ꝙ filius ſit hæres ab inteſtato, & ꝙ eo mortuo alius ſit hřs,ſed hoc ſ͠m non pt eſſe directo, poſtq̃ alius fuit,qui non poteſt deſinere eſſe,vt l.ei.qui ſoluendo.ꝫ.de hær.inſti.ideo verba illa trahunť ad fideicommiſſum, quia videtur filius rogatus de reſtituendo illi poſt mortem ſuam detracta legitima, & Trebellianica,ad quod vide quod no.Bald.in l. extraneum.de hæred.Inſti.¶In fi.tex.ibi,(accipere poterit.)ſubaudi,ꝙ nõ poſſet, ſi rectè exhæredatus eſſet,vt ꝫ.de bo.libe.l.ſi ex patronis.§. Iulian. Inſti.de ſucce.lib.§.ſi vero teſtm̃.ſ͠m Dy. ¶In gl.ibi,(& ita interim eſt præteritus)certè ſi hoc eſſet verum,ſequereť,ꝙ nulla exhæredatio teneret,quia ſemper inter teſtm̃, & aditionem hæreditatis eſt dare medium,& illo medio eſſet præteritus, & ſic teſtamentũ eſſet nullum.Dic ergo melius,vt ſ.dixi,ꝙ ideo non ualet,quia nõ poteſt confirmari in eius uita,ſed ſi non poſſet,quia non eſſet hæres inſtitutus ꝓ poſt eius mortem,ſed purè, vel ſub alia conditione, quæ poteſt exiſtere filio viuente,valet exhæredatio, nec dr̃ exhætus præteritus,etiam antequam exhæredatio per aditionem ſit ꝯfirmata,licet,ſi poſtea non adeatur, euaneſcat, & ſic teſtamentũ non irritatur propter defectum exhæredationis,ſed quia non adi
4 tur hæreditas.¶†In gl.ibi,(nam iure prætorio valet,)no.iſtam glo. quæ tenet expreſſe illud,quod multi moderni tenent,ꝙ teſtamentum,in quo filius iam natus eſt præteritus,tenet de iure pretorio, & ideo ꝯtabulatur,q.d.ſi non teneret,non cõtratabularetur. Sed iſta opi.eſt falſa per ea,quæ dixi in l.ſi filius.qui in poteſtate.ſ.eo.& hic in tex.dum dicit,ꝙ nullius eſt momenti.¶In fi.gl.ibi, hic incerta,quæ remoueri non debet,quia facit conditionem ſi.n. inſtitutus poſt mortem filii moreretur antequam filius,euaneſceret inſtitutio l.hæres meus.de cond.& dem. ſed de inſtitutione non remouetur conditio,licèt remoueatur dies certa,an,& quando, & ita loquitur l.hæreditas ex die.de hær.inſti.& hoc vult dicere gl. q̃ not.& ſic vult concludere,ꝙ iſta inſtitutio ſit nulla propter defectum exhæredationis non ritè factæ, & ꝙ non remoueatur dies ad hoc,ut dicať exhæredatio rectè facta, potius ergo ſuſtinemus nullitatem teſtamenti, quàm remoueamus diem incertam, quæ facit conditionem.

## LEX XIII.

*1 Poſthumus naſcendo rumpit gradum ſuum, ex quo fuit præteritus licet naſcatur eo tempore,quo hæreditas adhuc non uerſatur in gradu ſecundo,ſed in primo.*

*2 Si teſtator inſtituit aliquem in dimidia,uel in certa re,& prohibet,ne amplius habeat,et alium non inſtituit hæredem, tale teſtamentum nõ ualet.*

1 SI poſthumus. †Poſthumus naſcendo rũpit gradum ſuum, ex quo fuit ꝓteritus,licèt naſcatur eo tpe,quo hæreditas adhuc nõ verſatur in gradu ſecundo,ſed in primo,nec reconualeſcit,licèt poſt mortem teſtatoris deceſſerit.hoc primo.Rumpit tertium gradũ, licèt ab illo fuit exhæredatus,ſed nõ primum, a quo exhæredatus fuit.hoc ſecundo.& ſic teſtm̃ rumpitur pro parte ratione præteritionis,in ꝗ̃nam rumpitur,& pro altera parte, ne quis decedat ꝓ parte inteſtatus,& ſic cauſa ĩteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati, hoc tertio,& ultimo uſq; ad §.ꝙ uulgo. Et diuide in tres partes, ut in ſummario,ſecunda ibi,(itaq;.) tertia ibi.(nãm & eam duob.) Et in primo caſu fuerunt duo gradus tantum, & a primo fuit exhæredatus,a ſecundo pręteritus:in ſecundo fuerunt tres,a primo,& vltimo fuit exhæredatus,a ſecundo,ſeu medio fuit præteritus, naſcendo ergo rumpit illum medium,& etiam tertium,ſed non primum.Ratio colligitur ex his, quæ no.ſ.eo.l.3.§.fina.in tertio caſu fuerunt duo tantum gradus,ſicut in primo, tamen quilibet ex inſtitutis fuit datus inſtitutus uulgaris de ꝓ ſe, & in hoc differt a primo.& iſtum vltimum declara plenius,vt habetur in l.pen.ꝫ.titu.j. primum autem caſum declara, vt ſ.l. ſi a primo. & ibi ponitur ratio dubitandi,& etiam hic,& in glo.ſuper verſi.uitiari.¶In tex.ibi (non poſſet ſubſtitutus adire.)ſupple,ſed uenientes ab inteſtato, vt in ſequenti caſu poſtquam poſthumus nõ erat.¶In ſecundo caſu ibi,(uenientib.primis.& deliberantib.)ſupple,naſcatur poſthumus,& ſic rumpat gradum ſ͠m,a quo fuit ꝑteritus, & poſtea decedat,ut ſequitur poſt mortem.ſ.teſtatoris.¶In tex.ibi,(qui tertio gradu ſcripti ſunt,) dic,& vr̃, ꝙ ſic, quia ab illo gradu poſthumus fuit exhæredatus,& ſic videbatur ualere, nam uidebatur rumpere gradum ſ͠m,a quo fuit præteritus, ſed ꝯrium eſt, quia rumpiť etiam tertius in conſequentiam ſecũdi, & ſic omnes gradus ſunt rupti,primus,quia inſtituti repudiauerunt,ſecundus,quia poſthumus fuit ab eo præteritus,tertius in conſequentiam ſecũdi, a quo dependebat,ſecundum gl.ſed ſi inſtituti in primo gradu nõ repudiaſſent,propter rupturam ſecundi non rumperetur primus, qa non ita dependet præcedens a ſequenti, ſicut econuerſo, & hoc uult gl.quæ incipit,quia rupto.in fi.Si autem iam fuiſſet natus præteritus in ſecundo,& exhæredatus a primo,& tertio,ſolus ſecundus gradus eſſet nullus,non tertius per l.3.§.fi.ſ.eod.& hoc vult ẽt eadem gl.ſed opp.extra gl.ꝙ idem in poſthumo,quia ratio illa, ꝙ ſequens dependet a præcedenti.non eſt bona, vt dixi in d. l.3.§.fi. ſed eſt alia,quam ibi dixi, quia poſthumus naſcendo rumpit gradum ualidum,in quo reperit hęreditatem verſari,ideo illam ad ſe trahit,& non permittit ad ſequentem deuolui,quia non debet rũpere ad utilitatem ſequentis,ſed in ſuam,ſed in caſu iſto, quia fuit præteritus a ſecundo gradu,& exhæredatus a primo, & tertio, ſi naſcatur deliberantibus inſtitutis in primo, non reperit hæreditatem in ſecũdo gradu,immo eſt adhuc in primo,vt in prin.l. ibi. ad hæredes primo gradu ſcriptos,&c.ergo illam ad ſe non trahit, & ſic videtur,ꝙ non rumpatur tertius.Sed reſpondeo, ꝙ licèt in ſecundo gradu non verſaretur adhuc hæreditas re ipſa pendente primo,uerſabatur tamen in ſpe,quia inſtitutis repudiantibus ſperabatur ad ſ͠m gradum deuenire hæreditas, & deueniſſet, ſi non fuiſſet ruptus.Rumpendo igitur trahit ad ſe illam ſpem, & non ꝑmittit deuenire ad tertium gradum, ſi tamen poſtea poſthumus moriatur,admittuntur alii uenientes ab inteſtato, quia gradus tertius ſemel fuit ruptus ad commodum poſthumi,& licèt nunc rũpitur,non approbatur commodum,quia mortuus eſt, non propterea reconualeſcit ſecundus,ideo deuoluitur hæreditas ad uenientes ab inteſtato,ut ꝫ.ſubiicitur ad legitimos eã pertinere, &c. ¶In tertio caſu in fi.ibi,non tamẽ magis ſubſtitutum admitti. ſupple,ſed legitimos,ſeu ueni.ab inteſtato. ut in caſu præſenti in fi. nã ad hoc probandum dicit,nam & cum duobus,&c. q.d. non ſolũ in præcedenti caſu peruenit hæreditas ad legitimos, ſed etiam in hoc ſequenti.Sed quare non peruenit ad cohæredem per ius accreſcendi,poſtquam a primo gradu poſthumus fuerat exhæredatus,& ſic valebat poſtquam ſecundus gradus fuerat ruptus, quia ab eo præteritus,nam habetur pro non facto,ſed ſi factus nõ fuiſſet repudiante vno ex Inſtitutis,portio eius accreſceret alteri. Reſpondeo,ꝙ ratio eſt,quia cenſeť prohibuiſſe ius accreſcendi, poſt quàm illi repudianti dederat ſpecialem ſubſtitutum,& ſubſtitutio valuit a principio, nam ſubſtitutus vulgaris præfertur cohæredi, vt ꝫ.de ſ͠m tab.l.2.§.ſi duo.& auth.hoc amplius. C. de fideic. & ꝯ voluntatem defuncti non debet cohæredi accreſcere,per ea,quę no.in ll.dictis.ſ.de vſufr.& ꝫ.de hæred.inſt.l.quoties.§.ſi duo. Sed opp.ꝙ non poſſit deuenire ad legitimos, quia ſic decederet pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,propter h.d.gl. ꝙ immo decedet in totum inteſtatus,nam cohæres propter repudiationem illius,cum non poſſit habere portionem repudiatam ratione prędicta,ne offendatur regula,ꝙ quis non poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus carebit etiam propria portione, & ſic rumpetur etiam prius gradus, licèt ab illo fuerit exhæredatus,& erit caſus,in quo cauſa inteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati, & iſte eſt caſus in l.penul. ꝫ.titu.j.per quam text. ſuppletur,& de-
2 claratur.¶†Et hoc facit pro intellectu Bart.ad l.quoties. §. ſi duo. ꝫ.de hęredi.inſtitu.quòd ſi teſtator inſtituit aliquem in dimidia, vt in certa re,& prohibet,ne amplius habeat, & alium non inſtituit hæredem,tale teſtamentum non ualet, quia reliqua non poſſunt ſibi accreſcere contra uoluntatem defuncti,& non accreſcunt,ſi valeret in his,in quibus ille eſt ſubſtitutus, iam decederet pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.Potius ergo tollerandum eſt,ꝙ cauſa inteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati,quam ꝙ iſta regula offendatur,ſed ſi non ueniret contra voluntatem teſtatoris expreſſam tunc econtra cauſa teſtati traheret ad ſe cauſam inteſtati ut l.j.§. ſi ex fundo.de hęr.inſt.Quod autem hic dicitur poſthumum excludi,intellige ideo,quia iam erat mortuus,ut in fi. gloſſæ, & in precedenti caſu,alias perueniret ad poſthumum,ut in princip.leg. ſecundum Dyn.

*1 Quando filius eſt inſtitutus in primo gradu inſolidum,uel pro parte, non expedit,ꝙ a ſequenti gradu exhæredetur,& ſi ualet, etiam ſi fuerit ab eo præteritus.*

2 *Subſtitutio vulgaris non dicitur continere grauamen, quia filius poteſt*
*eam excludere adeundo, & poteſt fieri etiam in legitima.*
*Idem in pupillari, quæ dicitur potius prouiſio, q̃ grauamen.*
*Secus in fideicommiſſaria, quæ non poteſt fieri in legitima.*

1 §.Quod vulgo. † Qñ filius eſt inſtitutus in primo
gradu inſolidum, vel pro parte, nõ
expedit, quod a ſequenti gradu exhæredetur. & ſic valet, etiam ſi
fuerit ab eo præteritus. h.d. Ratio eſt, quia talis præteritio non eſt
ſibi iniurioſa, nec nociua, cũ fuit in ſua poteſtate adire ex primo
gradu, ſi ergo non adit, ſeipſum excludit, ideo põt deuolui ad ſe-
quentem gradum ſine eius iniuria, non ſic, ſi in ſequenti eſt inſti-
tutus, & in præcedenti præteritus, quia ſi valeret pręcedens, præte
ritio eſſet ſibi nociua, cum non ſit in ſua poteſtate adire ex ſequẽ
ti, quouſq; pendet præcedens, vt ĩ. de vul. & pup. l. ex facto. §. Lu-
cius. & hic in gl. j Intellige tamen iſtum tex. qñ fuit inſtitutus in in
tegra legitima, vel ẽt ultra, & non fuerat grauatus taliter, ꝙ legiti-
ma integra non remaneret, alias ſecus, ut ſ. de inoff. teſt. l. Papin. §.
2 qm̃. in fi. & ibi no. ꝑ gl. ſecundam magnam in fi. ¶ † No. ex iſto §. ꝙ
ſubſtitutio vulgaris non dr̃ continere grauamen, quia filius põt
eam excludere adeundo, & ideo poteſt fieri, & in legitima. Idem
in pupillari quæ dicitur potius prouiſio, q̃ grauamen, vt l. ex trib.
cum ibi no. C. de inoff. teſ. ſecus in fideicommiſſaria, quæ non p̃t
fieri in legitima, vt l. cohæredi. §. cum filiæ. ver. nec fideicommiſſa.
ĩ. de vulga. & pupil. & vide quod no. Bar. in l. Lucius. §. maritus. ad
Trebell. ¶ In tex. ibi (non vſquequaq; verum eſſe ait.) nam eſt ue-
rum, quando ab vno filius eſt exhæredatus, ab alio pręteritus, tũc
n. ille a quo eſt præteritus, ſolus eſt nullus, & alius a quo eſt exhæ
redatus, eſt ualidus, ſed ſi in vno eſt inſtitutus, in alio præteritus, ſi
quidem in primo eſt inſtitutus, valet etiam ſequens, vt hic ſequit̃,
ſecus ſi econuerſo, vt d. l. ex facto. §. Lucius.

1 *Exhæredatio facta de filio tanquam extraneo per errorem, qui teſtator pu*
*tabat ipſum non eſſe filium, probata filiatione, redditur nulla.*
2 *Sicut non valet inſtitutio facta de extraneo tanquam filio, probato, ꝙ non*
*ſit filius, uel de alio tanquam coniuncto, ſi non erat coniunctus, ita econ*
*uerſo, exhæredatio facta tanquam de non filio, non valet, ſi apparet, ꝙ*
*erat filius.*
*Quid ſi teſtator ſciuit.*
3 *Præfatio declarat animum loquentis.*
*Scire quis dicitur, & etiam certus eſſe, de quo vehementer opinatur.*

1 §.Si quis. † Exhæredatio facta de filio tanquam extraneo
per errorem, qui teſtator putabat ipſum non eſ
ſe filium, probata filiatione, redditur nulla. h.d. ratio eſt, quia non,
cenſetur habere voluntatem defuncti, nam eſt præſumendum,
2 ꝙ ſi ſciuiſſet ipſum eſſe filium, nõ exhæredaſſet. † Et ſic no. ꝙ ſicut
a nõ valet inſtitutio facta de extraneo, tanq̃ filio,[a] probato, ꝙ non
ſit filius, vt l. eam quam. C. de fideicõ. vel de alio tanquam coniun
cto, ſi non erat coniunctus, vt l. ſi pater, & l. nec apud. C. de hær. in
ſti. ita econuerſo, exhæredatio facta tanquam de non filio, non
valet, ſi apparet, ꝙ erat filius, & ſic cauſa concernens filiationem,
vel conſanguinitatem cenſetur eſſe cauſa finalis, qua deficiente
ceſſat diſpoſitio, & ita no. in l. demõſtratio. §. quod autem iuris. de
cond. & dem. per Bar. & hoc qñ errauit, ſecus ſi ſciuit, tũc. n. ſicut
valeret inſtitutio facta de aliquo tanquam filio, uel coniũcto. Sed
non eſſet, quia cenſeretur ipſe appellaſſe filium, vel coniunctum
ratione dilectionis, vt ĩ. de hær. inſt. l. nemo. §. fi. ita valet exhæreda
tio facta tanq̃ de extraneo, licet non ſit, quia præſumitur teſtator,
illud dixiſſe ex iracundia. & odio, quod ad eum habebat, ut ſ. eo. l.
3 3. circa prin. ¶ † Vltimo no. tex. ibi, (cum elogium, & c.) ꝙ pręfatio
declarat animum loquentis, vt ĩ. de hęre. inſti l. fi. ¶ In tex. ibi, (quẽ
ſcio) ſ. per vehementem opi. nam & tunc ſcire quis dicitur, & etiã
certus eſſe, de quo vehementer opinatur, vt l. ſi quis ita. §. ſi quis
cum ignoraret ante finem in verſi. ſi quaſi certus. ſ. de teſta. tu. &
quod no. Bar. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. cal. ¶ In gl. magna
b ibi,) & quia verbum patris,) & c. non intelligas,[b] ꝙ ſi eſſet in poſſeſ
ſione filiationis. verbum patris noceret ei, ſed ſi non eſſet verbũ
patris poſſet ei prodeſſe, ſ̃m Dy. vt no. in ll. hic allegatis in glo. hæc
ergo erant duo propter quæ incumbebat filio onus probandi, &
quia nõ erat in poſſeſſione filiationis, & quia verbum patris, erat
ↄ eum, & ſufficeret primum. ¶ In gl. ibi (rñdeo, quia interim, & c.)
tu dic melius ſ̃m Dy. ꝙ ideo expectatur, quia diuerſi ſequuntur
effectus, nam ſi probetur filius, apparet exhęredationẽ nullam, &
ipſum dẽre conſequi bona paterna, ſed ſi non probetur filiatio, li-
cèt ẽt tunc exhęredatio ſit nulla, q̃a facta de extraneo, ut l. quidã
cum filium. de verb. ob. non t̃n pertinebunt ad eũ bona paterna.

ADDITIONES.

a Tanquam filio. Adde quod voluit Rapha. Ful. conſi. 86.
b Non intelligas. Lu. Ro. in l. neque profeſſio. C. de teſt. alleg. hanc pro ſing.
ꝙ ubi filius eſt in poſſ. filiationis, aſſeueratio patris contraria non nocet
ipſi filio de qua mater a vide per Can. in c. Michael. de filij. presby. & in c.
tranſmiſſæ. qui filij ſint legi. per Anch. conſi. 215.

LEX XVI.

2 *Quando filius fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, ꝙ antequam ſit*
*impleta, non ſit ſuus hæres, & ſi decedat ea non impleta, nepos ex ea non*
*prohibetur eſſe ſuus hæres, & an vocetur nepos viuente filio.*
3 *Qualiter iſte nepos poſſit eſſe ſuus hæres auo.*
4 *Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres, & an eodem modo hæres.*
5 *Si legatario datur ſubſtitutus vulgaris, ꝙ tamen tranſmittat ad ſuos hæ*
*redes qui ſi repudiant, ꝙ admittatur ſubſtitutus.*
6 *Per dationem ſubſtituti vulgaris, non tollitur exiſtentia ſui hęredis, nec*
*quo ad ſuitatem, nec quo ad neceſſitatem.*
7 *Pendentia natiuitatis poſthumi, æquiparatur conditioni, quæ ultimo ui-*
*tæ ſpiritu non poteſt impleri, quando filius inſtitutus, ut ſub conditione*
*poteſtatiua non habet cohæredem, uel ſubſtitutum, & ꝙ tunc deuolua-*
*tur hæreditas ad cauſam inteſtati.*
8 *Per dationem cohæredis, an tollotur exiſtentia ſui hæredis.*

1 SI filius hæres. † Iſta eſt difficilior l. & ſubtilior
totius tituli in intellectu ſui, &
recipit duplicem intellectum. Primus fuit intellectus gl.
Secundus fuit intellectus antiquorum. ſ. Dy. quem ſequitur Bar.
Tertius eſt intellectus modernorum, qui eſt ipſa veritas, & ip̃m
habui a Doct. Papienſibus tempore quo ſtudebam ibi. Et audiui
a quodam valenti Doct. de Sabaudia, & famoſo, qui vocabatur
a dñs Petrus de muris, ꝙ originaliter[a] fuerat intellectus ſuus: reperi
tur tamen in quibuſdam lect. Bar. tactus per eundem, ſed ego nõ
habeo, & multi non habent, & tamen ipſum non approbat. Et rõ
eſt, quia habet difficilia ↄ̃ria, quibus neſciuit rñdere, ſed ego ĩ. rñ-
2 debo, & malè declaratur per Doc. ſcribentes. † Secundum primã
lect. gl. quàm Doc. multum malè declarant, ideo remanent gl. in
confuſo. hoc dicit. ¶ Si filius purè inſtitutus antequam ſe immi-
ſceat, decedat, nepos ex eo ſibi ſubſtitutus vulgariter vocatur ad
hæreditatem aui ex ſubſtitutione, & etiam ad hæreditatem patris
ex ſui teſtamento, uel ab inteſtato, & uterq; erit ſuus hæres, ſed ſi
non fuit ſubſtitutus vulgariter, nec filius habebat hæreditatẽ, vo-
catur nepos ad hæreditatem aui ab inteſtato, & ſimiliter ſuus erit
hæres, & vtroque caſu vocatur nepos, demum mortuo ſilio, ſi ↄ
tingit, quando filius eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quę
vltimo vitæ ſpiritu poteſt impleri, ſi ea non impleta deceſſit, ſup-
ſtite nepote. h.d. & ſic ſ̃m gl. vſque ad uerſi. fi. qui incipit. (ſicut) lo-
quitur quando filius fuit purè inſtitutus, ibi uero ſub conditione
poteſtatiua, quæ ultimo vitæ ſpiritu poteſt adimpleri. Et ponitur
ſimilitudo in hoc, quia ſicut in hoc vltimo caſu nepos vocat̃ de-
mum mortuo filio, vt ĩ. de cõd. ind. l. fi. quæ eſt neceſſaria ad intel-
lectum huius legis, ita in primo caſu vocatur ex ſubſtitutione vul
gari, & in ſecundo in ver. (quòd ſi nemo,) vocatur ab inteſtato, de
mum mortuo filio. Item ſ̃m iſtum intellectum tex. dum dicit, (ip
ſe filius inteſtato patri, & c.) debet exponi, i. ipſe, nepos, qui erat fi-
lius filii. Et eſt differentia inter primum caſum, & ſ̃m, quia in pri-
mo nepos erat ſubſtitutus vulgariter, & ſic venit ex teſtamẽto in
ſecundo, in ver. quod ſi nemo ſubſtitutus, nullus fuit datus ſubſti-
tutus, nec filius habebat cohęredem, & iſte intellectus ponitur ꝑ
gl. quæ incipit idemq; nepos, & eſt gl. pen. Item ſ̃m iſtum intelle-
ctum de præteritione poſthumi, de qua fit hic mentio, parum eſt
curandum, poſtquam non fuit natus, & hic fit mentio, quia ſic de
facto contingit, non ut denotet iuris myſterium, quod nõ eſt ue-
riſile, cum ſit poſita in hoc ti. alias non congrueret ti. & iõ iſta lec
nõ placet, vt ĩ. ſubiiciam, quia dico, ꝙ in hac præteritione poſthu-
mi tota uis iſtius legis cõſiſtit. ¶ In tex. ibi, (omiſſo poſthumo,) ſub
audi, qui putabatur eſſe in utero, & non erat, & ſic ꝑꝑ hoc non
impediebatur filius eſſe ſuus hæres ex teſtamento, ut ĩ. de acqui.
hær. l. uentre. & §. ſed ſi uacuo. idem ſi erat, ſed poſtea deſijt eſſe,
antequam filius decederet, quia factus eſt abortiuus, nam ex tũc
inciperet filius eſſe ſuus hæres, ſi non haberet ſubſtitutum vulga-
rem, ſed propter ſubſtitutum. nec in primo, nec in ſecundo fuit
ſuus hæres, ſ̃m lect. d. Dy. & Bar, ſ̃m quam iſtæ expoſitiones ſunt
neceſſariæ, nam ſi re vera fuiſſet in utero, & deſiiſſet eſſe a morte
filii, tunc ꝑꝑ ſolam pendentiam natiuitatis poſthumi præteriti, q̃a
poterat teſtamentum rumpi, non fuiſſet delata hæreditas iure ſui
tatis filio inſtituto, ut d. l. ventre. uer. ergo ſi uentre pleno. vbi colli
gitur, & ſic lect. Doc. non eſſet neceſſaria, quia etiam ſi filius non
haberet ſubſtitutum vulgarem, non eſſet ſuus hæres ex teſtamen
to, quod ſperabatur rumpi, licèt ab inteſtato bene eſſet, ẽt tũc ꝓ
rata, q̃ ipſum tangeret, ut l. cum quidã. §. ſuum hęredem. de acqu.
hær. Et ſ̃m uerum intell. & lec. uerã modernorum, debet intelligi
hoc caſu. ſ. ꝙ poſthumus erat in utero, & poſt mortẽ filii inſtituti
deſiit eſſe, q̃a nõ ꝑuenit ad lucẽ, & ſic nunq̃ fuit filius ſuus hr̃s ꝑꝑ
hoc

ADDITIO.

a ¶ Originaliter. Vide per Ale. in princi. 4. col. & ibi, an verus ſit intellectus
Pau. de Caſt. & Raph.

hoc ſolum,quia poſthumus erat prꝫteritus, & ſperabatur teſtm̃
rumpi,vt iſta l.faciat ad titulum, & non ſine myſterio dicatur hic
de præteritione poſthumi,non autem propter ſubſtitutionẽ vul-
garem,quæ re vera non tollit exiſtentiam ſuitatis, vt ꝭ.dicam, &
2 eodem modo debet intelligi ſequens ver.(quod nemo.†Qñ aũt
filius fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,clarum eſt, ꝙ ante
quam ſit impleta,non eſt ſuus hæres,quia effectus eſt de neceſſa-
rio uoluntarius,licèt,poſtquam impleta eſt,incipiat eſſe ſuus hæ-
res,vt ꝭ.de cond.& demõ.l.conditionibus pupillus.& ideo in fine
huius l.vbi fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, non eſt du-
bium,ꝙ filio decedente ea non impletur,nepos ergo non prohi-
betur eſſe ſuus hæres,quia filius non fuerat. Sed ſolum eſt dubiũ,
an vocetur nepos viuente filio,vel eo mortuo, in quo diſtingue
qualis ſit conditio.An illa,q̃ potuit impleri vltimo vitæ ſpiritu, &
admittitur eo demum mortuo,vt intelligit iſta gl.fi.huius l.An q̃
non potũit impleri,& tunc etiam eo viuo.l.fi.ꝭ.de cond.inſtitu.Et
3 ita intelligunt Doc.iſtum tex.melius,quàm gl.vt ꝭ.patebit.¶†Op
po.ergo nunc pro declaratione omnium gl.quæ loquuntur intri
catè,& confusè contra tex.in prin.dum dicit,quem auo ſuum hæ
redem futurum.Nam videtur, ꝙ iſte nepos non poſſet eſſe ſuus
hæres auo,ſi ponimus,ꝙ filius fuerit purè inſtitutus, ſm quod gl.
intelligunt,nam ipſe filius fuit hęres ſtatim auo mortuo,vt ꝭ.ſi qs
omiſſ.ca.te.l.j.§.qui ſunt in poteſtate.nec deſijt eſſe ſuus hæres, li-
cèt poſtea deceſſerit,antequam immiſceat,nam etiam ſi repudiaſ
ſet,non deſineret,vt ibi,ergo nepos ex ſubſtitutione poterit eſſe
ſuus hæres,quia non poſſunt duo eodem iure eſſe hæredes inſoli
dum,vt l.quia contra.§.vni duo.de reg. iur. Et quia in ſuitate non
habet locum ſucceſſ.edi.vt l.j.§.ſciendum.de ſuis.& le.l. qui ſe pa-
tris.C.vnde li.& dixi ſupra eo.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.Pro
pter hoc ꝯrium,quod etiam colligitur ex gl.quæ incip.idemq́ue
nepos.ibi,dum dicit,ſed nonne pater præcedebat. Colligũtur ex
gl.tres,vel quatuor ſolutiones,& intellectus diuerſi ad l. Nam di-
xerunt quidam,ꝙ immo iſte filius non fuit ſuus hæres, quia non
fuit inſtitutus purè,ſed ſub conditione poteſtatiua,quę vltimo vi
tæ ſpiritu non poterat adimpleri,ſed in fi.qñ impleri poterat,vel e-
conuerſo, & neutro caſu pendente conditione fuit hęres, & ſic
dum dicit,interim, debet exponi.i. conditione pendente, & hoc
habetur in gl.j.& etiam in ſecunda ſuper ver.interim.in fi.iſte intel
lectus non placet gl.immo dicit,ꝙ purè fuit inſtitutus, & bene in
hoc,quia tex.non dicit aliquid de conditione,ſed ſolum in fi. Præ
terea inutilis eſſèt iſta l.nam iſtud plenius examinatur in l.fi.de cõ-
di.inſtit.& iſta l.diceret illud,idem quòd illa. Præterea Iuriſconſul-
tus tunc videtur ponere ſimilitudinem inter vnam conditionem
& alteram,dum dicit,ſicut euenire,& tamen longa eſt diſſimilitu
do,quia illa, quæ non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu, admittit
nepotem,etiam filio viuente,altera verò demum eo mortuo,vt
d.l.fi.vnde non poſſet adaptari litera,dum dicit,ſicut euenire ſolet
&c.ſi ſequeretur de diuerſa conditione,Alii dixerunt,ꝙ filius fuit
purè inſtitutus,tamen non fuit ſuus hæres, quia deceſſit viuente
patre,eodemq́ue auo teſtatore, & viuens non habet hæredem,
vt l.prima.infra pro hęrede.nimirum ſi nepos poterit eſſe ſuus hę
res,& hoc colligitur in illa eadem gloſſ.ſuper uerſi.interim.ibi dũ
dicit,vel viuente teſtatore. Iſte intellectus non eſt bonus, quia ſi
hoc eſſet falſum,eſſet quod dicitur in text. nepotem iſtũ eſſe ſuũ
patri hæredem tam ſuo,quàm auo. Nam patri ſuo nullo modo
poſſet eſſe ſuus hæres,tunc quia iure iſto filiusfa.non habet hære-
dem ab inteſtato,nec ex teſtamento, niſi in caſtrenſi peculio, &
poſito,ꝙ tunc haberet,non poterat habere hæredem ſuum,quia
nepos non erat in ſua poteſtate,ſed aui,& ideo illa expoſitio,viuẽ
te teſtatore,non eſt bona,ſed eſt tenenda prima,quòd poſt mor-
tem teſtatoris,& ante aditam hæreditatem deceſſit, & tũc adhuc
remanet contrarium,quomodo nepos potuit eſſe ſuus hæres,ex
4 quo filius fuit.†Alij tertio loco intelligunt, ꝙ filius fuit ſuus hęres
& pronepos non poteſt eſſe ſuus hæres immediatè, & ex ſua per
ſona,& ita loquitur contrarium,ſed mediante patre ſuo, eodem-
que filio ſic,quia hæres hæredis,quia talis hæres habeor,qualis eſt
is,per quem hæres efficior,vt infra. de acquirenda hæredita.l. qui
in aliena.§.interdum.iuncta l.fi.C.de hære.inſti.& hęc ſol.colligi-
tur ex gl.quæ incipit auo ex teſtamento.in fi.Iſta ſolu. non eſt bo
na,& gl.dicit,ꝙ ideo,quia hic filius non fuit hæres, & iſta præſup-
ponit,ꝙ iſte filius immo fuit.Præterea vltra gl.text.vult,ꝙ iſte ne-
pos ſit ſuus hęres ex ſubſtitutione vulgari ipſi auo,non ex eo, ꝙ
ipſe ſit hæres patri ſui. Vnde etiam ſi repudiaret hæredita. patris
ſui,eſſet ſuus hæres auo,ſed iſte intellectus præſupponit contrariũ
quia non diceretur eſſe,niſi mediante perſona patris ſui, & ſi hoc
eſſet,etiam ſi nõ fuiſſet ſubſtitutus,idem eſſet,& ſic fruſtra in ſub-
ſtitutione fieret hæc mentio.Romaneamus ergo in confuſo, &
iſtud contrarium remaneat inſolutum in gl. Sed quarta ſol. vide-
tur colligi ex glo.quæ incipit.idemque nepos.ibi dum dicit,reſpõ-
deo,nunc conſtat,& aliqui habent non,ſed eſt tunc gl. corrupta,
& debet dicere,tunc conſtat auum deceſſiſſe inteſtatum, licèt ali-
qui habeant teſtatum,ſed bene,quia tamen illa glo. eſt poſita ſu-
per verſi.quòd ſi nemo.Solu.illa non cadit in princip.huius l.ſed in
illo ver.vbi eadem poteſt formari oppoſitio.Ideo ex gl. Dy. q̃ ſe-
quitur Bar.ſoluit iſtud contrarium in princ.huius l. filius fuit purè
inſtitutus,tamen non fuit ſuus hæres, ex eo, quia nepos erat ſibi
vulgariter ſubſtitutus,& per ſubſtitutionem vulgarẽ tollitur exi-
ſtentia ſui hæredis,quia teſtator dando ſubſtitutum vulgarem,vi
detur dediſſe filio licentiam abſtinendi,ut l.j.§.proponatur. ſi quis
omiſ.ca.te.Sed quando pater dat filio licentiam abſtinendi, facit
ipſum de neceſſario uoluntarium,ut l.Cornelius.& l.iam dubita-
ri.de hære.inſti.& hoc uoluit gl.expreſſè in l.Papin.§. quoniam au
tem quarta.de inofficio.teſtamen.quòd dando ſubſtitutum uul-
garem facit de neceſſario uoluntarium,pro qua glo.caſus eſt hic
ſecundum Dynum.Et ex hoc ſequitur,ꝙ talis filius non tranſmit
tet hæreditam iure ſuitatis ad ſuos hæredes,ſed deuenit ſolum ad
ſubſtitutum.Ponamus,quòd habeat filius plures filios, eoſdem-
que nepotes,unus tamen ſolus fuit ſibi ſubſtitutus, & tamen om
nes fuerunt eius hęredes ab inteſtato, certè exiſtentia ſui hæredis
non eſſet ſublata per ſubſtitutionem uulgarem, quæ ſecundum
ueram opin.operatur tranſmiſſionem hæreditatis ad quoſcunq;
hæredes,etiam ſi ſe non immiſcuerint,ut l.ex militari.§.fin. cum l.
ſeq.de teſt.mili.iſta hęreditas aui foret tranſmiſſã ad omnes nepo-
tes non obſtante ſubſtitutione,& ſi illi adirent,ſubſtitutio euane-
ſceret,ſic ſi ipſe filius adiuiſſet.Sed retenta iſta opi. quia per ſubſti-
tutionem uulgarem tollitur exiſtentia ſui hæredis cum ſuis effe-
ctibus,non fit tranſmiſſio ad omnes, immo deuenit hęreditas ad
ſolum nepotem ſubſtitutum,& hoc uoluit Dynus, & Bartol. li-
5 cèt non ita ſpecificent.¶†In uerſicu. (not.quòd ſi nemo.)ponunt
caſum,quòd fuit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ ulti-
mo uitæ ſpiritu non poterat adimpleri, ut quando conſiſtebat in
facto ipſius adimplere debentis,ut ſi aſcenderit capitolium, & nõ
habebat ſubſtitutum,uel cohęredẽ, quo caſu ſi decedat interim
ea non impleta,cum incipit mori, incipit eſſe certum ex illo teſta-
mento neminem fore hæredem, ideo deſtituitur teſtamentum,
& deuoluitur hæreditas ad cauſam inteſtati, & idem ipſe filius eſt
primus in cauſa inteſtati,& ideo ipſe efficitur ſuus hęres ab inteſta
to in puncto mortis,& tranſmittit ad ſuos hæredes,& hæc haben
tur in l.ſi.ſ.allegata.& ſecundum hoc ponitur determinatio caſus
uſque ibi,ſicut euenire,& ibi exemplificat, & declarat quod dixe-
rat,& tex.dum dicit,ipſe filius ſtat propriè, & in hoc differt ab in-
tellectu gl.quæ intelligit,ipſe filius,ideſt nepos.Item differt in alio,
quia gl.intelligit in illa, quæ ultimo uitæ ſpiritu poterat adimpleri,
ſed Docto.in illa,quæ non poterat,& melius in hoc. Item differt,
quia ſecundum gl.uerſi.(quod ſi nemo,) debet intelligi, quando
purè fuit inſtitutus,ſicut in principio, ſed quando ſub conditione
loquitur uerſi.(ſicut.) & ſic ille uerſic. ponitur ſimilitudinariè,ſed
ſecundum Dynum.& Bart. ponitur exemplificatiuè, quia etiam
in uerſicu.quod ſi nemo.fuit inſtitutus ſub conditione, & in uer.
ſicut exemplificat.Poſito autem, quòd iſta lect.eſſet uera, primũ
dictum,quòd per dationem ſubſtituti uulgaris tollitur exiſtentia
ſui hęredis,debet limitari,ut habeat locum in expreſſa ſubſtitutio
ne.Secus in tacita,quæ includitur in expreſſa vulgari.ut l.Iul.& ibi
no.de acqu.hęred.quia illa eſt merè legalis, unde non poteſt dici,
quòd teſtator per eum dedit licentiam abſtinendi. Item debet li-
mitari,quando facta eſt in hęreditate, ſecus ſi in ſuitate, ut ſi filius
me uiuo deceſſerit,ſubſtituo nepotem.nam ſi non deceſſit eo ui-
uo,erit hęres ſuus poſt mortem patris non obſtante ſubſtitutio-
ne,ut l.mater.§.fina.& ibi no.in gloſſ.de uulg. & pupilla. Item ue-
rum,niſi ſit datus ſubſtitutus fideicommiſſarius,nam tunc nõ ui-
detur data licentia abſtinendi,ut l.non iuſtam.& ibi per Bal.C. ad
Treb.Item in illa,quæ continetur in compendioſa, uel reciproca,
quia non eſt omnino expreſſa.ut no.Ange.in §.quoniam autem
quarta.Quid autẽ ſi erat partim expreſſa,partim tacita, uide Bald.
in l.cum proponas.C.de hęredi.inſtituen.Sed Bald. hic uidetur te
nere iſtam opinio.cum diſtinctione,nam bene tollitur neceſſitas
ſed ſuitas,quæ conſiſtit in continuatione dominii,non tollitur. Et
ex hoc infert, quòd non impeditur tranſmiſſio hæreditatis non
aditæ per donationem ſubſtituti,ſicut in ſimili,ſcilicet ſi legatario
daretur ſubſtitutus uulgaris, nam nihilominus tranſmitteret ad
ſuos hæredes,qui ſi acceptarent,excluderent ſubſtitutum,& inſti
tutus ita demum admitteretur, ſi repudiarent, hęc habentur in l.
quidam ita.ꝭ.ad Trebell.& l.tertia.§.primo.de adimen.lega.& di-
cit,quòd hic iſte nepos admittitur ex ſubſtitutione, ſi eam eligit,
ſed ſi uellet uenire ex trãſmiſſione,poſſèt certè,ſi eſſènt plures ne-
potes,qui ſuccederent patri, ſecundum hoc non poſſèt ille ſolus
eligere, & excludere alios, ad quos fuiſſet hæreditas tranſmiſſa.
Nec placet dictum Bald. quòd tollitur neceſſitas, & non ſuitas,
quia dominium non continuatur in filium, niſi tanquam in hæ-
redem,unde non poteſt dici ſuus,niſi etiam ſit hęres ſuus,& iſtud
6 quod ſit hęres,conſiſtit in neceſſitate.Breuiter † iſte intellectus ad
hanc l.non placet.nec puto,quòd ſit uerus in ſe, & dico, quod ꝑ
dationem ſubſtituti uulgaris non tollitur exiſten.ſui hęredis. nec
quo ad ſuitatem,nec quo ad neceſſitatem,nec uidetur data licen
tia abſtinendi.Nam ſi filius habet licentiam a prætore, unde non
expedit,ut detur a patre.Cum ergo pater ſubſtituit,ſi non erit hę

res,videtur ſubſtituiſſe in caſu,quo a beneficio prætoris abſtineat cum abſtinere poſſit,non autem uidetur dare nouam licentiam abſtinēdi,& hoc probatur in l.Iul.ſi quis omiſ.cau.teſt.vbi de hoc non vr̃ reprobari,licèt Bar.conatur ibidem reſpondere,& etiam in l.ſi ſolus.de acq.hær.& dico de hoc eſſe caſum,qui per nullum Doc.ad hoc fuit ponderatus in l.fi.de cond.inſti.ante fi.uer.altera vero ſpecies.nã ibi,nepos fuit ſubſtitutus vulgariter filio, & filius
5 fuerat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,quæ vltimo vitæ ſpiritu poterat adimpleri,dicitur ibi,ꝙ ſi filius decedat cōditione nō impleta,nepos non vocatur ex ſubſtitutione,niſi poſt mortem filii,Ratio eſt,quia illa conditio quouſq; vixit, & in eo fuit ſpiritus, potuit per alium impleri,& ſi fuiſſet impleta antequam emitteret ſpiritum ipſemet filius fuiſſet effectus hæres ex teſtamento in articulo mortis,& tranſmiſiſſet ad ſuos hæredes, & excluderetur ſubſtitutus,Ideo expectatur quouſq in eo eſt ſpiritus,& non admittitur ſubſtitutus,niſi ipſo perfectè mortuo.ſed ſi opi. Docto.eſſet vera,ꝙ eſſet ſublata exiſtentia ſui hæredis, tunc admitteretur etiã nepos in vita filii ſtatim,cum inciperet mori,quia tunc ſuitas nihil poterat operari,& ideo licèt conditio impleretur per alium eo adhuc viuente,quia tamen perdiderat voluntatem eo ipſo, ꝙ incipiebat mori,& ſic non poſſet adire,vt ʝ.quando di.le.ced.l.fi.non expectaretur etiam tũc,quòd eſſet perfectè mortuus, immo ſtatim,quòd incœpiſſet mori, licèt conditio poſſet adhuc impleri, quia tamen per hoc non efficiebatur hæres per l.iure ſuitatis. ſed habebat neceſſe fieri ex voluntate,& uolũtatem iam perdiderat, & ſic non poterat effici ſtatim,cum non incœpiſſet eſſe certum defeciſſe primum gradum inſtitutionis, & ſic admitteret̃ nepos ex ſecundo gradu,cuius contrarium ibi dicitur, ergo ſequitur neceſſario,ꝙ ſuitas non fuit ſublata,per quam potuit effici hæres in mortis articulo ſine ſua voluntate, ideo nepos habet expectare vſq; poſt mortem,& hoc ſubtiliter ibi colligitur, ſi bene inſpiciatur.probatur etiam in l.Lucius.ʝ.de vulg.& pup.& ibi dicam.Poſſet autem procedere intellectus Doc.in ſeruo, qui eſt neceſſarius hæres,& non habet licentiam abſtinendi a prætore, vt ſi detur ſibi ſubſtitutus vulgaris,cenſeatur data licentia abſtinendi, alias fruſtratoria eſſet ſubſtitutio.Dicas ergo ſecundum intellectum modernorum,ꝙ iſte filius non fuit ſuus hæres, quia poſthumus fuerat præteritus,& erat in vtero,nec deſijt eſſe, quouſq; filius vixit, ſed poſt mortem eius deſiit, quia ergo teſtamentum poterat rũpi,quouſq filius vixit,ſi naſceretur, non fuit ex eo delata hæreditas etiam iure ſuitatis,vt ʝ.de acqu.hære.l.ventre.ver.ergo. vbi ꝓbatur,facit ʝ.de hæred.inſti.l.ſuus quoque.poſt prin. ibi. cum & ſi
a patrem &c.& ideo ſi nepos fuit ſubſtitutus per mortem filii,[a] deſtituitur primus gradus, & fit locus ſecundo, & erit nepos ſuus, quia non præceſſit alius ſuus,ſi non habebat ſubſtitutum, nec cohæredem,tunc in puncto mortis etiam antequam perfectè mortuus ſit deſtituitur totum teſtamentum, quia incipit eſſe certum neminem ex eo poſſe hæredem eſſe, ideo deuoluitur hæreditas ad cauſam inteſtati,& ipſe filius efficitur hæres ab inteſtato,& trãſmittit hæreditatem ad ſuos hæredes.Ita oportet intelligere ver. ꝙ ſi nemo.alias fruſtra eſſet dicere,ꝙ efficitur hęres in puncto mortis,ſi non tranſmitteret,bene ergo probatur hoc, quòd exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem ſecundum veram opi.licèt gl.tenuerit contrarium.Et ad probandum hoc ultimum, ꝙ in pũcto mortis efficiatur hæres,adducit caſum ſimilem in verſi. ſicut quando eſt inſtitutus ſub conditione,quæ vltimo vitæ ſpiritu nō poteſt impleri,ut l.fi.de cond.ind.ſic ergo in primo caſu,& in verſi.ꝙ ſi nemo fuit filius purè inſtitutus. quod ẽt tenent gl. ſed Dy. & Bar.tenent in uerſic.ꝙ ſi nemo,fuit inſtitutus ſub conditione. ¶Sed opp.contra primum dictum:nam pendentia natiuitatis poſthumi æquiparatur conditioni,quæ ultimo vitæ ſpiritu non poteſt impleri,vt patet in ver.ꝙ ſi nemo.iuncto uerſi.ſi ergo.ſi filius moritur interim,cum ſtatim incipit mori, cum incipiat eſſe certũ ipſum non poſſe hæredem eſſe ex illo gradu,& reperit ſe præteritum,quia nec inſtitutum,nec exhæredatum, ergo rumpitur teſtamentum,& ſic ſubſtitutio vulgaris, cuius contrarium hic dicitur. Solu.eſt tunc verum,ꝙ illa pendentia æquiparatur illi conditioni, quandiu filius inſtitutus non habebat cohæredem,vel ſubſtitutũ, ita loquitur in uer.quod ſi nemo. Nam tunc non vertitur fauor teſtamenti ſuſtentandi,ſed quando habet ſubſtitutum ſecus, quia vertitur fauor teſtamenti ſuſtinendi,ne ruat ſubſtitutio pręteritionis,& ſic nullo tempore reperit ſe præteritum. Nam de ſui natura cum non pendeat ex facto ipſius filii,ſed ex fortuito euentu,p̃t exiſtere,quouſq; in eo uiget ſpiritus,& ſic conditio dandi, quę p̃t
7 per alium impleri,& illi æquiparatur hoc caſu ne ſubſtitutio ruat. ¶†Item adhuc opp. ꝙ immo iſte filius tranſmittat ad ſuos hæredes ſm tab.vel contratabu. poſtquam habeat ſubſtitutum in primo caſu per l.illud.§.fi.cum l.ſeq. ʝ.de contrata.quæ fortiter obſt. huic intellectui.Sol.intelligo iſtum primum caſum,qñ ex iſto filio non extabat alius nepos,q̃ iſte ſubſtitutus,ad quem nepotẽ tranſmitteretur,ſm tab.vel ↄtab.in ſubſidium.cum ergo poſſit uenire ordinariè ex ſubſtitutione,non expedit,ꝙ ueniat extraordinariè, per illum contratab, vel ſm tab. Sed ſi non extarent alii nepotes, dicerem ↄrium,ꝙ ad omnes tranſmiſiſſet,ſm tab.in caſu,quo poſthumus non naſcatur,vel contrata.in caſu,quo naſcatur, quę veniat intentanda contra ipſum ſubſtitutum,ut in l.contraria.& tũc demum habebit locum ſubſtitutio,ſi alii hæredes filii repudiabũt
8 ſm tab.uel ↄtabu.¶†Sed tertio,& vltimo contra prædicta opp.de uer.ꝙ ſi nemo.So.ibi non habebat cohæredem, vel ſubſtitutum ideo non tranſmittit ſm tab.vel ↄtab.ſed deſtituitur teſtamẽtum, ſed quando habet alterum ipſorum,procedũt ea, quæ dicta ſunt per illam l.& illum §.fi.cum l.ſeq.qui difficilis eſt,& intantum reddunt iſtum intellectum dubium,ꝙ Bar.in cuius lect.a quibuſdam reperitur tactum,nō ſtetit in eo,ſed fuit ſecutus intellectum. Dy. ſed tu reſponde per iam dicta,ꝙ iſte eſt verus intellectus,alias iſta l.non faceret ad tit.Quid autem per dationem cohæredis, an per eam tollatur exiſtentia ſui hæredis?dic,ut l.ſi filius,qui patri.de vul. & pup.& de acq.hæred.l.cum hæreditatem.

ADDITIO.

a ¶Per mortem filij.Adde Doc.in c.non debet.de conſan.& affin.Doc.in arbore affinitatis.

---

1 *Medium inter mortem patris, & hæreditatis aditionem, ſeu acquiſitionẽ in ſuis hæredibus,an dari poſſit.*
2 *Teſtati cauſa nunquam deſinit,ubi ſemel locum habuit.*
3 *Dynus alter accurſius dictus.*
4 *Subſtituti uulgaris conſtitutio ſui hæredis exiſtentiam tollit. Et quid de pupillari,nu.5.*
6 *Inſtitutus repudiare hæreditatem quando poſſet. Et an per ſubſtit.uulgarem tacitam in toto eo,quo filius inſtitutus eſt, abſtinendi facultas commiſſa uideatur.Et quid ſi in parte inſtitutus ſit.nu.7.*
8 *Suus ab emancipato ventre poſito pleno non differt.*
9 *Sui hæredis exiſtentiam quæ nam tollere dicantur.Et unde,ac in cuius fauorem inducta fuerit ſui hæredis exiſtentia.*
10 *Seruus abſtinendi beneficium num habeat.*
11 *Filius inſtitutus ſubſtitutum habens num mortuo patre,mox ſi purè inſtitutus ſit, patri ipſi neceſſarius hæres, ac ſi ſubſtitutum non haberet, fiat.*
12 *Conditione,ſi hæres non erit,quando impleri dicatur.*
13 *Suitatem per ſolam ſubſtitutionem non tolli,nec per ſolam ſuitatem ipſam ſubſtitutionem.*
14 *Hæredes duo ſimul inſolidum,an eſſe,& qualiter poſſint.*
15 *Succeſſorium edictum in ſuis hæredib.an locum habeat. Et quid de agnatis.num.16.Et an de capite in caput.nu. 17.*
18 *Filius ſubſtitutum habens.ſi antequam immiſceat,aut repudiat, deceſſerit,num ad ſuos hæredes patris hæreditatem tranſmittet.Et qualiter numero ſequen.*
20 *Sui hæredis exiſtẽtia an per cohæredes extranei tollatur.Et quæ tolli, aut non tolli dicantur.*
21 *Sui hæredis exiſtentia num conditionis poteſtatiuæ appoſitione tollatur.*
22 *Sui hæredis exiſtentia quo ad ſublationem,an locum in ſuo,& neceſſario hærede habeat,an in neceſſario tantum.Et an per ſubſtitutionem uulgarem ſeruo factam hæredis neceſſarij exiſtentia tollatur.*
23 *Filius in ſpecie leg.huius leg.Si filius.cur non fuerit hæres ex teſtamento in ipſius uita,Et cur teſtamentum in mortis articulo deſtituatur. Item cur in filij vita, & ante quam perfectè mortuus ſit teſtamentum deſtituatur.*
24 *Filium hæredem ab inteſtato effici quis ſit effectus. Et in caſu de quo hic, pro qua parte hæres efficiatur.*

Repetita per Paulum de Caſtro in curia Auenionenſi, Anno M.CCCXCIIII. Die xiiij. Octobris.

## *De liberis, & poſthumis. Senis per D.Paulum. M.CCCXC.*

1 SI filius hæres. ¶†Intellectus iſtius l. variatur multis modis in gloſſ. ipſius, & alio modo intelligitur ſecundum Doctor. ſecundum intellectum, quem puto verum,qui per gl. non tangitur,nec per Doc.ſcribentes.Et hoc intendit in ſumma. ¶Pendente natiuitate poſthumi præteriti filio non defertur hæreditas ex teſtamento paterno iure ſuitatis. Ideo ſi decedat interim,deuoluitur ad nepotem,ex eo,ꝙ ſibi vulgariter ſubſtitutum iure ſuitatis,ſi poſthumus poſtea non naſcat̃.Si uero ſubſtitutũ, vel cohr̃dẽ non hẽat,tũc deſtituto teſtō in mortis articulo, defertur ipſi

tur ipſi filio ab inteſtato,q efficitur ſuus hæres, ſicut ſi fuiſſet inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,quæ ultimo mortis articulo nõ poſſit impleri,& ea non impleta deceſſerit.h.d. Diuiditur principaliter in duas partes. Primo loquitur, quando filio fuit ſubſtitutus nepos,poſthumuſq́ præteritus,qui filius deceſſit,antequam conſtaret poſthumum naſci,vel non naſci,& poſt eius mortem conſtitit eum non naſci,quia fecit abortiuum. Et hoc uſq; ibi, (quod ſi nemo. Intellige tñ ſanè, ꝙ tempore mortis filii venter erat plenus Sol. loquitur,quando filius non habuit ſubſtitutum, vel coheredẽ,& deceſſit ſimiliter,antequam conſtaret poſthumum naſci,vel non naſc.,& uenter erat plenus vſq; in finem legis. ¶ Item iſta ſecunda ſubdiuiditur in duas partes. Nam primo ponitur determinatio Iuriſconſulti. Secundo probat eius determinationem per caſum ſimilem. Secunda ibi,(ſic euenire ſolet.) Et ſic intelligo principium l.& etiam §.quod ſi nemo. quando filius fuit purè inſtitutus,vſq ad verſiculum.(ſicut euenire.) Ille autem uerſicu.(ſicut euenire ſolet.) loquitur quando fuit inſtitutus ſub conditione,& ponit ſimilitudinariè,vel ad denotandam ſimilitudinẽ eius, quod determinatur in verſicu.(quod ſi nemo.) ¶Caſus,pater habens filium,& ex eo nepotem ambos in poteſtate, uxoremq́ue prægnantem fecit teſtamentum,in quo filium iam natum hæredem inſtituit inſolidum,& ſi hæres non eſſet, ſubſtituit ſibi vulgariter dictum nepotem,poſthumum vero præterijt. Deinde moritur pater,poſtea moritur filius, cum adhuc poſthumus eſſet in utero,demum poſthumus non naſcitur, ſed abortiuus efficitur. Nunc ergo quæritur de duplici hæreditate ſ.tã patris, q̃ filii, vtrũ deuoluatur ad nepotem,& quo iure? Reſpondet Iuriſc.ꝙ dictus nepos tam patri,quàm auo efficitur ſuus hæres. Et ſic ſequitur, ꝙ vtraq; hr̃ditas deferť dicto nepoti iure ſuitatis. Et hoc uſq; ibi, ꝙ ſi nemo. ¶In tex.ibi,quòd ſi interim,&c.expone l.antequam cõſtaret poſthumũ naſci,vel non naſci,&c. Tamen uerè erat in vtero,& ſic quouſq; vixit filius, non fuit effectus hæres patris ex teſtamento, quia cum ſperatur rumpi per natiuitatem poſthumi, non defertur hæreditas ex eo,etiam iure ſuitatis, vt ). de acq.hæred.l.uentre.uerſic.ergo ſi uentre pleno.& ibi colligitur, & in verſicul.ſed ſi uacuo. Et ideo nepos nõ poſſet eſſe ſuus hæres ex ſubſtitutione,quia eo iure non poſſunt eſſe duo hæredes.l. quod cõtra.§.uni.duo.de regu.iur. item quia in ſuis hæredibus non habet locum ſucceſſorium edictum,i.ꝙ ſi primus in gradu ſit effectus ſuus hæres,ſequens in gradu non poſſet eſſe ſuus hæres, etiam ſi primus beneficio prætoris ſe abſtineat. ).de ſuis,& legit.l.j.§.ſcien. C.unde libe.l.qui ſe patris. ¶In tex.ibi,poſthumo non nato.expone,ſ.poſt mortem filii. Et ſic determinat illa uerba ſequentia,non præcedentia,ut ſit ſenſus, ꝙ nepos efficiatur ſuus hæres tam patri,quàm auo non nato poſtea poſthumo. Nam quouſque pendet,an naſcatur poſthumus,uel non,nepos non efficitur ſuus hęres auo,quia gradus ſubſtitutionis.ſperatur rumpi,cum ab eo ſit etiam poſthumus prę̨teritus,vt š.eodem l.ſi poſthumus a primo. in principio.& l.ſi a primo. Et ideo ſicut pendente dicta natiuitate non fuit delata hæreditas filio ex inſtitutione, ita nec nepoti ex ſubſtitutione. Patri vero ſuo,eidemq́; filio bene poteſt nepos effici ſuus hæres etiam pendente dicta natiuitate, quia quo ad illam hæreditatem dicta præteritio, uel pendentia nihil operatur, cum illa pendeat ſolum ex teſtamento patris,eiuſq; aui. Poſtquam vero conſtiterit non naſci poſthumum,tunc nepos erit hæres vtrique ſuus,& ſic diuerſis temporibus hoc eueniet. ¶ Venio ad uerſiculum(quod ſi nemo.) In quo ſic pone caſum, Inſtat quærens, ponamus,quòd huic filio nullus fuit datus ſubſtitutus,nec cohæres,ſed ipſe ſolus fuit inſtitutus,poſthumuſque præteritus,deceſſit dictus filius pendente natiuitate dicti poſthumi,cum uenter eſſet plenus,vt dictum eſt. Quid erit de hęreditate prædicta? videtur enim quædam iniquitas reſultare: Nam dictus filius, quouſque vixit,non fuit effectus ſuus hæres ex teſtamento,quia ſperatur rumpi,vt dictum eſt,nec etiam ab inteſtato,cum ſperetur effici ex teſtamento,ſi poſthumus non naſcatur. Si ergo decedat interim, priuabitur dicta hæreditate,nec tranſmittit eam ad ſuos hęredes, ſed deuoluetur ad alios ueniẽtes ab inteſtato, quia hęreditas non adita,vel non acquiſita non tranſmittitur. Hoc autem erit valde iniquum,quòd filius ſine ſui culpa, vel defectu perdat hæreditatẽ paternam,qui nullam culpam commiſit,ſi non adiuit, cum adire non potuerit. Prę̨terea oſtenditur iniquitas. Nam iſte filius,ſi uixiſſet,in omnem caſum erat habiturus hæreditatem paternam, ſiue naſceretur poſthumus,ſiue non. Si enim non naſceretur, habuiſſet eam totam ex teſtamento. Si vero naſceretur,habuiſſet dimidiam ab inteſtato. Et vtroq; caſu, ſi poſtea deceſſiſſet, ad ſuos hæredes tranſmiſiſſet. Sed nunc,ſi decedat pendente dicta natiuitate,nihil trãſmittet,quia nihil ſibi acquiſitum eſt, ſed deuoluetur ad alios ueniẽtes ab inteſtato ipſius patris propinquiores,qui forte non erant hæredes ipſius filii;quod eſt iniquum., cum non potuerit id filius ſibi conſulere in eius vita. Et ſic defectu patris prætereuntis poſthumum filius damnificabitur. Ad hoc reſpondet. Iuriſconſult.& dicit,quòd contra dictam iniquitatem prouidetur hoc modo,quia in articulo mortis,cum incipit eſſe certum neminem ex illo teſtamento fore hæredem, antequàm ipſe perfectè moriatur,teſtamentum illud deſtituitur,& annullatur, & perinde habetur,ac ſi factum non eſſet. Et ideo ipſe filius,antequam perfectè moriatur,efficitur hæres ſuus patri ab inteſtato,& ſibi acquiritur hæreditas ex legis diſpoſitione in ipſo puncto mortis, quàm poterit ad ſuos hæredes trãſmittere. Et ſic ceſſabit dicta iniquitas, quia licèt non fuerit effectus hæres ex teſtamento,quòd ſperatur rumpi,tamen quia ſpes illius teſtamenti deficit, vel deficere incipit in puncto mortis, non expectatur, quòd perfectè moriatur. Imo ſtatim,quòd incipit mori,habetur pro defecto fauore filii,vt ceſſet dicta iniquitas,& ſuccedit cauſa inteſtati,ex qua efficitur hęres etiam ignorans,& tranſmittet.h.d. ¶ In text. ibi ipſe ſolus &c. hoc ideo dicit,quia ſi haberet ſubſtitutum, vel cohęredem, non deſtitueretur teſtamentum,nec deuolueretur ad cauſam inteſtati,hæreditas,quia hoc præiudicaret dicto cohæredi, uel ſubſtituto,qui poſſunt admitti poſthumo non nato, ſiue repudietur hęreditas per hęredes filii,ad quos tranſmitteret per ſubſtitutum,ſiue non repudietur hęreditas,quantum ad cohęredes,ſed tunc filius decedens tranſmittit ſ'm tabu.ut infra de contra tab.l.illud.§.fi. & ).dicam. Si enim oportet conſulere filio,quòd alijs non fiet iniuria. ¶In tex.ibi (inteſtato patri hęres extitit) Intellige.ſ.pro ea parte,quæ ipſum tangit ab inteſtato inſpecto numero liberorum, q ſunt in vtero: vnde ſi vnus eſt,efficitur,hęres pro dimidia,ſi duo, efficitur hæres pro tertia,& ſic de ſingulis,vt infra de acq. hæredi. l.cum quidam §.ſuum hæredem. Item intellige, quòd illam partẽ, in qua ſuus hęres efficitur,tranſmittet ad ſuos hęredes quouſque. Alias enim fruſtratoria eſſet prouiſio illius l. quæ momento duraret penès filium.argumen. ).de ſolu.l.qui ſic.& ſic benè probatur hic,quod exiſtentia ſui hæredis ſine expreſſa immixtione operatur tranſmiſſionem hęreditatis,vt hic,& ).de teſtamen.mili.l.ex militari.§.fin.cum l.ſeq.de acqu.hęred.l.ventre.de rebus dub.l.qui duos.§.cum in bello.ad Trebellia.l.2.§.ſi quis ex liberis.C.de iur. delib.l.tertia.de ſuis,& legi.l.apud hoſtes.neque enim poteſt ſe immiſcere filius expreſſe in puncto mortis,cum careat voluntate.infra quando dies leg.ced.l.fi. Si ergo cõtingat, quòd poſtea non naſcatur poſthumus,tunc portio, quæ pertinebat ad poſthumum, accreſcet hæredibus filii. Ad quod fuit tranſmiſſum ius accreſcendi vna cum portione hæreditatis. ).de ſuis,& legi.l.pluribus.C. de acq.hęre.l.qui ex duabus. Quod autem dixi filium traſmittere hęreditatem. Intellige ſanè,ſcilicet eo modo,quo erat apud eum,uidelicet reuocabiliter cum beneficio abſtinendi, ut hæredes eius poſſunt abſtinere,ſicut poterat filius,ſi uixiſſet.infra de acqu. hęr. l.ſi quis filium.§.ſi filius. Et ideo ſupra dixi, quòd ſi filius haberet ſubſtitutum,non deſtitueretur teſtamentum,ſed tranſmitteret ſecundum tabu.vel contra. Et ad ſubſtitutum deuolueretur hęreditas non nato poſthumo, vnde non debet deſtitui teſtamen. in eius prę̨iudicium. ¶ Venio ad ver.(ſicut euenire.) Inſtat quę̨rens, quomodo procedet hoc punctum,ꝙ iſte filius, cum fuerit inſtitutus,& nunquam ex teſtamento repudiauerit, efficiatur hęres ab inteſtato in puncto mortis? Reſpondet Iuriſconſultus, nõ mireris,nam & alias hoc contingit,cum filius inſtitutus eſt ſub conditione poteſtatiua,quę ultimo vitę ſpiritu impleri nõ poteſt. Puta, ſi capitolium aſcenderet. Nam ſi decedet, antequam dictam conditionem impleat, in articulo mortis,cum incipit mori,& antequam perfectè moriatur,teſtamentum deſtituitur,quia tunc incipit eſſe certum amodo conditionem non poſſe impleri. Et ſic neminem ex eo teſtamento eſſe hęredem, ideo ſuccedit cauſa inteſtati, & ipſe filius efficitur ab inteſtato ſuus hęres patris. hoc dicit. ¶In tex. ibi,(quę in ipſius poteſtate erit.) dic, & erat talis,quę vltimo vitę ſpiritu impleri non poterat,alias autem, ſi poterat impleri non efficeretur hęres ab inteſtato in puncto mortis, quia quouſque viuit, poſſibile eſt conditionem impleri, etiam in ipſa exhalatione ſpiritus,& ſic quouſque viuit,poteſt effici heres ex teſtamento,ergo non efficitur ab inteſtato. infra de condi.inſti.l.fi.

¶Expeditis textualibus,venio ad declarationem legis,& materię in qua multum elaborandum, quoniam multę ſunt hic rationes antiquorum gloſſ.& moder. Doctor. Idcirco non colligo notabilia,quia patebunt ex ſequentibus. ¶ Capio primam partem legis vſque ad ver. (quod ſi nemo.) Et opponitur hic dicitur, quod iſte nepos erit ſuus hęres tam patri ſuo,quàm auo. Inquantum dicit de auo,videtur falſum,quod ſic probatur. Certum eſt, quòd ſtatim,ꝙ auus fuit mortuus,quòd ipſe filius pater., nõ nepos fuit ſuus effectus auo hęres ex teſtamento ipſo iure,etiam ignorans. Inſtitu.de hęred.quali.& differ.§.ſui.infra ſi quis omiſ.cau. teſ.l.j.§.
1 qui ſunt in poteſtate.de acquir.hęr.l.neceſſariis.† Nam inter mortem patris,& aditionem,ſeu acquiſitionem hęreditatis in ſuis hęredibus non eſt dare medium.infra de lega.j.l.ſi poſt mortem. de conditio.& demon.l.Iulianus videtur. Si ita eſt, ergo nepos non poteſt eſſe eidem auo ſuus hęres. Tum quia duo non poſſunt eſſe hęredes eiuſdem perſonę inſolidum,& eo iure l.quod ꝯ.§. uni duo.ff.de re.iu. Cum in ſuis hęredib. non habet locũ ſucceſſoriũ

edictum ab inteſtato.l.prima.§.ſciendum.ff.de ſuis,& legi.C.vnde
lib.l.qui ſe patris. Ergo nec ex teſtamento, quia eadem ratio eſt,
videlicet,quia primus, qui fuit hæres, non deſijt eſſe hæres. ff. de
hær.inſti.l.ei,qui ſoluendo.cum etiam, quia dictus eſt tranſmiſſus
iure ſuitatis ad ſuos hæredes.l.ex militari.§.fi.de teſta.mil.cum aliis
allegatis.Poſſibile autem eſt,ꝙ alios hęredes habeat,q̃ dictum ne
potem,puta extraneos,vel alios filios, qui omnes debent habere
ex tranſmiſſione,non autem iſte ſolus nepos ſubſtitutus eſt ſub-
ſtitutione,ſicut innuit argum. ff.de adim.lega.l.3.§.j.in fi.¶Horum
timore variatur principium iſtius leg. quinque modis in glo. Sed
ego reduco ad duos principales.Primus intellectus eſt, vt fatea-
mur iſtum filium fuiſſe ſuum hæredem patri,eidemq; auo.Secū-
dus eſt,quòd ipſe nunquam fuit ſuus hæres per iura primo loco
allegata.Reſpondetur ad contrarium, dum dicitur, ergo nepos
non poteſt eſſe ſuus hæres per iura, & rationes ſecundo loco alle
gatas.Rñdetur,ꝙ verum eſt per ſeipſum principaliter, ſeu ex ſua
perſona,quia tunc obſtarent rationes ſupra tactæ, ſed erit hæres
ſuus mediante perſona filij.Nam filius fuit ſuus hæres auo,& ne-
pos eſt hæres filij.Ergo & aui,quia hæredis &c.C.de hæred. inſti.
l.fi.Item eo modo,quo filius fuit hæres auo, quia ſuus eodē mo-
do dicetur,& nepos mediante perſona filii, quia talis habeor hæ-
res qua is eſt is,per quem hæres efficior. ff.de acqu.hæred.l.qui in
aliena.§.interdum. ¶Iſte intellectus, & ſolutio tangitur in quinta
gl.quæ incipit,(auo ex teſtamento &c.)Iſte intellectus non eſt ve
rus,quia ſi filius fuiſſet effectus hæres ex teſtamento, falſum eſſet
quod dicitur in ver.(quod ſi nemo).ſ. ꝙ in puncto mortis effice-
retur hæres ab inteſt. quia cauſa teſtati,& inteſtati non currunt ſi-
2 mul.l.quandiu.de acq.hære.¶†Conſtat.n.ꝙ cauſa teſtati nunquā
deſinit,poſtquam ſemel locum habuit l.ei, qui ff.de hær.inſt.Ideo
ſecundus intellectus eſt.ꝙ iſte filius nunquā fuit ſuus hæres auo.
ideo non impeditur nepos effici ſuus hæres.Et ſic non obſt. iura,
& rationes ſupra inductæ ſecundo loco, ſed bene obſtāt iura pri
mo loco inducta,quia filius ſtatim mortuo patre ſuus hęres effi-
citur.Quomodo ergo eſt,ꝙ iſte non fuerit ſuus hæres.¶Sed ſup
hoc ſunt tres intellectus.Primus eſt,quòd ideo non fuit ſuus hæ-
res quia fuit inſtitutus ſub cōditione poteſtatiua quo caſu ceſſat
exiſtentia ſui hæredis,quouſq; conditio ſit impleta. ff.de condi. in-
ſti.l.fi.de cond.& dem.l.conditionibus. Videtur enim pater inſti-
tuendo ſub conditione poteſtatiua, facere eum de neceſſario vo
luntarium.l.Cornelius & l.iam dubitari.de hære.inſtituen.de con
di. inſti. l.uerba.contraria ergo loquuntur,quando fuit purè inſti.
¶ Et ſi dicatur,in quo differt principium iſtius legis a fine,qui loq
tur,cum ſub conditione fuit inſtitutus? reſpondetur, quia princi-
pium loquitur,quando ſub conditione quouſq; ultimo vitæ ſpiri
tu poterat impleri,finis,quando non poterit.Vel dic econtra, iſte
intellectus ponitur in glo. ff.ibi (alii dicunt.) qui intellectus non ꝓ
cedit,quia tunc ſecundum primum modum intelligendi poſitū
idem diceret per omnia lex iſta,quod l.fin. infra de cond. inſti. Et
ſic quaſi inutilis eſſet ſecundum gloſſ.& ſic iuxta ſecundum mo-
dum non procedat,quia ſi in fine fuiſſet conditio, quæ ultimo vi-
tæ ſpiritu impleri poſſet,non efficeretur hęres ab inteſta. tantum,
cuius contrarium hic dicitur in ver.(quod ſi nemo,)vt patet in d.
l.fi.de cond.inſti. ¶Secundus intellectus eſt, ꝙ filius fuit purè inſti
tutus,ſed ideo non fuit ſuus hęres auo, quia deceſſit in eius vita,
vt infra eo.l.Galli.§.& quid ſi tantum.& per totam legem, nam vi
uens non habet hæredem.ut l.prima.infra pro hęrede.de hæred.
vel acti.vend.l.primo. Et iſte intellectus ponitur in gl. tertia ſuper
verſicu.interim.ibi (vel viuente teſtatore.) ¶ Iſte intellectus non
procedit,quia tunc nepos non eſſet ſuus hæres filio, eidemq; pa-
tri,ſicut hic dicitur, tam patri &c. Nā ſi filius deceſſiſſet in vita pa-
tris,non poſſet habere hęredem ex teſtamēto,uel ab inteſtato,ſe-
cundū hęc iura,niſi in caſtrenſi peculio,& ex teſtamento.Et tunc
licèt poſſet habere hæredem, nō tamen haberet ſuum hæredem,
cum non habeat filios ſuos in poteſtate,ſed pater eius,vt patet in
fra eodem l.filius. ¶Ideo eſt tertius,& ultimus intellectus,ꝙ filius
fuit purè inſtitutus,& deceſſit poſt mortem patris, & antęquam
eſſet hæres.Qui intellectus tangitur in princip. gloſſ. primæ. & in
princip.gloſſ.ſuper ver.interim.& in gloſſ.quę incipit,auo.in fi.Iſte
intellectus eſt uerus,ideo ipſum reſeruaui vltimo loco, vt ipſum
declararem. ¶Quæritur ergo, ex quo fuit purè inſtitutus, & de-
ceſſit poſt mortem patris ſui,quare non fuit hæres, vt l. prima. §.
qui ſunt in poteſtate.infra.ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Certè licèt
iſtæ gloſſæ ſic dicant, quòd nō fuit hæres, tamen non declarant,
quare non fuerit:vnde remanent omnes iſtæ gloſſæ confuſæ, &
3 intellectus iſtius leg. † Idcirco dom.Dy. fuit alter Accurſius ſuſti-
nendo iſtum vltimum dictum, dicit, quòd ideo non fuit hæres,
quia nepos fuit ſibi vulgariter ſubſtitutus, quo caſu tollitur exiſtē
tia ſui hæredis.Nam pater dando filio ſubſtitutum vulgarem vi-
detur dare filio licentiam abſtinēdi,& facit eum de neceſſario vo
luntarium.Ita tenet gloſſ.in l.Papin.§.quoniam autem quarta.ſu-
pra de inofficio.teſtamen.Pro qua gloſſa eſt caſus hic,ſecundum
Dyn.Idem ſequitur Barto.& communiter omnes,vſque ad mo
derna tempora.Allegat Bar.l.prima.§.ſi proponatur. infra ſi quis
4 omiſ.ca.teſtam.¶†Ex hoc ergo colligendum eſt no.hic, quòd da
tio ſubſtituti vulgaris tollit exiſtentiam ſui hæredis. Et ita ſumma
tur per Dyn.& Barto.Et ſecundum iſtum intellectum ponunt ip
ſi,quod tempore,quo filius deceſſit, iam conſtabat poſthumum
non naſci,& ſic præteritio illius poſthumi nullum myſterium iu-
ris denotat,ſed ſolum facti accidentiam,quia totum, quod hic di-
citur,operatur ipſa datio ſubſtituti. ¶Item ſecundum iſtum intel-
lectum diuidunt ipſi legem in duas partes,ut primo loquatur, qñ
fuit purè inſtitutus,Secundo, quando ſub conditione, quæ ulti-
mo vitæ ſpiritu non poteſt impleri. ¶Secunda, (quod ſi nemo.)
& tunc in uerſiculo.fina.ponit exemplificatiuè.Sed contra iſtum
intellectum oppo.quòd non ſit verus.Nam conſtat,quòd in pu-
pillari expreſſa continetur tacita vulgaris,vt infra de vulgar. & pu
5 pilla.l.iam hoc iure.in princip.†Et tamen video, quòd per ſubſtitu
tionem pupillarem factam filio non tollitur exiſtentia ſui hæredis
quinimo per ipſam exiſtentiam ſui hæredis confirmatur ſubſtitu
tio,vt infra de acquirenda hæredita.l.Iulian.de priuileg.credito.l.ſi
pater.Sol.fatentur ipſi,quòd per ſubſtitutionem tacitam non tol-
litur,quia procedit magis ex interpretatione legis, quàm ex vo-
luntate defuncti.vnde non poteſt dici, quòd per eam fuerit data
licentia abſtinendi,ſecus in expreſſa. ¶Secundo ad idem oppo.de
eo,quòd opponitur,& eo, quod notat gloſſ. infra de vulgari, &
pupillari.l.ſi mater.§.fina.Sol.quod ſupra dictum eſt locum habet
quando ſubſtitutio facta eſt in hæreditate, ſi autem facta eſſet in
ſuitate,puta,ſi filius meus me viuo morietur, ſubſtituo nepotem
ſecundum ea,quæ habentur in l.Gall.infra eodem. tunc non tolli
tur exiſtentia ſui hæredis,quinimo per exiſtentiam ſui hæredis tol
leretur,& irritaretur ſubſtitutio, quia filius ſuperuiueret patri, &
ſic ſi eſſet ſuus hęres,ſubſtitutio locum non haberet.Et ita loqui-
tur gloſſ.in dicta l.ſi mater. ¶Ratio eſt, quia cum concipitur ſub-
ſtitutio in caſu,in quo filius moriatur in vita patris, non poteſt di-
ci,quòd ſibi ſit data licentia abſtinendi eo caſu, quo adire non po
teſt.infra de conditioni, & demonſtratio. lege pater Seuerinam.
in fine principij.Item concipitur in defectum ſuitatis eo caſu,quo
filius exeat de medio in vita, & non incipiat eſſe ſuus, ergo non
eſt intentio patris eam tollere,ſed ita demum ſubſtituere, ſi dicta
6 ſuitas omnino ceſſet,& non aliter. ¶† Tertio ad idem oppo. nam
video,quòd ſi filio datus eſſet ſubſtitutus vulgaris,& ipſe idem fi-
lius rogatus eſſet de reſtituendo hæreditatem alteri,quod ipſe nō
habet licentiam abſtinēdi,immo poteſt per fideicommiſſum co-
gi adire, velit,nolit. C. ad Trebellianum non iuſtam.infra ad Tre-
bellia.l.nam quod.§.primo.& leg.facta.§. Iulia. & tamen ſi videre
tur data licentia abſtinendi,non poſſet cogi. leg. ſecunda.§. ſi pro-
ponatur.infra ſi quis omiſſa cau.teſtamen. ¶Solut.dicit Bald. in di
cta lege.non iuſtam.quod ſupra dicta opinio locum habet, quan
do filius habet ſolum ſubſtitutum vulgarem. Si uero habet etiā
ſubſtitutum fideicommiſſ. videtur denegata licentia abſtinendi,
vt ipſe poſſit cogere adire, & ſic vulgaris nihil operatur tunc.
¶Quarto ad idem oppon. de lege, quæ probat expreſſè contra-
rium,infra ſi quis omiſſ.cau.teſta.leg.Iulia. vbi dicitur quòd ſubſti-
tutio vulgaris videtur facta in caſu,ſcilicet quo hęres non ſit,non
autem,vt per eam videatur hæredi conceſſum arbitrium repu-
diandi. ¶Barto.ibi ſoluit,quòd interdum vulgaris fit filio, & tunc
videtur concepta ſolum in caſu,quo nolit eſſe hęres, non autem
in caſu,quo moreretur in uita patris,de quo caſu non eſt veriſimi
le patrem cogitaſſe propter votum parentum, Ideo videtur da-
ta licentia abſtinendi.ex quo videtur ſolum concepta in caſu vo-
luntatis.Interdum fit extraneo,& tunc videtur concepta in caſu,
quo non poſſit,& ſic non videtur data licentia abſtinendi. Certe
iſta ſolutio nulla eſt,quia etiam cum ſit extraneo, videtur conce-
pta in caſu voluntatis,& etiam impotentię, vt l. cum proponas.
C.de hęredibus inſtituen. Et tamen pro hoc non videtur data li-
centia abſtinendi,ſed potius videtur ſibi non complacere, quòd
hęres nolit,tamen quia non eſt hoc in poteſtate ſua, ideo ſubſti-
tuit illum caſum,in quo nolit,& vult.tex.in d.l.Iulia. ¶ Poteſt ergo
dici,quòd ibi fuit ſubſtitutus ille,qui erat in poteſtate inſtituti. Vn
de volebat inſtitutus repudiare ex perſona ſua, & habere ex per-
ſona ſubſtituti, & ſic videtur fraudulenta, quę non uidetur per-
miſſa.Sed ſi ſubſtitutus eſt extraneus,ex cuius perſona non con-
ſequeretur inſtitutus,tunc benè videtur data licentia abſtinendi,
vt ad ſubſtitutum vadat hęreditas, quia tunc non videtur com-
mittere fraudem, cum hęreditatem non habeat ex perſona ſua,
vel alterius,ſecundum hoc ergo videtur, quòd cum in hac leg
fuerit ſubſtitutus nepos, qui erat in poteſtate filii, non videtur
per hoc ſibi data licentia abſtinendi.Et ſic non probaret iſta lex in
tentionem Dy. ¶Poſſumus ergo dicere ſubſtinendo opin. Dyn.
interdum repudiatio inſtituti tendit in preiudicium legatariorum
& tunc non videtur permiſſa,vt dicta lege. Iulianus. interdum nō
tendit,niſi in preiudicium ipſius inſtituti,& tunc uidetur permiſſa
per ſubſtitutionem vulgarem,ut dictum eſt. ¶Quinto oppon.ad
idem de l.ſi ſolus.de acquir.hered.ubi habetur, quòd ſi aliquis in-
ſtitutus

ſtitutus in pluribus portionibus,& in aliqua earum habet ſubſtitutum vulgarem, quòd ipſe non poteſt alias acceptare,& illam in qua habet ſubſtitutum,repudiare.Et ſic non videtur data ſibi licentia abſtinendi,quia tunc poſſet.¶Sol.dicit Barto.in d.l. Iul. qđ in d.l.ſi ſolus.neceſſitas in illa parte,in qua ſubſtitutum habet,procedebat ratione aliarum portionum, qa vna portio aliam ad ſe trahit.Ideo per ſubſtitutionem non videtur teſtator tollere dictā neceſſitatem,quia nunquam videtur teſtator prohibere, ꝙ vna pars non trahat ad ſe alteram,niſi expreſsè hoc dicat,vt l.quoties.§.ſi duo.de hær.inſti.Iſta ſolutio non placet,quia ſatis videtur expreſsè dicere,cum ſubſtituit vulgariter,quia per hoc uidetur prohiberi ius accreſcendi, text. eſt expreſſus contra eum ſecundum ſuum,& communem intellectum infra tit. j.l.ſi ego. Facit infra de ſecundum tabu.l.ſecundo.§.ſi duo.& quod nota infra. de acquir.hæredi.l.qui patri.¶Volendo igitur ſubſtituere opi.ſupra dictam reſponderi poteſt ad l.ſi ſolus. quòd per ſubſtitutionē vulgarem tacitam in toto eo,in quo filius eſt inſtitutus,videtur data
7 licentia abſtinendi,& ita loquitur opin.ſupra dicta.¶† Sed ſi facta ſit in parte,non poteſt dici,quòd uideatur data licentia abſtinendi illa parte,quia per hoc videretur etiam data licentia diuidendi, quod facere non poteſt teſtator expreſsè, niſi ipſemet hæreditatē diuidat in plures.Cum enim vnum inſtituit in tota hæreditate,ſiue enumerentur partes,ſiue non,hæreditas nō videtur per eum diuiſa,quia talis enumeratio partium potius videtur fieri cauſa demonſtrandi,quàm diuidendi,vt not.in d.l.ſi ſolus.Cum ergo ipſe teſtator non diuiſerit,non poteſt dare licentiam, ꝙ diuidat, quia non poteſt mutare legis diſpoſitionem,vt l.nemo. de leg.primo. Quæ legis diſpoſitio eſt,quòd aut totam capiat, aut a tota recedat.de acquir.hæred.l.prima.& ſecunda. Si ergo non poteſt expreſsè,ergo non poteſt dici,ꝙ tacitè videatur voluiſſe dādo ſubſtitutum,quia & ſi hoc diceret,nihil importaret. Et hanc puto veram ſolutionem ad l.ſi ſolus. ¶Breuiter quicquid ſupra dictum, ſit.non puto fore intellectum iſtius legiis,nec etiam ipſum eſſe in ſe verum,vt infra oſtendam.Et quod quantum, ad hanc legē nō procedat, patet manifeſtè:Nam ſecundum hoc præteritio iſtius poſthumi,de quo loquitur text.nullum importaret iuris miniſterium,ſed ſolam facti accidentiam,quia ponunt, quòd tempore mortis filij iam conſtabat poſthumum non eſſe naſciturum, & ſic totum hoc operata fuit datio ſubſtituti.Sed certè non eſt veriſimile,quòd iuriſconſultus de iſta præteritione tam fruſtratoriè fecerit mentionem.Præterea ſecundum hoc iſta l.nihil faceret ad materiam tituli,in quo ſituata eſt,contra leg.Imperator. de in diē adic. ideo dico, quòd totum, quod hic dicitur tam in princip. quàm in verſiculo,( quòd ſi nemo . ) fundatur ſuper præteritione poſthumi,& ſuper pendentia natiuitatis eius,vt congruat materiæ,in qua ſituata eſt.Vnde dic,quòd tempore mortis filij, nondum conſtabat poſthumum non naſciturum, & quòd venter erat plenus,ſed poſt mortem filij factus eſt abortiuus. Tunc ego dico,quòd ipſe filius,quouſque vixit,non fuit effectus ſuus heres ex teſtamento,quia cum ſperetur rumpi naſcente poſthumo,nō fuit ex eo delata hereditas iure ſuitatis, vt infra de acquiren. her.l.
8 ventre.§.j.& ver.ergo ſi uentre pleno. † In quibus apparet, quòd ventre præterito pleno non differt ſuus ab emancipato, quia ventri differtur hæreditas ex teſtamento,nihil mirum ergo ſi poſthumo poſtea non nato,nepos efficiatur ſuus hæres auo, cum nullus ante eum fuerit ſuus hæres.¶Et aduertendum, quia intelligo, quòd ipſe nepos,tunc efficiatur ſuus,cum conſtiterit poſthumū non naſci,non autem incontinenti mortuo filio,quia cum fuerit præteritus ab vtroque gradu,ſicut non defertur ex primo,ita nec ex ſecundo pendente dicto dubio.Si autem diceremus, quòd in vita filij conſtitiſſet poſthumum non naſci, tunc non procederet quod hic dicitur,quòd ſtatim filius fuiſſet effectus ſuus hæres ex teſtamento, quanquam ſubſtitutum habeat, vt infra declarabo. Ideo nepos eſſe non poſſet per iura primo loco inducta.Idem dico,ſi venter re vera erat vacuus,vt d.l.ventre.verſi. ſed ſi vacuo.

¶Et iſte eſt verus intellectus huius l. ſicut Deus eſt, quem ſibi appropriarunt Doct.Papienſes moderni. Sed ego audiui a quodam excellentiſſimo,& famoſo.Subaudienſi,qui vocatur dominus Petrus de muris,quòd fuit originaliter ſuus, & oſtendit mihi ſcripta ſua,& mirabatur de illis,qui ſibi appropriabant, quia igitur ipſe antiquior eſt,& ſubtilior Doctor,& veriſimilia mihi oſtēdit,magis eſt ſibi fidendum. ¶ Nunc ergo pro declaratione iſtius intellectus opp.& videtur, ꝙ licèt venter eſſet plenus tempore mortis filij,nihilominus filius eſſet ſuus hæres, vt l. cum quidam. §.ſuum.de acq.hære.Sol.illud eſſet verum,ſi pater deceſſiſſet inteſtatus,ſed ipſe deceſſit facto teſtamento,& præterito poſthumo, nullo modo defertur hæreditas ex teſtamento, quod ſperabatur rumpi,vt d.l.ventre.¶Secundo oppo.in ptāte iſtius filij non fuit acquirere hæreditatem ex teſtō ꝑꝑ præteritionem poſthumi,nec etiam ab inteſtato,cum ſperetur de teſtamento, igitur ſi deceſſit interim,non debet hæreditas deuolui ad ſubſtitutum, ſed potius ipſe debet ad ſuos hæredes tranſmittere ſm tab. vel ꝯtab. cum in omnem euentum ſit habiturus hereditatem, ſiue nato poſthumo,ſiue non,ut l.illud.& l.ſequenti. de contratab.& d.l. ventre.in fin.Hic autem dicitur,quòd deuoluitur ad nepotem ſubſtitutum & ſic filius ſine ſua culpa,vel defectu priuabitur hæreditate paterna.¶Quid enim ſi ipſe filius plures alios filios,& heredes reliquiſſet,quàm iſtum nepotem ſubſtitutum? certè intererat ſua tranſmittere ſecundum tabu.ad omnes,& tamen iſte tex. videtur velle,quòd ſolus iſte nepos ſubſtitutus habeatur.quod eſt contra rationem,& equitatem,& contra dicta iura.Sol. ego fateor contrarium,& dico,ꝙ iſte filius habebat iſtum ſolum nepotem ſubſtitutum,ad quem nepotem erat tranſmiſſurus ſecundum tabu. vel contratab.ſi ipſe non fuiſſet ſubſtitutus:vtilius eſt ergo, quòd habeat ex ſubſtitutione. Argu.optimum ad hoc infra de vulg. & pupil.l.ſi filius,qui patri.in ver.præſertim. Nam ſi admitteretur non facta ſubſtitutione,& ſic præter voluntatē,fortius eſt ſubſtitutio. Et ſic ex voluntate expreſſa.arg.ſupra de leg.ſecundo.l.Titia Seio. §.fi.Si autem reliquiſſet plures alios filios hæredes, & tunc ad oēs trāſmiſiſſet ſecūdum tab.ex quo nepos nō naſcitur.Et ideo ſi noluit ſecundum tab.agnoſcere,ſubſtitutio nepotis ceſſaret, quia perinde haberetur,ac ſi ab ipſo filio fuiſſet agnita,vt colligitur ex l.ſi quis filium.§.ſi filius.de acq.hære.quo caſu ceſſaret ſubſtitu.l. quādiu.de acquiren.hær.Sed ſi repudiarent ſecundum tabu.tunc ſubſtitutio locum haberet perinde,ac ſi per filium fuiſſet repudiata. Si verò poſthumus naſceretur,tamen videretur ad omnes hæredes tranſmiſſa contratab.per dictam legem vētre. & l.illud.Et ſubſtitutio omnino ceſſaret tanquàm rupta.Et ſic patet ex prædictis non eſſe verum,quod quidam dicunt,ſcilicet iſtum nepotem eſſe ſuum heredem ex ſubſtitutione,ſi alij nepotes hæredes filij ſuperſint Hoc.n.non poteſt ꝓcedere,niſi illi alij repudient ſecundum tab.ad eos tranſmiſſam.Aliàs ſi acceptant,cum videatur acceptatio facta ab ipſo filio inſtituto,ſubſtitutio ceſſaret. Si autem poſthumus naſceretur,nullo modo poſſet eſſe ſuus, cum ſubſtitutio eſſet rupta.¶Concludo igitur ad propoſitum iſtius legis, ꝙ cum hic nepos poſſit venire extraordinaria,& expreſſa prouiſione teſtatoris,& ſic per ſubſtitutionem,non expedit,quòd veniat ex ꝓuiſione extraordinaria per legem introductam . ſ. per ſecundum tabu.ad eum tranſmiſſam. Sed ſi extraordinaria maluerit uenire in præiudicium aliorum,dico etiam,quòd ſi iſte nepos repudiaret ex ſubſtitutione,tanquàm forſitan onerata legatis,poſſet venire per ſecundum tab.ad eum tranſmiſſam:arg.infra de ſuc. edic.l. prima.§.videndum.Quia cui conceduntur plures uiæ, poteſt eligere quam vult.infra ad Trebellianum l.recuſare.§. Titius. ¶Ex-
9 pedito intellectu principij quæritur ab aliquib. † quoniam communiter traditur per Doc.ꝙ quædam ſunt, quæ tollunt exiſtentiam ſui hæredis,vel eius effectum.ſ.ſubſtitutio uulg.datio cohæredis extranei,& cōditio poteſtatiua inſerta inſtitutioni filij. Quæritur primo de ſubſtitione uulgari,utrum ſit uerum, ꝙ per eam tollitur exiſtentia ſui hæredis.¶In hoc reperio tres opiniones antiquorum gloſſatorum,una eſt,ꝙ omnino tollatur exiſtentia etiā ab ipſo inuito, quia per eam videtur pater filio dediſſe licentiam abſtinendi,& ſic eum feciſſe de neceſſario uoluntarium. Pro cuius euidentia ſecundum qđ exiſtentia ſui hæredis fuit introducta in fauorem patris per legem 12.tab. Nam ſicut lex iſta aſtringit patrem,uelit,nolit ad relinquendum filio legitimam. Imo dicit etiā totam hæreditatem debitam eſſe filio iure naturali l.cum ratio. de bon.dam.infra unde lib.l.ſcripto. Sic econtra uoluit filium aſtringere inuitum ad hæreditatem patris, ut correlatiuorum ſit eadem rō,& diſciplina.infra de excep.l.fina.Sicut igitur filius poteſt ſuo fauori renuntiare,ut l.filio præterito.infra titu. primo. ſic & pater.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pactis. cum ſi.Modo eo ipſo,ꝙ dat ſubſtitutum uulgarem,uidetur ſuo fauori renuntiare, quia illa concipitur in caſum,in quem filius nolit eſſe heres, uel non poſſit l.cum proponas.C.de hæredibus inſtituendis. Cum igitur pater ſciat ipſum filium neceſſarium,uelit,nolit, dando ſibi ſubſtitutum in caſu,quo nolit,uidetur uelle,ꝙ nolit. Aliàs fruſtra ſubſtitueret,ſi vellet eum remanere neceſſarium, quia ſortiente effectu inſtitutionis ceſſat ſubſtitutio.Et iſtam opin.ponit gloſſ.in l.Papinianus.§.quoniam autem quarta.ſupra de inoffi. teſta. circa medium magnæ glo.ibi.(immo etiam hoc caſu, &c.) Quam opin.tenent Dyn.& Bar.& dicūt eſſe caſum hic.Sed iſta lex nihil facit,quia aliud erat,quod impediebat exiſtentiam ſui hæredis.ſ.pēdentia natiuitatis poſthumi,ut ſupra oſtendi. Item pro hoc benè facit infra ad Trebel.l.debitor.in fin.principij.vbi dicitur, ꝙ legando uni ex heredibus ſub conditio. ſi hæres non erit, uidetur in ſua uoluntate ponere,utrum ſit hæres.Eodem modo uidetur, ſi ſubſtituat ſub illa conditione.ſed reſpondetur, ꝙ ibi argumentatiuè loquitur.Nam contrarium eſt uerum, quod patet ex deciſione,quam poſtea facit,quia cogitur adire,uelit,nolit, quod fortè non eſſet,ſi de intentione teſtatoris conſtaret aptitudinariè, licèt glo.aliud uideatur uelle.Item adducit Bart.in l. j.§.ſi proponatur.ſi qs omiſ.ca.teſta.ſed ille §.nihil facit,quia loquitur de eo,qui eſt ſubſtitutus ſibi ipſi:unde cum plures uias ſibi dederit, ſcilicet inſtitutiōis,uidetur uelle, quòd eligat quam uult,ut d.l.recuſare. §.Titius. ad Trebellia. Sed nos loquimur in eo, qui eſt ſubſtitu-



BIBLIOTECA UNIV. GRANADA

tus alteri,puta,filio,vnde non propterea videtur filio data licentia
abſtinendi.Ratio eſt in promptu,quia filius habet licentiam abſti
nendi a prætore,vnde,iſta ſubſtitutio vr̃ concepta in illum caſum
quo beneficio prætoris abſtineat,cum velit pater,nolit, poſſit be-
nefi.præto.abſtine. Si autem non habeat beneficium abſtinēdi a
prætore,tunc bene procederet ratio gl & Doct.quia fruſtra fie-
ret ſubſtitutio,ſi ſibi non daret licentiam abſtinendi, cum alias nō
10 habeat.†Et ideo puto,ꝙ in ſeruo,qui non habet beneficium abſti
nendi a lege,vel a prætore,bene procedebat ſ.dicta opi.vt per ſub
ſtitutionem vulgarem videatur ſibi data licentia abſtinēdi,ut ſub-
ſtitutio non ſit inanis.In filio autem , ut habeat eam licentiam ab-
ſtinendi a prætore,qua abſtinentia ſequuta nihilominus remanet
hæres nomine,vt l.j.§.ſi ſint.).Tertull.& l.j.§. qui ſunt in poteſtate,
ſi quis omiſ.cau.teſta.ibi.(nec quod abſtinere poſſit &c.) dico , ꝙ
ſubſtitutio vulgaris ſibi facta videtur cōcepta in illum caſum,quo
abſtineat de iure prætorio,nec alia licentia abſtinendi ſibi data ur
11 cum non ſit hoc neceſſarium dicere.¶†Ex quo ſequitur , ꝙ licèt
filius habeat ſubſtitutum,nihilominus ſtatim mortuo patre,ſi pu
rè inſtitutus eſt,& aliud non obſiſtat, efficitur ſuus hæres , & ne-
ceſſarius heres patri,ac ſi ſubſtitutum non haberet.¶Et ꝙ hoc ſit
verum,probo per tex,de quo nullus vnquam perpendit,& cui re
ſponſum non video ).de cōd.inſti.l.fi.ibi(altera vero ſpecies &c )
quem ſic induco,ibi dico,quòd ſi filius ſit inſtitutus ſub conditio
ne poteſtatiua , quæ vltimo vitæ ſpiritu poteſt impleri , & nepos
ſubſtitutus eſt,ſi filius decedat non impleta ꝯditione , nepos non
admittitur ex ſubſtitutione , niſi filio perfectè mortuo Ratio eſt,
quia quouſq; viuit filius,poteſt impleri conditio etiam in ipſa ſpi-
ritus exhalatione, & effici poteſt hæres ex inſtitutione , Ergo ne-
pos non efficitur ex ſubſtitutione,quia intelligitur ſubſtitutus,ſi fi
lius hæres non erit.Sed filius poteſt effici hæres,quouſq; in eo eſt
ſpiritus mentalis,ergo ſubſtitutio ceſſat,quouſq; dictus ſpiritus ſi
bi eſt.¶Nunc ad propoſitum , ſi per dictam ſubſtitutionem vul-
garem ſublata eſſet exiſtentia ſui hæredis ; ut ſi factus eſſet de ne-
ceſſario voluntarius.Dico,ꝙ non eſſet verū, quod ibi dicitur im-
mo in vita ipſius filij nepos admitteretur.Quod ſic probatur.Nā
tunc,ſi voluntarius eſſet effectus , requireretur eius voluntas ad
hoc,vt hæres efficeretur,ſicut in quolibet extraneo,vt l.verba.de
condi.inſti.l.Cornelius.& l,iam dubitari.de hære.inſti.de acqu.hę
re.l.gerit.cum ſi.Tunc ſic,cum ipſe filius incipiet mori , etiam an-
tequam perfectè mortuus eſſet,perderet voluntatem,ut l,hac ꝯ-
ſultiſſima.§.at cum humana.C.qui teſtamen. face.poſſ. Ergo licèt
conditio adhuc poſſet impleri , quouſque ſit perfectè mortuus ,
non eſt expectandum,quia fruſtra expectatur euentus , qui nihil
operatur.l,aliquando.ad Velleia.Item aut euentus,qui nihil opera
retur,quia iam perdita eſt voluntas eo ipſo,ꝙ incipit mori, & ſic
amodo certum eſt ipſum non poſſe effici hæredem ex inſtitutio
ne,licèt conditio poſſet adhuc eſſe , quouſq; ſpiritus exhalauerit ,
quia euentus conditionis ſine uoluntate filii non prodeſſet , cum
ille ſolus non fecerat eum hæredem,ſi purificat inſtitutionem:vo
luntas autem perdita eſt ſtatim, cum mori incœpit,antequam p-
fectè ſit mortuus . Igitur nepos in eius filii vita,ſ.cum mori inci-
pit efficietur hæres,quia viuens moritur.l.e. qui duos. de manum.
teſtam.& illo inſtanti ſubſtitutio ſua eſt purificata , cuius contra-
rium dicitur in d.l.fi.¶Et quòd iſta conſequentia ſit bona,proba-
tur per leg.fin.cum ſua gl.quando dies leg.ced.& de lega. primo l.
12 ab omnibus.§.cum quidam.in fi.†In quibus habetur, quòd ſi ali-
cui inſtituto fiat legatum ſub condi. ſi hæres non erit,talis condi-
tio impletur eo moriente,ſ.cum mori incipit, quia tunc perdit vo
luntatem,& ſic non poteſt effici hæres,vnde etiam eo viuo cedit
dies legati,& tranſmittitur ad hæredem.Et ſic in propoſito iſta ꝯ-
ditio,quæ ineſt in ſubſtitutione facta de nepo.ſcilicet ſi filius heres
non erit,ſi filius eſt effectus voluntarius , ſtatim cum ipſe incipit
mori eſt impleta , Et ſic nepos ſtatim admitteretur etiam in uita .
Cuius contrarium hic dicitur,ꝙ demum poſt mortem. Hoc au-
tem non poteſt eſſe ex alio,niſi quia filius efficitur hæres ex diſpo
ſitione l.ſine ſua voluntate.Ideo quouſque poteſt impleri condi-
tio,poteſt hæres effici,licet voluntatem perdiderit ex ipſa l.igitur
per d.ſubſtitutionem nō eſt ſublata ex notitia ſui hæredis, ex qua
hæres ipſo iure efficitur , vel poteſt effici vſq; ad vltimam ſpiritus
exhalationem.Et uidetur ita voluiſſe gloſſ.in dicta l.fina, quando.
di.leg.ce.dum ſignat contrarium, de l.fina. de condi. inſti. quia in
illa erat neceſſarius hæres. Sed in l.fi.quando di.leg.ce. erat volun-
tarius.Eſt ergo ibi caſus contra communem opi. Præterea vide-
tur tex.in d.l.Papin.§. quoniam autem quarta.a contrario ſenſu
non vio.litera. Nam ibi ſignanter loquitur in emancipato . Vn-
de innuit a contrario ſenſu,quòd ſi ſuus eſſet inſtitutus, licèt repu
diaret,& licet haberet ſubſtitutum, libertas competeret , quia re-
maneret hæres nomine l.cum quaſi.§.ſed ſi & quis. de fideicom.
liber.licèt gloſſ.illum textum deſtruat.Pro hoc etiam eſt dicta l.Iu
lia.ſi quis omiſſ.cau.teſta.rectè intelligendo practicam,cum om-
nia infra dicant,filiū mortuo patre ſuum hæredem effici,præſum
ptuoſum eſt ab eis recedere ſine euidentia neceſſario fundamē-
to.Sed opi.non habet neceſſarium fundamentum,quia, vt ſupra
dixi,non eſt neceſſe dicere, quòd per ſubſtitutionem ſit data licē-
tia.abſtinendi. Dicere poſſumus , quòd in caſu licentiæ a prætore
datæ cenſeatur facta remanente in ſuitate ſubſiſtentia.vnde repe-
to ſecunda opin.econtra ad præcedentem.ſ. quod per ſolam exi-
ſtentiam ſui hæredis,etiam ſequuta abſtentione, tollatur ſubſtitu
tutio.Quam gloſſ.tangit arguendo in l.ſi mater.§. fina. de vulgar.
& pupill. Quæ opi.procederet,ſi facta eſſet in ſuitate, ut ibi no.ſe-
cus ſi in hæreditate,quia nudum nomen hæredis , quod eſt apud
filium poſt abſtentionem , non debet nocere ſubſtituto. infra ad
Tertullia.l.2.§.ſi quis adita.l.2.§.ſi ſint.de vulg. & pupil.l.2.§. ergo.
de mino.l.ſi ſint.§.ſed,quòd Papi.de re iudi.l. ex contractu . Tertia
opi.fuit,vt diſtinguamus.Nam aut ſubſtitutus adiit ex ſubſtitutio
ne,& tunc ſublata eſt ſuitas,aut non adiit , & tunc ſecus . Et hanc
opi refert gl.in dicto §.quoniam autem quarta.in prin. gloſſ. quæ
opi.non habent ſaporem,nec fundamentum.Nam ſi nō eſt ſub-
lata a principio,ſed expectatur aditio,tunc per aditionem ſubſtitu
ti non tolleretur,quia cum fuerit effectus hæres ipſo iure,licet po
ſtea repudiat,non deſinit hæres eſſe l.ei qui.infra de hæred. inſti.&
13 dicto §.ſi ſint.¶†Dico ergo quarto, & ultimo , ꝙ nec per ſubſti-
tutionem tollitur ſuitas , nec per ſolam ſuitatem tollitur ſubſtitu-
tio,niſi ſequatur immixtio . Vnde dico , quòd patre mortuo ſtatim
hæreditas acquiritur filio iure ſuitatis,licèt habeat ſubſtitutum, p
inde eſt,ac ſi non habeat,poſtea vero ſi quidē filius ſe immiſceat,
non eſt dubium,ꝙ ſubſtitutio tollitur l.poſt aditam. de impub. &
ali.ſubſti.coniuncta l.cum bonis.de acq.hæred.Si uero abſtineat ,
tunc adhuc remanet hæres nomine,non effectu, & ideo ſubſtitu
tus admittitur,vt dicta l.ex contractu.de re.iu. & in iuribus ſupra
alleg.¶Aut adhuc non ſe immiſcuit,nec repudiauit, & tunc inte-
rim eſt hæres filius cum beneficio abſtinendi a prætore conceſſo,
& ex euentu apparebit , utrum ſubſtitutus admittatur, vel non .
¶Sed circa prædicta quæro de duobus , & incidenter . Et primo
eo caſu,quo filius repudia-,dixi ſubſtitutum admitti.Quæro vtrū
admittetur iure ciuili,uel prætorio.Si teneremus ſublatam eſſe ſui
tatem,non eſſet dubium, ꝙ admitteretur iure ciuili , & ſic perpe-
tuo,ſed quia teneo,quòd non ſit ſublata, & ſic filius adhuc rema
net hæres nomine,quæritur quid iuris?Bar.in fi.dicit, ꝙ ſi inſtitu-
tus adiuit,poſtea beneficio reſtitutus ſe abſtinuit , licèt remaneat
hæres nomine de iure ciuili,tamen ſubſtitutus admittetur de iu-
14 re ciuili.†Nec obſtat ſecundum eum,quod duo eo.iure non poſ-
ſunt eſſe hæredes,quia uerum eſt eo reſpectu,ſed diuerſis reſpec,
ſic,ſ.vnus nomine,alter effectu,ut patet in hærede,qui reſtituit hę
reditatem,& in fideicōmiſſario uniuerſali.allegat l.2. §. ſi quis adi-
ta.ad Tertul.hoc ipſe ponit in l.2.§.interdum.ver. ergo. de vulga.
& pup.contrarium puto per l.quod contra.§.vbi duo.de reg.iur.
Nam filius remanet hæres iure ciui. & ex l. xii. tabu. Nec confir-
mat teſtamentarias ſucceſſiones,ut no.infra de leg.2.l. Celſum. in
fi.quod eſſe non debet,ut d.§.Nec obſtat quod allegat de herede
& fideicommiſſario,quia illi non ſunt hæredes ex eadem parte iu
ris,ſed ex diuerſis.Hæres enim remanſit hæres ex l. xii.tabu. nomi
ne,fideicommiſſarius vero efficitur hæres ex Senatuſconſu.Tre-
belliano,quòd eſt ius ciuile vtiliter,& in effectu.¶ Eodem modo
reſpondeo ad §.ſi quis adita.quia ibi ex Senatuſconſul. Orficiano,
ſecundus ex l.xii.tab.Sed tex.eadem parte iuris hoc non concedit
ne lex admittendo ſecundum.fruſtra videatur admiſiſſe primum
vt infra de ſucc.edic.l.fi.cum gl.ibi,( patet ) quòd etiam in ſucceſ-
ſione de iure prætorio ſi ſemel fuit delata vni cū effectu , licèt po-
ſtea per reſtitutionem abſtineat , non defertur ſequenti in gradu
de iure præto. Dico ergo, ꝙ eo iure,quo filius deſiit eſſe heres,eo
iure ſubſtitutus admittitur Deſinit autem iure prætorio uocatus
& ſic eſt ſibi neceſſaria ſecūdum tab.infra tempus debitum. ¶ Ex
hoc etiam dico,ꝙ Barto.in alia ſimili materia non bene ſentit . Sic
enim in l.qui ſe patris.C.unde libe.vtrum illud,quod ibi dicitur, ui
delicet, quòd ſi filius fuit ſuus hæres,& poſtea abſtineat, nepos ex
eo non poſſit eſſe ſuus hæres auo,nec admittitur de iure ciuili,ſed
prætorio , quia in ſuis non habet locum edictum ſucceſſorium ,
vt l.prima §.ſciendum,de ſucceſſ.edict.vtrum hoc ſit hodie corre
ctum per §.placebat.Inſtitu,de leg agna.ſucc. ubi dicitur , quod in
agnatione habet locum hodie ſucceſſorium edictum de gradu
in gradum de iure ciuili & gl.in d.l.qui ſe patris.tenent, quòd cor-
rigatur,quia ſui ſunt agnati,ergo & in eis locum habet hodie ſuc
ceſſorium edictum,& ſic nepos admittetur hodie de iure ciuili, li
cèt filius abſtinendo non deſinat eſſe hæres nomine . ¶ Omnes
Docto,Vltramontani,& etiam Bono. tenent contrarium , quia
§.placebat , loquitur in agnatis , quibus non acquiritur hæreditas
ipſo iure,&c.Vnde fateor , quòd ſi hodie delata ſit hæreditas pri-
mo agnato,puta,fratri,& ipſe repudiat, quòd defertur ſequenti a-
gnato,puta,nepoti ex eo, & poteſt venire de iure ciuili tanquam
agnato hodie,licèt olim non poſſet. Et ratio eſt , quia primus qui
repudiauit,nunquam fuit hæres.vnde nihil eſt, quòd impediat ſe-
quentem.ſed l.qui ſe patris.loquitur in ſuis:vnde cum filio ſtatim
ſit hæreditas acquiſita,& licèt repudiet, nihilominus remanet hæ
res de iure ciui.certè ſequens eo iure non poterit venire, quia ſi-
bi obſtat primus,ideo neceſſe eſt,quòd veniat per prætorem.Bar.
ſuſti-

ſuſtinet glo.per d.l.j.§.ſi quis adita.ad Ter.& per l.defunctis.C.de
legi.hære.vbi dicitur eſſe caſum pro gl.¶ Sed certè ſi hoc eſſet ve
rum.d.l.qui ſe patris.non corrigeretur per §.placebat.ſed per iura
prædicta.Sed hoc eſt falſum,quia dicta iura ſunt ita antiqua, ſicut
l.qui ſe patris.vel magis. Vnde non poſſumus dicere,ꝙ illam cor-
rigant,ſed potius econuerſo,vel ſi diceremus, ꝙ ſe ad adinuicem
non corrigerent,eſſent ſibi cõtrariæ,& eſſet neceſſe dicere, quòd
vel d.l.qui ſe patris.malè diceret, vel dicta iura, quod eſt ridiculũ
per dicta iur.Nam faciũt pro gl.vel Bar.quia verum eſt, ꝙ ſi vnus
eſt hæres nomine de iu.ciui.alius poteſt eſſe hæres effectu de iure
ciui.ex alia parte iuris,quàm primus,vt ſi primus eſt ex l.12.tabu.
alius poſſit eſſe hæres ex Senatuſcon. vel conſtitutione principis.
ita loquuntur d.iura.ſed ex ead.l.vel parte iuris non poteſt.Ita loq
tur l.qui ſe patris.ibi vero nepos nolebat admitti ex capite ſuorũ,
& ſic ex eadem l.qua filius fuit.vnde non poteſt, niſi per vnde li-
beri.Sed ſi vellet venire ex capite agnatorum tãquàm proximior
agnatus,bene poſſet tam de iure ciui.quàm præt.etiam iure vete
ri,ex d.conſtituti.de legi.hær.l.ſciat.non aũt ex parte, per l.12.tab.
tanquam vocant agnati.Et iſta fuit opi.quorũdam gl. anti. quam
gl.refert in l.j.§.poſt ſuos.de ſuis.& legi.ibi. (alij dicunt contrariũ
&c.)quæ eſt ipſa veritas,ꝙ etiam ex eadem parte iuris, vel ex alia
poſſit venire,ſentit gl.in l.fi.de ſucc.edic.¶Eſt ergo ſciendum pro
declaratione huius paſſus,ꝙ nos habemus tres regulas negatiuas
de iure antiquo.¶†Prima erat, quòd in ſuis hæredibus non habe
15 bat locum ſucceſſorium edictum,vt d.l.qui ſe patris,& d.l.prima,
§.ſcientia.Ratio erat duplex.Prima,quia ſui ſunt agnati,& in agna
tis non habebat locum per rationem , quam ſtatim dicam, ergo
nec in ſuis.¶Secunda ratio eſt,quia primo in gradu ſtatim erat ac
quiſita hæreditas iure ſuitatis,ex l.12.tab.& licet abſtineret,nõ de-
ſinebat eſſe hæres ſequens ex ea.l.hæreditatem.§.fin.de caſtr. pec.
Et iſta regula non reperitur hodie immutata, quia nec ratio im-
mutata eſt,cum etiam hodie primus poſt repudiationem rema-
net hæres.¶†Secunda reg. eſt,ꝙ in agnatis ſimiliter non habebat
locum ſucceſſorium edictum, vnde ſi delata erat hæreditas pri-
mo agnato, qui repudiabat, non deferebatur ſequenti ex eadem
l.12.tabu.ne fruſtra videatur detuliſſe primo, tamen ex Senatuſc.
bene deferebatur quibuſdam l.ſecunda.§.ſi ſint. ad Tertullia. vel
econtra,ſi primo delata erat ex Senatuſconſul. poterat deferri ſe-
quenti,ex l.13.tab.vt l.prima.§.ſi quis adiecta.Hoc autem nõ erat
generale,ſed ſolum habebat locum in quibuſdam agnatis, ſeu le-
gitimis hæredibus in quibus Senatuſc.loquebatur,vt in matre,&
filio,qui licèt non ſint agnati, tamen adinuicem tanquam agnati
iure ciui.admittebantur: poſtea generaliter conſtitutum eſt in d.
§.placebat. quòd in omnib. agnatis generaliter locum habeat, vt
excluſo primo ſequens iure ciui.admittatur. Et notandum, quia
dico,quòd ſequens non vocatur ex l. 12.tabula. qua primus fuit
vocatus,ſed vocatur ex illa conſtitutione principis. Item ratio hu
ius eſt,quia primus non fuit hæres.Et ſic nõ obſtat regula l.quod
contra.§.vni duo.de regu.iur.& l.hæreditatem. de caſtrenſi pec.
17 ¶†Eſt & tertia regula,vtrum de capite in caput habeat locum. Et
hic aduertendum,quia duo erant capita l.12.tabu. in ſucceſſione
inteſtati,ex vnò vocabantur ſui,ex alio non exiſtentibus ſuis vo-
cabantur agnati,ſeu alii legitimi l.prima.§.poſt ſuos de ſuis & legi-
ti. caput autem cognatorum non erat, cum illi eſſent incogniti.
Si ergo ſui extabant,tunc cum hæreditas eſſet eis delata,& acqui-
ſita,licèt poſtea repudiarent,neceſſe erat dicere,quòd non defer-
retur ſequenti capiti agnatorum ex ead.l. per rationes traditas. &
ſic erit tertia regula,ꝙ iure veteri 12.tabu. vel Digeſtorum non
habeat locum ſucceſſorium edictum de capite in caput. Et ita te-
net glo.in dicta l.prima.§.poſt ſuos. Poſtea uero facta fuit conſti-
tutio C.de hære.l.ſciant.quæ ſtatuit contrarium,& ſic ſequens ca
put de iure ciuili admittiur ex illa conſtitutione, non ex 12.tabu.
Et ſic dico,quòd in l.qui ſe patris.ſi nepos, voluiſſet admitti ex ca-
pite agnatorum,potuiſſet etiam de iure ciui.per d.l.ſciant. ſed ipſe
volebat admitti ex eodem capite liberorum.Et ita intelligo iſtam
materiam prædictam. ¶ Et hæc ſunt neceſſaria ad intelligentiam
huius l.nam ex his patet,quid iuris eſſet,ſi tempore mortis filii cõ-
ſtabat poſthumum naſci,& ſic fuit filio delata hæreditas, qui po-
ſtea repudiauit. Vtrum nepos erit ſuus hæres an non, & an iure ci
uili admittatur.Et breuiter dico, quòd ſi ipſe vellet venire ex ſub-
ſtitutione, non poſſet tanquam ſuus, nec etiam tanquam extra-
neus de iure ciui.Et eſt ratio,primus fuit hæres ex l. duodecim ta-
bu.& ſi ipſe admitteretur ex ſubſtituti.ſimiliter ex ea.l.efficeretur.
quia teſtamentariæ ſucceſſiones ex illa lege ſunt, ideo oporteret,
quòd peteret ſecundum tabu.infra annum, vel excluderetur, Si
vero uellet ab inteſtato tanquam proximior agna.tunc poſſet p
dicta l.defunctis.¶†Nunc quæro ſecundo incidẽter,pone, quòd
filius habens ſubſtitutum,antequam ſe immiſceat, uel repudiet,
deceſſit,utrum tranſmittet hereditatem patris ad ſuos hæredes?
Bar.hic dicit,quòd non, quia per dationem ſubſtituti ſublata fuit
ſuitas,quæ operatur tranſmiſſionem.Contrarium dico, quòd v-
no ſublato &c.ut ſupra oſtendi.Ideo dico, quòd operatur tran-
ſmiſſio hæreditatis,& ſicut ſi non haberet ſubſtitutum, cum iam
ſit ſibi acquiſitum iure,licèt reuocabiliter. Pro quo benè facit in-
fra de vulga.& pup.l.Lucius.Item facit quod in ſimili uidemus in
legatario,cui acquiſitum eſt legatum ipſo iure.Nã ſi decedat poſt
diem legati cedentem,& antequam acceptauerit, vel conſequu-
tus fuerit,tranſmittit ad hæredes, licet in eo ſubſtitutum vulgarẽ
19 habeat.infra de adimen.legal.l.3.§.primo.in fi.¶†Aduertendum ta
men,ꝙ ipſe tranſmittit eo modo, quo eſt apud eum.ſ. cum pote-
ſtate abſtinendi, ut infra de acqu.hæred.l. ſi quis filium.§.primo,
Et ideo ſi hæredes filii agnoſcant hæreditatem, ex tunc ſubſtitu-
tus excluderetur, ſicut ſi per filium fuiſſet agnita,quia ad excluſio
nem ſubſtituti ſufficit, ꝙ inſtitutus ſit hæres, vel alium hæredem
faciat,ut ʃ.de hær.inſti.l.paterfamilias Titium. iſte autem filius fa-
cit hæredem.Si uero repudiarent,ex tunc ſubſtitutus admitteret,
ac ſi fuiſſet repudiata,eo tamen modo,quo ſupra dixi.facit ad præ
dicta quod no.Bar.infra de vulga.& pup.l.prima.in 3.q.princi. ubi
tenet,ꝙ ſi inſtitutus decedit infra annum iuris deliberandi, tranſ-
mittit ipſum ius deliberãdi,& hæres eius præfertur ſubſtituto. for
tius in ſuo,cui iam quæſita eſt hæreditas ipſo iure. Pro hoc l.j. de
his,qui ante aper.tab.& d.l.ſi quis filium.in prin.de acq. hære.con-
iuncto §.j.Pro hoc etiam,quod idem tenet in monacho, & filiof.
hæredib. inſtitutis,vt ſi decedant ante agnitam hæreditatem,mo-
naſte.& pater præferantur ſubſtituto.¶ Ex his etiam apparet non
procedere per omnia,quæ idem Bar.no.in d.l.j.de uulg.& pup.in
vlt.col.vbi dubitatur etiam,an exiſtentia ſui hæredis impedit ſub-
ſtitutum &c.a cuius dictis qualiter diſcrepant ea, quæ ſupra dicta
20 ſunt,colligens lectos perpendere poterit.¶† Expeditus de prima
q.principali,venio ad ſecundam. Et quæritur ſecundo principali-
ter,vtrum per dationem cohæredis extranei tollatur exiſtẽtia ſui
hæredis,vel eius effectus?& hic communiter traditur per Doct,
ꝙ ipſa exiſtentia non tollitur,quominus mortuo patre ſtatim effi
ciatur ſuus,vt aperte patet ʃ.de acq her.l.cum hereditate.& l. pro
hærede.§.Papinianus.ibi, (nam cum ſe abſtinere &c.) Item etiam
effectus,qui ex teſtamento non dependet, ut tranſmiſſio hæredi
tatis,ſimiliter non tollitur,nec impeditur,& de iure delib.l.ſi fratris
¶Quidam vero ſunt effectus circa eã, quæ a teſtamento depen-
dent,ut ꝙ per exiſtentiam confirmentur tabulæ pupillares datio
nes,& alia,quæ tendunt in fauorem filij, & non diminutionem
hæreditatis ʃ.de vulgar. & pupillari. l. ſi filius qui patri. & dicunt
tunc tales effectus impediri per dationem cohæredis extranei, ꝗa
pater ipſum cohæredem dando videtur recedere a prouiſione le
gali,quæ eſt,ꝙ ſola exiſtentia ſufficiat ad confirmationem. Pater
autem videtur velle,ꝙ fiat confirmatio per expreſſam aditionẽ,
quaſi dando cohæredem non fuerit cõfiſus de prouiſione l.ideo
lex ſibi non prouidet.l.fi.§.ſed quia quidam.ver.cum.n.C.de iure
delib.¶Et pro hoc dicunt in l.apud Iul.§.idem Iul.ʃ.ad Treb.mihi
videtur hoc durum,ꝙ præſuppoſita ſuitate in eſſe,debeamus ſibi
effectum denegare,nam ſequitur ſuam cauſam de neceſſitate.ʃ.
de fur.l.non poteſt.quinimmo etiam ſi pater hoc expreſſe volue
rit,ꝙ duret ſuitas,& careat effectu ſibi inherente, non videtur, ꝙ
hoc poſſit.argu.ʃ.de adi.leg.l.3.§.ſi loci.de leg.j.l. nemo poteſt.per
quod videatur recedere a legis prouiſione,non vr̃ bene dictum,
quia per hoc etiam poſſet dici, ꝙ tolleretur ipſa ſuitas, quæ de le-
gis prouiſione eſt,& pater ſibi poteſt renuntiare,ut ſ.dixi. Quod
tamen eſt falſum.d.l.cum de hæreditate.per quod non vr̃ de legis
prouiſione confiſus dando cohæredem, qui adeat, non vr̃ bene
dictum,quia iſtud adire conſiſtit in voluntate ipſius cohæredis,cũ
cogi non poſſit.unde poteſt repudiare, & ſic prouiſio patris fru-
ſtrabitur.Non eſt ergo credendum,ꝙ per prouiſionem ſuam ſe-
miplenam,& incertam uoluerit recedere a legis prouiſione ple-
na,& certa.argu.ʃ.de fideiuſ.l.heres eius.§.j. quid ſi hic ſeruus eſt.
de hæred.inſ.l.ſi te ſolum.Nec etiam vr̃ de illa diffiſus, cum poſſit
ſe immiſcere expreſſe,ſicut ipſe extraneus. unde non eſt dare rõ-
nem,cur magis confiſus fuerit de aditione extranei, quam tñ cõ-
fidentiam prouiſio legis,non tollit.¶ Ideo diſputationis cauſa te-
neo hanc opi.ꝙ per dationem cohæredis extranei, nec ſuitas im-
pediatur,nec aliqui eius effectus. Nam & cohæres loco ſubſtituti
habetur.ʃ.de leg.2.l.Titio & Meuio.§.Iul.ſed per ſubſti.non tolli-
tur,vt ſ.oſtendi.Ergo nec per heredem multo minus. Nec obſt,
ʃ.ad Treb l.apud Iul.per quam principaliter ſe fundant Doc. Nã
quod ibi dr̃,ꝙ vnus ex hæredib. cogitur adire, ut confirmentur
tabulæ pupillares,hoc non fit ibi ex neceſſitate,quia per ſolam exi
ſtentiam ſui hr̃dis filii inſtituti confirmatæ ſunt, ſed fit ex uolunta
21 te,& ad cautelam,quia poſſet negari patria poteſtas, † & de facili
probari non poſſet,& ſic ſuitas nõ patrocinatur. Vnde vtilius eſt,
ꝙ expreſſe adeatur, quia tunc de facili probabitur confirmatio,
& hoc uidemus in ſimili,quia per exiſtentiam ſui hæredis confir-
matur fideicommiſſum vl'c,& tranſeunt actiones ſine alia expreſ
ſa immixtione, & tñ filius poteſt cogi ſe expreſſe immiſcere, ad
hoc,ut ſi negaretur exiſtentia,& prima poteſtas, quæ faciliter nõ
probaretur,poſſit probari aditio,ut hæc habentur eo.ti. ad Treb.
l.ita tñ.§.ſi pr̃.in tex.& gl.no.& l.recuſare.§.meminiſſe. in fin. Nec
obſt.quod dr̃ in d.§.idem Iulia. Hoc.n.facto, confirmatiſq; tabu.
&c.quaſi innuat, ꝙ dictæ tabulæ non eſſent ante confirmatæ per
exiſten-

exiſtentiam ſui hæredis,ſed cõfirmatur per ipſam aditionem. Nã
intelligo, ſm ſ.dicta,vt non reſpexerit ipſam confirmationem, q̃
re vera iam facta eſt,ſed ipſam probationem,ex qua uidetur con
firmatio fieri. Nam non probata ſuitate videtur facta confirma-
tio per ipſam aditionem. Et ita credo tenendum ſaluo ſaniori iu-
dicio. ¶ Tertio,& vlt. quæro prin. quid de appoſitione conditio-
nis poteſtatiuæ,vtrum per eam tollatur exiſtentia hæredis? Reſp.
aut fuit conditio nudæ, & meræ volũtatis, vt pura, fuit inſtitutus
filius,ſi voluerit,& tunc tollitur,& non dr̃ ſuus hæres, nec ſibi ac
quiritur hæreditas,niſi declaret ſe velle,vt l.Cornelius. & l.iam du
bitari.de hære.inſt.de cond.inſti.l.verba.¶ Aut conditio facti,pu
ta,ſi capitolium aſcenderit,vel etiam dandi, & tunc Bart. videtur
dicere in l.ſi filius,qui patri.de vulg.& pup.ꝙ per eam tollatur exi
ſtentia ſui hæredis per l.conditionibus,de cond.& demõ. Ego di-
co,ꝙ antequam conditio fuerit impleta,ſublata eſt,vt patet in l.fi.
de cond.inſt.& hic in fine leg.Et in ver.(quod ſi nemo.)ſm quod
intelligunt Dy.& Bart. ſed impleta conditione, tunc ſtatim efficit̃
ſuus hæres,ſicut a principio ſi fuiſſet inſtitutio pura. Et ita intelligi
22 tur d.l.conditionibus.ſ.alleg.¶† Vlt.quæritur, an prædicta locum
habent in ſuo,& neceſſario hærede,an in neceſſario tm̃, & vtrũ
per ſubſt.vulg. factam ſeruo tollatur exiſtentia neceſſarij hęredis
de hoc eſt gl.ſ.ad l.Aquil.l. vnde Neratius.§.j. quæ videtur expreſ-
ſe dicere,ꝙ non.Immo dicit, ꝙ exiſtentia neceſſarij hæredis tollit
ipſam ſubſtitutionem.Quod facit ꝯ intellectum Dyn.& aliorum
hic,& incipit glo.in vita domini,&c.contrarium puto, nam tunc
fruſtra daret dominus ſubſtitutum vulgarem ſeruo,ſi nunquam
poſſet locum habere.Dico ergo,ꝙ cum ipſum dederit, vr̃ uoluiſ
ſe,ꝙ locum habeat.¶Ex quo ſequitur, ꝙ cum ſeruus nõ habeat
licentiam abſtinendi a iure ciui. vel prætorio, ſi dominus dat ſibi
ſubſtitutum,vr̃ ſibi dediſſe licentiam abſtinendi ad hoc, ut ſubſti-
tutio non ſit inanis.Sed in filio ſecus eſt,vt ſ.dixi,quia cum ipſe ha
beat licentiam abſtinendi de iure prætorio, in illum tãtum caſum
vr̃ ſubſtitutio facta,nec vr̃ alia licentia data, & ſic remanet hæres
de iure ciui.Seruus autem vr̃ habere licentiam ab ipſo teſtatore,
non remanet etiam de iure ciuili. Et ſic in eo procedit intellectus
poſitus hic per Doct.¶Item quæro quid in cohærede extraneo
dato ſeruo?Reſpondeo, ꝙ per ipſum non tollitur exiſtentia ne-
ceſſarii hæredis.gl.eſt ordinaria.ſ.ſi cer.pet.l.eius,qui in prouincia.
in gl.ſuper ver.(hæreditati.)quæ incipit (immo.)¶Expedito prin-
cipio huius leg.venio ad ver. (quod ſi nemo.) Et quæro de ipſius
intellectu,quid vult dicere tex.ipſe filius inteſtato patri hæres effi-
citur,de quo loquitur glo.quæ incipit(idemq; nepos.)ponit duas
opi.Vna eſt,ꝙ loquitur de ipſo nepote, qui eſt filius filii, & hanc
proſequitur vſq; ibi.(Alii dicunt.) Alia opinio eſt, ut loquatur de
ipſo primo filio,ſeu primi decedentis,ſm primam opin.glo.ſic in-
telligit,ut ex eius verbis colligitur,licèt truncatis,& obſcuris,ꝙ in
iſto ver.filius fuit purè inſtitutus ſolus,& nepos non fuit ſubſtitu
tus ſolus.Et ꝙ ipſe filius,quouſq; vixit, non fuit hæres auo ex te-
ſtamento,nec ab inteſtato. Cauſam autem quare non fuit hęres
non ponit, ipſo igitur mortuo nepos efficietur hæres utriuſq; ab
inteſtato,& tunc differt a principio in hoc,quia ibi nepos fuit ſub
ſtitutus.Et ſic efficietur hæres ex teſtõ,hic non fuit ſubſtitutus,&
ſic ab inteſtato efficit̃ utriuſq; ſuus hæres,& hoc vult gl.in effectu
vſq; ibi,ſed nonne.¶Sed ibi vr̃ opponere contra iſtum intellectũ,
ſic,ur̃ iſtud falſum, ꝙ nepos efficiatur ſuus hæres auo. Nam ille
eſt ſuus hæres,qui obtinet primum locum tp̃e mortis eius,de cu
ius hæreditate agit̃,ut Inſtit.de hær.qua. & diff.§.ita demum. Sed
hic nepos non tenebat primum locum, quia filius, idemq; pater
præcedebat.Ad hoc ur̃ gl.ſic rñdere.Illud eſt uerum, qñ quis de-
ceſſit nullo facto teſtõ.Si uero factum eſt teſtm̃, & poſtea deſti-
tutum eſt,tunc ille efficitur ſuus hęres ab inteſtato, qui tenet pri-
mum locum eo tp̃e, quo teſtm̃ deſtituitur, & quo conſtat eum
effici inteſtatum,ut Inſti.de hęr.quæ ab inteſtato defe.§. cum aũt.
Et patet ſ.eod.l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium. in fi. Sed in caſu no-
ſtro fuit factum teſtm̃,quod morte filij deſtituitur, & ſic mortuo
conſtat auum deceſſiſſe inteſtatum, tunc autem nepos tenet pri-
mum locum,ergo &c.& hoc uult gl.uſq; ibi (idem ſi filius.) ¶ Et
no.ꝙ gl.per aliquos habetur corrupta,habent enim in glo. quidã
ſic.(Rñdeo,non conſtat auum deceſſiſſe teſtatũ, quæ uerba non
habent aliquem ſenſum,ideo debet ſic haberi. (Rñdeo nunc con
ſtat auum deceſſiſſe inteſtatum.)nunc.ſ.poſt mortem filij, ut ap-
paret ex forma oppoſitionis,q̃ facit,& ex §. quem allegat, ubi er-
go in gl.eſt,non debet eſſe,nunc.& ubi eſt,teſtatum. debet dicere
inteſtatum.¶Sed quærit gl.in uer.(idem ſi filius,&c.) qualiter tũc
contineatur ille uer.ſicut euenire.gl.reſpondet,ꝙ ibi adducitur ca
ſus ſimilis.Nam ſicut ſolet euenire, qñ filius eſt inſtitutus ſub cõ-
ditione poteſtatiua, quæ ultimo uitæ ſpiritu poteſt impleri, & fi-
lius decedat,antequam impleat,non quouſq; uixit,non fuit hęres
ex teſtamento,& eo mortuo conſtat auum inteſtatum, ideo ne-
pos efficitur tunc auo ſuus hæres ex teſtamento, ſi fuit ſubſtitu-
tus,ut in prin.le.uel ab inteſtato. ſi non fuit ſubſtitutus, ut dictum
eſt in uer.(ꝙ ſi nemo.)& j.de cond.& inſt.l.fi.& ſic apparet,ꝙ iſta
gl.prout dicit,in uer.(ſicut euenire.)adducit caſum.ſ. ꝙ ipſa intelli-
git uerſi. (ꝙ ſi nemo.)qñ fuit purè inſtitutus, & tunc dicit ipſum
fuiſſe ſuum hæredem,aliàs nepos eſſe non poſſet, & nõ dicit cau
ſam quare,vnde cum ſubſtitutum non habeat,in d.verſ. non põt
dici,ꝙ per donationem ſubſtituti fuerit ſublata ſuitas. Credendũ
eſt ergo,ꝙ ſenſerit propter pendentiam natiuitatis poſthumi, ſed
hoc qui non conſiderauerunt in aliquo dependentiam, non te-
nent iſtum intellectum,ſed ſequentem,qui ponitur in glo. ibi (alii
dicunt &c.)videlicet,ꝙ iſte text.intelligatur de ipſo filio primi de-
cedentis,& ponatur caſus,ꝙ ipſe filius fuit inſtitutus ſub conditio
ne,quæ ultimo vitæ ſpiritu impleri non poterat, & ſic differt a p̃-
cedenti.lec.quæ loquitur de illa,quæ impleri poterat. Dicitur er-
go,ꝙ ſi deceſſerit filius conditione non impleta, in puncto mor-
tis incipit eſſe certum impleri nõ poſſe,etiam antequam perfectè
moriatur, & ſic deſtitutus teſtamento ẽt in vita efficitur ipſe fi-
lius hæres ab inteſtato,quod ſm hunc uerſi. (ſicut euenire.) ponit̃
exemplificatiuè,quia quod dixerat in genere, & in nube, in uerſi.
(quod ſi nemo.)ibi,exempli.in ſpecie,differt ergo in trib. hęc lect.
a præcedenti,quia ibi intelligitur de filio.i.de nepote,hic propriè.
Item ibi purè fuit filius inſtitutus, hic ſub conditione. Item ſm il-
lum ver.(ſicut euenire.)poſſit ſimilitudinariè, hic vero exemplifi
catiuè.Item quarto differt,ꝙ ſm illum ver.(ſicut.)loquitur, quan
do fuit inſtitutus,ſub conditione,quæ ultimo vitæ ſpiritu poterat
impleri,ſm iſtum loquitur de illa,quæ impleri non poterat.¶Sed
tunc quærit gl.ſequens,in quo differat iſte ver.fi.a principio leg.?
Rñdet gl.dupliciter,quia in prin.leg.ſuberat nepos,hic non. Hæc
non placet,quia & hic poteſt intelligi,ꝙ nepos ſuberat,non tamẽ
fuit ſubſtitutus,uel dicit gl.in prin.fuit purè inſtitutus filius,hic ſub
conditione,& iſta eſt vera.Adde aliam differentiam, quia in prin.
fuit nepos ſubſtitutus,hic nõ,expeditæ ſunt gl.Patet ergo, ꝙ Dy.
& Bar.& cõiter Doc.ſcribentes intelligunt iſtum ver. (quod ſi ne
mo.)in filio inſtituto ſub conditione poteſtatiua, quæ vltimo ui-
tæ ſpiritu non poteſt impleri, ex qua non fuit hæres ex teſtamen-
to,eaq; pendente efficitur ab inteſtato.Iſte intellectus non placet,
quia ſm hoc idem diceret iſta lex,quod l.fi.de cond.inſti.& ſic eſ-
ſet quaſi inutilis, ꝙ nihil faceret ad materiam titu.¶Dico ergo, ꝙ
eſt tertius intellectus verus, qui partim capitur ex primo intelle-
ctu gl.partim ex ſecundo.videlicet,ꝙ iſte filius fuit inſtitutus purè
& nullum habuit ſubſtitutum,vel cohæredem. Item ꝙ, quouſq;
vixit,non fuit hæres ex teſtamento,& in hoc concordo cum pri-
mo intellectu gl.ſed ſuppleo gl.ꝙ ratio,quare non fuit hæres,eſt,
quia poſthumus erat præteritus,& in vtero tempore,quo deceſ-
ſit,vt l.ventre.de acq.hæred.& ſ.dixi,in puncto ergo mortis deſti
tuitur teſtamentum,anteq̃ perfectè moriatur, & ipſe idem filius
efficitur hęres ab inteſtato,ſicut accidit,cum eſt inſtitutus ſub cõ
ditione,quæ vltimo vitæ ſpiritu non poteſt impleri, & in hoc te-
neo ſm intellectum gl.vt loquatur de ipſo filio primi decedentis,
non de nepote.Item ꝙ verſi.(ſicut) ponitur ſimilitudinariè, non
exemplicatiuè,& in hoc teneo primum intellectum gl.Verum ta
men loquitur in conditione,quæ vltimo vitæ ſpiritu non poteſt
23 impleri,& in hoc teneo ſm intellectum gl.¶.†Hic igitur vidẽdum
eſt de trib. Primo quare filius non fuit hæres ex teſtamento eius
in uita?rñdeo,quia ſperabatur rumpi natiuitate poſthumi, q erat
in vtero tempore mortis, vt ſupra dictum eſt. ¶ Secundo quare
deſtituitur teſtamentum in mortis articulo? Rñ.ratio ponitur in
text.quia conſtat neminem amodo ex illo teſtamento hęredem
fore:Nam ipſum nõ,quia rumpitur,antequam eſſe poſſit hęres,
quo caſu teſtamentum morte inſtitutio irritaretur. j. tit.j.l.j. in fi.
Item alium non,quia nullus eſt alius cohæres, vel ſubſtitutus. Ne-
ceſſe eſt ergo,ꝙ fiat irritum.¶Tertio quare deſtituitur,etiam in vi
ta filij,& antequam perfectè moriatur, & quare non expectatur,
ꝙ perfectè mortuus ſit?Rñ.hoc introducitur hic ſingulariter, &
ſpecialiter in fauorem filii, ne ipſe careat hęreditate patris non
ſui culpa.Nam ſi expectaretur,ꝙ perfectè mortuus eſſet, cum fi-
lius ipſam hæreditatem nunquam acquiſiuiſſet in uita, nec ex te-
ſtamento,nec ab inteſtato,& ſic eam non tranſmitteret,ſed defer
retur ad alios propinquiores,quod eſt iniquum, quia non fuit in
ſua poteſtate acquirere. Tum quia hoc non proceſſit ex ſui cul-
pa,ſed patris prætereũtis poſthumum.Tum quia in omnem euẽ-
tum habiturus erat hęreditatem,ſiue poſthumus nõ naſceretur,
& tunc totam ex teſtamento,& ſi naſceretur,& tunc partem ab-
inteſtato,& eam tranſmiſiſſet ad ſuos hæredes. iniquum eſt ergo,
& tunc decedens nil tranſmitteret. Hæc ratio colligitur ex l. uen-
tre.in fi.de acq.hær.introducitur ergo,ut anteq̃ perfectè moriat̃,
deſtituatur,& ipſo moriendo efficiatur ſuus hæres ipſo iure, per
legem ab inteſtato,& tranſmittat. Et ſic iſta pendentia natiuitatis
poſthumi æquiparatur conditioni, quæ ultimo uitæ ſpiritu non
poteſt impleri,ut faciat teſtm̃ deſtitui,anteq̃ perfectè ſit mortuus,
& deferat hæreditatem ab inteſtato, & hoc intendit in ſumma ſe-
cundum uerum,& notabilem intellectum non uiſum per Doct.
antiquos uſq; ad moderna tempora. ¶ Nunc ergo pro declara-
tione,iſtius intellectus op.plurib.modis,& primo,ſicut illa dñr nõ
poſſe impleri ultimo mortis articulo,quæ dependent ex facto al-
terius,uel fortè tunc impleri poſſunt,ut l.fi.de condi. inſti. ſed po-

ſthumum

ſthumum naſci,uel non naſci, dependet ex caſu, non ex facto inſtituti filij,& ſic ultimo mortis articulo poterit hoc conſtare.ſ. naſci,vel non,ergo non deſtituitur teſtamentum quouſq; perfectè ſit mortuus.Sic in conditionib.videmus,quæ ultimo mortis articulo poſſunt impleri,vt d.l.fi.de cond.inſt.Sol. fateor cōtrarium, dico hoc contingere hic non ex natura iſtius euentus, quia talis eſt,quæ vltimo mortis articulo euenire poteſt, ſed contingit in fauorem filii,ne tantum expectando nil tranſmittat ipſe priuſq̃ perfectè moriatur,deſtituitur.Et ſi dicatur,cur non ita fit in conditionib.quæ vlt.vitæ ſpiritu impleri poſſunt.Rñ.quia in illo eſt, ꝙ filio imputetur,cur non impleuit,& cur tantum ſe arctauit,ideo lex ſibi non ſubuenit. ff.ſi quis cau.l.2.§.ſi quis tamen.Sed hic nil eſt, qđ filio poſſit imputari.¶Secundo opp.quia vr̄,ꝙ alio modo prouideatur.ſ.quia tranſmittit remedia prætoris ſm tab.uel ꝯtabu. ff.de ꝯtab.l.illud.§.fi.cum l.ſeq.& ſic teſta.non deſtituitur.Solu.illud eſt verum,ſi habeat cohæredem. Nam tunc ratio hic poſita in text. ceſſaret,quia non incipit eſſe certum neminem ex illo teſtamēto hæredem eſſe poſſe,cum ſuperſit cohæres, qui non nato poſthumo poteſt eſſe hæres,ideo non deſtituto teſtamen. quia tenderet in præiudicium ipſius cohæredis,ſed tranſmittit ſm tab. uel ꝯtab. Primo habebit locum,ſi poſthumus non naſcatur, ſecus ſi naſcatur.Quando vero nullum habet cohęredem,vel ſubſtitutum,neceſſario deſtituitur teſtamentum, per rationem poſitam in text. nec tendit talis deſtitutio in præiudicium alicuius.¶Sed ꝯ hoc opponitur tertio.Nam in d.l.illud.§.fi.dicit tex.ꝙ illud remediũ legis neceſſarium eſt emancipato,q.d.non ſuo,ergo ſequitur, ꝙ qñ filius in poteſtate eſt inſtitutus,etiam ſi habet cohæredem, deſtituitur teſtamentum, cum illud remedium legis non ſit ſibi neceſſarium,qđ eſt ꝯ id,quod dixi.Rñ.ibi(dicitur,quod maximè neceſſarium eſt,&c.)Nota verbum(maximè.)quaſi dicat,vtriq; neceſſarium eſt,ſed emancipato plus.Et ita eſt,ut oſtēdo. Nam ſi filius habet cohęredem,vel ſubſtitutum,non deſtituitur teſtamētum, vt dixi.Et ideo ſiue ſit in poteſtate, ſiue emancipatus, remedium l.illud.eſt ſibi neceſſarium,videlicet, ut poſtq̃ non poteſt tranſmittere hæreditatem iure ciuili, tranſmittat auxiliata iuris prætorii. Si vero ſubſtitutum,vel cohæredem non habet,emancipato eſt neceſſarium adhuc,quia licèt deſtitueretur in mortis arti. teſtamentum,non per hoc eſſet ſibi conſultum ab inteſtato, niſi per bon. poſ.vnde liberi.quam petere poſſit in mortis articulo cōſtitutus. Ideo tranſmittit ſm tab.quodam extraordinario iure,ſed ſuo, vel in poteſtate conſtituto non eſt neceſſarium, quia per deſtitutionem teſtamenti ſibi plene conſulitur de iure ciuili, cum efficiatur hæres ipſo iure in puncto mortis ſine facto,vel voluntate ſua, & hæreditatem iure ordinario tranſmittere poſſit, vnde auxilia extraordinaria non ſunt ſibi neceſſaria.Patet ergo utriq; neceſſariũ, ſed emancipato plus.¶ Quarto contra prædicta op. Nam etiam iure ciuili,& ordinario prouidetur huic filio, per alium modum. ſ.ꝙ tranſmittat hæreditatem tanquam aditam beneficio l. uētre. ff.de acq.hær.vt in fi.illius legis ibi,dum dicit, decreto filio ſuccurrendum eſt,&c.Et gl.intelligit vno modo.ſ.decreto iſtius legis, q̃ expoſitionem tenet ibi Bar.vt congruat titulo, in quo ſita eſt. Et ſic cum tranſmittat ex teſtamento de iure ciuili, falſum eſt, ꝙ deſtituatur teſtamentum.Rñdeo, & dico,ꝙ illa expoſitio eſt falſa, & contra hunc tex.quicquid ibi dicat Bart.¶ Et ideo teneo aliam expoſitionem,ut loquatur de decreto prætoris.ſ.ſm tab. uel ꝯta. de quib.loquitur d.l.illud.in ti.Et hoc apparet, quia in talib. remediis prætoriis neceſſarium erat olim decretum iudicis, licet hodie non ſit neceſſarium,ut l.fi.C. qui admit.ad bon.poſ.ideo tex.dicit decreto.Si autem traſmitteret hæreditatem de iure ciuili, nō eſſet neceſſarium decretum,quia ſola uoluntate poſſet agnoſci l gerit. de acq.hære.& ſic tex.improprie loqueretur.¶Sed quinto oppo. ꝯ hoc,quia in d.l.ventre.non apparet,ꝙ filius haberet ſubſtitutũ, uel cohæredem,ergo ſibi non prouidetur per tranſmiſſionem ꝯ tab.vel ſm tab.ſed remedio huius leg.vt ſ.dictum eſt. Reſpon & dico,ꝙ ſi nullum habet ſubſtitutum,vel cohæredem,dupliciter ſibi conſulitur.ſ.remedio huius legis,ut tranſmittat hær.ab inteſt.& etiam remedio prætoris,ut tranſmittat ſm tab.uel ꝯtab.ut d.l.uētre.nec eſt hoc mirum,ꝙ licèt filius ſit effectus hæres ab inteſ. nihilominus ſm tab.ſibi detur,ut patet ex l.fi. ff.eo.coniuncta l. filio præterito. ff.ti.j.Si enim unus filius eſt inſtitutus, alter præteritus, hæreditas eſt in cauſa inteſ.& utriq; ab inteſ.acquiſita.Et tamen ꝑterito omittente inſtitutus habet ſm tabu.& ſic hæredes filii poſſunt eligere,q̃ uiam volunt.Poteſt autem intereſſe ipſorum alteram eligere,ſi altera magis eſſet onerata. ff.ad Treb.l.accuſare.§. Titius.¶Sexto oppo.& uidetur,ꝙ ille,qui propter pendentiam natiuitatis poſthumi præteriti non poteſt adire, ſi interim decedat, nil penitus tranſmittat. ff.ad Syl.ſi quis in graui.§.fi.cum l.ſequ.ſ.ſi mulier uen.nomine.l.j.§.fi.ſol. illud uerum in extraneo, qui non eſſet habiturus hæreditatem naſcente poſthumo.Nos loquimur in filio,qui in oēm euentum habiturus erat partim ab inteſ. ut ex d.l.ventre.in fi.& ex l.illud.de ꝯ.in fin.¶Septimo opp.vr̄,ꝙ poſtq̃ filius non fuit in aliqua culpa,ſubueniatur ſibi alio modo. ſ. ꝙ hæres ex teſtamento tranſmittatur,ut d.l.ſi quis in graui.§.fin.cum l. ſeq.& ſic teſtamentum non deſtituatur. Rñdeo, ibi fuit impeditus adire propter cauſam extrinſecam,quæ teſtamentum nō cōtingebat,nec teſtator aliquam culpam in eo commiſerat. Hic aũt cauſa impedimenti fuit præteritio poſthumi, quæ teſtũ contingebat,& in eo teſtator culpam commiſerat, ideo in eius odium deſtituitur.¶Sic ergo cã deſtitutionis eſt duplex.ſ.odium patris ꝑtereuntis,& filii fauor nullam culpam committentis.¶Vlt. ꝯ hoc opp.de l.ſcriptus.ad Carb.vbi prouidetur etiam alio modo cum inſtitutus impeditus eſt propter præteritionem.Sol. ibi nil prodeſſet iſta diſtinctio,cum ſit extraneus inſtitutus, cum non acquirat hæreditas ipſo iure,hic ſic.¶Ex prædictis ergo diſtinguendum eſt cum quis eſt impeditus adire ex teſtamento ꝑꝑ poſthumum præteritum,& interim deceſſit.Aut erat talis, qui poſthumo nato nihil erat habiturus,& non tranſmiſit,ut l.j.§.ſub prætextu ſi mulier ven.no.aut erat habiturus,& tunc,aut habet cohęredem,uel ſubſtitutum,& tranſmittit ſm tab.vel ꝯtab.vt l.illud de contratab. Siue ēt emancipatus,ſiue in poteſtate. Aut non habet cohęredem, vel ſubſtitutum,& tunc,aut erat emācipatus,& idem.vt d.l. illud. in uerbo,maxime.Aut erat ſuus,& tunc dupliciter cōſulitur.ſ. remedio iſtius legis,ut in articulo mortis teſtamento deſtituto efficiatur hæres ab inteſtato,item ut tranſmittat ſm tab.uel ꝯtab. ut l. uentre.in fi.in uerbo,decreto. Si vero quis fuerit impeditus ex aliis cauſis.dic,vt in d.l.uentre.per gl.& Bar.¶ His expeditis quærit, quis eſt effectus huius dicti, ꝙ filius efficiatur hæres ab inteſtato? Rñd.ut ſupra dictum eſt,quia hæreditatem paternam tranſmittet ad quoſcunq; hæredes,& hic eſt unus effectus exiſtentiæ ſui hæredis,de quo plenè per Bart.in d.l.ventre. Et hoc habet locum, ſi filius ſe non abſtinuit.Alias non tranſmitteret,ut l.j.de his. qui ante aper.tab.Sunt & alii effectus,quos habet etiam ſi ſecuta ſit abſtentio.ſ.de confirmandis tabulis pupillaribus, & tutorum dationib. ff.de vulg.& pup. l.ſi filius. qui patri.Et ibi plenè not. ſuper quibus non me extendo,quia repetitionem merentur de per ſe.¶Secundo quæro,pro qua parte efficiatur hęres. Et rñdeo pro illa, q̃ ipſum tangit attento numero liberorum, qui ſunt in utero, ut l. cum quidam.§.ſuum.de acq.hære.Pro altera uero,quæ tangit poſthumum tranſmittit ius accreſcendi,ſi contingat eum non naſci. l.ſi plurib.de ſuis,& legi.& ſ.dixi ſuper textu.

Laus Deo finis. 1483. vlt.Ianuarij.

## LEX XVII.

1 *Exhæredatio poteſt fieri per uerba præſentis temporis,& ēt futuri.*

1 Filij. †Exhęredatio pōt fieri per uerba præſentis tēporis,dic,ꝙ ſic, ſi ſunt prolata principaliter ꝓpter ſe,vel etiam propter aliud in modum cauſæ finalis,ut ff.de hæred.inſ.l.qui uolebat. Quid in contractibus? diſtingue inter ſtipulationem,& pactum,ut no.gl.in l.tale pactum.in prin.ſ.de pac.

## LEX XVIII.

1 *Exhæredatio poteſt interdum fieri ad cōmodum filii,non ad incōmodum.*

2 *Nolens inſtituere filium impuberem,ne bona per eũ,aut per tutores eius diſſipentur,qualiter debeat inſtituere amicum,de quo confidit,et filium exhæredare,& ſi filium non exhæredaret, an vitiaretur teſtamentum.*

1 MVlti. ¶†Exhæredatio poteſt interdum fieri ad ꝯmodum filii,non ad incommodum.h.d. & dñt Doc.ꝙ tunc habebit querelam,quia tunc non eſt ſibi illata iniuria,& ꝙ in tali exhæredatione etiã hodie non requiritur cã,nam tunc requiritur,qñ eſt nocua, & iniurio-
2 ſa.†In tex.ibi (impuberibus.)quos nolunt inſtituere, ne bona per eos,aut per tutores eorum diſſipentur,eſt ergo remedium, ut inſtituant amicum,de quo confidunt,& rogent ipſum de reſtituēdo filio,cum erit adultus,hęreditatem cum oīb.fructib.interim ꝑceptis,& ne filius uideatur præteritus, & ipſum exhęredet pro ſeruando formam teſtamenti,nam ex eo, ꝙ mandauit reſtitui cum oīb.fructib.apparet,ꝙ totum hoc fecit fauore filii,arg. in l.in fideicommiſſi.§.cum Pollidus.ſ.de uſur.alias eſſet ſecus,ut patet in l.ita tñ.§.qui rogatus. ff.ad Treb.Sed quare neceſſaria eſt iſta exhęredatio,nam & ſi non exhæredaſſet,non uideretur teſtũ nullum rōne præteritionis,poſtq̃ hoc totum fit fauore filii, & præteritio, q̃ non eſt nocua,non uitiat,vt ēt probatur ff.de ꝯtab.l.ſi emancipatus filius.ubi ꝑ Bar.in ult.car.vbi non datur ꝯ tab. tali præterito. Sol.fateor,& dico,ꝙ iſta l.loquitur ad maiorem cautelam, ut exhæredet,tñ ēt ſi non exhæredaſſet, non uitiaret teſtũ per illam l. & plene no.in l.cum ex filio. ff.de vul.& pup. non ſic ſi mandaſſet reſtitui cum oīb.fructibus interim perceptis,ſed ſimpliciter, nam adhuc diceretur filius præteritus,licèt tota hæreditas ueniret reſtituenda fideicommiſſario,quia requirit titulus directus inſtitutionis,vt probatur in d.§.qui rogatus.ubi habet ꝯtabu.tanq̃ præteritus.Et idem hodie iure Auth.ſed iure codicis non ſic,quia ſufficit quoquo relicti ti.ut l.oīmodo.C.de inoff.teſ. remouebatur tñ ꝯditio,vel tp̄s,ſi mandaſſet reſtitui ſub conditione, vel ad tempus, vt l.ſcimus §.cum autem.eo.ti ſed hodie non remoueretur,poſtq̃ non adeſſet titulus directus inſtitutionis,& ſic non procederet ille §.cum autem.inquantum innuit valere teſtamētum, & ibi no.

## LEX XIX.

1 *Non ualet exhæredatio facta a certa re, vel quota, ſed inſtitutio ſic, quia trahit ad ſe reſiduum tanquam fauorabilis, ſed exhæredatio non, tanquam odioſa.*
2 *Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.*
3 *Si filius exhæredetur ab illa portione, quæ ipſum tangeret ab inteſtato, an ualeat exhæredatio.*

1 CVm quidam. ¶† Nõ valet exhæredatio facta a certa re, vel quota,
ſed inſtitutio; ſic, quia trahit ad reſiduum tanꝗ fauora
2 bilis, ſed exhæredatio non, tanꝗ odioſa. h.d.† Et ſic allegatur, ꝙ odia reſtringi, fauores conuenit ampliari: quod declaratur. in c. odia. de reg. iur. lib. 6. Et ꝙ habitus habet ius accreſcendi, non autem priuatio facit, quod no. in l. j. ℐ. de acq. hære. in glo. ſeq. ¶ Quæritur, quid ſi exhæredatio facta fuit fauore filii, ut l. præced. an valeat, ſi fiat a certa re, vel quota, vr̃, ꝙ ſic, ſicut inſtõ, q̃ eſt fauorabilis. ꝯrium dic, quia ſubeſt alia rõ, quia exhęredatio eſt priuatio iõ in ea non eſt ius accreſcendi, habebitur tñ iſte filius pro præte-
3 rito, tñ præteritio non vitiabit teſtm̃, vt ibi. ¶† Item quęro, quid ſi
a filius exhæredetur[a] ab illa portione, quæ ipſum tãgeret ab inteſtato, vt ſi erant duo filii, & vnus ſolus inſtituatur, & alter exhæredet̃ a dimidia? Doc. vñr velle, ꝙ valeat, & ꝙ habeat locum iſta l. quæ loquitur, qñ exhæredatur a minori portione, quam ipſum tangeret ab inteſtato. Sed aduerte, quia ſi ipſum exhæredaret a dimidia & in altera dimidia inſtitueret filium, & extraneum, vr̃ tunc non valere exhæredatio, quia filio inſtituto repudiante poſſet exhæredatus hr̃e totum ab inteſtato, ideo tunc non dẽt ſe reſtringere ad certam quotam. ſ. dicere exhęredo filium ab illa portione, quę ipſum tangeret ab inteſtato, ideo tunc etiam totum comprehenditur, & ſi filius repudiat, accreſcit cohæredi, & ille remanet exhęredatus in toto, nam etiam interdum appellatione partis totum cõtinetur, ut ℐ. de leg. 2. l. vxori. in prin.

ADDITIO.

a Quid ſi filius exhæredetur. Adde in quib. caſib. pater poſſit exhæredare filium. vide gl. in c. quintauallis. de iureiu. Et an in caſibus. in quib. pater p̃t exhęredare filium, poſſit ei alimenta denegare, vide tex. iũcta gl. in uerbo detulerit. in l. ſi quis a liberis. in §. ſi quis ex his. ff. de li. agno.

## LEX XX.

1 *Ad hoc, ut quis ſit ſuus hæres, non ſufficit, quòd tempore mortis teſtatoris eſſet in eius poteſtate, ſi tunc nõ fuit ſibi delata hęreditas, ſed requiritur, ut tempore, quo defertur, non reperiatur in illa familia.*
2 *Filius, ſi ingreſſus eſt monaſterium cum deſierit eſſe in poteſtate ſui patris et ingreſſus ſit poteſtatẽ monaſterij, an efficiatur ſuus, & neceſſarius hæres patri ſuo, ut ſic acquiratur hæreditas monaſterio ſine expreſſa aditione.*

1 SVb conditione. †Ad hoc, vt qs ſit ſuus hęres, non ſufficit, ꝙ tpe mortis teſtatoris eſſet in eius poteſtate, ſi tunc nõ fuit ſibi delata hr̃ditas, ſed requirit̃, vt tpe, quo defertur, non reperiatur in illa familia. h.d. tex. cum gl. In tex. ibi, neceſſarius hæres non erit. dic, Quid ergo erit de inſtõne ſua, an irritabit̃? dic, ꝙ non, ſed adhibuit hr̃ditatem pr̃is nãlis, iuſſu patris arrogatoris, ſicut qñ inſtitueret ſeruum ſuum, & poſtea ipſum alienaret, nam adit hr̃ditatẽ iuſſu noui dñi, vt ℐ. de hær. inſti. l. ſi ſeruus cõis. in fi. non ergo acqret patri arrogatori ipſo iure, qđ eſſet, ſi efficeret̃ hæres neceſſarius, vt ℐ. de acq. hær. l. qui in aliena. §. interdum. ſed requiritur expreſſa aditio. hodie vero, nec illi acquiret, niſi quo ad vſumf. & hoc vult gl. 2. in fi. Sed op. de illo §. interdum. vbi efficitur hæres neceſſarius & ẽt facit neceſſarium illum, in cuius poteſtate ingreditur. Sol. ibi non tranſiuit in extraneam familiam, ſed recidit in ptãte patris ſui, qui vna cum eo erat in poteſtate aui teſtatoris, hic uero ingredit̃ ptãtem alterius, q non fuerat in poteſtate teſtatoris. Item hic poſt mortem teſtatoris fuit effectus ſui iuris, & poſtea ingreſſus in poteſtate alterius, ibi uero nunquam fuit effectus ſui iuris, ſed immediate poſt mortem teſtatoris, in cuius erat ptãte, reincidit in ptãte
2 ſui patris, eiuſdemq; filii. ¶ †Et eſt arg. iſte tex. ſm Bal. ꝙ ſi filius[a] in-
a greſſus eſt monaſterium, cũ deſierit eſſe in ptãte ſui pr̃is, vt not. in l. ſi ex cã. §. Pomp. de min. & ingreſſus ſit ptãtem monaſterii, non efficiatur ſuus, & neceſſarius hr̃s patri ſuo, & ſic non acquirit̃ hæreditas monaſterio ſine expreſſa aditione, ꝯrium no. per Doc. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. quia uerum eſt, ꝙ deſinit eſſe in ptãte ſui patris, quatenus illa ꝯdiceret ptãti monaſterii, & eſſet monaſterio damnoſa, aliàs ſecus per illam l. & ita no. ibi Doc. Gul. Iaco. But. & Bal. ¶ In fi. gl. mag. ibi (quia neq; aliquo momento eſt hæres) ſupple ẽt, ſi expreſſe adeat iuſſu arrogatoris, quia acquirit patri arrogatori, & hoc vult iſta gl. ſed iſta ratio non eſt bona, quia licèt iſto iure aquireret illi, in cuius ptãte erat, emolumentum hæreditatis, nomen tñ hæreditarium remanebit penès eum, qa erat capax ipſius, licèt eſſet in aliena poteſtate, ſi tñ non erat ſeruus, vt plenè no. in l. cum filio. ℐ. de lega. j. ¶ Item iſta ratio gl. eſt ꝯ tex. in l. qui in aliena. §. interdum. tene ergo rationem præcedẽtẽ, ſed quõ potuit nepos effici ſuus hæres in §. interdum. cum nõ teneret primum gradum in ſuitate, ſed pater ſuus eſſet exhæredatus, ut s̃. eo. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. So. ſi non eſſet inſtitutus, ſed præteritus, non diceretur ſuus hæres ad effectum rumpendi, ut in §. ſi filium. ſi eſſet inſtitutus, cum ſit de numero ſuorum bene efficitur ſuus hæres, & neceſſarius quantum ad effectum ſuccedẽdi, vt eſt caſus no. in d. §. interdum.

ADDITIO.

a ¶Filius. Adde Spe. ti. de ſtã. mo. ver. 12.

## LEX XXI.

1 *Poſterior uoluntas derogat præcedenti, potiſſimè quando eſt fauorabilis, & præcedens odioſa.*
2 *Si pater primo inſtituat filium, & poſtea in eodem teſtamento ipſum exhæredat, quæ iſtarum præualeat,*

1 SI filium. †Poſterior voluntas derogat præcedenti, potiſſimè quando eſt fauorabilis, & præcedens
2 odioſa. h.d. ſm Dy. & Bal. † Quid ecõtra, ſi primo inſtituit filium, & poſtea in eo teſtamento ipſum exhæredat, quæ iſtarum præualet? dic, vt no. in l. certarum. §. ſi eodem. ℐ. de teſtam. mil. & tangit Bal. in l. paterfa. teſtamento. de hæred. inſti.

## LEX XXII.

1 *Sufficit, ꝙ poſthumus tempore, quo naſcitur, reperiat ſe purè inſtitutum, licet ante natiuitatem fuerit inſtitutus ſub conditione.*

1 CVm poſthumus. †Sufficit, ꝙ poſthumus tpe, quo naſcitur, reperiat ſe purè inſtitutum, licet ante natiuitatem fuerit inſtitutus ſub conditione. h.d. Ratio manifeſta, quia ſi ante natiuitatem fuiſſet oĩno præteritus, non propterea teſtamentum eſſet nullum, vt l. 3. §. ex his apparet. ℐ. tit. j. ſi ergo omnimoda præteritio præcedens natiuitatem non vitiat, multo minus qualiſqualis, dummodo tempore natiuitatis reperitur purè inſtitutus, uel etiam exhæredatus.

## LEX XXIII.

1 *Exhæredatio facta de filio emancipato durat, licet poſtea per arrogationem regredietur in poteſtatem patris.*
2 *Si aliqua communitas fuit bannita, uel condemnata propter aliquam rebellionem, deinde reuertatur ad gratiam, quod tollantur banna, & condemnationes.*
3 *Quando ad idem concurrunt ueritas, et fictio, non attenditur fictio, ſed ueritas, & quid ſi tenderent ad diuerſos effectus.*
4 *Emancipatus non poteſt redire in patriam poteſtatem in præiudicium alterius, cui per emancipationem eſt ius quæſitum.*
5 *Scholaris, qui ſoluit matriculam, & poſtea fuit per officia, et ſtetit per quinquennium antequam rediret, an deſinat eſſe de matricula, & debeat denuo matriculari.*
*Quid in aduocato curiæ Romanæ, qui tanto tempore, uel ultra ſtetit, ꝙ nõ iuit ad curiam, nec exercuit, an deſinat eſſe de collegio aduocatorum, niſi denuo reaſſumatur.*
*Quòd licèt reaſſumatur, nõ teneatur iterum ſoluere, poſtquã ſemel ſoluit.*

1 FIlio quem. ¶†Exhæredatio facta de filio emãcipato durat, licèt poſtea per arrogationem regredietur in poteſtatẽ patris. h.d. & eſt pulchra l. videbatur contrarium, quia fuit facta nunꝗ filio legitimo & naturali, & nunc per arrogationem efficitur filius adoptiuus, & ſic vr̃ nouus homo, vnde cum non reperitur inſtitutus, vel, exhæredatus, tãquam adoptiuus videbatur rumpere teſtm̃, ſicut ſi alius penitus extraneus poſt teſtamentum fuit adoptatus, vt no. ℐ. eo. l. ſi filius a patre. §. ſed certè. ideo in extraneo hoc eſſet, quia in eo præceſſiſſet inſtitutio, uel exhæredatio, & ſic eſſet omnino pręteritus, vnde rumperet ad ſimilitudinem poſthumi præteriti, ſed in iſto emancipato præceſſit exhæredatio, quę non tollitur per arrogationem poſtea ſubſecutam. Nec obſt. oppoſitio facta in ꝯrium, quia tex. ad eam rñdet, nam cum ipſe ſit uerus filius, non p̃t dici adoptiuus, quia adoptio eſt quædam imago, ſeu fictio, quæ non habet locum, quando adeſt ueritas, immo a veritate obfuſcatur, & attenditur ueritas, & non fictio, non ergo cenſetur nouus homo, ſed idem, nec cenſetur de nouo traſlatus in poteſtate, ſed reſtitutus ad priſtinam poteſtatẽ, & ſic habet̃, perinde ac ſi fuiſſet emancipatus, & hoc intendit dicere litera. Poterat eſſe etiam alia ratio dubitandi ſm Bal. quia teſtator videbatur pęnituiſſe exhęredationis præcedentis, poſtquam ipſum readoptauerat, & ſic uidebatur ipſum reconciliaſſe. ar. in l. in ipſius. C. fam. erc. ſed ꝯrium eſt, tum quia non exhæredauerat ipſum ꝑꝑ hoc, quia non eſſet in ſua ptãte, nam tunc reaſſumendo ipſum in ſuã ptãtem, quia ceſſaret cã exhęredationis, ceſſaret ẽt exhæredatio, ſed quia exhæredauerat

rat propter aliam ingratitudinem, q̃ teſtator cenſetur non remi-
ſiſſe, licèt ipſum readoptet: vt eſt tex. hic notabilis, tum ẽt quia nõ
cenſetur teſtator facere voluiſſe aliquid, per quod teſtm̃ eius rũ-
patur. l. 3. ff. de teſtamen. mil. ſed videretur receſſiſſe ab exhæreda-
2 tione, vt rumperet teſtamẽtum, quia reperiret ſe præteritum. †Et
inducit Bal. rõnem ſ. dictam, ſi aliqua communitas fuit bannita,
vel condemnata propter aliquam rebellionem, deinde reuertat̃
ad gratiam, ꝙ non tollantur banna, & condemnationes, niſi ex-
preſſe hoc agatur. Sed ↄ̃rium dic, quicquid ipſe dicat per illam l. in
ipſius. C. fam. erc. & quia pp indignationem, & in pœnam eius e-
manarunt, ſi ergo reuertatur ad gr̃am, cenſetur remiſiſſe pęnam.
3 l. 3. §. fi. cum ibi no. de adi. lega. nam ceſſant rõnes, de quibus dixi ſ.
¶†In tex ibi (ne imagine naturæ &c) iſte tex. allegatur ſp, ꝙ qñ ad
idem concurrunt veritas, & fictio, non attendatur fictio, ſed veri
tas, & fictio reſpuitur, q̃ a veritate obfuſcatur, ſecus qñ tenderent
ad diuerſos effectus, quod dic, vt plene no. Barto. ꝭ. ad Syll. l. j. §. hic
4 aũt. vbi omnino vide, & † de iſto verbo, imagine. vide in l. j. poſt
prin. C. de lati. lib. tol. & in l. 2. de iure. au. anu. & in l. j. ad l. Iul. viſce.
¶In tex. ibi, (ꝙ non tranſlatus, ſed redditus) i. dicere, non de nouo
cenſet̃ in poteſtatem patris ingreſſus, ſed reſtitutus ad priſtinã po
teſtatem, & ſic fingitur nunq̃ exiuiſſe, hoc non eſt verum in præ
iudicium alterius, cui ius eſt quæſitum per primam emancipatio-
nem, vt ſ. de adop. l. ſi pr̃ filium. ad quod facit c. quamuis. de reſti. li.
5 6. & infra de decur. l. 2. j. rñſo. ¶†Et inducit Bal. ad quęſtionem de
ſcholari, qui ſoluit matriculam, & poſtea iuit per officia, deinde re
uertitur ad ſtudium, an teneatur iterum ſoluere? & facit iſte text.
ꝙ non, quia non dr̃ de nouo veniſſe, ſed rediuiſſe, ipſe nõ allegat
conſilium Bar. qui conſuluit requiſitus a rectore vniuer. Peruſi-
næ, & incipit conſilium: ſtatuto vniuerſitatis cauetur &c. Nam di
cit Bar. ꝙ ſi ſtetit per quinquennium, anteq̃ rediret, deſiit eſſe de
matricula, & ſic non gaudet priuilegio matriculatorum, niſi ma-
triculetur de nouo, & allegat ad hoc caſum. C. de dome. & prote
cto. l. 3. in fi. libr. xii. Et aduocati curiæ Romanæ allegant iſtud ↄ̃ il-
los, qui tanto tp̄e, vel vltra ſteterunt, ꝙ nec iuerunt ad curiam, nõ
exercuerunt officium, & dñt, ꝙ deſiit eſſe de collegio aduocato-
rum, niſi reaſſumatur de nouo, tñ ego vidi, & expertus ſum, ꝙ
iſta exceptio non admittitur, & fortè Papa vult, ꝙ non admittat.
Item dixit Bar. ꝙ licet reaſſumatur de nouo, poſtq̃ ſemel ſoluit,
non tenetur iterum ſoluere, & allegat caſum in l. pen. in fin. C. de
conſu. lib. 12. ad quod ẽt bene facit ſm eum l. ſi ſocius pro filia. ſ.
pro ſoc. & quod ipſe idem no. in l. fin. §. quoties. ſ. de publica. ¶ In
gl. ibi, §. ſi quis emancipatus eſt. Ratio ſm Dyn. quia exhæredatio
facta de penitus extraneo eſt nulla, vt l. quidam cum filiũ. de verb.
ob. ideo non recõualeſcit, licèt ille poſtea efficiatur filius, ſed facta
de filio emancipato valet, immo eſt neceſſaria, ne præteritus rum
pat per contratab. non ergo vitiatur, licèt poſtea ingrediatur ptã-
tem, vt hic. Sed ↄ̃ idem, quod in extraneo, vt ꝭ, eo. l. fi. Sol. ibi in ex-
traneo inſtituto, quæ inſtitutio valet, vt l. in extraneum. C. de hær.
inſti. nec vitiatur, ſi poſtea adoptetur, ſed remanet firma, vt non
poſſit dicere ſe præteritum, licèt non fuerit poſtea inſtitutus, quia
ſufficit inſtitutio prima, nos loquimur in exhæredatione, quæ fa-
cta de extraneo non valet.

## §. Si Titius.

Inſtitutio facta de extraneo firma remanet, licèt poſtea per adoptionem efficiat̃ filius, nec eſt neceſſaria alia inſtõ, vt teſtm̃ nõ rũpat̃. h. d. dic, vt ſ. ꝑx. dixi.

### LEX XXV.

1 *Non dicitur exhæredatus inter cæteros, qui ſub nomine filiorum, licèt ge
neraliter prolato, fuit exhæredatus, & exhæredatio ſimpliciter facta de
filijs non extenditur ad filium, quem teſtator ignorabat ſe habere.*
2 *Non tenetur quis regulariter de caſu fortuito, niſi ſpecialiter in ſe ſuſcepe
rit, & quod ſufficiat dicere, ſuſcipio in me caſus fortuitos, ſecus ſi dicatur
ſuſcipio in me omne periculum.*
3 *Caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum remiſſ.*
*In reſtitutione in integrum, quæ requirit ſpeciale mandatum, ꝙ ſufficiat di
cere, conſtituo te procuratorem ad petendam reſtitutionem in integrum
abſq; eo, ꝙ dicatur in qua cauſa, & contra quem.*
4 *Quòd non ſufficiat dicere, conſtituo te procuratorem, etiam in omnib. caſi
bus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum.*
5 *Non valet reſcriptum principis, quod tendit in præiudicium alterius ter
tij, niſi ſpecialiter de hoc fiat mentio.*
*Si princeps concedit alicui, ut poſſit ædificare in publico, etiam cum præiu
dicio tertiæ perſonæ, an hoc ſufficiat, ſi non exprimatur perſona, cui ſit p̄
iudicium.*
6 *Præteritio militis, quæ habet vim exhæredationis tacitè, ſicut non com-
prehẽdit filium, quem ignorabat ſe habere, ita nec expreſſa exhæredatio
facta de filijs, tamen iſte error debet allegari, & probari coram iudice.*
7 *Inſtituens filios ſuos generaliter, uel ſimpliciter, ꝙ videatur inſtituiſſe illũ
quem ignorabat ſe habere.*

1 Titius. ¶†Non dr̃ exheredatus inter cæteros, qui ſub
nomine filiorum, licèt generaliter prolato, fuit
exheredatus. & exhæredatio ſimpliciter facta de filiis nõ
extenditur ad filium, quem teſtator ignorabat ſe habere.
h. d. notabiliter in vtroq; dicto. ¶ In tex. ibi (cęteri omnes) iſtud fa
ciebat dubium, quia cum non haberet, niſi vnicum filium, fuit lo
cutus in plurali, ſi enim in ſingulari, licèt expreſſiſſet nomen pro-
prium, vel pronomen, diceretur nominatim facta, ut ſ. eod. l. 2. in
prin. ſed quia in plurali videbatur contrarium, ꝙ potius videret̃
facta inter cęteros, quæ non ſufficiebat in filio iam nato, & tenen
te primum gradum, licet in nepotib. & in fœminis, & in poſthu-
mis olim ſufficeret, ſed tñ contrarium eſt, vt hic patet. quia plura-
lis numerus non abhorret ſignificatũ ſingularis numeri: vt l. non
eſt ſine liberis. de ver. ſign. licèt ſecus econuerſo, vt l. fi. ꝭ. ad Treb.
& ſufficit, ꝙ ſub nomine filiorum fuerit exhæredatus, quia de ꝓ-
prio ſignificatu non comprehenduntur, niſi filii primi gradus, &
maſculi, non fœminæ: in exheredatione, quæ eſt odioſa, ſecus, ſi
fuiſſet vſus vocabulo generali, liberis, quod comprehendit om-
nes deſcendentes, & tam maſculos, quàm fœminas. l. liberorum.
de verborum ſignifi. & hic in gl. 2. ſufficit ergo, ꝙ fuerit vſus vo-
cabulo ſpeciali, quod conuenit filiis tantum, licèt non deſcende-
2 rit ad indiuidua a, vt dicatur nominatim facta. † vnde allegatur ad
multa per Doctores, nam quis regulariter nõ tenetur de caſu for
tuito, niſi ſpecialiter in ſe ſuſceperit, vt l. ſed & ſi quis. §. quęſitum. ſi
quis cau. An ſufficiat dicere ſuſcipio in me caſus fortuitos, & facit
iſte tex. ꝙ ſic, ſecus ſi dixiſſet ſuſcipio in me periculum omne, q̱a
hoc vocabulum eſt generalius, comprehendit. n. periculum ca-
ſus fortuiti, & ẽt leuiſſimæ culpæ. vt l. ſi quis nec cauſam. ſi cer. pet.
3 de hoc arg. uide plenè in d. §. quæſitum. † Item ſunt aliqui caſus, in
quibus requiritur ſpeciale mandatum, qui no. in c. qui ad agendũ.
de procura. lib. 6. inter quos eſt reſtitutio in integrum. An ſufficit
dicere conſtituo te procuratorem ad petendam reſtitutionem
in integrum abſq; eo, ꝙ dicatur in qua cauſa, & contra quem, &
certè ſic. arg. hic. & no. per Cy. in l. vnica. C. etiam per procu. cau.
4 in integrum reſt. &c. †ſecus ſi generalius fuiſſet locutus, puta con
ſtituo te procuratorem, etiam in omnibus caſibus, in quibus re-
quiritur ſpeciale mandatum, nam hoc non ſufficit, quia debet de
ſcendi ad aliquam ſpeciem, licèt non ad indiuidua, vt in d. c. qui ad
5 agendum vbi eſt caſus. ¶†Item non valet reſcriptum [a] principis,
a quod tendit in præiudicium tertij, niſi ſpecialiter de hoc fiat men-
tio, vt l. 2. § merito. ne quid in loco publico. Quid ergo, ſi princeps
concedit, vt poſſit ædificare in publico, etiam cum præiudicio ter
tiæ perſonæ, an hoc ſufficiat, ſi non exprimatur perſona, cui ſit p̄-
iudicium, & certè ſic. arg. hic. ¶In gl. j. in fi. ibi (ſi quis filiabus.) hoc
verum ſm Doct. ſi in aliqua parte teſta. facta fuit mentio de po-
ſthumis, alias ſicut non continentur in legatis appellatione filio-
rum, quæ legata ſunt quo ad id fauorabilia, vt ꝭ. de leg. j. l. qui filia-
bus. in prin. iuncta l. in teſtamentis. de regu. iur. ita multo minus in
exheredatione, quæ eſt merè odioſa, vt ſ. eo. l. cum quidam. in da
tione verò tutoris facta filiis, quia illa eſt adhuc magis fauorabilis,
q̃ legatum, cum vertatur publica vtilitas indiſtinctè, continetur
appellatione filiorum, vt l. ſi quis ita. & multo fortius in inſtitutio-
6 ne, quæ eſt adhuc magis fauorabilis, vt dicam in gl. fi. ¶†In glo. fi.
ibi, (& econtra), vult dicere gl. ꝙ ſicut præteritio militis, quę habet
vim exheredationis tacitę, non comprehendit filium, quem igno
rabat ſe habere, vt videatur ipſum tacitè exhæredaſſe, immo tan-
quam præteritus dicit teſtamentum nullum, vt l. ſicut certi. & l. ſi
cum vel in vtero. C. de teſta. mil. ita & expreſſa exhæredatio facta
de filiis non comprehendit illum, quem teſtator ignorabat ſe ha-
bere, & ſic tanquam præteritus dicit teſtamẽtum nullum, & hoc
vult dicere iſte tex. in fi. tamen iſte error debet allegari, & probari
coram iudice, vt in tex. alias non præſumitur erraſſe circa tam cõ
iunctam perſonam, vt l. octaui. ꝭ. vnde cog. & l. de tutela. C. de in
7 integ. reſt. mil. ¶†In gl. ibi (an inſtitutione generali) idem dic, videli-
cet, ꝙ ſi aliquis inſtituat filios ſuos generaliter, vel ſimpliciter, non
videatur inſtituiſſe illum, quem ignorabat ſe habere, & glo. ſentit,
ꝙ idem ſit, quod in exhæredatione, & pro hoc vr̃ text. in l. ſi quis
ita. §. ſi quis cum. de teſt. vbi non comprehendit in datione tuto-
ris, quæ eſt fauorabilis. ¶Et per iſtum tex. dicit Bal. fuiſſe determi-
natum ſm Dy. & Ia. de Are. ꝙ cum quidã inſtituiſſet filios ſuos,
& haberet quendam in remotis partib. quem credebat eſſe mor
tuum, ꝙ ille poſtea reuerſus, tanq̃ nec inſtitutus, nec exheredatus
poterat dicere teſtamentum nullum, pro quo videtur hic gl. ordi
naria, ſed in ↄ̃rium venit ſequens § l. 3. C. de inoffi. teſta. ubi præte-
ritus habetur pro inſtituto, qñ erant inſtituti fratres eius, & quia
veriſimile eſt, ꝙ ſi teſtator ſciuiſſet ſe illum habere, ĩſtituiſſet aliud
in exheredatione, quæ eſt merè odioſa, & etiam in datione tute-
læ, quæ licèt non ſit merè odioſa, minus tamen eſt fauorabilis, q̃
inſtitutio filiorum, cum tendit in grauamen tutoris dati, qui cogi
tur acceptare, ſed inſtitutio filiorum non tendit in grauamen ali-
cuius; & in ea verſatur publica vtilitas, vt teſtamenta non ruant, vt
l. negare. ꝭ. quemad. teſta. ape. iunctis his, quæ notantur per Bar. in
l. quidam relegatus, ꝭ. de reb. dub. vbi tangit illam rationem de tu
tela, quod continet grauamen tutoris, & iſta magis placet tanquã
benignior interpretatio.

ADDITIO.

a Non ualet reſcriptum. Adde tex. in l. auus. C. de eman. libe. l. cum filius. In
fi. ff. de teſta. mil.

I *Inſti-*

1 *Inſtitutio facta de illo,quem teſtator putabat adhuc eſſe in utero, cum eſſet iam natus,ualet,& ad ipſum porrigitur.*
2 *Statutum,ſi punit in plus maleficia commiſſa de nocte,quàm de die,an cõmiſſa ante ſolis ortum,poſtquam tamen cœlum incipit albeſcere,dicantur commiſſa de nocte,uel de die.*
3 *Naſcituri appellatione aliquando continetur iam natus.*
*Si Papa conceſſit alicui beneficium tanquam vacaturum,& iam tempore conceſſionis vacet,an debeatur impetranti.*
4 *Statutum,ꝙ extendatur ad caſum,in quo ſtatuentes ueriſimiliter ſtatuiſſent,ſi fuiſſent interrogati.*

1 §. Lucius Titius. †Inſtitutio facta de illo, quem te
ſtõr putabat adhuc eſſe in utero,cũ eſſet iam natus,valet,& ad ipſum porrigiť.h.d.& non eſt ali
bi ſ̃m Dy.in tex.ibi(caleſcente cęlo,)aliqui habet albeſcente ſ̃m .
j.literam,expone.i.poſt ortum ſolis circa medias tertias,ſ̃m gl.ſed
ſ̃m aliam literam intellige.i.ante ſolis ortum,poſtq̃ cœlum incipit
2 albeſcere.¶†Et allegatur ad queſtionem,ſi ſtatutum punit in plus
maleficia commiſſa de nocte,q̃ de die,quid iuris, ſi committatur
ante ſolis ortum,poſtq̃ cœlum incipit albeſcere,an dicatur commiſſum de nocte,vel de die,& eodem modo,ſi de ſero,poſt ſolis
occaſum,cũ adhuc luceſceret dies, & bñ vř dicendum, ꝙ uideať
commiſſum de nocte,quia tunc eſt dies,qñ Sol.eſt ſuper terram,
vt eſt tex.in l.j.ff.de cu.& hoc uř tenere Bart.in l. aut facta.§.tp̃s.ĩ.
de pę.dicens,ꝙ accuſator,vel inquiſitor debet eſſe cautus,qñ dicit maleficium commiſſum de mane,vel de ſero. ſi vult procedere tanq̃ ſuper commiſſo de nocte,dicat ante ſolis ortum,vel poſt
ſolis occaſum,alias non concluderet,quia ſ̃m cõem vſum loquẽ
di,ẽt poſt ſolis ortum,vel occaſum dř de mane,vł de ſero,qñ erat
modica diſtantia.& alleg.iſtum tex. qui tñ non multum facit. Sed
a Bal.hic vř tenere ꝯrium,nec all.Bar.dicens,ꝙ dies dř[a] non ſolum,
qñ ſol eſt ſuper terram,ſed ẽt,qñ incipit lux ꝑp appropinquationẽ
b ſolis,quia nox[b] dř priuatio lucis,& dies dř aduentus lucis, & alle.
l.hæc verba.de ver.ſig.q̃ ẽt allegat Bar.& iſta opi.vř benignior,qa
3 in pęnis mitior pars tenenda eſt,vt l.præſes.de pęnis. Vltimo†ſcias
ꝙ iſte tex.loquiť,qñ teſtõr retulit ſe ad certum poſth. quia ſciebat
illam neptem eſſe prægnantẽ,ſed ignorabat eam peperiſſe, nam
tunc appellatione naſcituri comprehendiť iam natus,ſicut ẽt in ſi.
hř in l.fi.C.de poſ.hær.inſti. vbi ſi inſtituitur naſciturus poſt mortem,comprehendiť ille,qui naſceť in uita,qñ retulit ad certum po
ſthumum,tunc inſtituendo illum, qui erat in vtero, non vř inſtituiſſe illum,qui iam natus erat,per l. commodiſſimè . ſ.eo.¶Et fa-
c ciunt ad qõnem ſi Papa[c] conceſſit alicui beneficium tãquam va
caturum,ꝙ tñ tp̃e conceſſionis iam vacet'vtrum debeatur impe
tranti?& vř eſſe diſtinguendum, & de hoc vide gl. in cle. cum ei
4 quem.de conceſſ.præb.ſuper ver.notitiam.† Facit ẽt iſte text[d] ad
d quod communiter dicunt Doc.& ibi nota.ꝙ ſtatutum extendiť
ad caſum,in quo ſtatuentes ueriſil'r ſtatuiſſent,vel prouidiſſent, ſi
fuiſſent interrogati,vt in l.tale pactum.§.fi ſ.de pactis.Item loquiť
hic de actu reiterabili,vt eſt natiuitatis. Quid autem in irreiterabili,dic ut l.ſi iam facta.de cond.& demon.

ADDITIONES.

a ¶Quod dies dicitur.Adde Bar.in l.aut facta.in §.tempus.ff. de pœnis. Bar in l.hæc uerba.in fi.ff.de uer.ſig.
b ¶Nox dicitur.Adde Bar.in l.j.in §.eo ãt tecto.ad Sil.Io.And.in c.ſi perfodiens.de ho.
c Si Papa conceſſit.Adde gl.in l.ſi poſtquam.& ibi Dom.de prębe.li.6.Dom. in c.ſi propter.in vlt.col.de reſer.eo.lib.
d Facit etiam iſte tex.Adde,ꝙ hoc idem tenet Ale. referendo Pau. de Caſt. hic in ver.ſuo.24.col.pen.ver.inſuper reſpondeo.in 2.vol.Car.

LEX XXVI.

1 *Sicut miles armatæ militiæ poteſt exhæredari,ita & cœleſtis militia.*
2 *Delictum filiæ in actione de dote non nocet patri.*

1 FIliusfam. ¶†Iſta lex inducitur per quoſdã, ſicut miles armatæ militiæ poteſt exhæredari,ita & celeſtis militiæ,vt filius monachus.du
bium eſt,ꝙ omne ius ſuum,quod habebat in re, uel
ſpe,tranſlatum eſt in monaſterium,vt in cãn præſentia. de probationib.vñ vř,ꝙ non poſſit exhæredari in præiudicium monaſterii, qđ ſperat ex perſona ſua ſuccedere patri.nã iſta ſpes nõ eſt im
probata l.ſcripto.vnde lib.licèt ſpes ſuccedendi alteri,q̃ aſcendenti ſit improbata,vt l.poſt emancipationem.ut ibi no.de lib. leg. &
2 ĩ.de vulga.& pup.l.2.§.interdum.in fi.† ſicut in ſimili delictum filiæ in actione de dote non nocet patri,vt no.per Dyn.in l.j.§.item
ſi voluntate.ſol.mat.ſed ꝯrium dic,nam immo delictum eius,per
quem mihi acquiritur,impedit acquiſitionem mihi fiẽdam. vt C.
ſi quis ali.te prohib.l.j.§.j.& ſic non ob.ꝙ dixi ſ.qa ibi patri iã erat
acquiſitum ius in actione de dote,qđ per delictum filiæ nõ poteſt
auferri,ſed monaſterio adhuc non eſt acquiſita hæreditas,ſed ſperatur acquiri,& ad hoc uide in gl.in Auth.de mor.circa prin.

LEX XXVII.

Poſthumum. Non ſummatur.

LEX XXVIII.

1 *Filius,licèt in poteſtate ſit inſtitutus ſub conditione caſuali,uel mixta,et fuerit in eius defectum exhæredatus,ſi tamen nõ fuit ſibi datus cohæres, vel ſubſtitutus,ex quorum aditione confirmetur exhæredatio,non valet teſtamentum, & ideo ipſe ab inteſtato hæres efficitur ,ſecus ſi habebat cohæredem,etiam datum poſt mortem eius.*
2 *Hæreditas paterna etiam expreſſe non adita tranſmittitur iure ſuitatis ad quoſcunque hæredes.*
3 *Limitatio ad ll.dicentes valere teſtamentum,in quo filius in poteſtate eſt inſtitutus ſub conditione caſuali,uel mixta, et in eius defectum exhæredatus dato cohærede,& purè.*
4 *Verba poſt mortem,quando exponantur,id eſt,cum morietur,ſeu cum incipiet mori,& econtra,ꝙ uerba iſta moriente tali.interdum exponãtur id eſt,poſt mortem.*
*Teſtator,ſi reliquit vxorem ſuam dominam,& vſufructuarram quouſq; vixerit,et poſt eius mortem inſtituerit alium hæredem,cenſetur voluiſſe,ꝙ ille ſit hæres purè,& ſtatim,& ſic poſſit adire,& acquirere dominium rerum,non ſic quantum ad vſumfructum,niſi poſt mortẽ vxoris.*

1 FIlius a patre. ¶† Licèt filius in p̃tãte ſit inſtitutus ſub condõne caſuali
vel mixta,& fuerit in eius defectum exhęredatus,ſi tñ
non fuit ſibi datus cohæres,vel ſubſtitutus , ex quorũ
aditione confirmeť exhæredatio,non valet teſtm̃:& iõ ipſe ab in
teſtato hæres efficitur,ſecus ſi habebat cohęredem, ẽt datũ poſt
mortẽ eius.h.d.& eſt valde difficile iſtud princ. in intellectu ſui cũ
gl.& reputatur vna de principaliorib.ll.huius titu.in difficultate.&
primo loqtur,qñ non habebat cohæredem, nec ſubſtitutũ, vſq;
ibi(hřde aũt.)ſecundo qñ habebat cohřdem,ſed datũ poſt mortẽ
ipſius filij,& hoc faciebat dubiũ,quia ſic non poterat adire viuen
te ſilio,& ſic exhřdatio non poterat viuente filio confirmari, vñ
videbatur pro non facta,vt ĩ.e.l.ſi ita.§.ii.& tñ iſte tex.vult ꝯrium,
ſ̃m qđ Doc.intelligunt,& in hoc ꝯſiſtit difficultas, & ẽt in primo
2 dicto,vt ſtatim dicam,¶†In tex.ibi(dixi eũ hřdẽ ab inteſtato mor
tuũ eſſe,)& ſic tranſmiſiſſe hřditatem iure ſuitatis ad ſuos hřdes,
aliàs fruſtratoriũ eſſet hoc dicere,ꝙ mortuus ſit hřs,ſi nõ hřet aliquẽ effectũ tranſmiſſionis, bñ ergo probať cõis opi. ꝙ hæreditas
paterna,ẽt expreſſe non adita tranſmittitur iure ſuitatis ad quoſcũ
q; hřdes,de quo in l.ex militari.§.fi.de re mili.& ſimile habeť ſ. eo.
l.ſi filius hæres.ibi,ipſe filius inteſtato patri hæres exiſtit,&c. Et aduertẽdũ,ꝙ ſuper iſto tex.tres ſunt varietates,nã Dy.Bar.& Bal. &
ceteri Doc.antiq. vñr intelligere,ꝙ iſto primo caſu,qa teſtm̃ erat
ipſo iure nullum,ꝑinde eſt,ac ſi duntaxat fuiſſet inſtitutus ſub cõditione caſuali,vel mixta,vt l.ſi patre.C.de inſti.& ſubſt. poſtq̃ ex
hæredatio non poterat confirmari,quia non habebat cohæredẽ,
vel ſubſtitutũ,ꝙ ab ipſo principio ſtatim mortuo patre ipſe filius
fuerit hæres ab inteſtato,tñ ille intellectus non bñ applaudit literę
quæ innuit,ꝙ in pũcto mortis efficitur hæres ab inteſtato, & hoc
vř tenere gl.ꝙ quouſq; viuit,pendeant vires teſta. tam inſtitutionis,q̃ exhæred.ſed in puncto mortis,ſi ꝯdõ non extitit, nec deficit,deſtituatur teſtm̃,quia tunc incipiat eſſe certũ, quòd nec vnquam fuerit inſtitutus,nec exhæred.& ideo tunc in puncto mor
tis anteq̃ perfectè moriať deſtituto teſtõ efficiť hæres ab inteſtato,& hoc innuit glo.quæ incipit,pendet. & alia, quæ incipit, quia
non extitit ꝯdõ.prima tñ gl.malè dicit in vno,dum dicit, ſed defi
cit ſtatim eo mortuo.nam deberet dicere cum incipit mori.aliàs
non poſſet effici hæres ab inteſtato,ſi quouſque viuit,pendeat cã
teſtati,vt l.quandiu.de acqui.hær. Sed qũo põt procedere intelle
ctus ponendo ſ̃m,qđ glo.intelligunt,& ẽt Doct. in hoc concor
dant,quòd in hoc primo caſu non habebat cohęredem, vel ſubſtitutum,nam immo teſtamentum ab ipſo princ.fuit nullum, &
ſic non pendebat eo viuente.Doct.hoc declarant, nec dant iſtas
glo.ad intelligendum,credo,quòd gl.habuit reſpectum ad id, qđ
no.glo.in l.ſi pater.in vlt.gl.in fi.C.de inſti.ſub.quæ vř velle,ꝙ iura dicentia non valere teſtamentum, in quo filius eſt inſtitutus
ſub conditione caſuali,vel mixta ſ.in eius defectu non eſt exhæredatus,vel non põt exhæredatio confirmari,debeant intelligi, ſi
filius vult dicere nullum,aliàs poteſt expectare euentum conditionis,& ſi conditio exiſtat,poterit habere hæreditatem ex teſtõ,
& hoc fortè ſibi vtile eſt,qa erat inſtitutus in maiori parte, quàm
ipſum tãgeret ab inteſtato, Quouſque igiť declaret animum ſuũ,
dñr vires teſtĩ eſſe in pendenti,ſed ſi decędat declaratione non facta in puncto mortis,deſtituiť inſtitutio,& ipſe efficiť hæres ab inteſtato, & iſte eſt caſus ſingularis huius l.ſ̃m iſtum intellectum,
Doctor.autem Papienſes vt d.Chriſt.de Caſtel. quem ẽt ſequiť
d.Raph. dabant alium intell'm in iſta l. quòd in iſto princ. hẽbat
cohęredẽ purè datum,ex cuius aditione poterat ꝯfirmari exhęre
datio,

datio,& ſic erat valida:qđ patet,quia tex.dicit exhæredatus, alias. n.non poſſet dici exhæredatus,ſi non valeret exhæredatio. Item dicit pendente conditione,nam ſi non valeret teſtamentũ a prin. non diceretur conditio inſtitutionis pendere,& nihilominus.licèt teſtamen.ſit validum ſi tñ deceſſerit filius, antequam cõditio exiſteret,vel deficeret,in puncto mortis deſtituitur teſtamentum,& ipſe efficitur hæres ab inteſtato.per rationem,quę hic ponitur in tex.quia nunquam reperit ſe inſtitutum , vel exhæredatum , & in puncto mortis incipit eſſe certum , ꝙ nec vnquam erit inſtitutio conditionalis,quæ non tranſmittatur ad hæredes,& exheredatio iſta per aditionem fiendam poſt mortem non poteſt cõfirmari. Et ex hoc ſequitur aliud,quod cum non ſperetur iſtud teſtamen tum deſtitui per mortem filij,non poterit cohæres interim adire per l ſuus quoque.poſt prin.ꝟ. de hæredibus inſtituen. ibi cum & ſi partem &c.¶ Et ſecũdum hoc iſta l.declarat, & limitat omnes
*Quãdo ſumus certi de determinatione iuris,nõ eſt curandũ unde ꝓueniat.*
3 *Si ex materia deducta in libello poſſunt colligi plures actiones, vel igno-*
*retur quàm noluerit actor intentare,procedit libellus abſque eo, quod*
*aliàs declaratur,niſi ex hoc reus reddatur incertus,an uelit cedere, uel*
*contendere.*
4 *Quòd iſta verba,qui poſt mortem meam naſcetur, uerificentur etiam in*
*natiuitate ficta ſeu ciuili.& nu.6.*
5 *In caſu iſtius §.an iſte nepos potuerit hæres inſtitui,& ex quo capite, an*
*ex conſilio Galli,vel Velleij.*

1 **§.Si eius.** †Conſilium Galli,quod loquitur de nepote na
to poſt mortem teſtõris extenditur ad caſum,
quo naſcitur ex viuo,ſed fingitur natus poſt mortem.h. d.in effe
ctu,& Doc.dicunt,ꝙ hic Scęuola incipit formare aliquas dubita
biles quęſtiones circa ea,q̃ dicta ſunt,nos poſſumus dicere, ꝙ ꝓ-
ſequatur eandem mãm,ſupplendo conſilium Galli de caſu ad ca
ſum,qa Gallus loquitur de nepote,q naſcitur poſt mortem aui,
& filij,ſed põt contingere,ꝙ naſcatur ambobus viuis, tñ inutili-
ter,qa naſcit̃ inutiliter penès hoſtes, & ſic ſeruus hoſtium, & ſic
hr̃ pro non nato,ſed poſtea reuertitur ambobus mortuis, & tũc
recuperat libertatem,& ciuitatem,iõ tunc cenſetur naſci ciuiliter,
ad quem caſum prouiſio Galli non extendebat̃,qa eſſet ꝯ ius cõ-
mune,intelligebat̃ ſtrictè đ illo,q naſcit̃ verè poſt mortẽ vtriuſq;
iſte autem naſcit̃ fictè,ſed verè naſcit̃ vtroque viuenre, ideo fuit
neceſſaria ſuppletio Scęuolę,& primo loquitur,qñ fuit inſtitutus
filius,& nepos naſciturus ſubſtitutus,vſq; ibi, (qđ quærendum.)
Secũdo qñ fuit inſtitutus nepos filio iam mortuo, & ſubſtitutus
ſibi pronepos,& ſic eſt variatio terminorum duntaxat non iuris,
vſque ibi,(ſed cum teſtamentum.(Tertio determinat quęſtionẽ.
Et pone caſum,ꝙ habens filium,& nurum ex eo ꝑgnantem, inſti
tuit filium hr̃dem,& ſi ſe viuo deceſſerit, ſubſtituit nepotem na-
ſciturum poſt mortem ſuam ſm conſilium Galli,poſt teſtamen-
tum nurus ꝑgnans ab hoſtib.capta eſt, vel ẽt pone, ꝙ erat capta
tpe teſtamenti,& ibi peperit viuo teſtõre, & ẽt filio eius, poſtea
mortuus eſt filius teſtõre viuente, & ſic extitit prima conditio,
ſub qua nepos fuit ſubſtitutus,ſed ſecunda conditio, ſi naſceret̃
mortuo teſtatore,deficit,qa natus fuit ipſo viuente,& ẽt filio,po
ſtea mortuus eſt teſtator,vltimo loco poſthumus natus reuer-
ſus eſt,& uolebat rumpere teſtamentum,qa fortè alius cum pr̃e
ſuo fuerat hæres inſtitutus vt ipſe haberet totam hæreditatem,&
dicebat ſe non reperiri inſtitutum,vel exhæredatum in illo teſtõ,
& ſic tanq̃ præteritus debebat rumpere.Nam fuit inſtitutus ſub
duab.conditionib.ſi pr̃ ſuus viuo teſtatore moreret̃, & ſi ipſe na-
ſceret̃ poſt mortem teſtatoris,& ita deficit, qa natus eſt vtroque
viuente,& ſic deficere vr̃ inſtitutio,vt l.ſi hæredi plures j. de cõd.
inſti.q̃ritur quid iuris?Iſtam q. præcedit alia, an in dictum caſum
potuerit iſte poſthu.hæres inſtitui,vel per Gallum,vel per Velle-
ium,ſi non potuerit inſtitui,clarum eſt,ꝙ tanq̃ ꝑteritus non rum
pit.Iuriſcon.in fi.determinat,ꝙ potuerit inſtitui, & ſic excluditur
a rumpendo tanq̃ inſtitutus,& non præteritus, & hoc præſuppo
ſito dicit non eſſe curandum,an potuerit inſtitui ex conſilio Gal-
li,vel Velleij.¶In ver.(autem idem quærendum,) interſerit aliam
quæſtionem de nepote inſtituto,& pronepote,in qua non eſt ni
2 ſi variatio perſonarum.†No.ergo primo, ꝙ ius Galli dr̃ ius anti-
quum,& ſic ius Velleij dicitur nouum reſpectu iuris Galli. ¶Itẽ
no.in fin.quando habemus effectum nota.eſt curandum de mo
do,& qñ ſumus certi de determinatione iuris nõ eſt curandum
3 vnde proueniat.†Vnde inducitur in ar.ſi ex materia deducta in li
bello poſſunt colligi plures actiones, & ignoretur,q̃ voluerit a-
ctor intẽtare,procedet libellus abſque eo, ꝙ aliàs declaretur,hoc
verum,niſi ex hoc reus reddatur incertus,an velit cedere,vel cõ-
4 tendere,vt l.j.de eden.¶†Vltimo no.ꝙ iſta verba,q poſt mortem
meam naſcet̃,verificant̃ etiam in natiuitate ficta.ſeu ciuili, quia i-
ſte nepos verè fuit natus me viuo, & ſic non poſſunt verificari
verba quantum ad veram natiuitatem,ſed quia reuerſus eſt me
mortuo,& tũc fingitur naſci,qa prima natiuitas fuit inutilis,cum
fuerit natus ſeruus hoſtium,& ſic pro nihilo reputabatur.verificã
tur uerba in hac ficta,uel ciuili natiuitate, aliàs iſta inſtitutio cor-
rueret̃,ſi iſta conditio nullo modo eſſet impleta per l.ſi hæredi
plures.de condi.inſt.fuit ergo una conditio impleta verè, & natu
raliter,altera fictè,& ciuiliter,licèt naturaliter,& uerè uideatur de
feciſſe,& hoc ſufficit ad ſuſtentationem teſtamenti,& hoc uoluit
iſte §.¶In ver.quod quęrendum.pro declaratione gl.quæ incipit,
habeas.oppo.contra iſtum uerſi.de ſuperfluitate,quia uidetur re
petere id,quod ſupra dixerat:propter hoc in gl.ſunt duæ ſolutio-
nes,una in quantum habetur in tex. pronepotem, & tunc non
ſtat,quia ſupra locutus eſt in filio inſtituto,& in nepote ſubſtitu-
to,hic loquitur in nepote inſtituto,& pronepote ſubſtituto,quia
filius iam deceſſerat tpe teſt.& ſic eſt ſola uariatio pſonarum, &
terminorum,& iſta uera ſm omnes,alij aũt tex.habent nepotem
& tunc iſta ſol.non eſſet bona,qa loqueretur in filio inſtituto, &
nepote ſubſtituto,ſicut ſupra.Et ideo datur alia ſol. ꝙ ſupra locu-
tus eſt,qñ filius uiuebat tpe teſtamenti,& fuit inſtitutus,& nepos
ſubſtitutus,hic uerò qñ erat mortuus filius,& nepos fuerat dun
taxat inſtitutus,non aũt ſubſtitutus,in quo ur̃ maius dubium ſm
iſtos,quia caſus præcedens põt adaptari ad l. Velle. iſte non, dicit
gl.quare non,ſed iſti peſſimè locuti ſunt, primo, quia iſte caſus
non haberet maius dubium,immo nullum dubium, nam ſi tem
pore teſtamenti filius erat iam mortuus, nepos naſciturus non
poterat dici poſthumus alienus, qa ſi eſſet natus tempore teſta-
menti,eſſet in poteſtate,& teneret primum locum,unde non eſ-
ſet dubium,quo minus potuerit inſtitui,& ſic fit dubium. Item
inquantum dicunt primum caput l.Velle.loqui,quando filius ex
tabat tempore teſtamenti,& etiam tpe,quo naſcitur nepos poſt
humus,falſum eſt,qa immo loquitur illud,qñ tempore, quo na-
ſcitur poſthumus,filius erat mortuus,& de medio ſubductus,&
ſic poſthumus naſcitur ſuus,quia nemo eum pręcedit,& hoc di-
cit gloſſ.mag.fin.poſt princi.ibi item Velle.ceſſat,tene ergo præce
dentem ſol.quia in tex.debet eſſe,pronepotem. & ſi habeas, ne-
5 potem eſt tex.corruptus.¶†In gloſſ.mag.fin.pro eius declaratio-
ne aduertendum,quòd tres ſunt paſſus uidendi. primus eſt, an in
caſu iſtius §.nepos iſte poterit hæres inſtitui, & ex quo capite,an
ex conſilio Galli,uel Vellei,& in hoc dicas breuiter,quòd ex neu
tro,nec etiam ex conſilio Iuliani,de quo infra ead.l.§.ille caſus.ſed
dũtaxat ex ſuppletione facta per Scæuolam,de qua hic,primum
patet,ꝙ Gallus loquitur de nepote,qui naſcitur poſt mortẽ aui
& etiam filij,& iſte natus eſt uiuente utroque.Nec ob.ꝙ reuerti
tur utroque mortuo,& tunc fingitur naſci,quia hoc contingit fi
ctè.& prouiſio Galli,cum eſſet contra ius commune,non exten
debatur ad caſum fictum,ſi non fuiſſet ſuppletio Scęuolæ, ut s̈.
ead.l.e.§.quid ſi is.Secundum patet ꝙ primum caput l.Velleiæ lo-
quitur de nepote nato uiuente auo,ſed mortuo filio, ut ſupra in
iſta glo.in uerſi.item melius.iſte autem natus eſt filio uiuente, &
ẽt auo.Item ſecundum caput loquitur de illo,qui erat natus tem
pore teſtamen.iſte autem tunc natus non erat,& ſic ceſſat utrun
que caput. Tertio patet, quia licèt Iulian. loquatur de illo, qui
non erat natus tẽpore teſtamenti,ſed naſcitur poſt uiuẽte patre,
& auo,

& auo,ſicut hic fuit, & ſic magis vr̃ adaptari ad illũ caſum, tñ Iul. loquitur de illo,qui naſcitur in ciuit. & ſic verè viuẽte vtroq;, nullo modo, nec verè, nec fictè vtroq; mortuo.iſte autẽ, licèt verè vtroque uiuente, tñ fictè utroq; mortuo;reſtat ergo,ꝙ iſte caſus erat improuiſus,ideo fuit neceſſaria ſuppletio Scæuole, & ad hoc tendit iſte §. vt potuerit inſtituti hæres, & tanq̃ legitimè inſtitutus non rumpat. Secundus articulus eſt,circa cuius ɔſilium,vel prouiſionem veniat iſta ſuppletio Scæuolæ, in quo eſt videndum,cui magis adaptatetur iſte caſus,an ad Gallum, vel ad Velleium,& ad hoc tendit inueſtigatio gloſſ. quæ primo nititur oſtendere, ꝙ ad neutrum adaptetur, poſtea ꝙ adapteẽ ad utrunq;, ſcilicet ad Gallum inſpecta fictione,& ad Velleium inſpecta veritate. Tertio determinat,ꝙ iſta interpretatio veniat ad ɔſiliũ Galli,& hæc vera,qa de l. Velleia.incipit tractare in §.nunc de l.& quicquid dr̃ vſq; ad illum §.concornit ɔſilium Galli, & emanauit ad ſuppletionẽ illius, quam gl. no. & hoc inſpecta natiuitate ficta, quæ fit,cum reddit ab hoſtibus poſt mortẽ utriuſq; verè, vel fictè ſe non impediuit, ſed Gallus de his qui naſcuntur verè,ut in ſuperioribus,& Scæuola ſupplet eius ɔſiliũ de his,qui naſcũtur fictè.ad hoc emanauit iſte §.dominus Raph.de Cu.dicit ſe diſputaſſe iſtum articulum, & tenuiſſe ɔ̃ gl. ꝙ immo veniat ad ſuppletionem legis Velleiæ, inquãtũ fuit ſuppletum per Iul. quia iſte caſus magis adaptatur ad caſũ Iuliani,q̃ ad aliquem alium.ego fateor iſtud,quòd magis adaptat̃, tñ ridiculum eſt dicere,quòd antequàm poſuerit dictum Iul. poſuerit interpretationem, & extenſionẽ ad ipſum, ideo tene gloſſ. quam ſequunẽ omnes Docto. exceptis Papienſibus, q diſputant de lana caprina, quantum ad hoc modicæ utilitatis fuit iſta.q.& potius ſuperſtitioſa, quàm utilis, licèt ad glo. pertineat talia inueſtigare.Contra iſtum tñ intellectum opp. pro declaratione gloſſ. quòd ẽt inſpecta fictione non ptineat ad Galum, ſed ad Velleiũ, quia licèt reuertatur mortuis vtriſque,tñ fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate fictione poſtliminij, & fuiſſe natus hora captiuitatis,& ſic tam verè,quàm fictè uiuente utroq;,quo caſu loquitur Velle.gl. dicit circa medium notabiliter, ꝙ non põt fingi natus hora captiuitatis,quia hoc erat impoſſibile, cum non ſtetiſſet in utero legitimo tp̃e,& non poterat naſci uiuus,& fictio non eſt ſuper impoſſibili,qa imitatur naturã,& iſta gl.ſemper allegatur,dum dr̃,ꝙ licèt non fingatur natus hora captiuitatis, fingitur tñ eo tempore verè natus, ſi fuiſſet in ciuitate, & hoc põt fingi,quòd non erat impoſſibile,ſed tunc uterque uiuebat.gl.dicit, ꝙ iſtud eſſet uerum,ſi redierit cum patre, & matre,ſed hic nõ ſic,certè iſtud procederet in illo,qui eſſet conceptus penès hoſtes, vt C. de cap. l. prima.ſed hic erat cõceptus ante. dic ergo, ꝙ nõ fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate,qm̃ ad hoc vt habeat locum fictio,requiruntur duo extrema.ſ.ad quod, & a quo. vnde in illo, qui erat in ciuitate tempore captiuitats, ſi reuertitur, & tunc recuperat ciuitatẽ bene procedit fictio, qa ſubeſt utrunque extremum, & unũ coniungitur cum alio,& fingitur nunquàm fuiſſe captus, ſed iſte cum tempore captiuitatis non eſſet natus, tũc reuertitur, licèt acquirat ciuitatem non fingitur retro habuiſſe, quam nunquàm habuit per prius,vt
2 plenè no.per Bar.in l.ſi his qui pro emptore.de vſu.† Tertius,& ultimus articulus præſuppo. prædictis vtrum facta ſubſtitutione ſecundum conſilium Galli, ſi poſt mortem meam naſcetur,admittatur iſte nopos,qui natus eſt me viuente,& etiam filio?& iſte articulus determinatur in hoc §, ꝙ ſic,in fine,dum dr̃,ꝙ excluditur à rumpendo,& illa verba, ſi poſt mortem meam naſcetur.exponuntur,naſcetur, ſcilicet verè,vel ficte pro ſuſtentatione teſtamẽti.Nec ob.l.ſi hæredi plures,quia loquitur in ɔditionibus merè uoluntarijs, quæ debent impleri in forma, iſte aũt erant neceſſariæ ad ſuſtentationem teſtamenti,unde ſufficit,quòd impleantur æ q pollenter,ut dixi in §.& quid ſi tantum.

1 *Extenſiones Scæuolæ ad conſilium Galli.*
2 *Legitimatio poteſt impetrari per patrem,uel per filium abſentem per procuratorem.*
*Adoptio,uel emancipatio poteſt fieri per patrem, eo abſente per procuratorem,quando fit coram Principe.*
2 *Compaternitas,an poſſit cõtrahi per procuratorem, an & aliqua uniuerſitas,& communitas poſſit conſtituere ſindicum ad talem actum.*

1 **§.Forſitam.** †Conſilium Galli extenditur per Scæuolam etiam ad pronepotem naſciturum ex nepote nondũ nato tempore teſtamenti,nec nocet prætetitio patris,eiuſdemq́ue nepotis,ſi uiuo filio fuit de medio ſubductus, dummodo filius, qui præcedebat, fuerit inſtitutus, & pronepos ſubſtitutus. Extenditur etiam ad pronepotem natum uiuo patre ſuo, & proauo apud hoſtes, qui tamen reuertitur eis mortuis, & ſic fingitur naſci poſt mortem. Item extenditur etiam ad illu[illegible] qui per adoptionem factus eſt ſuus. hoc dicit. Et eſt magis [illegible] §.qui ſit in hac l.propter eius breuitatem,& ſubaudi[illegible] quas oportet facere ad tex. ad hoc, vt conueniat conſilio Galli,& ponit tres caſus. ¶Primus quando pronepos naſcitur in ciuitate mortuo patre ſuo, & auo, eodemq́ue filio, & etiam mortuo proauo, eodemq́ue teſtatore,uſque ibi ergo primo ipſe nepos,& poſtea filius uiuente teſtatore fuerunt de medio ſubducti, & poſtea mortuus eſt teſtator, deinde naſcitur pronepos.Secundo ex dicto caſu infert ad alium caſum, quando naſcitur omnibus viuis, tamen apud hoſtes, & poſtea reuertitur eis mortuis, & ſic fingitur naſci poſt mortem omnium, vt ſupra proxim.§.& iſtud oportet ſubaudiri ad tex. ſecundum gloſ. & Docto. aliàs non conueniret conſilio Galli, licèt prima facie uidetur diuinatio, ſed poteſt ſuſtineri, ut ſic ueniat ad declarationem. §. præcedentis. & determinat vnum circa verſicu.quod quærendum. in §.præcedenti, vbi loquitur etiam pronepote nato apud hoſtes, differt tamen iſte caſus ab illo, quia ibi tempore teſtamenti mortuus erat filius,hic uiuebat,& fuit inſtitutus. Itẽ ibi iam natus erat nepos,ex quo pronepos fuerat inſtitutus,hic non.Item ibi nepos fuit inſtitutus,hic præteritus,tamen his non obſtantibus adhuc dicitur pronepotem inſtitutum admitti ex inſtitutione,& non rumpere teſtamentum,ſicut ibi,& hunc caſum principaliter intendebat iuriſcon. determinare circa præcedentem §. ſed præmiſit primum caſum. Et ex deciſione illius infert ad deciſionem iſtius, vſque ibi, ( atque ſi. )ibi adducit tertium caſum de illo,qui non erat in poteſtate teſtatoris, & fuit inſtitutus,ſed effectus eſt poſtea per adoptionem loco pronepotis, & adhuc dicitur ipſum admitti ex inſtitutione,& non rumpere teſtamentum, licèt uariata ſit eius conditio, quia tranſiuit in poteſtatem, cum prius non eſſet, & etiam iſto caſu gl. & Doc. intelligunt, ut conueniat caſui proximè præcedenti,quòd erat apud hoſtes tempore quo fuit adoptatus,ſed poſtea mortuis, omnibus reuerſus eſt. Et prædicta prout habetur in text. ( iſq́ue mortuo patre, deinde auo,&c. ) ſed aliqui habent(iſq́ue uiuo patre, ) & tunc non eſſent, niſi duo caſus,ſcilicet de pronepote nato uiuentibus omnibus penès hoſtes,& duraret iſte caſus vſque ad verſicul. atque.& ibi eſſet ſecũdus de adoptato,& hoc vult gloſſ. quæ incipit patris ſui. ſed prima litera melior eſt. Et notandum,quòd circa primum caſum duo faciebant dubium, propter quæ videbatur,quòd iſte pronepos non admitteretur ex ſubſtitutione. Primum erat, quia tempore teſtam. non ſolum dicebatur iſte poſthumus alienus, qui ſi eſſet natus, non teneret primum locum, ſed etiam pater eius, idemq́ue nepos, quia nondum erat natus tempore teſtamen. vt patet ex textu,dum dicit( ſi nepos poſt teſtamentũ naſcatur &c.) Secundo faciebat dubium,quia nepos pater illius non fuit inſtitutus,nec exhæredatus,& ſic tanquàm præteritus videbatur,quòd agnoſcendo teſtamentum rumperet,vt ſupra eadem.l.§.idem credendum. in fin.& infra eadem l.§.tunc de leg.in fi.ſed his non obſtantibus determiuat contrarium; quòd potuit hæres inſtitui,& tanquàm rectè inſtitutus teſtamentum non rumpit, & aſſignat rationem, quia naſcitur ſuus, ideſt tempore,quo naſcitur,nullus ipſum præcedit, quia nepos, & filius fuerant de medio ſubducti viuente proauo, eodemq́ue teſtatore, & naſcitur poſt mortem omniũ. Iſtæ duæ rationes concludunt,quòd pertineat iſte caſus ad conſilium Galli, ſed per eas non tolluntur rationes factæ in contrariũ, ſed ad ſecundam rationem patet reſponſio ex narratis in text. dum dicit, isq́ue mortuo patre, deinde auo naſcatur. & ſic patet, quòd pater eius, idemq́ue nepos præteritus fuit primo mortuus, & poſtea filius idemq́ue auus, qui fuerat inſtitutus,nepos ergo nunquàm cæpit tenere primum locum uiuente teſtatore, & ſic eius præteritio non nocet, ut infra proxi.§.in fine. Ad primam autem rationem reſpondit, quòd prohibitio poſthumi alieni erat duntaxat circa illum, qui inſtituebatur, quia non poterat inſtitui,non circa illũ, ex quo ille naſciturus erat,ut hic patet notabiliter. Circa ſecundum caſum verſicul.ergo facit dubium dum text.dicit, (natus erit poſtea uiuo filio,)nam uidetur per hoc non pertinere ad conſilium Galli,ſed Vellei, propter hoc gloſſa intelligit,quòd erat natus apud hoſtes uiuente nepote,filio,& etiam teſtatore,ſed poſtea reuerſus eſt mortuis omnibus,& tunc uidetur naſci,& ſic pertinet ad Gallum,ut ſupra proxim. §.Et licèt uideatur magna diuinatio, non tamen poteſt aliter ſuſtineri. Infert ergo hoc modo,quòd ſi admittitur eo caſu, quo uerè naſcit̃ poſt mortem omnium,ut in primo caſu, ſimiliter admittitur, ſi naſcitur uiuentibus omnibus verè,ſed fingitur naſci eis mortuis,cum reuertitur,ut in præcedenti §.maximè in uerſic.quòd quærendũ. vbi ponitur de pronepore nato apud hoſtes uiuente patre ſuo, & etiam proauo teſtatore, ad quem caſum additur iſte,qui differt ab illo in tribus, ut ſuperius dixi. Circa tertium caſum in uerſicul. atque notandum, quòd gloſſ. ponit caſum duo. mod. Primo in pronepote nato ex nepote:& ſubſtituto filio primo loco inſtituto, deinde poſt teſtamentum,& dicitur,ꝙ admittitur,licèt variata ſit eius conditio.facit ſupra eo.l.filio,quem pater.in fin.ſed ad quid neceſſaria hæc adoptio? glo. dicit,quia nepos,paterq́ ipſius erat emancipatus ab auo tempore. quo ipſum concepit, & ſic non naſcitur in poteſtate,ut ergo in poteſtate redigatur,eſt neceſſaria adoptio, ſed quia iſtud uidetur diuinare, alij intelligunt,

uel

vel ponunt caſum in extraneo ſubſtituto filio, & poſtea in locũ
pronepotis adaptato, & adhuc dr̃ idem, vt iſta inſtitutio facta tan
quam de extraneo operetur nunc, ne poſſit dici præteritus, ut d.
l. filius. in fin. ¶ Sed adhuc opp. quia ſm̃ hoc non pertinebat ad
Gallũ, cum vr̃ naſci teſtatore viuente, ꝑꝑ hãc gl. intelligunt Doc.
ꝙ erat apud hoſtes t pe, quo fuit adoptatus, & reuerſus eſt poſt
mortem teſtatoris, vt conueniat præcedenti caſui. Sed tunc ꝯ, qñ
abſens non põt adoptari. vt l. poſt mortem. in fi. ſupra de adoptio.
Sol. uerum eſt, niſi per reſcriptũ Principis, ut l. iubemus. C. de emã
2 cipan. lib. Propter hoc Bar. format hic q̃ſtionẽ.† An legitimatio
a [a] poſſit impetrari per patrem, vel per filium abſentem per procu
ratorem, & vr̃, ꝙ non per l. poſt mortem. in fi. ipſe determinat ꝯ-
rium, nam aliud in adoptione, vel emancipatione, quia iſti actus
expediuntur per ipſum patrẽ erga filium, & eſt neceſſarius actus
corporalis, vt recipiat ipſum per manus, uel à manibus ſuis dimit-
tat, ideo non põt interuenire procu. quia iſti actus non ſunt in ad
miniſtratione bonorum, ſed legitimatio fit per ipſum Principem,
ſeu comitem palatinum, à quo impetratur ꝑ patrem, vel ꝑ filium,
& impetratio reſcripti põt fieri per procurator, ut in c. ex parte
decani. de reſcri. cum ſi. Et aduerte, ꝙ iſta differentia procedit, qñ
fiunt iſti actus coram inferiori à Principe, vt apud iudicem ordi-
narium, uel comitem palatinum, ſi autem coram Principe, tunc
etiam adoptatio, & emancipatio poſſet fieri, ab eo abſente per
3 procuratorem, per d. l. iubemus. † Ex prædictis etiam patet, an cõ
b paternitas [b] poſſit contrahi per procuratorem, & fuit quæſtio di-
ſputata per Io. And. qui determinat, ꝙ non, in regula põt qs, de
regu. iur. lib. 6. in mercuria. dicit tamen, ꝙ ipſe procurator efficitur
compater, non ille, qui eum inſtituit. ¶ Sed Fed. de Senis diſputa-
uit, an aliqua vniuerſitas, ſeu communitas, poſſit conſtituere ſin-
dicum ad talem actum, vt communiter conſueuit fieri, quia ali-
qua communitas vult effici compater alicuius magni domini, &
determinat ipſe, ꝙ non, & ꝙ nec ipſe ſindicus efficitur cõpater, vt
habetur in queſtione ſua 15. quia non fuit intentio illius procura-
toris, uel ſindici ſe obligare ad illud uinculum. Quidam tenent
primam opi. quia procurator obligatur etiam circa propoſitum
ſuum, vt l. ſeruum Titij. ſupra mand. & ſæpe extra id, quod agitur,
tacita reſultat obligatio, vt l. ſi is, cui. in fi. ſupra commo. Mihi pla-
cet ſecunda opi. Nec ob. prima ratio, quia tunc obligatur procu-
rator præter propoſitum, quando ex contractu. quẽ gerit, aliqua
ſibi acquiritur obligatio. & ita loquitur illa l. in contrariũ allegata,
aliàs ſecus, vt no. Bar. in l. procurator, qui pro euic. ſupra de pro-
cu. per l. fi. ſupra de inſti. ſed hic nulla obligatio acquiritur ipſi pro-
curatori, quàm habebat cedere domino, ergo nec ipſe obligatus
remanet finito mandato, vt d. l. fin. de inſti. Nec ob ſecunda ratio,
quia procedit in his, quæ quis recepit indebitè ad quorum reſtitu
tionem obligatur citra propoſitum, ne locupletior fiat ex re alie
na, quæ ratio ceſſat in propoſito.

ADDITIONES.

a ¶ An legitimatio. Adde Ant. de Roſe, intra de legitimatione.
b An compaternitas. Adde Bal. in l. 1. in §. ne autem. C. de cad. col. Bal. in au
th. niſi rogati. C. ad Trebel. Docto. in c. veniens. de cogna. ſpiritua.

---

2 *Ad ualiditatem teſtamenti filius eſt inſtituendus, uel exhæredandus regu*
*lariter, & quid ſi exhæredatio conferatur poſt mortem filij. & nume-*
*ro. 1*
3 *Quòd iſte de iure non ſufficiebat filium inſtituere in re certa, ſi datus erat*
*cohæres in uniuerſo, ſed debebat inſtitui in aliqua quota, ſed hodie ſuf-*
*ficit.*

1 **§. In omnibus.** ¶ † In teſtamento, quod fit ſm̃ con
ſilium Galli, neceſſe eſt filiũ inſtitue
re, nec ſufficit eum exhæredare, quia cum ſubſtitutione nepotis
concipiatur, ſi filius moriatur teſtatore viuente, reperiretur ex hæ
redatus poſt mortem ſuam, & ſic tanquam exhæredatio, quæ
non potuerit confirmari, in uita, habetur pro non facta. item ſi
filius eſſet apud hoſtes, vel aliter incapax, & moreretur, antequã
efficeretur capax, nec inſtitutio, nec exhæredatio de ipſo neceſ-
ſaria eſt ad valorem teſtamenti. Idem in eo, qui non tenet primũ
locum in ſuitate tempore teſtamenti, nec poſtea incæpit tenere
teſtatore viuente, quia talis poteſt præteriri, & eius præterito teſta
mentum non uitiat h. d. in effectu. Et ſic ſunt tria dicta, ſeu tres re-
2 gulæ, vt dicit glo. j. ¶ † No. regulam, ad quam ſemper allegatur iſte
§. ꝙ ad ualorem teſtamenti filius eſt inſtituendus, ſupple, vel exhæ
redandus regulariter, vt infra eo. l. inter cætera. Sed in caſu iſto quã
do inſtitutio concipitur poſt mortem, filij, non ſufficit ipſum ex-
hæredare per rationem, quæ ponitur in tex. niſi haberet cohære
dem purè datum, per cuius aditionem poſſet exhæredatio con-
firmari, vt ſupra eodẽ l. filius à patre. Sed tunc contra, quia in tota
iſta l. oportet præſupponere, ꝙ filius habebat cohæredem, aliàs
fruſtratoria eſſet tanta inueſtigatio. Nã teſtm̃ efficeret irritum ꝑ
ſolã mortẽ filij contingentẽ in uita patris, nec expediuiſſet proui-
vere de nepote ſubſtituendo in dictum caſum, ne præteritus te-
ſtamentũ rumperet, vt dixi ſm̃ Bal. s. ea. l. §. j. Sol. illud dictum Bal.
non vr̃ verum, vt patet per iſtum tex. qui neceſſario eſt intelligen
dus qñ non habet cohæredem, aliàs non procederet. Et ad con-
trarium dic, quòd immo eſt neceſſe prouidere de nepote ſubſti-
tuendo, ſi vult habere cohæredem ex teſtamento. ¶ Item adhuc
op. de notatis in prin. huius l. ſm̃ Bar. quia tenet valere inſtitutio-
nem nepotis, licèt filius non fuerit inſtitutus, quia præteritio non
eſt ſibi nociua. Sol. intentio iſtius tex. eſt dicere, ꝙ non ſufficiat ip
ſum exhæredare, quia exhæredatio non poſſet cõfirmari, & tũc
in odium exhæredantis, licèt habeatur pro ꝑterito, ex quo exhæ-
redatio eſt nulla, talis præteritio non habetur pro tacita inſtitutio
ne, qa fuit iniurioſa, quatenus in teſtatore fuit, ſed ſi ipſum non ex
hæredaſſet, tunc licèt non inſtituiſſet, valeret teſtamẽtũ, qa cenſere
tur tacitè inſtitutus, & ita loquiť opi. Bart. & iſto modo reſponde
bã Bono. ad iſtũ tex. dño Catoni de Papi. q tenebat ꝯ Bar. repetẽ
3 do ꝑ iſtũ text. † Not. ẽt dũ dicit ex aliqua parte, ꝙ iure iſto nõ ſuf-
ficiebat filiũ inſtituere in re certa, ſi datus erat cohæres in vniuer-
ſo, ſed debebat inſtitui in aliqua quota, ſm̃ Bar. hodie ſufficit, vt in
Auth. ut cum de appel. cogno. §. alid quoque capitulum. & not.
in l. ſi qs priorè. infra ad Treb. & l. quoties. C. de hær. inſt.

---

2 *Nepotes naſcituri poſt mortẽ teſtatoris poſſunt ex prouiſione Galli inſti-*
*tui, licèt t pe teſtamenti eſſent poſthumi alieni, & per l. Velle. ſi nati ſint*
*uiuente teſtatore, non rumpunt teſtamentum, ſi ſint inſtitui. & nu. 1.*
3 *Si habes filiũ tempore teſtamenti, & eũ inſtituas, & ſi te uiuo moriatur,*
*ſubſtituis nepotem ex eo naſciturum te uiuo, uel ſimpliciter, tunc ſi poſt*
*teſtamentum moriatur filius, & deinde to uiuo naſcatur nepos, quòd ta*
*lis nepos admittatur ex ſubſtitutione, nec rumpat teſtamentum.*
4 *Si teſtator ſubſtituat omnes deſcendens uirilis ſexus, qui ſui hæredes na-*
*ſcentur, quòd ſub iſtis uerbis comprehendantur etiam nepotes ex filio, li*
*cèt non ſint ſexus uirilis.*
5 *Si aliquis recipiat emphyteuſim pro ſe, & ſuis deſcendentibus per virilẽ*
*ſexum, quòd ueniant etiam fœminæ ex maſculis.*
*Idem ſi dixiſſet pro ſe, & ſuis deſcentibus uirilis ſexus.*
6 *Quid ſi dixiſſet pro ſe, & ſuis deſcentibus maſculis.*
7 *Suus hæres dicitur ille, quem nemo præcedit.*

1 **§. Nunc de lege.** † Hic incipit ſecunda pars princ
palis huius l. in qua tractatur de
l. Velle, quæ uenit ad conſilium Galli, qui fuit locutus de nepotib.
qui naſcuntur poſt mortem teſtatoris verè, vel fictè, de quibus l.
Velle. ſe non intromiſit, vt s. ea. l. §. & quid ſi tantum. & §. ſi eius.
ſed tractauit de natis viuente teſtatore, & qui non fingatur na-
ti, poſt mortem, & poteſt dici, quòd duret iſta pars uſque ad fi. l.
nam primo tractat de primo, & ſecundo capite l. Velle. uſque ad
§. uidendum. Secundo ponit ſuppletiones Scęuolæ ad ſecundũ
caput, uſque ad §. ille caſus. Tertio ſuppletionem Iuliani ad pri-
mum caput. Item prima pars ſubdiuiditur in duas, quia primo
proſequitur de primo capite uſque ad §. etiam. poſtea de ſecun-
do capite ſecundum verum intellectum, licèt quidam dixerunt,
quòd de ſecundo capite incipit tractare in uer. & bene. & dicunt,
quòd in uer. etiam nòn eſt §. ſed ſic. continuatur cum tex. præce-
denti, & quare hoc dicant, patebit infra, ſed primus intellectus vè
2 rior eſt, & communior, & iſta prima pars h. d. ¶ † Primum caput
l. Velleię prouidet de nepote, qui naſcitur poſt teſtamentum ui-
uente teſtatore, & poſt mortem filij, & ſic naſcitur ſuus, quia te-
net primum locum tempore, quo naſcitur, vt poſſit hæres inſti-
tui, licèt tempore teſtamenti ſit poſthumus alienus, & inſtitutus
non rumpat h. d. in effectu, & diuide in quinque partes, quia pri-
mo ſe continuat ad præcedentia ponendo mentem primi, & ſe-
cundi capitis. l. Velleiæ uſq; ibi, (& videtur.) Secundo ponit men-
tem, & effectũ primi capitis vſque ibi, (ergo.) Tertio ipſum exem
plificat, vſque ibi, (& non ſolum.) Quarto tollit quoddam dubiũ,
quod fieri poterat vſque ibi (quid enim.) Quinto probat, quod
dixerat per uerba primi capitis, quæ formaliter ponit, & ex eis
infert ad id, quòd dixerat, & reputatur difficilis valde, ideo vt oĩa
4 ſint clara, pone caſum ſic. † Gallus prouidit de nepotibus naſcitu-
ris, poſt mortem teſtatoris, vt poſſint inſtitui, licèt tempore teſta-
menti eſſent poſthumi alieni, quid ſi naſcantur teſtatore viuen
te? dicit iuriſc. quòd de illis tractauit l. Velieia non Gal. quę lex fuit
poſterior, & venit ad ſuppletionem Galli, ideo de ipſa videndum
eſt, quę voluit in effectu tam in primo, quàm in ſecundo capite,
quod nati viuentibus nobis, ſi ſint inſtituti, non rumpant, ſicut
Gallus voluit de natis nobis mortuis, & hoc vſque ibi, (& vide-
tur.) ¶ Sed quęritur ſecundo, in quo caſu loquatur l. Vellei. dicit
Iuriſc. quòd in primo capite loquitur de nepotibus, qui cum na-
ſcuntur nobis viuentibus, naſcuntur ſui id eſt quia nemo ipſos
2 præcedit in ſuitate, & hoc vſque ibi, (ergo.) ¶ † Sed tertio quæri-
tur de exemplo iuriſconſ. dicit, ecce exemplum, ſi tu habes filiũ
iam natum tempore teſtamenti, & nepotem ex eo naſciturum,
& inſtituis filium, & ſi te viuo morietur, ſubſtituis nepotem
ex eo naſciturum te viuo, vel ſimpliciter, & poſt teſtamentũ mo
riatur

riatur filius, deinde te viuo naſcat̄ nepos ex ſubſtitutione admittitur,& non rumpit,& ſic ſuſtentatur teſtm̄ hoc caſu ex primo capite legis Vellei.non per legem 12. tabula.quia tempore teſtamē ti ille nepos erat poſthumus alienus,& ſic non poterat inſtitui ſm̄ legem illam,nec per Gallum, qui loquitur de natis poſt mortem teſtatoris, fuit ergo neceſſaria prouiſio l.Velle.hoc caſu,aliàs non potuiſſet inſtitui,& ſic tanquàm præteritus rumperet,& hoc vſq; ibi,(vt non ſolum.) ¶Sed quæritur quarto,an ſit neceſſe,quòd filius eſſet mortuus tpe teſtamenti, ad hoc,vt talis nepos naſcatur ſuus, ſm̄ quod requirit primum caput l. Velleian. reſpondetur, quod non,quia ſuus naſcitur non ſolum, ſi filius erat mortuus tē pore teſtamenti, ſed etiam ſi moriatur poſt, antequam nepos naſcatur,& vttunque caſum complectiſ primum caput l. Velleię.& hoc vſque ibi, (quid enim.) Ibi probat, quòd non ſit inſpiciendū tempus teſtamenti, vt tunc filius ſit mortuus, ſed ſufficiat inſpici tempus natiuitatis poſthumi,vt tunc mortuus ſit,vel aliter de medio ſubductus,per verba primi capitis, quæ ſic dicunt, quòd teſtator ſubſtituat quemcunque virilis ſexus, qui poſt teſtamentum ſuus hæres futurus erit,ideſt naſceretur, ſed iſta verba verificantur,ēt quando filius viuebat tēpore teſtamenti, non tamen tempore,quo naſcitur nepos.hoc dicit in effectu.Et quantum ad tex. difficultas conſiſtit in verſicu. (vt non ſolum in duobus.) Primo quia quidam habēt in text. (ſi nepos eo tempore inſtituatur,&c.) Quidam verò habent, (ſi nepos eo tempore inſtituatur,)ſed prima litera planior eſt, ſecundum verò aliam literam oportet text. tranſponere, & ſubaudiri vnum uerbū, vt ſit bona grammatica, ne relatiuum, & antecedens regantur ab eodem uerbo tamen idem eſt ſenſus utriuſque literæ,& hoc declara,ut habetur in gloſſ. quæ incipit,aliàs deeſt qui.in princip.Item in alio conſiſtit difficultas,quia text.ibi dicit,(verum etiam ſi uiuo patre naſcatur,& ſic innuit,quòd primum caput comprehendit etiam caſum,quando nepos naſcitur poſt teſtamentum viuente patre ſuo, eodemque filio,& ſic non naſcitur ſuus, puta pater eius eum præcedit, cuius contrarium ſupra dixerat, & etiam patet in text. ſe.unde videtur ſibi contrariari. propter hoc Hugo gloſſator, & etiam Moder. hoc fatentur, & dicunt, quòd iſte caſus comprehenditur non ex verbis, ſed ex mente, quia ſecundum uerba non comprehendit, niſi caſus quando naſcitur ſuus, & ſic filio de medio ſubducto, quod poteſt contingere duobus modis,uel quia erat ſubductus tempore teſtamenti,vel ſubducitur poſt, antequàm nepos naſcatur, quando autem nec tempore teſtamenti, nec ante natiuitatē, & tunc ceſſant uerba.Tamen locum habet mens, & ſic primum caput comprehendit tres caſus,duos ex verbis, & vnum ex mente. plus dixit d.Azo.quòd ex verbis non comprehendit,niſi vnū, ſcilicet quando filius erat mortuus tempore teſtamenti, & tunc propriè nepos dicitur naſci ſuus,ſed ſi moriatur poſt ante natiuitatem nepotis, dicit Azo quòd iſte caſus comprehenditur potius ex mente,quàm ex uerbis. Iſtud dictum Azon. gloſſa reprehendit,quia contra iſtum textum in iſto verſicul. (vt non ſolum.)ubi vult oſtendere cōtrarium,quòd primum caput non ſolum comprehendit primum caſum,quando erat mortuus tempore teſtamenti, ſed etiam ſecundum,quando moritur poſt,ante natiuitatem nepotis, quia vtroque caſu verificātur verba primi capitis, quæ requirunt, vt naſcatur ſuus.Nam ſuus dicitur naſci.quandocunque tempore, quo naſcitur,nullus ipſum præcedit in gradu, & hoc contingit in utroque caſu, & hæc habentur in illa eadem gloſſ. Barto. autem videtur ſentire, quòd primus caſus, quando erat mortuus tempore teſtamēti, non comprehendatur in primo capite, quia tunc nepos naſciturus non poterat dici poſthumus alienus, quia ſi eſſet natus tempore teſtamentti,teneret primum locum, & ſic poterat heres inſtitui per l.12. tabu. unde nō fuit neceſſaria prouiſio Vellej,& illum uerſic.vt non ſolum.intelligit iuriſcon.vt ibi ponat,qui addat primum caput Vellej ad l.12. tabu. quia illa l. permittebat inſtitui talem poſthumū, ſi filius erat de medio ſubductus,ſed l.Velle.addit,quòd etiam ſi non eſſet ſubductus,poſſet inſtitui, licèt tunc eſſet poſthumus alienus.Pro iſto dicto videtur eſſe text. expreſſus in §. ille caſus. verſicu. denique. vbi dicitur expreſsè, quòd in primo capite Velleius induxit,ut liceat inſtituere nondum natos, ſed hoc non poteſt verificari,niſi quando filius præcedebat tempore teſtamenti, quia tunc non licebat inſtituere nepotē p l.12.tab.ſed Velle.inducit,vt liceat,ergo ſolū iſtū caſum cōprehendit primū caput.Iſta opinio.placet limitando tñ,quòd ſecundum mentem, & uerba iſtum caſum comprehendit,in hoc ſolo uoluit prouidere,quia prouiſio erat neceſſaria,non autem quando filius de medio erat ſubductus,quia tūc non erat neceſſaria, ſed attentis verbis duntaxat, & non mente etiam caſus non comprehenditur in primo capite, quia verba dicunt de nepote, qui naſcitur ſuus, vt inſtituatur, & inſtitutus nō rumpat, ſed ſuus naſcitur etiam hoc caſu,ergo ſecundum verba comprehenditur, & ita intelligo verſicul. (vt non ſolum.) aliter, quàm Barto.quia non vult ponere quid addat primum caput ad l.duodecim tabul. ſed vult dicere, quòd uerba primi capitis ſunt ita generalia,quòd comprehendunt vtrunque caſum.ad aliud dicunt Hug & etiam Azo,quòd comprehendantur etiam tres caſus ex mente,ſcilicet,qn̄ non naſcitur ſuus,qa filius,paterque ſuus viuit tempore, quo naſcitur, licèt gloſſa tranſeat cum eis, tñ non placet,qa verba primi capitis ex toto ꝯtradicunt,unde non eſt credendum,quòd Velle.ſenſerit de caſu, cui verba ſua omnino ꝯdicunt,& ideo dico,& mirandum eſt tam de gloſſa,quàm de Doctor.qui hoc non tangunt, quòd iſte caſus eſt ille, quem Iulianus ſuppleuit ad primum caput. Velleię,vt patet in §.ille caſus.vbi Scę uola oſtendit, quòd iſte caſus nec comprehendebatur in primo capite l. Velleiæ, qa illud loquitur de nepote, q naſcitur ſuus, & iſte non naſcitur ſuus,nec in ſecundo,quia illud loquitur de nepote, qui erat natus tempore teſtamenti,& non erat natus,ſed naſcitur poſt,ideo fuit neceſſaria ſuppletio Iuliani in hoc caſu difficili, & non prouiſio per aliquem alium: nec ex uerbis, nec ex mente, & iſta eſt veritas,pōt tamen dici, quòd Iul.ſuppleuit ex mente coniecturata,quia licèt Velleius nō cogitauerit de iſto caſu, ex quo verba repugnant,tamen eſt veriſimiliter,quòd ſi cogitaſſet,prouidiſſet, ſicut dicimus de tacita pupillari comprehenſa in expreſſa vulgari ꝯ vim uerborum, vel econuerſo de tacita vulgari comprehenſa in expreſſa pupillari,nam non veniunt ex vera mente defuncti,q non p̄ſumitur cogitaſſe, poſtquàm verba, repugnāt,ſed ex mēte coniecturata, vt not. in l.precibus. C.de impu.& ſic pōt ſaluari opin.Hug.Bartol.aūt intellexit, quòd Hug.& Azo voluerunt dicere,quòd primum caput l. Velleiæ. comprehendit ēt ſm̄, ſeu caſum,de quo loquitur ſm̄ caput l. de nepote nato tpe teſtamenti,ſed non eſt credendum,quòd ipſi tantum errauerint,tunc enim ad quid fuiſſet neceſſarium ſm̄ caput,vt ēt ipſemet Bart.dicit.Dico ergo,quòd ipſi non intellexerunt, dum dicunt de tertio caſu,ſcilicet de illo,qui comprehenditur in ſecundo capite, quando nepos eſſet natus tempore teſtamenti,quia fuiſſet una fatuitas, cum primum caput non loquatur, niſi de naſcituro, vt patet in verſicul. ergo. dum dicit ſi filium habeas, & nepotem nondum natum tempore teſtamenti, ſed intellexerunt eo modo, quo ſupra dixi de illo,qui naſcitur poſt teſtamentum, & viuente filio,vt comprehendatur in primo capite,& moti fuerunt ad hoc dicendum per text.iſtum, dum dicit, etiam ſi viuo patre naſcatur, & ideo continuant literam vſque ad verbum, & bene, vel uſque ibi,poſteriore,vbi incipit tractare de ſecundo capite. Tu dic,vt dixi,& ad tex.reſponde,dum dicit.ſi viuo patre.intellige,ſcilicet,patris ſui,eodemque auo, ſeu teſtatore, ipſe aūt filius, qui erat pater nepotis,iam erat mortuus,aliàs non naſceretur ſuus, & ita exponit Dy.Et nota quòd ī hac opin.Hugo.& Azon.fundatur gloſſa, quæ eſt ſupra eadem l.§. ſi eius. verſicul. quærendum. in glo. prima quæ tenuit,quòd primum caput l.Velle.locum habeat in nepote,qui naſcitur viuente filio, quam gloſſam ibi reprobaui, & contrarium tenuit alia gloſſa mag.illius §.in verſicul.itē Vellei,ceſſat.Et ex prædictis recollige quatuor caſus.Primus eſt, quando filius erat iam mortuus tempore teſtamenti, & iſte caſus ſecundū Azo. & gloſſ. pertinet ad primum caput l. Velle. ſecundum verba,& mentem,ſed ſecundum Barto.non pertinet aliquo modo, ego aūt dixi, quòd pertinet ſm̄ verba, non ſm̄ mentem per §.ille caſus.infra,ſecundus caſus eſt, qn̄ filius viuebat tempore teſtamē ti,ſed poſtea mortuus eſt, antequàm nepos naſcatur, & nepos naſcitur viuente teſtatore, & iſte caſus ſm̄ Azon. pertinet ad primū caput ſecundū mentem, non ſecundum verba,ſed ſm̄ gloſſam & Doct.pertinet ſecūdū mentem, & verba.immo iſte eſt ille caſus,in quo ſolo prouidit primum caput l. Vell.qa neceſſaria erat prouiſio,vt §.ille caſus.verſicul.denique. Tertius caſus eſt,quando filius viuebat tempore teſtamenti,& etiam tempore,quo poſt teſtamentum naſcitur nepos,ſed poſt mortem, viuente teſtatore ante nepotem, & iſte caſus ſecundū Azo. & Hugo. pertinet ad primum caput ſecundū mentem, non ſecundum uerba, ſed tu dic,ut ſupra dixi,quòd nec ſecundū mentem ueram,nec ſecundū uerba,& ideo fuit ſuppletio per Iul.ex mente coniecturata.Quartus caſus,quando nepos iam erat natus tempore teſtamenti,nam omnes præcedentes quando nondum erat natus, & iſte caſus quartus nullo modo pertinet ad primum caput, ſed ad ſecundū, licèt Barto.intellexit opin. Hug. & Azo quòd noluerint dicere, dum loquuntur de tertio caſu,quòd pertineat ad primum caput ex mente,quòd intellexit de iſto quarto,& ſic,quòd primum caput contineat ſecundū ex mente quod eſt ridiculum dicere, ut ſupra dixi,& ex his remanent omnes gloſſ. expeditæ. Nam gloſſa. quæ incipit, nam ſi uerba,tendit ad idem, quod ſupra dixi,qa exponit duobus modis uerſicu.nam ſi uerba, ſecundū primum modum effectus gloſſ. eſt, ut iuriſcon. uelit oſtendere, quòd primum caput comprehendat non ſolum primum caſum, ſed etiā ſecundum, licèt ſecundū aliā expoſitionem effectus gloſſę ſit, quòd uelit oſtendere,quòd comprehendat non ſolum primum, & ſecundum, ſed etiam tertium ex mente, tene primam expoſi-
4 tionem. ¶†Et not. ex illa eadem gloſſ. in fin. quæ tenet in ſecūda expoſitione illorum uerborum, quòd ſi teſtator ſubſtituat omnes deſcendentes uirilis ſexus, qui ſui hæredes naſcentur, ſub iſtis uerbis comprehenduntur etiam nepotes ex filio licèt non ſint

ſexus

ſexus virilis, quia illa uerba debent intelligi, id eſt de virili ſexu deſcendētes, non quòd ipſe deſcendēs ſubſtitutus ſit ſexus virilis, vt
5 in caſu propoſito glo. perpetuo tene menti. Ad q.† ſi aliquis recipiat emphiteuſim pro ſe, & ſuis deſcendentibus per virilem ſexum: nam uenient non ſolū maſculi ex maſculis deſcendentes, immo etiam fœminæ ex maſculis deſcendentes. Idem ſi dixiſſet pro ſe, & ſuis deſcendentibus virilis ſexus, quia exponuntur eodem
6 modo, vt in hoc tex. cum gloſſ. † Secus ſi dixiſſet pro ſe, & ſuis deſcendentibus maſculis, quia non venirent fœminæ deſcendentes ex maſculis. Sed tunc quæritur, an ſub illis verbis, pro ſe, & ſuis deſcendentibus maſculis, cōprehendatur nepos maſculus natus ex filia, vel pronepos natus ex nepote, videtur, quòd ſic, quia verba verificantur in eo. Eſt enim deſcendens, & eſt maſculus, ergo, &c. Et uidetur eſſe caſus in uſibus feudorum. in titu. de eo, qui ſibi, & ſuis hæredibus maſculis, & fœminis, &c. contrarium determinat Specu. in titu. de loca. §. nunc verò aliqua. verſi. 146. quia illud verbum, maſculis, debet reſtringi ad deſcendentes ex maſculis, quod perpetuo tene menti, & probatur per rationem. Nam mater ſua non admitteretur, ſi uiueret, quia non eſt maſculus, multo minus debet admitti nepos ex ea, ne ſit melioris conditionis, quàm mater eius, quæ præcedit in gradu. argum. in l. ſi viua matre. circa medium. C. de bon. ma. ubi dicitur, quòd nepos non debet eſſe melioris conditionis, quàm filius, vel filia. hoc idem uidetur tenere Bald. licèt non alleg. Specu. C. de condit. inſer. l. j. in j. colum. Ioan. And. in addi. Specu. in ti. de teſta. ſuper rub. ante fin. dum recitat diſputationem Rich. Malumb. & tene menti hanc rationem, per quam reſpondebis in pluribus dubijs, & ego etiam pluries in iſta ciuitate conſului ſecundum iſtam rationem, & nullus ſciuit dare
7 reſponſum. ¶† Vltimo not. unum aliud ex text. quòd ſuus hæres, dicitur, ille quem nemo præcedit, nam nepos non dicitur naſci ſuus, niſi qn̄ filius eſt de medio ſubductus, vt hic patet. Iſtud multum facit pro opin. illorum, qui dicunt, quòd licèt filius in poteſtate non poſſit inſtitui ſub conditione caſuali, uel mixta, iure iſto ſi in eius defectum non eſt exhæredatus nepos, tamen etiam, ſi filius iam mortuus eſt, & ſic tenet primum locum, bene poteſt inſtitui: nam l. ſuus quoq;. infra de hær. inſti. in prin. dicit, ꝙ ſuus hæres poteſt ſubſtitui ſub qualibet conditione excepto filio, ergo ſequitur, ꝙ loquitur de nepote, & pronepote, in alijs non poteſt uerificari regula, ſed nepos non dr̄ ſuus hæres, niſi quando filius eſt de medio ſubductus, vt hic, ergo etiam tunc poterat inſtitui ſub tali conditione, & uidetur caſus in l. ſed ſi in conditione. §. ſi nepotes. eo. ti. Contrarium tamen communiter tenet gl. ꝙ tunc nepos poſſit inſtitui ſub tali conditione, quando filius ipſum ꝑcedit, quia tunc, ſicut omnimoda præteritio ipſius non reddit teſtamentum nullum, ut ſ. prox. §. in fi. ita qualitas, ſed ad rationem prædictam gl. reſpondet, quia nepos non eſſet ſuus hæres, ut hic, & ſic uerificaretur regula poſita in l. ſuus quoque. nec eſt mirandum, ꝙ filius primi gradus in hoc ſit melioris conditionis, quàm nepos, nam & alibi hoc contingit. C. ad Trebel. iubemus. & ideo multi tenent opi. prædictam contra gl. ut ſunt Docto. Papienſes, ſi bene recordor, ut dominus Chriſtophorus de Caſtellione.

---

1 *Tertium caput l. Velleiæ in quo caſu prouideat.*
2 *Exhæredatio de penitus extraneo eſt penitus inualida principio, ſed de nepote, uel pronepote non. licèt non teneat primum locum a tempore teſtamenti, quia ſperatur poſſe tenere.*
3 *Filius, uel alius deſcendens in poteſtate, qui tenet primum locum, dicitur eſſe ſuus hæres, etiam uiuente patre, uel auo.*
4 *Hæres unde dicatur, & quot modis ſumatur, & quomodo uiuens poſſit habere hæredem, & nu. 9.*
5 *Si inſtituo Titium extraneum, & grauo ipſum, ſed deceſſerit ſine liberis, quòd reſtituat hæreditatem tibi, & hæredib. tuis, qualiter ſumatur illud uerbum, hæredibus.*
6 *Quòd requiratur, ut filij tui ſint hæredes tui, ut admittantur ex ſubſtitutione, quando dixit teſtator, quòd bona deueniant in te, & hæres tuos, uel in te, & filios tuos, & hæredes. ſecus ſi in te, & filios tuos.*
7 *Eo caſu, quo requiritur, quòd ſint hæredes, an admittatur filia, uel neptis inſtituta in re certa, & iuſſa amplius non petere.*
8 *Si ſubſtitutio fuit facta ſine illa conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, ſed ſimpliciter dixit, quòd poſt mortem Titij inſtituti bona ipſius teſtatoris deueniant in te, & hæredes tuos, quomodo ſumatur illud uerbū, hæredes.*

1 §·Etiam. ¶†Tertium caput l. Velle. prouidet de nepote, uel pronepote natis tempore teſtamenti cōſulendo, vt filio inſtituto ſubſtituant, ſi cōtingat ipſum teſtatore viuente de medio ſubduci, ne ſuccedentes in locum eius tanquā præteriti rumpant, & ſi nepos moriatur ante filium, pronepos ſubſtitutus admittitur, etiam ſi nepos erat præteritus, ſi uero poſt tunc, ita demum ſi nepos erat inſtitutus, vel exhæredatus: aliàs tāquam præteritus ſuccedens in locum filij teſtamentum rupiſſet h. d. & eſt etiam difficilis. Et diuide in quinque partes. Nā primo ponit mentem ſecundi capitis, dicens, ꝙ loquitur in nepote nato patre ſuo viuo. i. filio, vt ſit inſtitutus, & pr̄poſtea teſtatore viuēte de medio ſubducatur, nō rumpit, ſed ex ſubſtitutione vocetur, vſque ibi, & ita. Secūdo iſtud declarat, ꝙ habet locū, quando nepos iam erat natus tempore teſtamenti, & ponit exēplum, quando quis habebat filium iam natum, & nepotem, vel etiam pronepotem iam natos tempore teſtamenti, & inſtituat filium, & ſubſtituat pronepotem, ſi filius, & nepos moriantur teſtatore viuente, & poſtea conditio exiſtat. Nam talis pronepos non rumperet, licèt ſuccedat in locum ſui hæredis. i. præcedentium, poſtꝗ eſt inſtitutus, licèt ſecus ſi eſſet præteritus uſque ibi, & benè. Tertio ponit verba ſecundi capitis, quæ volunt in effectu, ꝙ fiat ſubſtitutio nepotis, vel pronepotis, qualitercunque filius, vel alius, ꝗ tenebat primum locum, & ſic erat ſuus hæres, deſinat eſſe ſuus hæres viuente teſtatore, uſque ibi, ad omnes. Ibi quarta, in qua commendat prouiſionem huius ſecundi capitis, quia loquatur ita generaliter quo ad caſus, quibus præcedens deſinit eſſe ſuus hæres, quod comprehendat non ſolum caſum mortis veræ, ſed etiam mortis ciuilis, uel etiam emancipationis. quibus poteſt quis de medio ſubduci teſtatore viuente, quos caſus Scæuola ſuppleuit ad conſilium Galli, qui non fuit locutus ita generaliter, ſed ſolum quando exiret de medio per mortem naturalem, & veram, ut ſupra eadem l. §. & quid ſi tantum. ſed hic non expedit ſupplere ad prouiſionem ſecundi capitis, quia loquit̄ ita generaliter, quòd omnes prædictos caſus comprehendit, & hoc uſque ibi, nec ſolum. Ibi quinta, in qua remouet quoddam dubium, quod fieri poſſet circa exemplum ſupra propoſitum in verſi. & ita. quando quis habeat filium nepotem, & pronepotem, & inſtituit filium, & ſubſtituit pronepotem, ſi filius, & nepos moriantur ipſo uiuēte, nam ibi dictum fuit, quòd ſi iſta conditio eueniat, quòd ambo moriantur, pronepos admittitur, & non rumpit, ſed utrum ſit neceſſe ad hoc, vt iſtud dictum habeat locum, quòd nepos moriat̄ antequam filius, an autem poſſit ꝓcedere ēt ſi ſuperuiuat filio, & poſtea moriatur viuente teſtatore, dicit iuriſcon. quòd utroq; caſu pōt procedere illud dictum ſ. ſi nepos præmoriatur filio, & tunc procedit clare, etiam ſi nepos fuit præteritus, quia nunquā incæpit tenere primum locum, & ſic non potuit tanquam ſuccedens in locum filij rumpere tanquam præteritus, vnde fuit neceſſe, quòd moriatur antequam filius iſto caſu, aliàs ſuccedendo in locum filij rumperet, vt ſupra eadem l. §. item credendum. in fi. & infra ti. primo. l. poſt humorum. poſtea ēt procederet, qn̄ nepos ſuperuixit filio, ſed tunc eſt neceſſe ponere, quòd fuerit inſtitutus, vel exhæredatus ad hoc, vt teſtm̄ non rumpatur, ex eo, ꝗ ſuccedit in locum filij h. d. in effectu totus §. vſque ad §. uidendū. Et aduertendum eſt, quòd in hoc capite Velle. non prouidit inducendo aliquid de nouo. ſ. quod talis nepos poſſit inſtitui, quia cū eſſet natus, poterat inſtitui etiam per l. 12. tab. ſed conſuluit, ut inſtitueretur in dictum caſum, vel exhæredaretur, & ſic hoc factū fuit, vt vetuit ipſum rūpere h. d. text. in §. ille caſus. ver. poſteriore capite. vbi declaratur primum, & ſecūdum caput l. Vellei. melius, quàm hic, & in hoc differt à primo capite, vbi induxit de nouo, ut poſſit inſtitui nepos, qui tp̄e teſtamenti non erat natus, & pater uiuebat, & ſic erat poſthumus alienus, vt in illo eodemque §. uer. denique. Poterat eſſe ratio dubitandi, ꝙ dictus nepos rumperet, licèt fuerit inſtitutus, quia filius, ꝗ ipſum ꝑcedebat tp̄e teſtamēti, ipſe non erat ſuus hæres, & ſic fuit inſtitutus tanꝗ non ſuus hæres, ſi poſtea filius exeat de medio uiuente patre, incipit nepos eſſe ſuus hæres, ſed tanquā ſuus hæres nunꝗ fuit inſtitutus, ergo tan
2 quam nouus homo, & nouus poſthumus debet rumpere. † Sed iſta ratio tollitur ꝑ l. filio quē pater. in fi. ſupra eodem. & ꝑ §. forſitan. in fi. ſ. ea. l. nam ēt ſi non fuiſſet omnino extraneus tempore inſtitutionis, & poſtea efficeretur ſuus, ſufficeret illa īſtitutio prius facta, ut non rumpat, fortius hi, quinimo etiam ſi fuiſſet exhæredatus, ſufficeret, ut in fine huius §. licèt ſecus in alio penitus extraneo, ut infra de contratab. l. non putauit. §. ſi quis emancipatum, quia exhæredatio de penitus extraneo eſt inualida à prin. ſed de nepote, uel pronepote nō, licèt non teneat primum locum tp̄e teſtamenti, quia ſperatur poſſe tenere, & ꝑ dictam rōnem l. Vell. in ſecundo capite uetuit talem inſtitutum rumpere, ut in §. ille caſus. Item ſcire debes, quod glo. in illo. §. ille caſus. in gl. prima tenuit hoc ſecundum caput habere locum, ſiue filius uiuebat tēpore teſtamenti, ſiue iam erat de medio ſubductus, ut ibi, dum dicit, nam aut inſtituo nepotem eo tempore, quo iā mortuus erat filius uel etiam uiuit, & habet locum ſecundum caput Velle. &c. quod non placet. De iſto caſu non expediuit, ꝙ Velle. ſe intromitteret etiam per modum conſilij, quia ſuberat præceptum l. 12. tabu. ut deberet nepotem inſtituere, poſtquam tenet primum locū, ſed quando non tenet, ceſſat dictum præceptum quia non tenetur inſtituere, niſi filium, qui ꝑcedit, ſed poteſt contingere, ꝙ filius ſubducatur de medio. utile fuit ideo conſiliū Velle. ut in dictū caſum nepos ſubſtituatur, & h. d. tex. expreſsè in l. poſthumorum. in fin. infra titu. primo. patet etiam hic in uerſicul. & ita interpretandum.

tandum nam non ſine myſterio ponit, quòd tempore teſtamen
ti habeas filiũ,& nepotem &c. ¶ In text. ibi. (non vult l.rumpere
teſtũ.)ſubaudi,ſi ſunt inſtituti,vel exhẽdati,vt in fi.In text, ibi , (&
ita interpretãdum ),idest intelligendũ,non enim eſt propria inter-
pretatio,cum totũ,quod ſequit,colligat ex verbis, nam aliquan-
do interpretatio ſumit̃ largè pro congrua verbi declaratione , vt
l.prima.§.qui operas.infra ad Ter.¶In tex.ibi,(habeas.) ſub tpe te
ſtamenti,& filium ſubſtituas,nepotem prætereas , & pronepotẽ
ſubſtituas,filius &,nepos te viuo deceſſerint , & conditio exiſtat.
Nam ſi nepos prius moriat̃,ꝙ filius non obſtante præteritione ip
ſius nepotis , pronepos admittet̃ ex ſubſtitutione, vt hic, & infra
verſic.nec ſolum.ſed ſi filius prius moreretur ad hoc , vt prone-
pos admitteretur,nepos deberet eſſe inſtitutus, vel exhæredatus,
7 de teſ.mil.¶†In tex.ibi(abſtinuit.)no.ꝙ ſi pręteritus abſtinet,uel repudiat hæreditatem paternam, vr̃ hoc ipſo teſtm̃ approbare. idẽ ſi expreſsè dicat approbo.Quid autem ſi neutrum iſtorum facit? reſpondeo,aut facit aliquem actum,qui ſtare non poteſt,niſi exiſtente teſtamento ualido,puta,accipit legatum ſibi factum in eodem ſcienter,& ur̃ approbare,vt s.de inoffic.teſta.l.ſi pars.in fi.& renuntiat iuri dicendi nullum,vt no.Barto.in l.poſt legatum.circa prin. j.de his qui.vt ind.Sed ſi non accepit adhuc, ſed petiit ipſum ſibi tradi,idem,niſi a petitione fuerit repulſus,ex eo, ꝙ legatũ fuerit reuocatum per teſtatorẽ,vt l.nihil.§.ſi cum filius. de inoffi.teſ. s.Quid autem ſi nullum iſtorum fecit?Rñdeo,aut fuit in poſſ. bono.& tunc etiam ſi per mille annos taceret,non cẽſeretur approbare.arg.s.quib.ex cau.ma.l.ſi is cuius.cum ibi no. ſed ſi non ſtetit in poſſeſſione,tunc etiam ſi tacuit tanto tpe, ꝙ excluſus eſt a petitione hæreditatis,puta,per annos.30.contra poſſidentem ſine titulo,vel per longum tempus contra habentem titu.& tunc uidetur approbare,quia cenſetur tacitè hæreditatem repudiaſſe.argu. in l.alienationis. j.de verborum ſigni. & paria ſunt repudiaſſe expreſsè,vel tacitè,quidam tamen dixerunt, ꝙ cum ipſe ſit ſuus hæres per legem,non excluditur negligentia, vel curſu temporis, ut no.gl.C.quan.non pet.par.l.vnica ante fi.glo j. Sed gl.in l. licèt. de iure delib.tenet contrarium,& illa verior. Si autem nõ eſt lapſum tantum tempus,ꝙ ſit excluſus a peti.hære.tunc Bar. dicit hic vnũ verbum,in quo per omnes reprobatur, ꝙ ſi tacuit per annum, videtur teſtm̃ approbaſſe,quod patet,quia poteſt peti ſm tab.ut l. ſi impubes.§.fi.infra ad Carbo.ſed certè illud eſt ideo,quia præteritus eſt excluſus a contratab.vt l.2.§.expectandi.de bono.poſſ.ſm tab.non tñ eſt excluſus a iure dicendi nullum, quod eſt remediũ iuris ciuilis,& perpetuum,iuxta ea,quæ hñt.in l.puberem.& l.ſui hæredem.C.de iure delib.illa ergo ſecundum tab. non tribuit ius ſcripto heredi,ſed ſimplicem adminiſtrationem facti, quouſq; filius p̄t dicere nullum,non ãt cenſetur filius approbaſſe tacendo

Dicit ẽt aliud Bar. in quo ſil'r reprobat, ꝙ ſi intentat ꝯta. cenſet ap
probare, ut reprobet per l. 3. §. falſus. rem ra. hab quod eſt ridicu-
lum, quia ſibi eſſet contrarius. De hoc per Bald. in l. poſthumo. C.
8 de contrata. ¶†In tex. ibi, (reſragari uideatur.) quia quod nullum
eſt a principio tractu temporis non firmatur, ut l. quod ab initio.
de reg. iu. ſed certè hic non eſt ſolus tractus temporis, ſed appro-
batio. ¶Item quia quod eſt nullum rõne ſolennitatis, nõ põt per
approbationẽ reconualeſcere, vt no. in l. non dubium. C. de teſt.
ſed illud uerũ, qñ ex defectu ſolennitatis publicæ, cui non põt re-
nuntiari, ut l. nemo põt. de leg. j. ſed ſolẽnitas inſtitutionis, uel exhæ
redationis cenſetur inducta potius ad fauorem priuatum, ſcilicet
filii. ¶In fi. tex. ibi, (tuebitur,) i. defendetur tam circa inſtitutiones,
quàm circa legata, ſic ergo pręteritus poteſt approbare teſtm̃ in
præiudicium inſtitutorum vt teneatur ad legata, ẽt ſi ſint de ue-
nientibus ab inteſtato, nec poſſunt omittere ex teſtamento, & uel
le abinteſtato inuito præterito, quia inciderent in edictum, ſi quis
omiſ. cau. teſt. ſed in præiudicium alterius filij exhæredati, cui eſt
aperta uia ab inteſtato, ut ſ. ti. j. l. fi. nõ poſſet approbare, ut l. ſi poſt
mortem. in fi. j. de contratab. nec etiam in præiudicium fratrum in
ſtitutorum in minoribus portionibus, q̃ eos tangeret ab inteſta-
to unà fortè cum extraneis, quominus poſſint cõmiſſo edicto ꝑ
præteritum uenire ad portiones debitas, ut d. l. fi. & ita debet in
telligi tex. in corpore, ut in Auth. ut cum de appell. cog. §. aliud
quoq; capitulum. ver. ſinautem hæc obſeruata non fuerint. ubi di
citur, ꝙ liberi æqua lance vocantur, & ita tenuerunt antiqui, & be
nè, licèt Bar. hic uideatur tenere ꝯrium, dicens, ꝙ ille tex. debet in
telligi, niſi per præteritum fuerit teſtm̃ approbatum, vt in hac l. ſed
miror, quia nõ poteſt approbare in præiudicium illorum, quibus
9 eſt ius quæſitum, vt dictum eſt. † Sed quæritur, quid ſi eſt inſtitu-
tus extraneus, an poſſit pręteritus approbare, ſi non eſt alius filius,
quàm ipſe? Reperio quendam dixiſſe, ꝙ non, quia iſte tex. loquit̃
ſolum, qñ fuerunt inſtituti aliqui filij, quo caſu viget maior æqui-
tas. Cõtrarium dic ſm̃ Bal. & de hoc eſt gl. ſupra eo. l. poſthumus.
§ idem & circa. dum dicit, ſubaudi maximè. & ibi feci eam notari,
ſed videtur, ꝙ non poſſit probari, quia ultima uoluntas nõ dẽt de
pendere ex alieno arbitrio, ut l. illa inſtitutio. de hæredib. inſt. Sol.
verum eſt ex commiſſione facta per teſtatorem, ut ibi, ſed ex di-
ſpoſitione legali ſic, vt hic ſm̃ Docto. An autem reconualeſcat
de iure ciuili, vel prætorio tantum, dic, vt dixi in l. præcedenti. illud
tñ procedit in approbatione, quæ fit poſt mortem, ſed ſi filius cõ
ſentiret a prin. tpe facti teſti, ꝙ nihil ſibi relinquat̃, ualere teſtamen
tũ ẽt de iure ciu. ſm̃ Bal. per gl. q̃ eſt in l. ſi qñ. C. de inof. teſt. quod
no. quia frequenter cõtingit, ꝙ puellę, qñ maritantur, renunciant
cum iur̃o bonis paternis, quæ renuntiatio ualet hodie, ut in c. 2. de
pac. lib. vj. & ſic conſentiũt, ꝙ nihil eis relinquat̃, vñ ualebit teſtm̃
de iure ciui. licèt p̃tereant̃ ſm̃ eundẽ Bal. eſt & alius caſus, in quo
ualet de iur. ciu. qñ nõ eſſet oĩno præteritus, ſed inſtitutus ſub cõ-
dõne caſuali, uel mixta ẽt iure iſto per gl. quę eſt in l. ſi pr̃. in fi. ma-
gnæ gl. C. de inſt. & ſubſt. ſm̃ eundem Bal. ¶In gl. j. ibi, (cum ex to-
to ſit nullũ.) uidebatur, ꝙ ſaltem inſtituti tenerentur ad legata pro
portionib. q̃ eis remanent, ut eatenus diminuatur onus legatorũ
quatenus diminuitur eis ꝯmodũ, arg. in l. Plautius. de cond. & dẽ.
ſed certè non remanent ex teſtõ quia non põt pro parte ualere,
& pro parte non, qñ ſubeſt defectus formæ, vt ẽt patet. j. eo. l. pe.
& hoc uoluit iſta gl. ¶Sed opp. ꝙ immo inſtitui teneantur ad lega
ta, vt j. de leg. præſtan. l. ſi duo. uer. emancipatus. & uer. proinde.
Sol. intellige hanc gl. qñ inſtituti dñt nullum, ſicut præteritus dixit:
ſi aũt intentant contra tab. beneficio præteriti, tunc quia eligunt
bñficium prętoris non ciuile, tenentur ad legata coniunctis per-
ſonis, vt in uer. emancipatus. Item ſi petunt ſecundum tab. quod
facere poſſunt excluſo præterito à contra tab. per lapſum anni te-
nentur ad legata oĩb. ut in illo ver. proinde. ipſe aũt præteritus, ſi-
ue dicat nullũ, ſiue intentet contra tab. ad nulla legata tenetur, vt
in prin. illius l. & l. is, qui in ptãte. eo. ti. & hoc iure iſto hodie dic, ut
in fi. ¶In gl. ibi, a quib. frater partẽ auocauit. ſed ſi erant inſtituti
extranei, q̃uo auocat partẽ, immo totũ dicunt Doct. intellige gl.
non oĩno de extraneis, ſed de fratrib. emancipatis, qui poſſunt di-
ci extranei. C. de rei uxo. l. extraneũ. Tu melius intellige gl. quan-
do fuerunt extranei unà cum fratrib. nã ſi fratres non hñt vltra
portiones eos tangẽtes ab inteſtato, præteritus debet agere con-
tra extraneos tantum, & ab eis partẽ, quæ ipſum tangit, auocare,
ꝑ text. ſupra de inof. teſt. l. mr̃ decedens. verſi. & iõ. facit infra de
bo. lib. l. ſi ex patronis. in prin. & ſi illi extranei hñt vltra q̃ per il-
lum præteritũ ab inteſtato, illud vltra auocabitur per fratres bene
ficio præteriti ẽt iuito p̃terito, vt ſupra dixi in tex. ¶In gl. ibi (ſupra
eo. l. poſthumus. §. idẽ.) iũcto p̃cedenti ver. (idcircoq; &c.) ſed re-
ſpondet̃, ꝙ ibi loqtur, quando teſtamentũ reconualuit per mor-
tẽ poſthumi contingẽtem in uita teſtatoris. principiũ aũt huius l.
quando adhuc non reconualuit. in gl. ibi, (ſed hodie ſecus) ut in
auth. ex cã. tenet ergo iſta gl. ꝙ illa auth. locũ habeat in p̃teritione
paterna, & facta de filio iam nato, & idẽ in l. uxorem. de ma. teſ.
ſed in corpore, vnde ſumit̃, tenet, ꝙ non habeat locum, niſi in p̃-
teritione materna, quæ hr̃ pro exhæredatione, per tex. in uer. ſin-
aũt hęc. vbi dicit nullũ exhr̃datis filijs &c. Sed iſta cõiter tenetur,
nã ẽt præteritus largo modo poteſt dici exhæredatus, qa extra hę
reditatẽ poſitus, multæ aũt aliæ q̃ones occurrunt circa intellectũ
10 illius auth. quas Bar. hic examinat, & ego tetigi ĩ illa auth. † Sed po-
namus, ꝙ teſtm̃ reconualuit per approbationẽ filij, uel per mortẽ
poſthumi, & ſic potuit peti ſm̃ tab. & nõ fuit petita, utrum legata
debebuntur per illã auth. vr̃, ꝙ non, qa teſtamentũ nunc non de-
ficit rõne præteritionis, ſed irritatur, qa bon. poſſ. non fuit petita.
Bal. hic multum ſingulariter tenet ꝯrium, qm̃ origo nullitatis pro-
uenit ex cã præteritionis: tene menti iſtud dictum ab aliis non ta-
11 ctũ. ¶†Vltimo gl. ſeq. recitat duas opi. an teſtm̃, in quo filius eſt p̃-
teritus, ſit nullũ, antequam filius dicat nullum, prima quòd non,
ſecunda quòd ſic de rigore, non de ęquitate. Tu aduerte, nam aut
quærimus quantũ ad legatarios, & fideicommiſſarios, & tũc ſi fi
lius oĩno tacet, illud teſtm̃ hr̃ pro ualido, vt poſſint legata peti, ac ſi
filius non eſſet præteritus, nec poteſt inſtitutus eos repellere ex ꝑ
ſona præteriti, tex. eſt cum gl. in l. ita tamen. §. quoties. ad Tre. in gl.
quæ incipit, niſi. in fi. Si aũt filius incępiſſet agere, & dicere nullum,
tũc benè poſſet eos repellere, ut in tex. illius §. uel ſoluere præſtita
cautione euicta hæreditate legatæ hæredita. l. niſi. §. ſi lagatarius. ſi
cui pluſquam ꝑ l. Fal. & l. fi. C. de pet. hæredi. quod dic, ut ibi. ¶Sed
ſi quærimus quãtum ad ſubſtãtiam teſtamenti, dic, quòd tam de
rigore, quàm de æquitate eſt nullum, ẽt ante quam filius dicat nul
lum, per l. fi. ſ. ti. j. & quod ibi dixi. lex autem ſecunda C. de poſthu.
hæred. inſt. quam gl. in fi. allegat pro ꝯria, non obſt. quia loquitur,
quando teſtamentum non reconualuit, quia non fuit approbatũ.
Sed ſi poſthumus approbaſſet poſt mortem, multomagis recon-
ualeſceret, q̃ ſi iam natus, qa ualuit à principio, licèt gl. in fi. innuat
12 contrarium, quæ per oẽs reprobatur. † Quid ſi præteritus accepta
uit, & exercuit officium commiſſariæ ſibi relictum in teſtamen-
to, an per hoc uideat̃ ipſum approbare, ſicut quando acceptat le-
gatum? Dic, quòd non, quia hoc facit ad commodum aliorum,
non ſuum, & ita Ioan. An. determinat in addi. Spe. de inſtr. edic. §.
nunc uero aliqua. in addi. quæ incipit, adiuuatur. per l. ſi pars. in fi.
de inoffi. teſ. quæ benè facit, & tene menti.

## LEX XVIII.

1 *Si extraneus inſtitutus adoptetur, noua inſtitutione, uel exhæredatione opus non eſt.*

2 *Si ex forma ſtatutorum ſyndicus cõmunitatis dẽt denuntiare maleficia infra certũ tempus ſub pœna, & aliquis, antequã eſſet creatus ſyndicus, denuntiauit, quòd poſtquã creatus ſit, nõ habeat neceſſe iterũ denuntiare.*

1 SI quis. † Si extraneus inſtitutus adoptetur, noua inſtitu
tione, uel exhæredatione opus nõ eſt h. d. dic, ut
ſupra ti. j. l. filio, quem pater. ĩ fi. Et inducitur per † Bal. ſi ex for-
2 ma ſtatutorum ſyndicus communitatis debet denuntiare
maleficia infra certum tempus ſub pœna, & aliquis, antequam eſ-
ſet creatus ſyndicus, denũtiauit, ſi poſtea fuit creatus, non habet
neceſſe iterum denuntiare, non ſic eſſet hic, ſi fuiſſet exhæredatus,
quia exhæredatio facta de extraneo nõ ualeret, nec confirmaret̃
per arrogationem poſtea factam, ut no. in d. l. filio. in j. glo. ſed inſti
tutio ualuit, nec propter arrogationem fuit irritata.

## LEX XIX.

1 *Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi in hæreditate, ſicut in legatis, nõ tamen de certa re, & fallit etiam in inſtituto in legitima in minori portione, quàm debeatur.*

*Per ſubſtitutionem uulgarem cenſetur prohiberi ius accreſcendi, & limita, ut in num. 1.*

3 *Cauſa inteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati, quando portio non poteſt accreſcere, ſed quando poteſt accreſcere ſecus.*

*Teſtamentum non poteſt rumpi pro parte ex cauſa pręteritionis.*

*Caſus, in quo hæredes non poſſunt adire ſeorſum, ſed ſimul.*

4 *Subſtitutio uulgaris locum habet in perſona primi morientis, uel repudiãtis, licèt alter adhuc uiuat, & non repudiauerit, quando cuilibet ex inſtitutis ſit datus ſubſtitutus uulgaris de per ſe.*

*Ius accreſcendi non facit gradum de per ſe, licèt ille, qui uenit ex iure accreſcendi, uideatur uenire ex tacita ſubſtitutione.*

1 SI ego. † Si portio hæreditatis deficiens non poteſt
accreſcere cohæredi, nec ad ſubſtitutum
uulgarem peruenire, rumpitur etiam inſtitutio cohæ-
redis, & deuoluitur hæreditas tota ad cauſam inteſtati, ne con-
tingat quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatũ,
& ideo tunc non poteſt alter ſine altero adire, qa ſperatur rumpi
per repudiationẽ, uel mortem alterius eorum, ſecus ſi ad cohæ-
redẽ peruenire poteſt per ius accreſcendi, licèt ſubſtitutio de eo-
dẽ facta ſit nulla h. d. & eſt ualde ſubtilis lex, & de caſu huius l. etiã
tangitur in l. ſi poſthumus a primo, uer. nam & cum duob. ſupra

ti.j.& credo,ꝙ alibi de hoc non habetur.Diuide in quatuor part.
qa primo ponitur vnũ dictũ, vſq; ibi,(iam enim.) Secundo ponit̃
rõ.licèt obſcurè uſque ibi, (ſed ſi ego.)unde indiget magna decla-
ratione. Tertio ponit̃ limitatio dicti,vſque ibi,(in prima tñ.)Quar-
to ex rõne ſ.poſita infert ad aliud, & determinat. In textu ibi,(Ti-
tio defuncto.)ſupple, vel repudiante, uel aliter effecto inhabili ad
adeundum, quia utrobique eſt eadem rõ.¶In tex.ibi(adire.)pote
ro ẽt pro parte mea,quia rupta eſt, ẽt pro illa parte inſtõ pp mor-
tẽ,vel repudiationẽ Titij, licèt ante mortẽ, vel ante repudiationẽ
non eſſèt rupta,vt patet in fin.tñ alter ſine altero non poterat adi-
re, qa ſperabatur poſſe rumpi altero repudiante, vel mortuo.¶In
tex.ibi,(ruptũ eſſe teſtũ.) ſupple in totum ẽt pro parte mea Sed q̃
eſt rõ huius, cum à gradu inſtõnis fuerit poſthumus exhæreda-
tus?Glo.hic,quæ incipit eſt enim.dicit,ꝙ rõ eſt,qa exhr̃datio non
valuit,tanq̃ facta à pſonis inſtitutorũ,vt patet in prin. dũ dicit,à no
bis,cum debeat fieri à gradu. Iſta rõ non eſt bona, qa ſ'm hoc ſe-
queretur,ꝙ ẽt ſi Titius non eſſet mortuus, nec repudiaſſet,ſed vel
let adire, & ego vnà, ſecum non poſſum adire, quia ille eſſet nul-
lus, cuius ꝯrium patet in fi. vnde iſta exhæredatio fuit facta à toto
gradu inſtõnis vt in gl.j.licèt nominauerit pſonas,poſtquã nomi-
nauerit oẽs, vt l.ſi à primo. & qđ ibi dixi ſ.ti.j. Dic ergo, ꝙ rõ ẽ,ne
offendatur regula, quæ eſt, ꝙ quis nõ põt decedere pro parte te-
a ſtatus, [a] & pro parte inteſtatus, ut l.ius noſtrum.de regu.iur.nam
portio Titij defecta non põt mihi accreſcere per rõnẽ, quam ſta-
tim dicam,nec poteſt peruenire ad ſubſtitutũ ipſius Titij,quia gra
dus ſubſtitutionis fuit ruptus per natiuitatem poſthumi præteriti,
vñ oportet, ꝙ deuoluat̃ ad cãm inteſtati. ſi ergo non rũperet te-
ſtm̃ pro parte mea,& ſic poſſet adire ex teſtõ,ſequeret̃,ꝙ decede-
ret pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.Sed ꝯ qa hoc non eſt
inconueniens,ꝙ ex poſtfacto rumpatur pro parte, & offendatur
dicta regula,vt ſ. de inof.teſt.l.circa. Sol. uerum eſt,qñ rũpitur per
querelã,qa iſta ruptura non trahit̃ retro:qa non cõtingit pp defe-
ctũ ſolẽnitatis,ſed pietatis.ſed hic rũpitur rõne p̃teritionis,vñ trahi
tur retro,qa ꝯtingit p defectũ ſolẽnitatis. vñ ſicut à principio non
potuit pro parte valere,& pro parte non ualere ,qñ eſt qd indiui-
duũ, vt l.ſi is qui. ſ. de teſt.ita nec ex poſtfacto põt rũpi pro parte.
& hoc vult iſta l.quam no. & hoc ẽt uoluit ea.gl.quæ incipit,eſt.n.
in uer.itẽ no. ¶Sed q̃ eſt rõ, ꝙ illa portio nõ põt mihi accreſcere.
nã vr̃ ꝯriũ p l.j.§.is ita.C.de cadu.tol.poſtq̃ gradus inſtõnis erat va
lidus.gl.quæ incip.quia portio.dicit, ꝙ iſtud eſt iõ,qa Titius in ſua
portione habuit ſubſtitutũ vulgarẽ,q p̃fert̃ coniuncto,vt j.de bo.
poſ.ſcđm tab.l.2.§.ſi duo.& in authẽ.hoc amplius.C.de fideic.li-
cèt gl.iſtas.ll.nõ alleget. Certè iſta rõ nõ vr̃ aliquid valere,qa pro-
cederet, ſi ſuſtitutio eſſet ualida,& ſubſtitutus vellet illã portionẽ
habere,ſed hic erat.inualida, & nõ poterat eã hẽre,& iõ vr̃ haberi
proinde,ac ſi illa ſubſtõ non eſſet facta, vt in illo §.ſi duo.ubi colli-
gitur,& in l.qdã teſtõ. j.de vul.& pup.dicit Bar.ꝙ iſtud eſſet verũ,
qñ illa ſubſtõ eſſet nulla à principio, vel ẽt ex poſtfacto, annullare-
tur alia rõne,quàm pp præteritionẽ poſthumi, ſed qñ pp p̃teritio
nẽ,ſecus eſt,vt hic, quia p eã,licèt inutilẽ factã cenſet̃ prohibitũ ius
accreſcendi, & iõ non põt accreſcere contra voluntatẽ defuncti,
iuxta no. in l.ſi dñs.in fi.ſ. de vſufr. & infra de hær.in l.quoties.§.ſi
duo. Bal. non placet hæc rõ, qa dicit, ꝙ in hæreditate non poteſt
prohiberi ius accreſcendi per l. ſi ſeruus cõis ab extero. de acqui.
hær.ſed illa l.hoc non probat, & contrarium probatur in illo §.ſi
duo.ſcđm intell'm Bar.dicit ergo Bal.ꝙ rõ eſt poſthmi,qa iõ rum
pit,ut ſibi locũ faciat.Certè Bar. illud idẽ dicit,vñ iſta opi.recidit in
idem cum dicto Bar.& declarat, quia poſthumus rumpendo in-
greditur locũ illius, cuius gradũ rũpit, & hoc eſt dicere,ꝙ ſibi lo-
cũ facit,vt ſ.eo.l.nã & ſi ſub condõne.§.rumpendo.ſicut ergo ille
ſubſtitutus excluderet me,ſi ſubſtõ non eſſet rupta, ita & poſthu
mus,qui illam rũpendo ingreditur locũ eius, non ſic eſſet in iam
nato præterito à gradu ſubſtitutorum, quia ſubſtõ ab ipſo princi-
pio eſſet nulla,& haberetur pro non facta, & ex ea non reſultaret
tacita prohibitio iuris accreſcẽdi, ſed qñ eſt p̃teritus poſthumus,
valet a princ.& ex ea reſultat tacita prohibitio, quæ non tollitur
licèt poſtea rumpatur,cũ poſthumus locũ illius ingrediatur. hæc,
eſt conſideratio huius ſubtilis l.pen. ¶Sed opp.ego inſtitutus uin-
co poſthumũ,quoniam a me fuit exhæredatus, ergo debeo vin-
cere ſubſtitutũ,quem ipſe poſthumus uincit, quia ab eo fuit præ-
teritus,ut infra de diuer.p̃ſcr.l.de acceſſionib. & ſic pp ſubſtitutio
nẽ illã non deb eo impediri a iure accreſcendi.Sol.illa eadẽ gl.dicit
in fi.ꝙ hic fallit illa regula,ſi uinco uincentẽ te, qa non ppea uin-
co te.de hoc dic, vt no.in d.l.de acceſſionib. & ex eis remanent
gl.quaſi oẽs expeditæ. ¶In text. ibi, (me poſſe adire, puto,) ſed
quare magis hoc caſu, q̃ in præcedenti, qñ alius fuit inſtitutus. gl.
ſup uer.puto,dicit,ꝙ iõ, qa nõ repit̃ pſona,à qua iſte poſthumus
nõ fuerit exhr̃datus,quæ rõ nõ eſt bona ſcđm Dy.& Bar.qa licèt
fuerit exhr̃datus a me,nõ tñ tanq̃ a ſubſtituto,ſed tanq̃ ab inſtitu-
to.nam ego repreſento duplicẽ perſonam inſtituti,& ſubſtituti, &
duo fuerũt gradus,& p natiuitatẽ poſthumi ſine dubio ẽt hoc ca
ſu rũpit̃ ſcđs gradus,a quo fuit p̃teritus, dic ergo, ꝙ rõ eſt,qa te-
ſtator me ſubſtituendo uulgariter non cenſetur uoluiſſe ius accre
ſcendi mihi competens tollere, ſed potius fortificare,quia uoluit
me poſſe hr̃e non ſolũ iure accreſcendi, ſed ẽt iure ſubſtitutionis,
ut l.ſi qs hr̃s inſtitutus.infra de acq.hær.& no.i l.ſi teſtõ. C.de imp.
& alijs ſubſtõ. nõ ergo poſthumus rũpendo ingredit̃ locũ ſubſti-
tuti hoc caſu,licèt ſecus ſit in p̃cedenti, uel dic ſcđm Bal.ꝙ iſto ca-
ſu poſſum eligere, an uelim iure accreſcendi,uel ex ſubſtitutione,
ut in illis.ll. Vñ poſito, ꝙ ſit rupta, poſſum dicere me nolle ex illa,
& ſic potius vr̃ effici nulla pp repudiationẽ meã, q̃ pp rupturam
poſthumi. vñ non ingreditur locum ſubſtituti,recollige ergo quã
2 plura ex iſta l. ¶†Primo ꝙ teſtõr põt prohibere ius accreſcendi in
hr̃ditate,ſicut in legatis,& hoc tenet Bart.hoc eſt uerum de quota
portione,ſed non de certa re,ut l.ſi ita quis hr̃s inſtitutus fuerit ex-
cepto fundo. infra de hær. inſt.fallit in inſtituto in ltĩma in mino-
ri portione,q̃ debeat̃, qa non põt prohiberi ius accreſcendi, vt in
Authen.ut cũ de appe.cog.§. cæterũ. vñ ſi inſtituo filium in certa
re,q̃ ualet minus,q̃ ltima, & prohibeo ipſum plus petere,non ua-
3 let prohibitio.¶†Scđo no.ꝙ p ſubſtiõnẽ uulgarẽ cenſet̃ prohibe-
ri ius accreſcẽdi,& ad hoc allegat̃ iſta l.qđ intellige,& limita,ut ſu
pra dixi.¶Tertio ꝙ qñ portio non põt accreſcere, cã inteſtati tra
hit ad ſe cãm teſtati,ſed qñ põt accreſcere ſecus,ut l.j.§.ſi ex fundo.
de hær.inſt.¶ Quarto ꝙ teſtm̃ nõ poteſt rumpi pro parte ex cã p̃-
teritionis.¶Quinto no.caſum in quo hæredes non poſſunt adire
ſeparatim alter ſine altero, immo oportet, ꝙ ſimul adeant,quan-
do pp non aditionẽ unius totum teſtm̃ rumperet̃, facit infra de
4 hær.inſt.l.ſuus quoq;. ibi cũ & ſi patrem inteſtatũ &c. ¶†Sexto ꝙ
uulgaris ſubſtõ locũ habet in pſona primi morientis, uel repudiã-
tis,licèt alter adhuc uiuat,& nõ repudiauerat.Sed ꝯ de l. pen. C.de
impu.& alijs ſubſtit.Sol.ibi fuit facta ſubſtitutio cum expreſſione
nominis collectiui, hic non, & hoc uoluit hic gl.2.ſed ſol.non eſt
bona ad hanc legẽ.procederet enim in pupillari, uel fideicommiſ-
ſaria,ſed in uulgari etiam ſine expreſſione dicti nominis non ha-
bet locum,niſi deficient oẽs portiones,ut l.quamuis.co.ti.ſ'm vnũ
intellectũ,quem oẽs tenent.dic ergo, quòd hoc debet intelligi,qñ
cuilibet ex inſtitutis fuit datus ſubſtitutus uulgaris per ſe.& hoc ex
p̃ſſe dr̃ in l.ſi poſthumus.a primo ver.nam & cũ duob.ibi dum di-
xit in ſingulorum locum facta ſubſtitutione. ſupra ti. j. ubi decla-
5 rat, qđ hic dr̃, & iſta ẽt declarat illum vcſ.¶†Vlt.dicit Bal. ſecundũ
Cy.notabiliter,quòd ius accreſcendi non facit gradum de per ſe,
licèt ille,qui uenit ex iure accreſcendi,vr̃ uenire ex tacita ſubſtitu-
tione,ut l.ſi Titio,& Meuio.§.Iul.de leg.2.iſtud dictum colligitur
ex uerũ.ſed ſi ego.ubi poſſum uenire per ius accreſcendi,licèt nõ
ex ſtip[ulati]one,& tamen ab illo iure non fuit poſthumus exhæreda-
tus,nec rumpitur per eius natiuitatẽ,licèt fuerit rupta ſubſtõ.

ADDITIO.

a Quis non põt decedere pro parte teſtatus. Adde ad hoc l.ius noſtrum.ff.
de re.iur.Bar.in l.j.in 5.q.C.de ſacroſ.eccl.

---

LEX XX.

## L.Lucius. Non ſumatur,& nihil eſt.

---

LEX PRIMA.

1 *Deleta conſulto an debeantur,& quid ſi in conſulto.*
2 *Non dicitur poſſe legi illud,quod non poteſt percipi oculis corporeis,licèt*
*poſſit intelligi,& percipi oculis mentis.*
3 *Viſus qualiter poſſit intelligi tribus.*
4 *Si aliquæ cancellationes,uel ſubſcriptiones contineantur in inſtrumento,*
*ad hoc,ut inſtrumentum non reddatur ſuſpectum de falſo,quòd notarij*
*dicant in fine illa per ſeipſos factas.*
5 *Teſtator ſi dicat generaliter ſe feciſſe cancellationes,& ſint aliquę factæ cõ*
*ſulto, & aliquæ inconſulto, per iſta uerba non authenticantur illæ,quæ*
*fuerunt factæ inconſulto.ſi poteſt probari,quæ ſint illæ.*

De his,quæ in teſtamento delentur,& in-
ducuntur. Rubri.

1 QVæ in teſtamento. †Conſulto dele-
ta non debentur
indiſtinctè, ſiue deleta ſint ante perfectum teſtm̃, &
tunc ipſo iure, ſiue poſt, & tunc ope exceptionis,&
ſiue legi pñt.ſiue non:deleta uero inconſulto, ſi non poſſunt legi,
& ſint deleta ante completum teſtm̃,ſilr ipſo iure non debentur,
ſecus ſi poſſunt legi, uel etiam non pñt, & ſint deleta poſt perfe-
ctum teſtm̃, quia tunc debentur efficaciter, niſi ſint deleta per il-
lum,cui relicta ſunt, tunc enim etiam ſi ſit hæreditas, uel portio
hæreditatis, non debetur ope exceptionis h. d. in effectu tota
l.& quia eſt ualde infraſcata, diuide eam. in ij. par. ſecundum Bal.
Nam

Nam primo loquiť,quando deletio facta fuit ante completum
teſtũ,& ſic erat in fieri, vſque ibi, (ſed conſultò.) Scđo quando
poſt perfectum teſtũ.Item prima ſubdiuiditur,quia primo loq-
tur,qñ poterat legi non ob. deletione vſq ibi, (ſed ſi legi.) Secun-
do quando legi non poterat.Item prima ſubdiuiditur in tres,quia
primo ponitur vnum dictum trimembre,vſque ibi,(legi autem.)
Secundo exponit duo verba.ſ.verbum legi, & verbum inducta.
vſq; ibi,(ideo.)Tertio determinat vnum dubium circa prædicta.
Recollige ergo ex iſta prima parte quatuor caſus,qñ ante com-
pletum teſtamentum,nam aut illud deletum non poterat legi,&
indiſtinctè non debetur,licèt incõſultè facta ſit deletio, vt in ver.
ſed ſi legi.rationem ponit ibi,glo.quæ incip.i. contingit,quia teſta
tor,cum teſtũ eſſet in fieri, poſtquam videbat legi non poſſe,ſi
volebat valere, debebat reficere, poſtquam ergo non fecit, licèt
inconſultè deleuerit videtur velle,ꝙ deletio valeat,& ſic videtur
mutaſſe voluntatem.Aut poterat legi,& tunc tres ſunt caſus, ꝗ
ponuntur in principio l.nam aut inconſulte eſt deletio, & per in-
aduertentiam,vel a teſtatore,vel ab alio,& tunc non nocet, aut ꝯ
ſulto,& ex propoſito,& tunc aut a teſtatore, ſupple, vel ab alio
de ipſius voluntate,& tunc nocet,& illa non debetur, ſubaudi ip
ſo iure,vt hic in gl.2.& no.ſupra de teſt.l.ad teſtium.§. ſi ſigna.aut
ab alio præter voluntatem defuncti,& tunc non nocet deletio,
ſicut qñ inconſultè.Hoc intellige verum,niſi facta ſit ab illo, cui
erat relictum,vt in ſecunda parte huius l.circa fi.ſm intell. gloſſ.
2 ¶†Et no.verſicul.legi.qui ſemper allegatur, quòd nõ dicitur poſ-
ſe legi illud,quod non põt percipi oculis corporis,licèt poſſet in-
telligi,& percipi oculis mentis.Vnde allegatur,quod in caſibus,in
a quibus requiritur ſcriptura,[a] vt in ſententijs, & in appellatione, il-
lud,quod non põt percipi oculis corporis,licèt poſſit intelligi,hr̃
perinde ac ſi de illo ſcriptura non eſſet confecta,& ſic non valet,
3 & dicit Bal.ꝙ viſus poteſt intelligi tribus modis.primo ſtrictè pro
ſenſu corporis,qui ꝑcipitur oculis corporis,vt hic.Item pro quo-
libet ſenſu corporeo,vnde etiam in illis,quæ percipiuntur auditu,
bona eſt teſtificatio teſtis,ſi interrogatus qualiter ſit, dicat,quia vi
dit:nam intelligitur audiuit,vt no.per Doctor. in l. teſtium. C. de
teſtibus.& facit quod no.in l.2.§.pen.vel antepe.de aqua plu. arc.
in q.illa qñ inter teſtes,& teſtatorem erat cortina,ita ꝙ non vide
bant,ſed audiebant.Sunt autem quinque ſenſus corporis, vt no.
glo.in l.quod meo.§.pen.infra de acqui. poſ. Tertio modo ſumiť
viſus non pro ſenſu corporeo, ſed pro iudicio intellectus, & ſic
pro eo,quod videtur oculis mentis,vt hic in ver. (cæterum.) &
infra de leg.ij.l.ſi Titio,& mihi,ibi dum dicit placere videor.& per
talem viſum non põt teſtis reddere bonam rationem, quia, dẽt
reddere per ſenſum corporeum,vt ſupra de teſt.l.qui teſtamẽto.
4 §.fin.¶†Vlt.no.in ver.& ideo.pro eo,quod quotidie faciunt nota
rij,quia ſi aliquę cancellationes,vel ſupra ſcriptiones continentur
in inſtr̃o ad hoc,vt inſtrumentum non reddať ſuſpectum de fal-
5 ſo,dicunt in fi.illas pro ſe factas,& ad hoc allegať iſte tex.¶†Nor.
ꝙ ſi teſtõr generaliter dicat ſe feciſſe,& ſint aliquæ, q̃ fuerunt fa-
ctæ ꝯſulto,& aliquæ inconſulto,ꝑ iſta verba non authenticanť il-
læ,q̃ fuerunt factæ inconſulto, ſi põt probari, q̃ ſint illę,aliàs oẽs
authenticantur,& habenť pro conſulto factis,niſi teſtator dicat ꝯ
rium,ſcilicet ſe feciſſe inconſultè,vt in verſic.proinde.

ADDITIO.

a Scriptura.Adde caſus,in quib.de neceſſitate requiritur ſcriptura, uide
gl.in c.1.de cẽſi.lib.6.Bal.in l.geſta.C.de re iudi. Abb. in c. ex enore.in 1.
no.de conceſ.præb.Io.de Imo.in c.cum iure.de offi.deleg.

---

1 *Deletio quando noceat,uel non.*
2 *In caſibus,in quibus requiritur ſcriptura,ſi conſtat,ꝙ ſemel fuit cõfecta,*
*& poſtea perdita eſt,poteſt fieri probatio per teſtes.*
*Acta,quòd ſint perdita,poteſt fieri probatio per teſtes.*
3 *Ademptio,q̃ fit poſt completum teſtamẽtum,non fit ipſo iure,ſed ope ex-*
*ceptionis,etiam quantum ad legata.*
*Si ſcriptura teſtamenti eſt perdita,licèt poſſit probari,quid in ea contine-*
*batur,non poteſt peti bonorum poſſeſſio de iure prætorio.*
4 *Statutum,ꝙ inſtrumenta mitantur excutioni, & ſi perditũ ſit inſtrumẽ*
*tum,non habebit locum in via executiua, & ordinaria.*
*Hæreditas ſemel data quando,& qualiter poſſit adimi,& quid in legatis.*
5 *Hæres,cui adimitur hæreditas per cancellationem,poterit adire,& effici*
*hæres,& poſtea auferetur ſibi hȩreditas,& applicabitur fiſco, ſi tanq̃*
*indignus fuit reputatus.*
6 *An in dubio præſumatur deletio facta conſultè,vel inconſultè.*

**§.Sed conſultò.** Iſtam ſecũdam partem diuide,qa
primo ponuntur duo dicta,vſque
ibi.(quin.)Secundo probat ſm dictum,vſque ibi, (& ſi quidem.)
Tertio limitat primum, & etiam limitationem limitat, vſque ibi
(iure facta.)Quarto reſpondet cuidam obiectioni, quæ poſſet fie
1 ri contra id,quod proxime dixerat.†Recollige ex iſta 2. parte,qñ
deletio facta eſt poſt perfectum teſtamentum,tunc non eſt cu-
randum,an poſſit legi,vel non illud,quod prius erat ſcriptum,ſed
ſolum eſt diſtinguendum,an conſultè fuerit facta, & non debeť,
etiam ſi poſſit legi,vt in prin.iſtius §.& in fi.iſtius l.aut inconſulte,
& tunc indiſtinctè debetur,& non nocet deletio, etiam ſi non
poſſit legi,ſub.dum tamen poſſit probari,quòd ibi erat ſcriptum,
aliàs.n.non deficeret ius,ſed probatio,hoc autem,quòd non no-
ceat,probat.quia ſi tota ſcriptura teſtamenti eſſet perdita,ſi poſ-
ſet probari,quòd ibi erat,deberetur fortius ſi particula eſt deleta.
2 ¶†Not.iſtam relationem,per quam patet,ꝙ in caſibus, in quibus
requiritur ſcriptura,ſi conſtat,ꝙ ſemel fuit confecta,& poſtea ꝑ-
dita eſt,poteſt fieri ꝓbatio per teſtes,vide quod no. in l.exceptio-
nibus.ſupra de prob.& C.eo.ti.l.emancipatione.per Cy. & ſi eſ-
ſent perdita acta,poſſet fieri probatio per teſtes, primum autem
dictum,ꝙ non debeat procedi contra ipſum teſtatorem, ſupple,
uel alium de voluntate ſua,ſi autem ſine voluntate,tunc non no-
cet deletio,nec facit ea non deberi,& hoc in uerſi.(& ſi quidem.)
vſque ibi,& hæreditatis.niſi fuerit ille, cui factum erat relictum,
quia tunc etiam ſi hæreditas,vel portio eius,& inſtitutus, vel ſub
ſtitutus deleuerit,cenſentur adempta in odium eius, & iſtud tene
menti,quia eſt ſingulare dictum,nam etiam præter voluntatem
defuncti perdit commodum propter ſuam culpam.Et ſi dicatur
hęreditas ſemel data nuda voluntate non poteſt adimi. l. milites
codicillis.§.veteranus.de teſt.mili.Reſpondeo verum eſſe,ꝙ non
poteſt adimi faciliter.i.per ſolum actum verbi; ſed ſi peruenitur
ad actum facti,tunc benè adimitur,& fingitur non data potius,q̃
adempta,& hoc eſt,quod ſequitur in ver.iure facta.Vel dic,ꝙ iſta
ademptio non fit per teſtatorem,qui nihil facit,ſed fit a iure pro-
pter culpam hęredis,uel ſubſtituti cancellantis, ſecundum alium
3 intellectum glo.†No.ꝙ ademptio,quæ fit poſt completum teſta
mentum,non fit ipſo iure,ſed ope exceptionis, etiam quantum
ad legata,ut in prin.huius §.quod facit pro his,quæ dixi in l. hære-
des palam.§.ſi quis poſt.ſupra de teſ.ſecus in illa,quæ fit ante com
pletum teſtamentum,vt in prin.huius l.in glo.2.¶Hic ſunt duę gl.
vna ſuper ver.extet.quę dicit,ꝙ ſi ſcriptura teſtamenti, eſt perdita
licèt poſſit probari, ꝙ in ea continebatur, non poterit peti bon.
poſſ.de iure prætorio,quia illa requirit tabulas extare cum petiť,
& ꝙ producantur,licèt poſſit adiri de iure ciuili,ut in ll.allegatis in
4 gl.†Et hoc inducitur ad quæſtionem ſtatuti dicentis, ꝙ inſtrumẽ
ta mittantur executioni,ꝙ ſi perditum ſit inſtrumentum, non ha
bebit locum via executiua,ſed eſt neceſſe agere ordinariè,& pro
bare per teſtes.¶Alia glo.quæ incipit.efficaciter, eſt infraſcata, ſed
pro intellectu ipſius opp.contra regulam, ꝙ immo hæreditas ſe-
mel data poteſt adimi,vt Inſti.quibus modis teſ. infir. §. poſterio-
re.Sol.regula procedit ſecundum gloſſ.quando fuit data efficaci
ter,quod eſt poſt aditam hęreditatem,hic autem non erat adita.
Iſtud placet,quia in dicto caſu non loquitur regula, cum teſtator
non viuat,& ſic eſt clarum,ꝙ propter aliud non põt adimi, habet
ergo locum uiuente teſtatore,& debet intelligi,ꝙ non poteſt adi-
mi ſolo uerbo,& nuda voluntate,ſed requiritur, ꝙ fiat aliud te-
ſtamentum,ut in contrario,vel ꝙ perueniatur ad actum facti, q
eſt potentior,q̃ actus verbi,ut hic,& l.noſtra.C.de teſta. ¶Sed ad
huc op.quia ſicut hæreditas adimitur ope exceptionis, ſi proce-
diť ad actũ facti,ita,& legata,ut in princ.huius §.ergo non erit dr̃ia
inter hæreditatem,& legata,quare ergo r̃a loquiť.in hr̃ditate,pl⁹,
q̃ in legatis?& dicit gl.ꝙ in hr̃ditate oportet uti fictione, & dicere
ꝙ fingiť non data,aliàs deductio nõ poſſet dici adempta, niſi me-
diante iſta fictione,ſed in legatis non oporteret uti iſta fictione,
quia legata poſſunt adimi nuda uoluntate,etiam procedendo ad
actum uerbi iuxta ea,quæ no.in d.§.ſi qui poſt. iſtud uult glo. in
5 effectu.Dicit etiam glo.†ꝙ hæres.cui adimitur hæreditas per cã-
cellationem,poterit adire,& effici hæres,poſtea tamen auferetur
ſibi hæreditas,& applicabitur fiſco,ſi tanquam indignus fuerit re
6 putatus. ¶†Vlti.quæro,an in dubio præſumatur deletio facta cõ
ſultè,uel inconſultè?dicit Bar.infra eodem ti.l.proxi.in fin. ꝙ con
ſulte,arg.illius tex.per locum a ſpeciali, quia ſpeciale eſt in liberta
tibus,ut uideatur facta inconſultè,ergo in contrarium eſt ius cõ-
mune,ut l.j.in fi.ad municip.hoc uerum,quando conſtat, ꝙ fuit
facta a teſtatore,quod præſumitur, ſi ſcriptura teſtamenti erat a-
pud eum,aliàs ſecur,ar.C.de lati.lib.tol.l.j.§.ſed ne. & uide quod
no.Bal.circa illum uerſi.legi autem.C.de bon.quæ lib.l.cum non
ſolum.circa princ.

---

LEX II.

1 *Si nomen vnius ex hæredibus duntaxat cancelletur, alijs non nocet. Idem*
*ſi propter odium vnius totum teſtamentum cancelletur.niſi conſtat te-*
*ſtatorem propter illum uoluiſſe reuocare teſtamentum quo ad omnes,*
*quod in dubio non præſumitur.*
*Cancellatio reſtringitur ad cæuſam cancellationis.*
2 *Si una ſentẽtia ſint plures condemnati,& unus ſoluit pro parte ſua,licèt*

*tota ſententia ſit inciſa, uel cancellata, & poteſt hoc probari, non prode rit, niſi ſoluenti.*

1 CAncellauerat. †Si nomen vnius ex hære dib. duntaxat cancelletur,
alijs non nocet. Idem ſi propter odium vnius totum
teſtamentum cancelletur, niſi conſtat teſtatorem ꝓ-
pter illum voluiſſe reuocare teſtamentum quo ad omnes, quod
2 in dubio non præſumitur. h.d. † Et ſemper allegatur, ꝙ cancella-
a tio reſtringitur [a] ad cauſam cancellationis, ideo ſi in vna ſnīa ſint
plures condemnati, & vnus ſoluit pro parte ſua, licèt tota ſenten-
tia ſit inciſa, vel cancellata, ſi poteſt hoc probari, nō proderit hęc
inciſio, niſi ſoluenti, & ad illum tantum reſtringitur per hanc l. Pri
mo format quæſtionem vſque ibi. (dicebam.) Secundo præmit-
tit caſum non dubium, quando cancellaſſet nomen vnius tantū,
quia tunc non nocet alijs. hoc eſt verum in portionibus illorum,
ſed quid de portione illius, an applicetur fiſco, vel deueniet ad ſub
ſtitutum, vel cohæredes? tex. innuit pro hac vltima parte in verſi.
ſed ſi inſtituti. quod eſt verum, niſi reputaſſet illum indignum, vt
infra l. proxi. & hoc vſque ibi, (ſed ſi omnia.) Ibi determinat quæ-
ſtionem propoſitam cum diſtinctione trimembri, quando cācel-
lauit nomina omnium, ſeu totum teſtm̄, & dicit ſe feciſſe odio v-
nius, an illi ſoli noceat, an ēt alijs? & diſtinguit, an ꝯſtat de volunta
te, ꝙ illi ſoli voluit nocere, an ꝙ omnibus, & tunc ſtamus certo,
an eſt dubium, & tunc præſumitur illi ſoli voluiſſe nocere, ſed a
quo debebūtur legata ab illo nominatim relicta? dic, ꝙ ab illo, ad
quem ſua portio deueniet, vt infra l. proxi.

A D D I T I O.

a Cancellatio reſtringitur. Adde l. acta. ff. de re iud.

---

L E X III.

1 *Si nomen hæredis duntaxat cancelletur, legata debentur ab eo, ad quem ꝑuenit hæreditas per ademptionem, etiam ſi ſit fiſcus.*
2 *Sententia principis facit ius, & lata inter te, & me poteſt allegari pro lege, in ſimili caſu inter omnes.*
3 *Inſtitutio hæredis eſt caput teſtamenti, nec poteſt dici teſtamentum, ubi non eſt inſtitutio hæredis, & an tunc ſumatur pro codicillis.*
4 *Princeps poteſt eſſe iudex in cauſa proria, communiter tamen ſolet habere ſpeciales iudices.*
5 *Iudex nod debet habere conſilium cum aduocatis partium, nec eſt eis committenda cauſa conſulenda ex forma ſtatuti.*

1 PRoximè. †Si nomē hæredis duntaxat cancel- letur, legata debenī ab eo, ad quem
peruenit hæreditas per ademptionem, etiam ſi ſit fi-
ſcus. h.d. tota l. in effectu. Et primo format quæſtionē
vſque ibi, (plerique.) Secundo alleg. pro legatarijs vſque ibi, (quid
ergo.) Tertio alleg. contra eos, vſque ibi (ſed in re dubia.) Quartò
determinat quæſtionem pro prima parte referendo ſententiam.
Imperatoris Antonini, qui ſic determinauit in cauſa de facto con
tingente, & recitauit qualiter negotium proceſſit, & allegationes
omnes, quæ fiebant coram eo hincinde per aduocatos partium,
2 & eſt pulchra lex, & facilis. ¶ † No. primo in verſi. (ſed in dubio.)
a ibi (ſententia Imperatoris, &c.) ꝙ ſententia principis [a] facit ius & ſi
lata eſt inter te, & me poteſt allegari pro l. in ſimili caſu inter om-
3 nes. ¶ † Item no. in verſi. (Calfurnius.) illud, ad quod ſemper allega
tur, ꝙ inſtitutio hęredis eſt caput teſtī, nec poteſt dici teſtm̄, vbi
non eſt inſtitutio hęredis: adde quod no. gl. ȷ. de adim. leg. l. ex par
te. & facit l. nō codicillum. C. de teſt. licèt ergo notarius dicat, hoc
eſt teſtamentum talis, ſi ibi non continetur inſtitutio hæredis, ſu-
mitur teſtamētum pro codicillis, qui etiam largo modo poſſunt
dici teſtm̄, ita no. Bal. in l. j. š. de teſt. ēt ſi coram 7. teſtibus diſpoſuit,
& iſtis dieb. fui de hoc interrogatus, quia quidam voluerunt dice
re contrarium ex eo, ꝙ adhibuiī 7. teſtes, & propterea dicebant
legata non valere per l. non codicillum. C. de teſ. ego dixi ꝯ̄rium,
nam ibi loquitur, qn̄ inſtituit hęredem, licèt non coram 7. teſtib.
tunc. n. bn̄ apparet, ꝙ voluit facere teſtm̄, ideo ſi non valet iure te-
4 ſtamenti, non valet iure codicillorum, ſi non fuit dictum. ¶ † Item
b no. in verſi. Antoninus, ꝙ princeps pōt eſſe iudex [b] in cauſa pro-
pria, & ad hoc allegatur ēt l. & hæc Tyberius. ȷ. ti. proxi. communi
ter tm̄ ſolet habere ſpāles iudices, nō aūt ipſe cognoſcere ſolet ad
tollendū ſuſpicionē, & ita erat hic, vt patet š. dum dixit, habetis iu
dices veſtros ſ. ꝓcuratorē Cæſaris, q eſt iudex inter fiſcū, & priua
tū, vt l. j. C. de iuriſ. om. iud. ad quē Imperator hic volebat cām re-
mittere, ſed ꝑ ꝑ importunitatē petentiū. ſ. legatariorū ipſemet ter-
minauit qōnem pro eis, & ꝯ̄ fiſcū ſuū inſpecta potius ęqtate, q̄ ꝯ-
5 modo ſuo, ne fiſci ſui videreī hr̄e rōnem, vt l. 1. C. de ſec. nu. ¶ † Itē
no. ꝙ iudex nō debet habere ꝯſilium cum aduocatis partiū, & di
cit Barto. ꝙ nec eis ꝯmittenda eſt cā ꝯſulenda ex forma ſtatuti, vt
colligiī hic dum dicit remotis oībus &c. ¶ In glo. 2. ibi, (& ſic intel-
ligiī l. iſta. (Tu dic ſm̄ Dyn. ꝙ iſta l. non debet intelligi, qn̄ ex preſſe
reputauit hęredes indignos, vel qn̄ ſubeſt aliqua cauſa, ꝑꝑ quam
hoc præſumaī, quia orta erat inimicitia inter teſtatorem, & hære
dem, & tunc applicantur fiſco, etiam ſi hæreditas non erat adita
per talem hæredem, ut colligitur ex iſto text. in princi. dum dicit,
(vt caduca &c.) ſi enim fuiſſet adita, non dicerentur bona caduca
quinimmo etiam ſi talis hęres repudiaſſet hæreditatem, quia non
tenet repudiatio in præiudicium fiſci. conſtat enim, ꝙ poſſet adi-
re, ſi vellet, & efficeretur hæres, & poſtea ſibi hæreditas auferreī
per fiſcum, qa non efficiī incapax ipſo iure, vt ȷ. de vulga. & pup.
l. ex facto. §. Iulius longinus & no. glo. š. eod. l. 1. in fi. gloſſ. magnæ,
quæ incipit, efficaciter. ibi, ita quòd ſit hęres mero iure &c. ſi ergo
repudiat, cēſetur potius hoc facere in præiudicium fiſci, vt ipſum
excludat, & faciat hæreditatem venire ab inteſtato, ideo talis repu
diatio non admittitur, ſed perinde eſt, ac ſi adiuiſſet: excluduntur
uenientes ab inteſtato, & vocatur fiſcus, ita not. infra ad Sill. l. ſi ſe-
quens. vbi omnino vide per Bar. licèt illa gl. quæ eſt in l. 1. š. eo. vi-
deatur innuere contrarium, dum dicit, quòd aliter non defertur
fiſco &c. ſed non tenetur in hoc, ſi autem non reputauit expreſ-
ſe hæredes indignos, nec apparet aliqua cauſa, propter quam de-
buerit hoc reputare, potius videtur hoc feciſſe, vt decedat inteſta
tus per l. 1. §. fi. ſi tab. teſt. nul. extа. & ſic irritabiī inſtitutio ipſo iure
& non poterit hæres adire nec excludere venientes ab inteſtato,
& iſta eſt fauorabilior interpretatio. Nec ob. l. fi. ȷ. eo. vbi innuit,
quòd non dicatur voluiſſe decedere inteſtatus, niſi probetur, ꝙ
ita voluerit, quia ibi loquitur, quando de teſtamento erant plures
ſcripturæ, & ipſe cancellauit duntaxat vnam, ſed ſi eſſet vnica tm̄,
ille tex. innuit id, quod ſupra dixi, & facit ſic potius pro, q̄ contra.
Nec etiam ob. l. cum quidam. de his q. vt indi. quia debet intelligi
ſecundum dictam diſtin. & de hoc vide per Pet. & Cy. in l. noſtra.
C. de teſt. & in addi. Spec. de inſt. edi. §. compendioſè ſed an tunc
debebuntur legata, vr̄, quòd non, ſi non fuerunt ab inteſtato re-
petita, vt l. 1. ȷ. de iure codi. & iſtud mouit gl. ad dicendum, ꝙ in du
bio non vr̄ decedere voluiſſe inteſtatus. ſ. fauore legatorum, ad
hoc, vt valeant. Certè maior debet eſſe fauor venientium ab in-
teſtato, & ēt cā excludendi odiū, iō iſtud non fuit bonū motiuū.
dic ergo, ꝙ ēt tūc debenī legata, quia cancellando noīa hr̄dum, &
nō legata, cenſeī voluiſſe, ꝙ legata debeanī ab inteſt. arg. ȷ. de teſt.
mil. l. tribunus. §. 1. vbi cancellando q̄dā, vr̄ alia cōfirmaſſe, & ſic
debenī virtute tacitę ꝯfirmationis reſultantis ex illa cācellatione.

A D D I T I O N E S.

a Sententia principis. Adde ad hoc tex. in l. 1. ſupra de conſt. prin. & in l. fi. & ibi Bar. C. de leg. quod intellige verū in ſententia diffinitiua, & interlocutoria, qn̄ eſſet redacta in corpore iuris. l. metum. š. ſed ꝙ prætor. & ibi Bar. š. quod me. cau. & in l. leges. C. de leg. de quo per Ale. de Imo. in l. j. ſupra de ferijs & in l. ciuitas. š ſi cer. pe. & ibi, ꝙ idem eſt in ciuitate non recognoſcente ſuperiorem. Fran. Cur.

b Princeps poteſt eſſe iudex. Adde Pau. de Ca. in l. pactiones. C. de prob.

---

L E X IIII.

1 *Si de eodem teſtamento confectæ ſunt plures ſcripturæ, per cancellationem vnius, aliæ non irritantur, niſi appareat, quòd teſtator, qui hoc fecit, inteſtatus uoluit decedere, quia tunc cauſa cancellationis concernit omnes ſcripturas.*
2 *Si notarius cancellat inſtrumentum de baſtardello, poterit tamen inſtrumentum probari per magnum librum, ſi ipſum poſui in libro magno.*
*Ratio vnius cancellata in uno folio libri mercatoris, & tranſportata ad aliud folium non dicitur cancellata.*
3 *Quando ſit cancellatio, quia teſtator vult decedere inteſtatus, irritatur inſtitutio ipſo iure.*
4 *Si de teſtamento nuncupatiuo confectum eſt inſtrumentum, licèt cancelletur inſtrumentum, ſi tamen poteſt hæres probare per teſtes, qui uiuunt, habebit hæreditatem.*

1 PLuribus. †Si de eodem teſtamento confe- ctæ ſunt plures ſcripturæ, per can-
cellationem vnius alię non irritanī, niſi appareat, ꝙ
teſtator, q hoc fecit inteſtatus voluit decedere, quia
2 tunc cā cancellationis concernit oēs ſcripturas. h.d. notabili. † Et ꝑ
iſtam l. patet, ꝙ ſi notarius cancellat inſtrumentum de baſtardel-
lo, ſi ipſum poſuit in libro magno, iſta cancellatio non nocet, quo
minus poſſit ꝓbari per magnum librum. Item mercatores quo-
tidie cancellant rationem vnius poſitam in uno folio, & tranſpor
tant eam ad aliud folium. vidi ſemel quendam procuratorem, q
dicebat debitorem ibi deſcriptum forè liberatum per cancellatio
nem, ego dixi ſibi ꝯ̄rium per hanc l. quia non fuit facta cancella-
tio, vt liberareī, ſed vt illa ratio ad alium locum tranſportaretur. Si
aūt vnica tm̄ ſcriptura fuit confecta, non expedit probare, ꝙ vo-
luerit decedere inteſtatus, qa in dubio pręſumiī, vt š. l. proxi. & hic
3 innuiī a ꝯ̄rio ſenſu &c. † No. ꝙ qn̄ fit cancellatio, qa vult decede-
re inteſtatus, irritaī inſtitutio ipſo iure, aliàs nō poſſent venientes
ab inteſtato venire, qa inſtituturus poſſet adire, & efficiī hr̄s ex teſta
mento,

mento,& ſic excluderet cām inteſtati, ita pōt intelligi l. proxi. in
verſi.ſed nō nullo,dū dicit ipſo iure intellige,vt ibi no.in glo. Nec
obſt.l.1.ver.ſed ꝯſulto. vbi dicit tolli ꝑ exceptionem, q̄a vel illud
loquiť in legato cancellato poſt factū teſtm̄, vel ſi loquiť in inſti-
tutione,debet intelli,quando cancellauit, quia reputauit hæredē
4 indignum.¶†Vlt.facit iſta l.ꝙ ſi de teſtamento nuncupatiuo cō-
fectum eſt inſtrumentum,vt communiter hodie fit, licèt cancel-
letur inſtrumentum,ſi tamen hęres poteſt probare per teſtes,qui
veniunt,habebit hæreditatem,quia ſcriptura non eſt de ſubſtātia,
ſicut in teſtamento in ſcriptis,ſed fit ad probationem,& ſpecies ꝓ
bationum ſunt plures.ſ.per inſtrumentum,& per teſtes.irritata er
go vna ſpecie:non cenſetur irritata altera ſpecies. arg. hic, & vidi
ſemel ita conſultum Floren.per quoſdam,ſed alij minime hoc ap
probauerunt. quod puto ſecurius eſſe, quia teſtator totam vim
probationum cenſetur poſuiſſe in inſtrumento,vnde ſi illud can-
cellauit,cenſetur voluiſſe irritare totam voluntatem, & iſtud vi-
detur eſſe de mente Bal,non ſic ſi eſſent plura inſtrumenta, & ip-
ſe cancellauerat vnum,tene menti,quia quotidiana ſunt.

## LEX PRIMA.

1 *Notarij incipiunt a legatis,& ultimo loco ponunt inſtitutionem.*

De hæredibus inſtituendis. Rubr.

1 QVi teſtatur. †Iſte ordo de quo hic non eſt de ſubſtantia,aliàs omnia teſta-
menta mundi irritarentur; quia hodie notarij inci-
piunt a legatis,& vltimo loco ponunt inſtitutionem.
Vidi tamen teſtamentum domini Raph. Ful. qui ſeruauit iſtum
ordinem,ſed bene eſt de ſubſtantia ordo inter teſtamentum pa-
ternum,& pupillare,& ſi omittatur, vitiat, vt infra de vulgari &
pupillari.l.2.§.prius.

§. Qui neque. No.hic caſum de eo, quod quærit gl. ſ.de teſta.l.hæredes palam. §. j. an poſ-
ſit fieri teſtamentum ſine legatis,& hic eſt caſus,ꝙ ſic,quia teſta-
mentum cōſiſtit in ſola hæredis inſtitutione, q̄ tamen dicit ſe an-
nullare teſtamentum,non ſolum inſtitutionem annullat,ſed etiā
omnia alia,quæ ab eodem inceperunt habere dependentiam, vt
infra de teſta.mil.l.Centurio.

1 *Cauſa teſtati,etiam in minimo,& in vno nummo trahit ad ſe cauſam in-
teſtati in omnibus,non ſic econuerſo.*
2 *Si teſtōr inſtituit vxorē ſuam in vſufructu,& poſt mortem ſuam tam in
vſufructu,q̄ in proprietate inſtituit hæredem Titium, ꝙ iſta vxor erit
hæres vniuerſalis in omnibus bonis,etiam in proprietate,& reſtituētur
poſt eius mortem Titio ex cauſa fideicommiſſi detracta Trebellianica.*
3 *Quid ſi non inſtituiſſet uxorem,ſed ſolum reliquiſſet vſumfructum,& a-
lium inſtituiſſet poſt eius mortem.*

1 §. Si ex fundo. †No.ꝙ cauſa teſtati, etiā in minimo, & in vno nūmo trahit ad ſe cauſam
inteſtati in omnibus,non ſic econuerſo,vt ĵ. e. l.ſi ita quis hæres
inſtitutus fuerit excepto fundo. vide Alex.in conſi.3.in 2.volum.
incipiente.viſo themate &c. Vnde dicit Bald.in l.id quod pauperi
2 bus. de Epiſ. & Cle. † ꝙ ſi teſtator inſtituit vxorē ſuam in vſufru.
& poſt mortem ſuam tam in vſufr. quàm in ꝓprietate, inſtituit
hr̄dem Titium,iſta vxor erit hr̄s vniuerſalis in omnib.bonis, ēt in
ꝓprietate,& poſt mortem ſuam bona venient reſtituenda Titio
ex cauſa fideicommiſſi detracta Trebellianica, quia illa inſtitutio
facta de Titio,cum non poſſit valere iure directo trahitur ad fi-
deicommiſſum.l.ex facto.& l.Scæuola.ad Treb. ſupple. nec vnq̄
valere potuit,aliàs ſecus,vt no.in l.verbis ciuilib. de vulg. & pup.
3 †ſed ſi non inſtituiſſet vxorem, ſed ſolum reliquiſſet vſumfru. &
alium inſtituiſſet poſt eius mortē,dic,vt dixi ſ. de liberis & poſt-
humis.l.filius a patre. in principio, & loquitur iſta l. qn̄ non habe-
bat cohæredem,aliàs habereť pro legataria,niſi cohæres repudia
ret,vel decederet hæreditate non adita. nam tunc accreſceret in-
ſtituto in re certa,quod dic,vt nota.in l.quoties.C.eodem titu.

1 *Si de trib.uerbis neceſſarijs ad inſtitutionem hæredis ſcribantur duo, ua-
let inſtitutio,licet omittatur tertium,& ſi de quinque ſcribantur tria,
idem,licet omittantur duo.*
2 *Quando oratio eſt imperfecta,& ex pluribus uerbis neceſſarijs plura fue
runt ſcripta,quàm omiſſa,tunc ſufficit,quòd poſſit intelligi.*
3 *Si iudex in ſententia cum reum condemnaſſet, uel abſoluiſſet, poſtea di-
xit,& uictum uictori in expenſis,& omiſit condemnamus, an debeat
ſuppleri.*

1 §. Si autem. †Si de tribus uerbis neceſſariis ad inſtitu-tionem hæredis ſcribantur duo,valet in-
ſtitutio,licèt omittatur tertium, & ſi de quinque ſcribantur tria.
idem,licèt omittantur duo.h.d.in effectu. Et præmitte, quod hr̄
ſ.in §.qui neque.ꝙ interdum ſufficiunt tria verba,interdum quin
que,non ſic econuerſo.ſi plura fuerunt omiſſa, quàm ſcriptura.
Dubium erat, quia loquitur etiam in teſtamēto in ſcriptis.in quo
requiritur ſcriptura de ſubſtantia, & illud quod eſt omiſſum in
ſcriptura,licèt poſſit intelligi ex pręcedentib. vel ſequentib. non
habetur pro ſcripto,vt ſupra ti.proxi.l.prima.vnde videbatur nō
2 valere inſtitutio,ſed limita illum §.per iſtum,& tene menti,quan-
do oratio eſt imperfecta, & ex pluribus verbis neceſſarijs plura
fuerunt ſcripta,quàm omiſſa.nam tunc ſufficit,ꝙ poſſit intelligi.
3 †Et inducitur ad quæſtionem,[a] ſi iudex in ſententia cum reum ꝯ-
a demnaſſet.vel abſoluiſſet.poſtea dixit,& victum victori in expen
ſis,& omiſit verbum condemnamus,ꝙ debeat ſuppleri, & cen-
ſetur facta condemnatio ſecundum Bart. qui dicit, ꝙ ꝯrium fuit
iudicatum,ſed non benè,ſed idem Bar.in l.ſi præſes.C.de ſen.vide
tur tenere contrarium,ꝙ non cenſeatur facta condemnatio,niſi
in p̄cedenti parte ſententię contineatur condemnatio, quia tunc
verbum condemnamus, intelligiť repetitum, ſed certè etiam ſi
plura fuerunt omiſſa,q̄ expreſſa,poſſet hoc dici propter virtutem
repetitionis,facit l.cum pater.§.cum imperfecta. de legatis ſecun-
do.præcedens ergo videtur melius per iſtum §.

ADDITIO.

a Inducitur ad qōnem.De hac q.vide latè per Imo.& do.in l. iudex poſtea
quam.de re iu.& per Ang.de Are.in §.curare.Inſti.de act. Fran.Cur.

## LEX II.

1 *Defectus conditionis de futuro reſpicientis diſtributionem partium, non
uitiat inſtitutionem,ſecus ſi ſit de præſenti, uel de præterito.*
2 *Si quis inſtituit Titium,& Seium ſub hac conditione expreſſa, ſi eis par-
tes aſcripſero,& poſtea non aſcribat,an valeat inſtitutio.*
3 *Si arbiter condemnat ad dandum certa die,cum uideantur duo præce-
pta,unum de dando,alterum de dando certa die,licèt hoc ſecundum non
potuerit adimpleri ex iuſta cauſa,remanet tamen primum firmum.*
4 *Ratio diuerſitatis inter conditionem de futuro, quæ ſi concernat diſtribu
tionem partium,licèt deficiat,non facit deficere inſtitutionem,& tamē
ſecus in illa,quæ eſt de præterito.*

1 CIrca. †Defectus conditionis de futuro reſpicientis diſtributionem partium,non uitiat inſtitutio
nem,ſecus ſi ſit de præſenti, vel de pręterito. h. d. Et
primo loquitur,quando eſt de futuro,vſque ibi, (ali-
ter.)Secundo quando de pręterito,vel de præſenti,& ita in hac ſe
cunda ponit tria exempla,quando te inſtitui ex parte, ex qua Ti-
tius me inſtituit.vel ex parte,ex qua in alio teſtamento te inſtitui,
uel ex parte,ex qua Titius te inſtituit,nam in omnibus iſtis,ſi con-
ditio illa eſt falſa,quia nec ego,nec tu reperimur inſtituti, talis inſti
tutio non valet,tanquam pro non ſcripta,vt l.cum in ſecundo.ſu
2 pra ti.ij.¶†In tex.ibi,(quemadmodum) arguit) Marcellus de con-
ditione expreſſa ad tacitam,nam habuit pro conſtanti, ſi inſtitui.
Titium,& Seium ſub hac conditione expreſſa ſi eis partes aſcrip-
ſero.ſupple in eodem teſtamento,vel codicillis, & poſtea non a-
ſcribam,non ualet inſtitutio,tanquam defecta cōditione ſub qua
facta eſt.Idem ergo ſi dixi,ex partibus,quas aſcripſero. quia relati-
uum quis,uel qui.iunctum uerbo futuri temporis,facit conditio
nem tacitam,ut l.Stichum,qui meus erit.de leg.j. cuius defectus
uitiat diſpoſitionem,ſicut defectus expreſſæ,ut l.j. ĵ. de cond. &
demon.Sed certè illud eſt uerum, quando conditio apponitur
ad ſubſtantiam diſpoſitionis,ut etiam patet in l.cum in ſecundo.
de iniuſto.teſtam.ſed hic eſt conſiderare ſubſtantiam inſtitutio-
nis,quę conſiſtit in uerbo inſtituo, & ad illam non fuit appoſita
ꝯdō Item qualitatem.i.aſſignationem partium, quę non eſt ne-
ceſſaria,quantum ad ſubſtantiam,cum poſſit fieri inſtitutio ſine
partibus,& cenſentur æqualiter inſtituti.& ad iſtam bene fuit ap-
poſita conditio.ut ſit ſenſus,inſtituo uos ex partibus,quas aſcripſe
ro,ſi eas aſcribam,ſed ſi non aſcribam,inſtituo uos ſimpliciter,&
3 hoc eſt,quod iuriſcon.infra ſubijcit.†Simile habemus,ſi arbiter ꝯ
demnat ad dandum certa die,quia uidentur duo præcepta, unū
de dando,alterum de certa die dando,& licèt hoc ſecundum nō
potuerit adimpleri ex iuſta cauſa, remanet tamen primum fir-
a mum,[a] ut l.Celſus.§.j.ſ.de arbi.& in hoc ſtat intellectus huius le-
gis.ſimile habetur.C.de iuſt.& ſubſt.l.ſi teſtamentum. quādo di-
xi,inſtituo te ſub conditione, quam aſcribam, & poſtea nullam
aſcripſi.quia remanet inſtitutio pura,idem ſi dixiſſem, ſi conditio
nem aſcribam,per iſtum uerſi.licèt ibi,gl. uideatur dicere contra
rium,quia iſta conditio,potius concernit qualitatem,quàm ſub
ſtantiam

a Primū firmū.Adde Bal.in l.1.col.3.C.de his,q̄ pœnæ nom.& in rub.C.cō
mina.uel epiſtolas.& fac.textus.& q̄ ibi habentur in l.hæc ſcriptura. in-
fra.de condi.& demon.Cur.

ſtantiam inſtõnis,põt.n.inſtõ fieri ſine ꝯdõne,& cum ea. & iſtud non ꝯſiderauerunt Doct.q dicunt,ꝙ rõ iſtius l.eſt, ꝗa iſta condõ de futuro dependet ex facto teſtõris,iõ eius defectus non vitiat, ꝗa non aſcribendo partes vr̃ pœnituiſſe de appoſitione illius condõnis & voluiſſe,ꝙ remaneat inſtitutio ſine partib. nõ ſic qñ nõ dependet ex facto ſuo,certè ſ̃m hoc ſequit̃,ꝙ ſi te inſtituo ſub ꝯditione,ſi aſcendero capitolium,ſi poſtea non aſcendam, valebit nihilominus inſtitutio, ꝗa pendet ex facto meo, qđ falſiſſimum puto.tene ergo qđ dixi,ad qđ ẽt facit l.cum pr̃. §.vicos. circa fi.de leg.ij.¶Sed opp.extra gl.& Doct.de l. q plures.j. de vſuf. leg.per quem vr̃ dẽre vitiari iſtam inſtõnem,ſi partes non ſunt aſcriptæ. Sol.ibi illa ꝯdõ de futuro concernebat pſonas,ꝗb.relinquebat̃,& ſic potius cenſet̃ ꝯcernere ſubſtantiam:nã ad ſubſtantiam requiritur pſona relinquens.& illius cui relinquit̃ & relictum, ſi ergo dixi,relinquo illis,quos j.declarauero,& non declarem, non valet, relictum,ꝗa neſcit̃ cui factum ſit.hic verò concernebat qualitatem¶Item opp ꝯ ſcđam partem,ꝙ valeat,licèt ſit defectus ꝯditionis de ꝑterito,ſi ꝯcernit diſtributionẽ partium,vt j. de bo.poſ. ſ̃m tab.l.fin. Sol. hic reſultabat oĩmoda incertitudo ex defectu illius condõnis,ibi non,ꝗa teſtõr expreſſit portionẽ, licèt retulerit ſe ad aliud teſtm̃,qđ non reperit̃ fuiſſe factum,ad qđ facit l.ſi non deſignata.C.de fal.cau.adie.leg.cætera dic,vt dixi in d.l. ſi teſtm̃.C.
4 de inſti.& ſubſt.¶†In gl.j.q̃ritur,q̃ ſit rõ diuerſitatis inter condõnem de futuro,q̃ ſi concernat diſtributionem partium, licèt deficiat,non facit deficere inſtõnem,vt in prin.& tunc ſecus in illa,q̃ eſt de ꝑterito in verbo,aliter.gl.in effectu vult, ꝙ maior ſit defectus condõnis de ꝑterito falſæ, ꝗa facit haberi diſpõnem ꝓ non ſcripta,q̃ de futuro deficientis,ꝗa facit eam haberi pro caduca,& primus defectus eſt maior, q̃ ſecundus,qđ patet,qñ legatum eſt ꝓ non ſcripto,ẽt onus ſibi adiunctum eſt ꝓ non ſcripto, non ſic qñ eſt caducum,ꝗa non ꝓpterea onus eſt caducum, imo cum eodem onere remanet apud grauatum, vt l.1. §.in primo.& §.ꝓ ſecundo.C.de cad.tol.No.iſtam gl.ex qua Bal.extraxit verba ſua in ſummando l.cum in ſecundo.de iniu.teſt.vt ibi dixi. ¶In gl. ibi, ſed quid ſi inſtitui iſta qõ non debuit formari, ꝗa eſt de text.iſtius l.in fi.¶In fi.gl.ibi,(ſed arg.ꝯ.)per quam vr̃ vitiari inſtõ non aſcriptis partibus,ſed dic,ꝙ ibi loquitur in contractibus, qui non ſunt ita fauorabiles, ſicut inſtitutio ſecundum Dyn.

## L E X III.

1 *Non poſſum inſtituere ſeruum alienum cum libertate,quam ſibi dare nõ poſſum in præiudicium domini.*

1 **L.Seruus.** †Non ſumatur.in prin.iſtius l.ibi. (inſtitui p̃t.) immo debet,quia non poſſum reſtituere ſeruum alienum cum libertate,q̃ ſibi dare nõ poſſum in ꝑiudicium domini,acquireretur ergo iſta hereditas dño,ſi erat in totum alienus,& ſi erat communis inter teſtatorem,& alium, acquirit̃ ſocio,vt l.verum.§.ſi communi ſeruo.ſ.pro ſocio. Seruum autem proprium non poteram inſtituere hoc iure ſine libertate, hodie ſic,& cenſetur inſtitutus cum libertate,vt C.eo.l.quidam.

1 *Quando ſunt duo,quorum alterum ſine altero dari non poteſt, conditio appoſita in vno ſuſpendit etiam alterum.*

1 **§.Si ſeruum.** †Quando ſunt duo,quorum alterum ſine altero dari non põt. conditio appoſita in vno ſuſpendit ẽt alterum.h.d. ¶In text.ibi,purè.i.ſimpliciter, quo caſu videor purè inſtituere,niſi ſit aliquid, ꝑꝑ quod ſuſpendatur,vt hic patet,nam ẽt tunc tacitè videor voluiſſe eã ſuſpendi, ſed ſi dicerem expreſsè,inſtituo ſeruum meum purè,& relinquo libertatem ſub condõne,tunc vitiaret̃ inſtituo iure iſto, ꝗa ceſſat ꝑſumptio,de qua ſupra,poſtq̃ expreſsè dixi,& quia videor voluiſſe incompatibilia,ꝙ ſit hr̃s,antequam liber,& ſic non eſſet cui acquireretur hæreditas,ad hoc j.de leg.1.l.ſi poſt mortem.& quod ibi no.in prin.¶Sed op.ꝙ non differatur hęc inſtitutio in euentũ iſtius conditionis,vt j.eo.l.qui filio.§.ſi quis.Sol.ibi teſtator alienauit ſeruum ſimpliciter inſtitutum, & cui reliquerat libertatẽ ſub conditione,vnde vr̃ reuocaſſe relictum libertatis, non inſtitutionem:ideo adhibit iuſſu noui domini,& hoc vult gl.& benè. Item adhuc op.ꝙ poſtquam inſtitutio fuit ſimpliciter facta,cenſetur facta cum libertate,vt l.cum quidam.C.de neceſ.ſer.Sol.verum eſt, ſi non fuiſſet relicta libertas ſub conditione,ꝗa tunc ceſſat tacita voluntas,cũ habeamus expreſſam,& ſic non erit liber ante aduẽtum conditionis,vt in iſto §.q non corrigit̃ per illam l. & hoc etiã vult glo.& bene ſecundum ſecundam lect.

1 *Inſtitutus ſub conditione,ſi cohæres erit hæres,non poteſt adire,niſi cohæres prius adeat.*
2 *Caſus,in quo hæredes ſimul adire non poſſunt.*
*Non dicitur quis hæres,antequam adeat.*
3 *Si inſtituo te hæredem.ſi Titius erit hæres Seij, & Seius inſtituit Titiũ, & deceſſit,requiritur,ꝙ Titius adeat,ut uideatur impleta conditio.*

1 **§.Si quis.** †Inſtitutus ſub conditione, ſi cohæres erit hæres,non poteſt adire,niſi cohæres prius adeat. hoc dicit. Et ſic nota caſum, in quo ſimul adire non poſſunt; aliquando aũt non niſi ſimul,vt l.pen.ſ.de iniuſt.teſt. in fin. & j.l.
1 proxi.poſt prin.¶†No.ẽt,ꝙ non dr̃ quis hæres,anteq̃ adeat.videbatur ꝯ̃rium,ꝙ eo ipſo,ꝙ eſt ſcriptus,vel nuncupatus hæres,poſſet dici hæres,cuius ꝯ̃rium probat iſta litera:tene menti, ſed hoc fortè iõ eſt,ꝗa teſtator non ſenſit hoc mõ,cum Titium iam inſtituiſſet,& nihilominus appoſuit conditionẽ de futuro, ſed poſſet
3 eſſe talis caſus,in quo verba illo mõ aſſumerent̃.†Sed pone, inſtituo te heredem,ſi Titius erit hæres Seij,Seius inſtituit Titium, & deceſſit,an eo ipſo videat̃ impleta conditio,an requirit̃, ꝙ Titius adeat?puto hanc vltimã partẽ veriorem ꝑ iſtum tex. tene menti.

1 *Hæres qs de neceſſario voluntarius efficitur ex cã de nouo ſuperueniente*
2 *Qui ſemel eſt hæres non põt deſinere eſſe hæres,niſi mediãte legis diſpoſitione Seruus tunc efficitur neceſſarius hæres domino,quando ab ipſo conſequitur hæreditatem, & etiam libertatem.*

1 **§.Qui.** †Ex cauſa de nouo ſuperueniente ille, qui effectus erat neceſſarius hæres,poteſt effici voluntarius, nõ ꝙ deſinat eſſe hæres ipſo iure,etiam ſi repudiet,quantum ad nomen,licèt deſinat eſſe in effectu quantum ad commoda,& incõmoda,& poterit repudiare.h.d. ſecũdum primũ intel.gl. Vel dic, ꝙ debent eſſe ipſo iure,ſi repudiat,ſed ſi non repudiat,non, & ex iuſta cã de nouo ſuperueniente acquirit ptãtem repudiandi, quã prius non habebat ſ̃m lect.glo.quam aliqui tenet, & fortè melior
2 eſt.†Nec ob.ꝙ q ſemel eſt hæres non põt deſinere eſſe hr̃s,qđ verum eſt,niſi mediante l.diſpõne,vt no. in l.in ſubſtõne. j. de vulg. & pupil.Et ꝑmitte,ꝙ tunc ſeruus efficitur neceſſarius hæres domino,quando ab ipſo conſequit̃ hereditatem, & etiam libertatẽ. In caſu autem huius §. licèt iſte hæres eſſet dominus iſtius ſerui, quem ipſe inſtituit,& ſic ſeruus ab eo habebat hereditatem,tamẽ quia hæres erat grauatus a primo teſtatore de dando ſibi libertatem ſub conditione,videbatur,ꝙ iſte ſeruus non efficeretur neceſſarius hæres huic heredi,quaſi ab ipſo non haberet libertatem ſed a primo teſtatore,contrarium tamen eſt,quia pendente conditione habuit ab ipſo hærede,ſed ea exiſtente deſinit habere ab hærede,& cenſetur habere a primo teſtatore,iuxta ea,quæ habẽtur in ſimili in l.fundo. j.ad l.Fal.& ideo deſinit eſſe neceſſarius hæres,& poteſt repudiare hæreditatem heredis,vel eam retinere,ꝓut ſibi placet,quod prius non erat.

1 *Qui effectus eſt neceſſarius hæres impuberi, licèt poſtea mutet familiam ante aperturam tabularum dãdo ſe alteri in arrogationem, non deſinit eſſe neceſſarius.*
2 *Hoc iure clauſis tabulis,non poterat extraneus effici hæres per ſuam aditionem,hodie ſic.*
3 *Suus hæres, an ratione ſuitatis tranſmittat hæreditatem ad quoſcunque hæredes,etiam ſi aliter ſe non immiſcuit.*

1 **§.Aperturæ.** †Qui effectus eſt neceſſarius hæres impuberi,licèt poſtea mutet familiam ante aperturam tabularum dando ſe alteri in arrogationem,non deſinit eſſe neceſſarius.h.d.ſecundum veram lect. quam ſenſit glo. in 3.lect.in verſi.vel ſecundum hunc caſum,& etiam in ſexta, q̃ ponitur in fi.glo.per quam illa tertia ſuppletur,vel ſ̃m iſtam.Nec ob. l.ſub cõditione.ſ.de libe.& poſthu.timore cuius facta eſt tota iſta glo.quia ibi dedit ſe in arrogationem alteri,antequam eſſet effectus neceſſarius hæres,quia erat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,qua pendente non eſt adhuc neceſſarius,ut ẽt patet infra l. proxi.poſt princi.& ipſe ea pendente dedit ſe alteri in arrogationẽ & poſtea extitit conditio,certè non efficitur neceſſarius, quia tẽpore,quo defertur hæreditas,reperitur in aliena familia, hic vero iam erat effectus neceſſarius,quia pupillus,cui erat ſubſtitutus, iã erat mortuus,antequam ſe daret in arrogationem,& licèt tabulę non eſſent adhuc apertę,iſtud tñ non impediebat ipſum effici ne
2 ceſſarium per hãc l.licèt ex̃neus†hoc iure clauſis tabulis non poſſet hæres effici per ſuam aditionem,hodie ſecus,vt C.de cad. tol. §.in nouiſſimo.in hoc ſtat ſubſtantia huius §.Et pręmitte id,quod habetur in l.ſed ſi plures.§.quos poſſum. j.de vulg.& pupi. acquiritur ergo iſta hæreditas arrogatori Et ſecundum iſtam lectu.dẽt punctari poſt uerbum,defuncto filio.quia debet poni, ꝙ iſte filius ſubſtitutus impuberi dedit ſe in arrogationem alteri,mortuo iam filio impubere,& ſic poſquam erat effectus neceſſarius hæres impuberis,unde per hoc non deſinit eſſe. Vt autem intelligas glo.magnam,debes aduertere,ꝙ prima facie uidetur ponere ſex lect.ſed reducuntur ad duas principales.Prima eſt,ꝙ inſtitui filiũ impuberem,cui ſubſtitui extraneum pupillariter.dicitur hic, ꝙ ſi poſtea iſtum extraneum adopto,cum reperitur in poteſtate mea tpe mortis meæ,ſicut efficitur mihi neceſſarius hæres, ſi ipſum inſtitui,ita & mortuo impubere efficeretur neceſſarius impuberi, per regulã l. ſed ſi plures §.quos poſſum.de uulg.& pup.Nec hẽt obſtare,ꝙ tempore teſtamenti non erat in poteſtate mea quantũ

ad hæ-

ad hęreditatem impuberis, ſicut nec quantum ad hęreditatem meam, vt ſ.de iniu.teſta.l.antepe.& l.filio.§.fi.de lib. & poſth. Nec ob.eo.titu.l.ſub condõne.qa ibi poſt mortem meam mutauit ſtatum, hic in vita ſm gl.tu dic melius, quod ibi in filio meo inſtituto, qui poſt mortem meam dedit ſe in arrogationem alteri, dic in extraneo, q dedit ſe in arrogationem mihi, vnde nihil habet commune cum iſto caſu. Iſta lec.eſt vera in ſe, tamen non conuenit literæ, dum dicit, (aperturę ta.dilatio &c.) quia nihil faceret hoc ad propoſitum, & gl.hic fatet. Secunda lec.eſt, ꝙ loquatur in duob. filijs vno impubere, alio pubere inſtitutis, & pubes fuit ſubſtitutus impuberi poſt mortem meam: iſte pubes dedit ſe alteri in arrogationem? vtrum erat neceſſarius hæres impuberi. certè hoc poteſt contingere duobus mod.ſ.ꝙ dederit ſe ante mortem impuberis, & ſic antequam eſſet effectus hęres neceſſarius ſibi, & iſta eſt 2.lect.in ordine gl.& dr̃, ꝙ ſic in tex. Sed ꝯ de l. ſub cõditione.de lib.& poſth.pp illud contrarium gl.ſupplet ad tex.ꝙ intelligatur, ſi poſtea.ſ.tempore, quo moritur, impubes reperiatur emãcipatus, & ſic extra alienam familiam, aliàs haberet locum illa l.qa non eſſet neceſſarium. Not.ergo limitationem ad illam, qa non nocet mutatio ſtatus medio tempore contingens.ſ.ſi tp̃e delatæ hæreditatis reperitur in integro ſtatu, vt ĩ.eo.l.ſed ſi ſub conditione.§.ſolemus.& cum iſta lect. & his, quæ dixi, concordat 5.lect. gl.in ver.(item põt poni.) vſque ad ver. (vel dic.) Sed reperio Iac de Are.dicentem, ꝙ etiam ſi non reperitur emancipatus. adhuc efficitur neceſſarius hæres impuberi.nec ob.l.ſub conditione. qa hic loquitur in filio pubere, q erat inſtitutus in hæreditate paterna, puta in dimidia, & iam erat effectus hęres neceſſarius patri in illa dimidia, vnde in conſequentiam efficit̃ etiam neceſſarius impuberi, licèt re periretur in aliena familia tp̃e, quo hæreditas illius impuberis ſibi defertur, per l.quidam eulogio.C.de iur. delib. qa nõ poteſt recuſare pupillarem, poſtq̃ habet paternam, & ita intellige iſtum tex.ſed ſecurior eſt intellectus glo. Alio modo poteſt ꝯtingere, ꝙ dedit ſe in arrogationem alteri poſt mortem teſtatoris & etiam poſt mortem impuberis, & ſic poſtquam erat effectus neceſſarius vtrique, certè non deſinit eſſe neceſſarius. Et ſi dicamus quomodo potuit fieri neceſſarius, ſi tabulæ pupillares, non erant adhuc apertæ. Reſpon.ꝙ licèt extraneus non poſſet iſto iure effici, qm̃ debebat eſſe certus de ſua inſtitutione, & ante aperturam non poterat eſſe certus neceſſarius, tamen quia efficiebat̃ hæres, per l.benè poterat effici, quia lex erat certa de eo, quod erat certum in rerum nã, nec requirebatur voluntas illius neceſſarij, & hoc vult glo.in fi. vbi ponit 6.lect.quæ eſt potius declaratio tertię, q̃ lect.noua.& ſecundum iſtam poſui caſum, & ſummariũ
2 & tunc verba text.congruè ſtant. †Et no. vnum verbum, quod gl.ponit in fi.ꝙ ſuus hæres tranſmittit hæreditatem ratione ſuitatis, etiam ſi aliter ſe non immiſcuit. ſupple ad quoſcunque hære-
a des etiam ignorans, & iſta eſt communis opi.Doct.licèt glo.cõmuniter fuerint in contraria opi.vt not. in l.3.& l.ſi infami. C.de iur.delib.ſimilem gl.habes ĩ.l.proxi.§.Marcellus.quæ incipit.trãſmittit̃ ad ſuos hęredes &c.ſed cõiter gl.dicunt ꝯrium. ¶ Eſt & 4. lect.q̃ ponitur in ver.poſſet ẽt.ſm Io. vt intelligatur, qñ iſte filius pubes ſubſtitutus impubes fuerit emancipatus per teſtõrem, & ſic contingit mutatio ſtatus viuente teſtatore, tunc non efficeret̃ neceſſarius hæres impuberi, ſicut nec teſtatori, & differt iſta prima, quia in prima extraneo fuit effectus ſuus, in iſta ecõuerſo de ſuo fuit effectus extraneus.iſta lect.licèt ſit vera in ſe, nullo modo conuenit literę, nec in prin.quia nihil ad propoſitum de apertura tabularum, nec in fin.quia litera loquitur affirmatiuè.ſ.fortè heredem & cætera, & iſta lectu.loquitur negatiuè. Ex prædictis collige diſtinctionem, quam Barto.hic ponit, licèt non benè declaret text.nec glo.

ADDITIO.

a Et iſta.communis. Adde eundem Pa.de Ca.ĩ.in l.prox.in §.Sed & ſi filio. col.2.circa fi.Cur.

LEX IIII.

1 *Filius in poteſtate poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua, ſed ſub caſuali, uel mixta non, licèt alij deſcendentes etiam ſub illa poſſint.*

2 *Præteritus quis dicatur.*

3 *Alterius naturæ eſt contratab.quæ datur patrono, quàm ſit illa, quæ datur filio. Reiecta conditione de legitima filij quid erit de reſiduo.*

4 *Si fuit inſtitutus ſub conditione, ſi voluerit, quòd iſta conditio reijciatur, & qualiter videatur contingere grauamen.*

5 *Teſtamentum an ſit nullum, quaſi conditio non dicatur poteſtatiua, poſt quam filius nixus fuit implere, & non potuit.*

6 *Poſito, ꝙ non ſit nullum, an iſte filius erit excluſus ex eo, quòd non impleuit, an habeatur pro implente.*

7 *Teſtamentum in quo filius eſt inſtitutus ſub conditione caſuali, uel mixta, & in eius defectum non eſt exhæredatus tunc eſt nullum, quando ipſe declarat voluntatem ſuam, ꝙ uult eſſe nullum, aliàs interim pendet.*

8 *Si filius uult expectare euentum conditionis, & conditio eueniat, ualet teſtamentum.*

1 SVus quoque. †Filius in poteſtate poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua ſed ſub caſuali uel mixta non, licèt alij deſcendentes ẽt ſub illa poſſint. hoc primo. Et ſi conditionem poteſtatiuam non adimplet, excluditur ab hæreditate, & etiam a iure dicendi nullũ, & ſic non facit patrem inteſtatum, ideo ipſo non expectato poterit cohæres adire pro parte ſua, qđ non eſſet, ſi faceret eum inteſtatum. hoc ſecundo. Et an ſit poteſtatiua, vel non, conſiſtit in facto, qa vna, & ea.condõ põt dici poteſtatiua, ſi de facili põt impleri, & non poteſtatiua, ſi non põt de facili impleri. hoc tertio, & vltimo vſque ad §.ſed ſi filio. Diuide in tres partes in ſummario. Secunda ibi, (ſed vtrum.) Tertia ibi, (puto.) & declara plenè, vt dixi in l.ſi pr̃.C.de inſti.& ſubſti. ¶ In tex.ibi (ſummorum eſſe.) ſupple ab hr̃ditate.ſi habet cohæredem, vel ſubſtitutum, ad quos peruenit portio, in qua fuit inſtitutus, & ẽt a iure rumpendi, quia licèt defecta ſit conditio, non poterit tanquam pręteritus dicere teſtamentum nullum, quaſi p̃teritus. poſtq̃ ſemel fuit inſtitutus, licèt ſub condõne, qa cum eſſet poteſtatiua, & ſic fuit in ſua ptãte implere, perinde eſt, ac ſi fuiſſet purè inſtitutus, vt ĩ. ſi qs omiſ. cau. teſt.l.j.§.qui ſub condõne.non ergo facit patrem inteſtatum, vt in fi.iſtius ſecundæ partis. ex hoc ſequitur, ꝙ cohæres non habet neceſſe ipſum expectare, vt in ver.ſeq.& ideo, ſed ſi faceret eum inteſtatum bñ haberet neceſſe ipſum expectare, quia ex teſtamento, quod ſperat̃ rumpi rõne p̃teritionis, non defert̃ hæreditas, nec põt adimi, vt l.pe.ſ.de inof.teſt.in tertia parte.ibi, (ſi Titio x. dederit.) iſta condõ dr̃ mixta, qa pendet ex facto implentis, & alterius, vt l.cum ita dat̃ de condi.& dem.ſed ſi quantitas eſt modica. & ille ſit p̃ſens, qa facile põt impleri, cum veriſimile ſit illum debere recipere, hr̃ p poteſtatiua, & ita debet intelligi iſte tex.& no. Bart. in l.in teſtõ. ĩ.de condi.& demõ. Si autem filius non haberet cohæredem, vel ſubſtitutum, & non impleret condõnem poteſtatiuam, tunc hæreditas deuoluitur ad cauſam inteſtati, & ſi erat talis condõ, quæ vltimo vitæ ſpiritu poterat impleri, ſimiliter filius remanet excluſus a cã inteſtati, & deuoluit̃ ad alios poſt eius mortem, vt ĩ.in §.ſed ſi filio.ſed ſi non poterat impleri, deuoluitur ad ipſummet, q reperit ſe p̃cedere in cã inteſtati omnes alios, in mortis articulo, vt l.ſi filius hæres.de lib.& poſth. Habet aũt locum iſta l.in filio in ptãte, emancipatus vero põt inſtitui ſub quacunq; ꝯdõne, & ea pendente põt petere ſm tab. iõ excluditur a ꝯtabul. vt l.2.§.ſi ſub conditione.de ſecun.tabu. & in l.ſub conditione. e. ti. Item condõ poteſtatiua, ſi eſt turpis, hr̃ pro non poteſtatiua, & ſic reddit teſtamentum nullum, vt ĩ. de cond. inſti.l.filius. hodie omnis conditio reijcitur de legitima p l.qm̃ in prioribus. & ſi eſſet caſualis, vel mixta, non reddit teſtm̃ nullum & hoc voluit gl. in prin.quæ incipit, eſt enim, ſm qđ Bartol.intelligit, & eam ſequit̃ per l.ſcimus.§.cum autem.C.de inofficioſ.teſtament. ſed alij ante Bart.tenuerunt contrarium, quia qñ teſtamentum eſſet nullum, nihil corrigitur per iura codicis, ut patet in l.omnimodo. ſed ſolũ qñ ſubijciatur querelæ, & hoc qñ erat inſtitutus ſub condõne poteſtatiua, q̃ non reddebant nullum, ſed inferebat grauamen. pro iſta opin. vr̃ optimè facere text.in l.etiam.§.ſi patronus. de bo.lib. Nam legitima patroni olim ſe habebat ad ſimilitudinem illius, q̃ debetur hodie filio, quia ſicut de legitima filij reijcitur hodie grauamen, ita & olim de legitima patroni, vt l.cum patronus. de leg. 2.& ſicut hodie in legitima filij, agitur ad ſupplementum, vt l.omnimodo. ita olim in legitima patroni agebatur, vt l.ſiue §.excluditur.de iure patro.& tñ habemus, ꝙ ſi patronus erat inſtitutus in legitima ſub conditione caſuali, vel mixta, iſtud grauamen non reijciebatur quantum ad hoc, vt non haberet contratabu.immo habebat, ac ſi fuiſſet omnino præteritus, hoc probatur, ſi benè inſpiciatur in l.etiam.§.ſi patronus. ĩ.de bo.lib.ſed ſi fuiſſet poteſtatiua, reijciebatur, ſicut aliud onus fideicommiſſi, & non habebat contratab.vt d.l.cum patronus. eodem modo videtur, quòd de legitima filij nõ reijciatur, ſed poſſet dicere nullum. ac ſi eſſet omnino præteritus. tamen quicquid ſit, communiter tenetur opin. Bar.per illum §.quẽ allegat, cui male poteſt reſponderi, licèt Bald. omnino conetur reſpondere, ſed ſuæ reſponſiones ſunt potius
2 verbales, quàm reales. Dicit ergo Bal in effectu, †ꝙ qñ in legitima neceſſarius eſt titulus inſtitutionis, vt erat olim iſto iure, & etiam hodie iure Authenticorum, ꝯdõ caſualis, uel mixta reijcitur, quia non interim eſt proprie præteritus. Nam præteritus dicitur ille, q non eſt inſtitutus, nec exhæredatus, vt l.pen. C.de fideicom.& l.j. circa princ. ĩ.de contratab.& ſic tunc proprie eſt p̃teritus, quando requiritur inſtitutio & defectum præteritionis lex non ſupplet, vt l.omnimodo. verſic, ſi verò præterierit. ſed qñ non requiritur titulus inſtitutionis, vt erat iure codicis Iuſtiniani, ubi ſufficiebat relinquere quoquo relicti titulo, ut d l.omnimodo. tunc conditio caſualis, uel mixta reijcitur de relicto legitimæ, vt d.l §.cum autem, quia interim non poteſt dici proprie pręteritus, poſtquam titulus inſtitutionis non requiritur, cum ut dixi, ille dicatur pręteritus, q non eſt inſtitutus, nec exhæredatus. Breuiter, ut dixi iſta ſunt uerba ad Corinthios, & ſine ſapore, & ꝯtra illam l. omnimodo.ver.ſi verò p̃terierit.quia ibi non requirebatur titulus inſtitutionis.

tionis.& tñ cadit p̄teritio,nam dico.ꝙ ille dr̄ p̄teritus,cui non eſt
relictum eo modo quo relinqui debet,nec etiam eſt exhæreda-
tus,qñ ergo requiritur inſtõnis titulus,ille dr̄ pręteritus, qui non
eſt inſtitutus,nec exhæredatus,ſed qñ ſufficit titulus legati, vel fi-
deicommiſſi,ille dr̄ præteritus,cuius fideicõmiſſi, vel legati non
eſt relictum.nec eſt etiam exhæredatus : ſed pendente condõne
caſuali,vel mixta,non dr̄ relictum iure legati , vel fideicommiſſi,
ſed nec dr̄ inſtitutus,ergo dr̄ præteritus, & tamen illa l.ſcimus. §.
cum aũt.diſpenſat aduerſus iſtum defectum,vt teſtm̄ non ſit nul-
lum,ſed remoueatur iſta condõ de legitima,& ſic habeatur pro
purè relicta,ſed qñ eſſet commoda p̄teritio , q̃a nullo modo eſ-
ſet relictum,tunc aduerſus iſtum defectum lex non diſpenſat, &
ita debet intelligi l.omnimodo.§.ſi verò p̄terierit. Aduertendum
tamen diligenter,ꝙ talis conditio non reijcitur per l. quoniam in
prioribus.ſed per illum §.cum autem.per quem illa l.ſuppletur, ſi
benè conſideretur ille tex.& ſic opi.antiquorum, qui fuerunt añ
Bar.poteſt ſaluari,vt per illam l.non reijciatur conditio poteſtati-
ua,quæ affert grauamen,ſed per §.cum autem.hoc extenditur ẽt
ad caſualem,de quo erat dubium añ illum § & ſic opi. Bar. eſt ve
ra.reſpondetur ad opi.q̃ s.feci de legitima patroni, de qua nõ reij-
ciebatur olim condõ caſualis,licèt eſſet eiuſdem conditionis,cu-
ius eſt hodie legitima filij,quantum ad remotionem grauaminis,
ſed an illud corrigatur per §.cum autem. non audeo hoc aſſere-
re,quia magis eſt debita legitima filij , ideo magis priuilegiata, vt
no.in l.ſi quis legatum.de ſal.& quia ſi non reijceretur de legiti-
ma filij,totum teſtamentum eſſet nullum,ſed licèt non reijciatur
de legitima patroni non eſt nullum, ſed datur contratabu.per q̃
conſequitur legitimam purè,& ſic in effectu cenſetur reijci, licèt
3 ſi eſſet alia conditio non daretur contrata.† Alterius autem natu-
ræ eſt contratab.q̃ datur patrono,q̃ ſit illa,quæ datur filio,vt l. ſed
cum patrono.in prin.de bo. poſ. Sed quæro reiecta conditione
de legitima quid erit de reſiduo,reſpondetur,ſi non habebat ſub
ſtitutum,vel cohæredem,totum ſibi accreſcit,qm̃ in omnẽ euen
tum eſt illud habiturus,ſiue deficiat condõ,ſiue non, ſed ſi habe-
ret cohæredem,vel ſubſtitutum,expectaretur euentus conditio
nis,& ſi non exiſtat illud perueniet ad cohæredem,vel ſubſtitutũ,
ſi autem exiſtat,accreſcet ſibi ſine noua aditione.ſicut in eo vide
mus,qui eſt inſtitutus partim purè,& partim ſub conditione.ʒ.e.
ti.l.liber homo.§.Titius ex ſe miſſe.& §.ſeq. & ita not.l.ſi pr̄. C.de
4 inſt.& ſubſt.per Cyn.† Item quæro quid ſi fuit inſtitutus filius ſub
conditione ſi voluerit,videtur,ꝙ iſta conditio non reijciatur , q̃a
non videtur contingere grauamen argu. ʒ.de vulg.& pupill. l. ex
facto.§.Lucius.Bal.determinat contrarium in l.omnimodo.quia
videtur tenere grauamen in hoc,& antequam declaret volunta-
tem ſuam,non eſt neceſſarius hæres,vt l.verba.ʒ.de condi.inſti.&
ʒ.eo.l.iam dubitari.& l.Cornelius.& ſic interim. Cornelius non
tranſmittit iure ſuitatis,vt l.ſi ita ſcriptum.§.illi ſi volet.ʒ. de leg.j.&
l.ſi ita ſcripſero.de cond.& dem.ſed ſua intereſt tranſmittere,ergo
reijcitur tanquam onus,illud eſt pulchrum dictum. Barto. etiam
format hic aliquas quæſtiones,quas formauit Guli. de Cug. in l.
ſancimus.C.de inoffi.teſta.quæ ſunt quotidianæ,& ad eas ſemper
5 remittitur,dic vt hic per eum,& Guli.plenius ibidem. ¶ † In glo.
quæ incipit.(i.ſubmouendum.in fin. ; tu aduerte,ꝙ duo ſunt vi-
denda.Primum eſt an teſtamentum ſit nullum,quaſi illa conditio
non dicatur poteſtatiua,poſtquam fuit nixus implere.& non po-
tuit,& hic tene vltimam opi.glo.ꝙ non ſit de ſui natura erat pote
ſtatiua,puta,fuit inſtitutus ſi daret x.Titio, & Titius mortuus eſt
infra paucos dies antequam commodè poſſet ſibi ſoluere,vel
ſub conditione,ſi manumiſerit ſeruum proprium, & ſeruus mor
tuus eſt antequam eſſet in mora manumittendi , debemus ergo
inſpicere generalem naturam iſtarum conditionum, non caſum
6 aduentitium,vt in l.ſi optio.& l.Iul.ʒ.qui & a quibus.† Secundo vi
dendum eſt,poſito,ꝙ non ſit nullum,vtrum iſte filius erit exclu-
ſus ex eo,quòd non impleuit,an autem habeatur pro implente,
& pro hoc dicas,quòd ſi fuit impeditus caſu fortuito, habetur ꝓ
implente,quia conditio poteſtatiua deficiens per caſum non fa-
cit deficere relictum,vt l.quæ ſub conditione.in §.quot.ʒ.de con
di.inſti.aut fuit impeditus facto tertij, & tunc ſi contra iſtum ter-
tium poteſt habere regreſſum,quia iniuſtè impediuit,& eſt ſoluẽ
do,habetur conditio pro defecta,& eſt excluſus ab illa hereditate
ſed habet regreſſum contra illum,vt s.ad l. Aquiliam.l.inde Nera-
tius.§.j.Sed ſi iuſte fecit,vel non eſt ſoluendo,& ſic non poteſt ha
bere regreſſum,tunc ne patiatur damnum ſine culpa habetur cõ
ditio pro impleta,vt l.ſi Titius ſtatuas. de condi. & dem. & plene
not.eod.tit.l.in teſtamento.& in d.l.inde.Neratius.§.j.ſed quando
potuit implere,& neglexit tunc eſt excluſus ab illa hæreditate , vt
7 in iſto tex.¶† In gl.quæ incipit,(ideſt facere poſſet.) ibi, (nam duas
habet vias,&c.)no.iſtam glo.ſingulariter,quòd tunc teſtamentũ,
quo filius eſt inſtitutus ſub conditione caſuali,vel mixta, & in e-
ius defectum non eſt exhæredatus,eſt nullum,quando ipſe decla
rat voluntatem ſuam,quia vult eſſe nullum,aliàs interim pendet,
& iſto caſu poſſunt ſaluari glo.quę dicunt teſtamentum,in quo fi
lius eſt præteritus , ita demum eſſe nullum , ſi filius vult dicere
nullum,vt not.glo.in l. is qui.in prin.de leg.præſt. & l. ita tamen.§.
quoties.in fin.glo.magnæ ad Treb.ſed quando eſſet omnino prę
teritus,quia nullo modo inſtitutus.tunc etiam ſi non dicat nullũ,
8 eſt nullum,vt l.fin.ſupra de lib. & poſth. & ibi dixi. † Item not. ex
iſta glo.quòd ſi filius vult expectare euentum conditionis,& cõ-
ditio eueniat,valet teſtamentum.Bal.intelligit etiam de iure ciuili,
& ſimilis glo.eſt in l.ſi pater.C.de inſt.& ſubſti.in fin. magnę glo.
Sed quando eſſet omnino præteritus,per approbationem filij re
conualeſceret ſolum de iure prætorio , ſecundum communem
opi.not.in l.filio pręterito.¶ In glo.(vel dic.)hęc iura quantum ad
intellectum literæ,vt non referat ſe ad diuerſum caſum , ſed ad il-
lum,qui ponitur in litera , quando eſt inſtitutus ſub conditione
poteſtatiua.Sed ſecundum pręcedentem,& referret ſe ad caſum
diuerſum iſte verſic.cum & patrem, ſcilicet quando ſub caſuali.
uel mixta,nõ habet ergo cohæres expectare,quòd filius impleat
conditionem,vel non impleat,cum neutro caſu reddat patrem
inteſtatum,ſi non implendo redderet inteſtatum haberet neceſſe
expectare,quòd adimpleret,& ante non poſſet adire , vt in l.pen.
ſupra de iniuſt.teſt.hæc eſt notabilis l.& sẽper allegatur,& multo-
ties reperitur.& hoc eſt carotum huius materię per Docto.ideo
eam cauſam vide &c. Amen amen dico tibi . hodie meenm
a eris in Paradiſo , [a] dixit Ieſus . & antequam Gallus cantet , [b] ter
b me negabis . dixit Ieſus Petro , & poſtea recordatus verbi,quod
dixerat .

ADDITIONES.

a Hodie mecum eris in paradiſo . Adde tex.in cap.Baptiſmi uicem.de con-
ſe.diſt.4.originaliter. Lucæ li.26.

b Antequam Gallus cantet.Adde tex.in c.imitare Petrum 6.qu.1.origina-
liter.Mat.h.26.

---

1 *Subſtitutus uulgaris quando admittatur in defectũ filij non implentis cõ ditionem poteſtatiuam,quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri poterat.*

2 *Subſtitutus põt petere,ꝙ aſſignetur filio inſtituto ſub conditione poteſta tiua terminus infra quẽ condõnem impleat,ut ſi non impleat, ſtatim ad mittatur ſubſtitutus,ſicut q̃do eſſet aſſignatus terminus ab ipſo teſtõre.*

3 *Quando eis aſſignatur terminus ad inſtantiam creditorum , tunc eo lapſo habetur.hæreditas pro adita.*

4 *Si filius inſtitutus ſub condõne poteſtatiua,quæ ultimo vitæ ſpiritu pote-rat impleri,non habeat cohæredẽ,uel ſubſtitutũ,& ipſe nõ uult implere condõnem,tamen vellet habere hæreditatẽ,quod remedium habeat.*

5 *Quid ſi conditio eſt mixta,ut ſi matrimonium contraxit cum Berta , & ipſe ingrederetur religionem.*

6 *Filius ratione ſuitatis an tranſmittat hęreditatem paternam ad ſuos, & quoſcunque hæredes etiam extraneos,& etiam ignorans.*

7 *Datio ſubſtituti vulgaris,quando impediat tranſmiſſionem, quæ ſit ratio ne ſuitatis.*

8 *Si filius non impleuit conditionem infra tempus præfixum a teſtatore.nõ poteſt purgare moram infra paucos dies.*

§. Sed & ſi filio. Supra locutus eſt quando filius in-
ſtitutus ſub conditione poteſtatiua
habebat cohæredem.hic loquitur,quando habebat ſubſtitutum
vſque ad §.apud Iuli.aliàs incipit Marcellus,& etiam in princ.l.ſed
ſi in conditione.poſtea in §.apud Iulia. quando nec cohæredem,
nec ſubſtitutum,& in prima parte loquitur,quando ſub conditio
ne,quæ vltimo vitę ſpiritu poterat impleri,in ſecunda tam in illa,q̃
poterat impleri,q̃ in illa,quæ non poterat.prin.verò l.ſeq. quæ in-
cipit,ſed ſi in conditione.ſimpliciter poteſt habere locum in vtra-
que conditione,licèt loquatur in illa,quę non poterat impleri,q̃a
1 in vtraque eſt ea.ratio,& h.d.† Si filius non implet conditionẽ po-
teſtatiuam,quę vltimo vitæ ſpiritu impleri poterat,ſubſtitutus vul
garis admittitur demum eo mortuo,nec eſt neceſſe , ꝙ in talem
defectum ſit exhęredatus,ſed ſi tp̄s eſſet appoſitum ad conditio-
nem implendam,admitteretur ſubſtitutus lapſo illo tempore. Itẽ
ſi filius non habet ſubſtitutum , vel cohæredem, non implendo
conditionem deſtituitur teſtamentum , & deuoluitur hæreditas
ad cauſam inteſtati , & ſi erat talis conditio , q̃ vltimo vitæ ſpiritu
non poterat impleri,ſtatim cum incipit mori , dr̄ deficere , & ipſe
idem,q̃ adhuc viuit,& tenet primam cauſam inteſtati efficit̃ ſuus
heres ab inteſtato,& tranſmittit hæreditatem ad ſuos heredes.ſed
ſi poterat impleri vltimo vitę ſpiritu.non dr̄ defecta,quouſque ſit
perfectè mortuus,ideo tunc ipſe non efficitur hęres ab inteſtato;
ſed deuoluitur poſt eius mortem ad proximiores.h.d.iſte text.cũ
2 glo.vſque ad l.ſed in conditione.§.nepotes.¶† Circa §.ſed ſi filio,
quæro vtrum ſubſtitutus poſſit petere , quòd aſſignetur termi-
nus filio inſtituto ſub conditione poteſtatiua,infra quem condi-
tionem impleat, quod ſi non faceret, ſtatim admittitur ſubſtitu-
tus,ſicut quando eſſet aſſignatus terminus ab ipſo teſtatore, vt l.
ſed ſi in conditione.in princ.ad hoc ut ipſe non habeat expectare
tantum,quantum dicitur,ſcilicet,vſque ad mortem filij. Breuiter
dic ſic,

dic ſic,vt infra de acq.hære l.quandiu.la grande, & ipſo lapſo ha-
bebitur conditio pro defecta,& hæreditas pro repudiata, ſicut ſi
fuiſſet inſtitutus purè,quia talis conditio vr̃ reddere inſtitutionē
puram,poſtq̃ eſt in ſua ptãte implere,vt infra ſi quis omiſ.cau. te-
3 ſta.l.j.§.qui ſub cond.†ſed qñ aſſignatur terminus ad inſtantiam
creditorum,tunc ipſo lapſo hr̃ hæreditas pro adita,ſi erat inſtitu-
tus,purè,quia ita intereſt creditorum,vt habeant quem conue-
niant,ſed ſubſtituti intereſt,vt habeatur ꝓ repudiata,& lapſus ter-
mini dēt operari id,quod eſt fauorabilius ei, ad cuius inſtantiam
eſt aſſignatus,vt not.in le.quandiu.C.de iure.delibe.l.fi.§.pen. ſed
ſi eſſet inſtitutus ſub conditione,non poſſet haberi pro adita, ea
non impleta,ſed operaretur lapſus termini, ꝙ creditores poſſent
mitti in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, vt l. ſi quis ita
4 inſtituerit.infra eo.tit.¶†Circa §.Marcellus.aliàs incipit, apud Iul.
quęro,ſi filius inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ vltimo
vitæ ſpiritu poterat impleri,non habebat cohęredem, vel ſubſtitu
tum,& ipſe non vult implere conditionem. tñ vellet habere hæ-
reditatem ab inteſtato,quod remedium hēt,ſi enim tacet, & nõ
implet,& moriatur,nec ipſe habebit, nec hæredes eius, ad quos
non fuit tranſmiſſa ex teſtamento,quia conditionem non imple-
uit, nec ab inteſtato, quia quouſque vixit, non fuit deuoluta ad
cãm inteſtati,ſed venient alij propinquiores defuncto, qui pñt eſ-
ſe diuerſi ab hr̃dibus filij,vt patet in glo.ſuper ver.puto, quæ inci-
pit,non enim erit hæres.quõ ergo ſuccurreretur ſibi,vtrum pote
rit in præſentia notarij,& teſtium declarare animum ſuum,ꝙ nõ
vult conditionem implere,ad hoc vt inſtitutio ſtatim euaneſcat,
tanq̃ defecta conditione,& deuoluatur ad cauſam inteſtati?puto
dicendum,quòd non,qa licèt ſic dixerit põt pœnitere, & adhuc
implere,vt l.deberi.C.de fideicom.lib.& ſic non põt dici ꝑꝑ illud
defecta:vnde cum adhuc pendeat,ceſſat cã inteſtati quouſque vi
5 uit,& põt implere.†ſed ſi eſſet talis,q̃ poſſet deficere, vt ſi matri-
monium ꝯxerit cum Ber. licèt iſta ſit mixta, & ipſe ingrederetur
religionem,& ſic deficeret ſpes nubendi,vt in auth.cui relictum.
C.de indi.vidui.fateor,ꝙ ſtatim ſuccederet cã inteſtati, & deuo-
lueretur ad eum,licèt ſit religionem ingreſſus,& acquireret mo-
naſterio, ſi habet in cõmuni, vt in l. Deo nobis.C.de Epiſ. & Cle.
6 ¶†Item no.vnam glo.quæ incipit,(tranſmittit.)ad duo.Primo qa
tenet,ꝙ filius rõne ſuitatiş tranſmittit hæreditatem paternam ad
ſuos hæredes:intellige quoſcunque etiam extraneos, & etiã igno
rans,quod patet,quia loquit̃,qñ filius erat in articulo mortis, &
ſic non poterat eſſe,niſi ignorans.Idem tenet gl.in §. aperturę cir-
ca fin.ſupra eo.licèt Doct.communiter teneant ꝯrium, ibi dixi.
7 †Item glo.iſta vr̃ velle,dum dicit,niſi habebat ſubſtitutum,ꝙ da-
tio ſubſtituti vulgaris impedit tranſmiſſionem,quæ fit ratione ſui
tatis.certè ſi vera eſſet cõis opi.ꝙ per ſubſtitutionem talem tolle-
retur exiſtentia hęredis, hoc eſſet clarum, ſed quia teneo ꝯriam
opi.quæ eſt veriſſima,dico,ꝙ non impedit,quia hæres filij,qui ve
nit ex iure tranſmiſſionis,& ex perſona filij,excludit ſubſtitutũ,ſi-
cut ipſe filius,prout ēt determinant Docto. in hærede hęredis,ad
quem fuit tranſmiſſum ius deliberandi in l.j.infra de vulg. & pup.
quia non eſt minoris potentiæ tranſmiſſio iſta,q̃ ius deliberandi.
Nec obſt.iſta gl.quia loquitur,quando filius fuit inſtitutus ſub ꝯ-
ditione poteſtatiua,qua non impleta non erat ſuus hęres ex teſtõ
vt in l.conditionibus pupillus.de condi.& dem. & ipſo moriente
anteq̃ impleat non deuoluitur hæreditas ad cauſam inteſtati, ſi
8 habebat ſubſtitutum,& hoc vult iſta glo. ¶†Vltimo in prin l.ſeq.
ſed & ſi in conditione.quæritur,ſi filius impleuit conditionem ꝓ.
tempus præfixum a teſtatore, vtrum poſſit purgare moram in-
fra paucos dies,ad hoc,vt ſubſtitutum excludat?vr̃, ꝙ ſic, per l.ita
quis.§.Seia.de uerb.obl.Contrarium dic per l. Thais ancilla. §. in-
ter.infra de fideicom.li.& per l.ſi de poſſeſſione.C.de trãſac. nam
ad actionem conſequendam de nouo,ſeu aliud ius non habet lo
cum purgatio moræ poſt tempus,ſed ad iam quæſitam conſer-
uandam ſic,vt in d.§.Seia & etiam ad euitandum pœnam, vel in-
tereſſe iuxta materiam l.& ſi poſt tres.ſi quis cautio. Pau. de Ca.
optimè tractauit materiam.

LEX VI.

## L.Sed & ſi conditioni.

### §.Nepotes.

†Glo.intelligit iſtum tex.quando tempore
teſtamēti nepos præcedebatur a filio, quo
caſu poterat omnino præteriri,vt l.Gallus.§.in omnibus. de lib.&
poſth.fortius inſtitui ſub conditione caſuali,vel mixta, ſed ſi non
præcedebatur tempore teſtamenti,ſicut non poterat omnino p̃
teriri,ita nec ſub tali conditionę inſtitui, ſicut nec filius, & iſta vr̃
communis opi.Doct.Alij,quos gl.recitat in fi.tenent, quòd licēt
non poſſit omnino pręteriri dicto caſu,ut patet in l.poſthumorũ
de iniu.teſt.benè poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta,
& ꝙ in hoc filius primi gradus ſit melioris conditionis, q̃ nepos,
ſicut & alibi in l.iubemus.C.ad Treb.& de hoc vr̃ tex.cui non vr̃
poſſe dari congruum reſponſum in l.quam gl.allegat.ꝓ. de ſuis.&
legi.l.j.§.ſciendum.pro quo etiam facit id,quod dixi in l. Gallus §.
nunc de l.& Docto.Papienſes conſueuerunt iſtam tenere, qui vt
plurimum conantur defendere opin.reprobatas, & approbatas
infringere.

---

1 *Hæreditas habilis,ꝙ tria requirat tempora ad hoc, ut ualeat inſtitutio, ſcilicet tempus teſtamenti,mortis,& aditionis.*
2 *Inhabilitas medio tempore ſuperueniens poſt teſtamentum ſi fuit ex toto,annihilatus ſtatus inſtituti,annihilat inſtitutionem.*

### §.Solemus.

1 †In tex.ibi,media tempora.quæ ſunt duo,
ſcilicet inter teſtm̃, & mortem, item inter
mortem,& aditionem hæreditatis,ſi ergo reperitur habilis,hęres
inſtitutus tribus temporibus.ſ.teſtamenti,mortis,& aditionis,va-
let inſtitutio,& poteſt adire,licèt illis duob. temporib. fuerit effe
ctus inhabilis,tñ inhabilitas ceſſauit:hæc vera,qñ fuit inſtitutus pu
rè,ſi aũt ſub conditione,tunc non inſpicitur tp̃s mortis, ſi condi-
tio tunc adhuc non extiterat,ſed inſpicitur tempus exiſtentis con
ditionis vnà cum tpe teſtamenti, & aditionis, vt no. in l. ſi alienũ.
2 §.in extraneis.ꝓ.eo.¶†Item intelligo iſtum tex.qñ inhabilitas me-
dio tempore ſuperueniens non annihilauit ex toto ſtatum inſti-
tuti,vt ſi fuit deportatus,quia licèt perdat ciuitatem, & ſic annihi-
letur de iure ciuili,retinet tñ libertatem,& ſic non annihilatur de
iure gentium,ſed ſi fuit ex toto annihilatus, vt ſi fuit damnatus in
metallum,q ꝑdit ēt libertatē,tũc annihilaretur inſtitutio, q̃a licèt
poſtea ceſſaret inhabilitas,cenſeret̃ nouus homo, qui nunq̃ fuit
inſtitutus,nõ ſic in caſu p̃cedenti, & hoc probat̃ in l.intercedit. in
fi.ꝓ.de cond.& dem.& adde qđ no.Bar.in l.j.in fi.de ꝯtab. & facit
ad iſtam diſtinctionē l.res uxoris.C.de dona.inter uirum,& vxo.

---

1 *Inſtitutio facta de proprio ſeruo teſtatoris an de iure veteri valebat, & quid de iure nouo.*
2 *Quando res peruenit ad caſum,vel ſtatum,à quo non potuit incipere ante ipſius ꝑfectionem,& in eo perſeuerat,uitiatur diſpoſitio, & nu. 2.*

### §.Seruus alienus.

In iſto §. ponitur vnum exem-
plum de eo,quod dicit̃. proxi.
§.de inhabilitate ſuperueniente poſt teſtamentum medio tem-
1 pore,& poſtea ceſſante,ꝙ non vitiat inſtitutionem. † Et præmit-
te,ꝙ iſto iure non valebat inſtitutio facta de proprio ſeruo teſta-
toris,niſi eſſet relicta ſibi expreſſè libertas, licèt ſecus in ſeruo ex-
tranei,vt ſupra eodem.l.ſeruus.in prin.hodie verò valet, etiam in
proprio,hic autem tpe teſtamenti ſeruus erat alienus, & fuit inſti
tutus ſine libertate,& ſub conditione,& ſic valebat inſtitutio poſt
mortem teſtatoris,& pendente conditione fuit effectus hæredi-
tarius,quia dominus illius ipſum tradidit cuidam ſeruo hæredita-
rio ex cã habili ad transferendum dominium, & ſic videbatur ef-
fectus ipſius teſtatoris,quia hæreditas iacens repręſentat perſonã
defuncti,videbatur ergo ex hoc vitiari inſtitutionem, cum repe-
riat ſe inſtitutum ſine libertate,tamen Iuriſconſultus dicit, ꝙ ſi añ
euentum conditionis deſijt eſſe hæreditarius,quia fuit vſucaptus
a quodam tertio,& poſtea conditio exiſtat,inſtitutio non eſt vi-
tiata,quia ſufficit,ꝙ nec tempore teſtamenti,nec conditionis exi-
ſtentis,nec aditionis reperiat ſe ſeruum teſtatoris, & illa tempora
tantum ſunt attendenda,non medium tempus,quo pendebat ꝯ-
ditio,vt ſupra proxi.§.adhibit ergo hæreditatem iuſſu non domi-
ni vſucapientis,ſed ſi primus dominus non deſijſſet eſſe dominus
2 adiret iuſſu illius,& illi quæreret. ¶†Pro declaratione glo. oppo.
ꝙ iſta inſtitutio ſit variata ſtatim,ꝙ eſt effectus hæreditarius, & ꝑ
conſequens fingitur teſtatoris,quia qñ res peruenit ad caſum, vel
ſtatum,a quo non potuit incipere ante ipſius perfectionem, vitia
tur diſpoſitio,iuxta ea, q̃ habentur in l. pluribus. §. & ſi placet.de
ver.ob.& ꝓ.ad l.Falci.l.verbis.ſed hic eſt huiuſmodi,quia inſtitutio
non erat adhuc perfecta.poſtq̃ pendebat conditio, ꝑꝑ hoc gl.di-
cit,ꝙ iſtud poſſet ꝓcedere,ſi iſte fuiſſet inſtitutus purè, vel ſub ta-
li conditione,ſub qua ſeruus proprius non potuiſſet inſtitui, vt eſt
iſta,ſi liber erit.infra de condi ind.l.ſeruus alienus.cum l.ſeq.ſed hic
fuit inſtitutus non pure,ſed ſub ꝯdõne,ſub qua poterat inſtitui, &
loquit̃ glo.per verbum,forte,ſed non bene,nã etiam ſi pure fuiſ-
ſet inſtitutus, deinde effectus teſtatoris, & poſtea ante mortem
eius deſijſſet eſſe,locum haberet quod hic dicitur per §.pręceden
tem,non ob.ꝯrium,quia procedit, quando peruenit ad caſum,a
quo non poteſt incipere,ſupple & in eo perſeuerat, & reperitur
eſſe tempore vltimæ perfectionis, tunc bene vitiatur diſpoſitio,
ſed hic non perſeuerabit,nec reperitur eſſe tempore conditionis
exiſtentis,quo inſtitutio perficitur.

---

1 *Ad hoc,vt ſeruus inſtitutus efficiatur neceſſarius ſufficit, ꝙ tempore mortis teſtatoris ſit inſolidum ipſius,licèt tempore teſtamenti non fuerit.*
2 *Seruum omnino alienum,licèt non poſſum inſtituere cum libertate, tamen communem inter me,& alium benè poſſum.*

§.Si

1 **§. Si ſeruum communem.** † Ad hoc, vt ſeruus inſtitutus efficiatᷣ neceſſarius, ſufficit, ꝙ tp̄e mortis teſtatoris ſit inſolidum ipſius, licèt tempore teſtamenti non fuerit. h. d. ¶ In text. ibi, (hęredem ſcripſit) ſupple. pro parte, & pro alia parte inſtituit filiū impuberem, de quo ff. poſſet etiam poni, ꝙ inſtituit inſolidum ipſum, & impuberē exhæredauit, quod fieri poterat hoc iure. ¶ In tex. ibi. (neceſſarius.) ſupple. tam mihi teſtatori, q̃ etiam impuberi, per l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ff. ti. primo. ¶ In tex. ibi, (patrem redemerit impubes.) Sed quid ſi non redemit? dic, vt ff. ti. primo. l. ſi ſeruus communis. ¶ In tex. ibi, (neceſſarius non efficitur,) quia cum non ſit effectus neceſſarius teſtatori, quia non erat ſuus inſolidum tp̄e mortis. & ſic non fuit conſecutus libertatem ex teſtamento eius, licèt cum libertate fuerit inſtitutus, quia non potuit preiudicare ſocio, ſimiliter non efficietur neceſſarius impuberi, ſed quia ceſſat ratio illius §. quos poſſum. Sed ſi ipſe impubes ipſum manumittat cum ſolennitate debita efficietur ſibi voluntarius hæres, quia ſubſtitutio durat, & licèt ab eo habeat libertatē, non tamen hęreditatem, ſed a primo teſtatore: & ad hoc, vt ſit neceſſarius requiritur, ꝙ ab eodem habeat vtranque: ſi autem pupillus ipſum non manumitteret, tunc nec neceſſarius, nec voluntarius hęres erit pupillo, qa non eſſet cui hęreditas acquireretur, cum remaneat ſeruus, ſed ſi pupillus nō redemiſſet patrem ſocij, tunc partem hęreditatis in qua fuit inſtitutus acquireret ſocio, & etiam hæreditatem pupilli, quam adiret iuſſu ſocij, ita ſupple iſtū tex. ſcrupuloſum.
2 † Et no. ꝙ licèt ſeruum omnino alienum non poſſim inſtituere cum libertate. ff. eo. l. ſi alienum. illum tamen q non eſt omnino alienus, ſed communis inter me, & alium, benè poſſum, vt hic: non tn̄ intelligas, ꝙ fiat præiudicium ſocio, vt perdat dominium partis ſuæ ſecundum iſta iura, ſed hodie datur facultas ſeruo ſoluendi ſocio preciū partis, & efficeretᷣ mihi neceſſarius, vt C. de ſer. com. ma. l. fin. ſed ſi eſſet inſtitutus ſine libertate, illa facultas ſibi non daretur, & ſi non ſoluit partem precij, acquirit hr̄ditatem meam ſocio. cætera dic, vt in gloſ. q̃ eſt magiſtra, & ad eam ſemper remittitur in iſta materia, quia diſtinguit tres caſus.

---

1 *Seruo cum libertate inſtituto ſola libertas adimi non poteſt.*
2 *Seruus inſtitutus cum libertate qualiter conſequitur libertatē à ſeipſo. Quando vnus ſolus eſt inſtitutus, ſibijpſi, a ſeipſo legari non poteſt.*
3 *Si ſeruus ſubſtituatur ſimpliciter ſine libertate, valet inſtitutio, & legatum poſtea de libertate factum eſt ſuperfluum.*

1 **Sed ſi ſit.** † Seruo cum libertate inſtituto ſola libertas adimi non poteſt. h. d. & loquitur qn̄ adimitur in codicillis; & tunc eſt clarum, qa ſi valeret ademptio libertatis, videretur etiam adempta hæreditas, q̃ ſine libertate ſibi non poteſt competere, quia non eſſet, cui eam acquireret, & in codicillis nō poteſt hæreditas adimi directo, vt l. 2. C. de codi. Idem tn̄ eſt, ſi adimatur in eodem teſtō, de quo erat maius dubium, qa cum ſimul datæ fuerint, altera ſine altera nō poterat adimi, vt l. ſi ita. §. regula ff. de lib. & poſthu. & hoc etiam tenet hic gl. in ver. & eſt alia ratio. ¶ In tex. ibi, (ſit inſtitutus) ſupple, inſolidū. ita intelligunt gl. & Doc. ſi autem pro parte Bar. vr̄ ſentire, ꝙ tunc valeret ademptio ſolius libertatis, quia poſſet confirmari per aditionem hęredis, ſed qn̄ eſt inſtitutus inſolidum non poſſet confirmari, niſi ꝑ aditionem ſuā, & ita eſſent ɔ̃ria, ꝙ eſſet hæres, & non eſſet liber. Sed certè ratio, q̃ ff. ſubijcitur, ꝙ libertatem conſequitᷣ a ſeipſo, locum hēt, etiam qn̄ habet cohæredem, vt eſt tex. in l. ex parte ff. de acq. hęre. & ideo vr̄ ꝙ etiam tunc habet locum, quod hic dicitur, quia cum iſta duo ſint ſimul data: ſ. libertas, & hæreditas, non poſſit altera ſine altera adimi, & ſi adimitur, non valet per l. ſi ita §. regula. de lib. & poſth. licèt Bar. eo. modo intelligat, quo hic. ¶ In tex. ibi, (codicillis,) ſubaudi maximè, nam nec in eo. teſtamento valet ademptio ſolius libertatis, vt in d. §. regula. ¶ In text. ibi, (quo neceſſarius fieret) ſupple, non eſſet adempta libertas, nec poſtea fuiſſet alienatus, vel manumiſſus, vt in gl. ¶ In tex. ibi, (ne a ſemetipſo adimatᷣ libertas.) qđ eſſe non poteſt, & quod videretᷣ adimi a ſemetipſo, ſi valeret ademptio, ꝓbat in ver. ſeruus enim qm̄ ipſum habet a ſemetipſo: ergo, & a ſemetipſo videretᷣ adimi, & quod hoc fieri non poſſit, ut a ſemetipſo adimatur, probat in fine, quia poſtquam eſt inſtitutus inſolidum, vt proponitur, non poteſt ſibiipſi a ſeipſo aliquid legari, vt l. legatum. §. hæredi. de lega. primo. ergo nec ſibiipſi a ſeipſo aliquid adimi: quia datio, & ademptio regulantur ꝑ eundem modum, & idem, qđ non poteſt legari, nec adimi. l. vt legata inutiliter. in fi. ff. de adi. leg. ¶ Glo. mag. quæ eſt hic laborat circa duo.
2 † Primo in declarando qualiter intelligitur hoc, quod dicitur in tex. ꝙ ſeruus inſtitutus cum libertate conſequitur libertatem a ſe ipſo, & dicit gloſſ. quòd vult dicere, quòd non conſequitur eam a teſtatore, nec tanquam rem hæreditariam, ſed vt ſingulare commodum, & ideo teſtator illam libertatem alteri, quàm ipſi ſeruo non poſſet legare; qa ſolum res hæreditarias legare poteſt, & iſta libertas non eſt hæreditaria; quòd hoc ſit verū, declara vltra gloſſ. nam non poteſt dici, quòd habeat à teſtatore illud, quod apud teſtatorem non fuit, nec vt hereditarium id, quod in hæreditate nūquam fuit, ſed iſta libertas eſt huiuſmodi, nunquam enim teſtator eam habuit apud ſe, ſed iſte ſeruus moriente teſtatore incipit eam de nouo habere, & licèt a iure naturali primæuo, quo omnes homines liberi naſcebantur, & licèt per iuſgentium fuerit inuenta ſeruitus, per eam tamen non fuit ſublata libertas, ſed obfuſcata, & cum poſtea ſeruitus extinguitur, libertas detegitur, vt no. in l. manumiſſiones. ſupra de iuſti. & iur. non ergo poteſt teſtator ſibi auferre, quod aliunde, quàm ab eo conſequitur, argum. in l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. C. de adop. Breuiter iſta ratio nō eſt bona, quia ſicut teſtator potuit ei relinquere libertatem, & ita potuit adimere relictum, quia licèt non haberet illam libertatem pęnes ſe actualiter habebat tamen potentialiter, vt patet in fi. quia in fundo meo nō habeo ſeruitutem realem, uel perſonalem actualiter: quia res mea non poteſt mihi ſeruire, vt l. vti frui. ſi vſufruc. pe. & tamen poſſum alteri ſeruitutem relinquere, quia cum habeo dominium plenum, habeo etiam potentiam producendi in actum talem ſeruitutem in perſonam alterius, eod. modo in ſeruo, in quo habeo dominium, & ſeruitutem, quia relinquendo dominium, & ſeruitutem, facio vt libertas in eſſe producatur, ſiue de nouo, ſiue detegatur, quæ prius fuerat obfuſcata: ergo debeo poſſe adimere, quia procedit ademptio a pari potentia: ideo dicunt Doct. quòd tex. vult aliud dicere, videlicet, quòd non cōſequitur libertatem a cohærede, vel per aditionem illius, ſed a ſeipſo, ſicut & hæreditatem: nam vnus ex hæredib. portionem hæreditatis habet a ſe, non a cohærede, vt probatur in l. ſi in teſtamēto. infra ſi quis omiſ. cau. teſt. eo modo, & libertatem, quæ eſt cōnexa cum hæreditate, ſi ergo poſſet adimi a ſeipſo ſola libertas, remaneret hæres, & non liber, quod eſſe non poteſt.
3 † Aliud ſuꝑ quo laborat gloſſ. quòd vult dicere litera, quòd non poteſt ſibiipſi legari. gloſſ. intelligit, quòd quando eſt ſolus inſtitutus ſibiipſi, a ſe ipſo non poteſt legari, ſcilicet, nec ipſa libertas, nec ipſemet ſibiipſimet aliqua res hæreditaria. poſtea opponit, quòd immo ipſemet ſibi poſſit legari, vt l. fi. C. de ſer. com. manu. Et reſpōdetur, quòd ibi non fuit inſtitutus, ſed alius, hic ſic, & inſolidum. Item quærit in fi. poſtquam habet libertatem a ſeipſo, quādo eſt inſtitutus cum libertate, non poteſt ſibiipſi legari res hęreditaria. Et reſpondetur, vt in ea. Innuit etiam gloſſ. quòd ſi inſtituerem ſeruum ſimpliciter, ſine liberis iure iuſto, & poſtea libertatem eidem legarem, nō valeret legatum, nec faceret inſtitutionem reconualeſcere. Hodie valet inſtitutio, quia videtur inſtitutus cum libertate. & legatū poſtea factum de eadem eſſet ſuperfluum.

---

## LEX VII.

1 *Si ſeruus inſtitutus cum libertate ſit a teſtatore manumiſſus, erit voluntarius hæres, & ſi alienatus acquiret hæreditatem nouo domino.*
2 *Seruus ſi inſtitutus ſit cū libertate, & poſtea alienetur, cēſetur reuocata datio libertatis, nō inſtitutio, & adibit hæreditatem iuſſu noui domini.*

1 **SI ſeruus.** † Si ſeruus inſtitutus cum libertate ſit a teſtatore manumiſſus, erit voluntarius hæres, & ſi alienatus acquiret hæreditatem nouo domino hoc dicit in effectu, non videtur ergo reuocata inſtitutio per manumiſſionem, vel alienationem, ſed alteratur qualitas eius, vt patet etiam infra eodem. l. quoties. §. penul. ¶ In text. ibi, (ſi ſeruus communis,) hoc ita fuit de facto: nam idem, & clarius procedit hoc in ſeruo proprio. ¶ In text. ibi, ſub conditione. idem ſi pure, quod poteſt, quia gloſſ. intelligit dummodo conditio appoſita in inſtitutione ſit impleta, & paria ſunt fuiſſe impletam, & fuiſſe pure inſtitutum. ¶ In text. ibi, (libertatem conſecutus ſit,) ſcilicet, per manumiſſionem vtriuſque domini. ipſe enim ſolus teſtator non potuiſſet manumittere. ¶ In text. ibi, (teſtamentarię libertatis,) ex hoc apparet, quòd alia conditio fuit appoſita in inſtitutione, alia in libertate, & conditio prima extiterat, ſed iſta ſecunda non adhuc, tamen non debet expectari eius euentus: quia nihil operaretur, poſtquam erat conſecutus libertatem inter uiuos. ¶ In text. ibi, (adire hæreditatem poteſt.) ſuppl. impleta conditione: ſub qua erat inſtitutus, & dic poteſt, ſcilicet, ſponte. nam ad hoc, vt ſit neceſſarius hæres. requiritur, quòd conſequatur libertatem, & hæreditatem ex teſtamento, ſed hic libertatem fuit conſecutus inter uiuos.
2 ¶ † In text. ibi, (item ſiue teſtator eum alienauit.) ſupple vnà cum ſocio poſtquam erit communis, & iſte caſus eſt clarus per l. quoties. §. fin. infra eodem. nam nec tunc erit. neceſſarius; ſed adhibit hæreditatem iuſſu noui domini: vt in fi quia cenſetur reuocaſſe donationem libertatis non inſtitutionem. ¶ In tex. ibi: (ſiue hæres poſt mortem teſtatoris.) iſte eſt caſus dubius: nam cum ponatur: quòd ipſe fuit inſtitutus: quomodo potuit ſeipſum alienare? gloſſ. ſoluit duobus modis. Primo quòd habuerit ſubſtitutum vulgarem: & ille alienauit. quod ſtare non pōt: qa ſubſtitutus nullum ius habebat, antequā deficeret inſtitutio:

inſtitutio,ſed hic non erat defecta,quod patet: quia adit iuſſu noui dñi. Alio modo ſoluit ꝙ habebat cohæredem, & ille alienauit iſtam tenet Bar. ſupplendo tñ,ꝙ ille cohęredes erat inſtitutus inſolidum purè,& iſte ſeruus erat ſibi datus cohæres ſub conditione:interim ergo ille cohæres videtur hæres inſolidum per ea quę no. in l.2.ſi pars hæred.pet. & ſic potuit dominium inſolidum in alium transferre. Sed contra quòd iſte ſeruus potuerit dare ſocio æſtimationem ſuæ patris, & conſequi totam hæreditatem pro ſe, vt ï.titu. j. l. ſi ſeruus communis. glo. non ſoluit, dic ꝙ ibi erat caſus ſpecialis hoc iure, vt ibi no. regulariter ſecus: hodie verum eſt regulariter,vt l.j.C.de ſer.cõ.manu. & no.l.proxi.§.ſi ſeruum.¶Adhuc op.glo.quòd non potuit iſte cohæres auferre ſibi libertatem alienando quo minus exiſtente conditione efficiatur liber l.pater filio. ï.eod.ti.gl.fateť hic ꝙ iſte cohæres, licèt alienando auferat ſibi hæreditatem, non tamen aufert ſibi libertatem. Vel dic ꝙ ibi loquitur in ſeruo proprio teſtatoris,vt ibi dicam.

## LEX VIII.

1 *Ad hoc,ut ſeruus cõmunis ambobus dominis efficiatur hæres neceſſarius requiritur,ꝙ ſit ab ambobus inſtitutus cum libertate, & ꝙ dies hęreditatis,& libertatis ex teſtamento amborum ſimul cedat.*

2 *Libertus orcinus dicitur ille,cui fuit relicta libertas directò,& eam conſequitur ſine manumiſſione,& ſic dicitur orcinus,ideſt teſtatoris.*

1 DVo ſocij. †Ad hoc, vt ſeruus communis ambobus dominis efficiatur hæres. neceſſarius, requiritur ꝙ ſit ambobus inſtitutus cum libertate, & ꝙ dies hæreditatis, & libertatis ex teſtamento amborum ſimul cedat h.d.Ratio eſt, quoniam ad hoc,vt ſeruus efficiatur neceſſarius, requiritur ꝙ ſimul conſequatur libertatem, & hæreditatem ex teſtamento domini, ſed ſi communis eſt ſeruus,ſi alter tantum reliquit libertatem non poteſt in prę iudicium alterius eam conſequi ſtatim mortuo teſtatore:& ſimiliter ſi ambo reliquerunt, & diuerſis temporibus cedat dies, non conſequitur eam ex illo teſtamento,ex quo primo dies ceſſit,ergo illi non poteſt effici neceſſarius, ſed ſi cedat ſimul,uerum eſt dicere ꝙ ex teſtamento vtriuſque conſequitur libertatem, & hæ-
2 reditatē ſimul. ¶†In text. ibi,orcinum.dicitur libertus orcinus ille cui fuit relicta libertas directò,& ſic conſequitur eam ſine manumiſſione hęredis: vnde non habet alium patronum,quàm defunctum: ideo dr̄ orcinus, ideſt teſtatoris, ſed quando relinquitur per fideicommiſſum. tunc requiritur manumiſſio hæredis, & efficitur libertus ipſius,& non dicitur orcinus.

## LEX IX.

2 *Error in corpore inſtituti, uel ſubſtantia rei relictæ uitiat inſtitutionem, & relictum.*

2 *Error in qualitate perſonæ inſtitutæ quando uitiet inſtitutionem.*

3 *Quid in errore nominis proprij.*

1 QVoties. †Error in corpore inſtituti, vel in ſubſtantia rei relictæ vitiat inſtitutionem, & relictum h. d. vſque ad §. ſed ſi non in corpore.¶Oppo.pro declaratione gl. de l.nemo.§.qui frater.š.eo.C.de teſt.l. ſi quis in nomine.Sol. diſtingue tres caſus:nam aut erratur in corpore perſonæ inſtitutæ, aut in qualitate,aut in nomine proprio. Primo caſu vitiatur inſtitutio, tam in corpore in quo erratur, quàm in illo ad quod intentio teſtatoris dirigitur, quod poteſt contingere duobus modis. Primo quando volebam inſtituere Titium abſentem,quem nunquam videram. & alius,puta Sempronius ſe ſubmiſit aſſerēs ſe eſſe illum Titium quando teſtator ipſum abſentem ſemel viderat, & cognoſcebat,ſed poſtea cæcus factus eſt,& alius loco illius ſe ſubmiſit, vt contingit in Iacob,qui ſe ſubmiſit loco Eſau:nam neuter fuit hæres ſm glo.vel dic,ꝙ fuit Iacob,q̧a pr̄ eius poſtquàm notitiam habuit de fraude permanſit in eo,quod fecerat, & ſic approbauit ſm Bal. & totum fuit ex
2 diſpenſatione diuina. ¶†Circa ſecundum,aut illa qualitas concernit conſanguinitatem:quia putabam Titium fratrē meum, vel filium cum non eſſet errans in facto, vel in iure,& idem,vt vitietur inſtitutio, licèt non ſit error in corpore, quia cã præſumitur finalis,vt l.nec apud.& l.ſi pater.C eo.& in l.eã quam.C.de fideicom. ſecus ſi eſſet aliqua qualitas, quæ non inducit cauſam finalem, quia falſa demonſtratio non vitiat,vt l.demonſtratio. de cond.& demon.ſed ſi non erraſſet, licèt ex certa ſcientia nominaret eum fratrem,cum ſciret non eſſe, non vitiaretur inſtõ,quia cenſereť potius dixiſſe gratia amicitiæ,q̃ fraternitatis, ita loquitur l.nemo.
3 §.fi.š.eod.†Circa tertium diſtingue, an habebat notam perſonã, & error in nomine non vitiat,vt l.quis in nomine.C.de teſta.Aut non habebat notam,& tunc dic.vt l.qui habebat ſtatum ſupra.de reb.dub.

1 *Error in quantitate continua, uel diſcreta non uitiat id,quod eſt dictum, & præualet ei,quod eſt ſcriptum.*

2 *Ad ualorem inſtitutionis requiritur perſona relinquens, & perſona cui relinquitur, & res quæ relinquitur.*

3 *Si teſtator coram teſtibus dixit,ꝙ uolebat inſtituere Titium in ſemiſſe poſtea reperitur ſcriptus in quadrante quòd iſtud præſumatur factũ potius per errorem,& hoc probato habebitur pro inſtituto in ſemiſſe.*

*Error probatur eo ipſo quòd in præfationibus fuit aliquid dictum, & poſtea reperitur aliud ſcriptum ſi incontinenti ſecuta eſt ſcriptura.*

4 *Quòd notarius non præſumatur hoc ſcripſiſſe falſò,ſed per errorem,uel teſtatoris,uel ipſius,niſi aliter probetur de dolo.*

5 *In teſtamento in ſcriptis,licèt requiratur ſcriptura de ſubſtantia, ſi interuenit,& in aliquo eſt erratum, quia fuit ſcriptum minus quàm deberet ſcribi hoc non nocet, & debet ſuppleri ſi poteſt probari,ꝙ fuerit actum.*

6 *Si reperitur in ſcriptura notarij unum c,pro centum, & unum l,pro quinquaginta,cum iſta ſint conſueta,non uitiant ſcripturam,ſed habentur pro extenſis.*

1 §.Sed ſi non in corpore. †Error in quantitate continua,vel diſcreta non uitiat id, qđ eſt dictum, & præualet ei, qđ eſt ſcriptũ. h.d.vſq; ad §.tantundem.Et primo loquitur quando voluit aſcribere plus,& per errorem aſcripſit minus, vſque ibi, (ſed ſi maiorem.)Secundo qñ econuerſo:& iſte ſecundus caſus magis eſt clarus, quia cum in maiori quantitate inſit minor remoto vno in quo erratum eſt,remanet voluntas teſtatoris in alio, & ēt ſcriptura,ſed in primo caſu non ſic, quia in eo,qđ eſt plus, licèt adſit uoluntas, non adeſt ſcriptura: & ideo videtur ꝙ non valeat inſtõ, ēt in eo, qđ teſtator voluit poſtquam errauit, vt in princ. huius
2 l.† Sol.ibi fuit erratum in corpore perſonæ inſtitutæ, vel in ſubſtantia rei relictæ, qui error magis nocet:nam ad valorem inſtõnis requiritur perſona relinquens, & ꝑſona eius cui relinquitur & res q̃ relinquiť. Vñ cum iſta tria ſint de ſubſtantia, error magis vitiat: hic fuit erratum in quantitate, q̃ non eſt de ſubſtantia inſtitutionis, valet.n.inſtitutio, licèt partes à teſtatore non fuerint deſcriptæ,vt ï. eo.§.hæredes.iõ error in portione non vitiat, niſi
3 in eo in quo eſt erratum, & ſtatur ei qđ teſtator voluit. † not. ergo hic primo, ꝙ ſi teſtator coram teſtib. dixit,ꝙ volebat inſtituere Titium in ſemiſſe,poſtea cum notarius venit reperitur ſcriptus in quadrante, iſtud præſumitur factum potius per errorem, quã ex eo,ꝙ teſtator pęnituerit: & ideo hoc probato habebitur pro inſtituto in ſemiſſe, qđ perpetuò tene menti. nam ex hoc ſequitur,ꝙ error probatur eo ipſo, ꝙ in p̄fationibus fuit aliquid dcm̄, & poſtea reperitur aliud ſcriptũ. hoc verũ ſi incontinenti ſecuta eſt ſcriptura, aliàs non præſumereť pænituiſſe ꝑ ea q̃ no. in l. per
4 retentionem. C.de vſufr. ¶†Itē no.ad excuſationē notariorum cum non p̄ſumanť hoc ſcripſiſſe falſo,ſed ꝑ errorem, vel teſtatoris,vel ipſius, vñ non ſufficeret ad redarguendum ipſum de falſo probare, ꝙ per teſtatorem aliud fuit dictum, & aliud reperitur ſcriptum, niſi aliter probeť de dolo, vt hic,dum dicit aſcripſerit te-
5 ſtamentarius. &c. qđ perpetuò tene menti ſm Bar. †Itē not. inquantum iſte tex. p̄t intelligi ēt in teſtõ in ſcriptis, ꝙ licèt in illo requiratur ſcriptura de ſubſtantia ſi interuenit, & in aliquo eſt erratum,quia debet ſuppleri ſi p̄t probari,qđ fuerit actum,ſecus ſi oĩno eſſet ſcriptura omiſſa, ſimile hr̄ in l. j. §. ſi autem ſir.š.e.& hoc
6 ſentit hic Ang.¶† Vltimò no. in fi.dum dicit per notam.[a] cc. &c.
a ꝙ ſi reperitur in ſcriptura notarij vnum c.pro centum,& vnum l, pro quinquaginta, quia iſtæ ſunt notæ coniunctæ, non vitiant ſcripturam, ſed perinde eſt ac ſi extenſe fuiſſet ſcriptum, ſecus ſi eſſent notę non conſuetæ. & ita intelligitur l. ſed cum patrono in fi.š.de bon. poſſ.

### ADDITIO.

a ¶Per notam.Quando cifrę,uel notæ uitient inſtr̄m uide latè per do.Alex, de Imo.in conſi.152.col.2.uer.item fuit.in 2.uol.Fran.Cur.

1 *Omiſſio conditionis quam teſtator uoluit apponere, & per errorem omiſit,uitiat inſtitutionem,ſed econuerſo ſi per errorem appoſuit,quam apponere nõ intēdebat,nõ uitiatur inſtitutio,ſed habetur pro nõ appoſita.*

2 *Non debet attendi qđ fecit notarius ſi contra uoluntatem teſtatoris,uel partium fecit,ſed præualet uoluntas illorum.*

3 *Si non poteſt conſtare quæ conditio erat illa,quam notarius omiſit in inſtitutione,& tamen conſtet,ꝙ teſtator noluit facere inſtitutionem puram, & propterea uitietur inſtitutio quòd ſuccurratur illi inſtituto, contra notarium ad intereſſe per actionem in factum.*

1 §. Tantundem. †Omiſſio conditionis, quam teſtator voluit apponere, & per errorem omiſit, vitiat inſtitutionem, ſed econuerſo, ſi per errorem appoſuit,quam apponere non intendebat, non vitiatur inſtitutio,ſed hr̄ pro non appoſita h.d.uſq ad verſi.(ſed ſi cum.)Ratio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu conſtabat, ꝙ teſtator noluit facere inſtitutionem puram, ſed conditionalem, & non apparet, quam conditionem voluit apponere. Vnde nec valet,vt puta, quia teſtator noluit,nec vt conditionalis,quia quam conditionem voluerit apponere ignorať,& ſic vitiať rõne incerti

tudinis. Sed ſi conſtaret quam voluerit apponere, valeret inſtitu-
tio tanq̃ conditionalis, & illa ꝯdõ, q̃ expreſſit in p̃fationib. cẽſet re
petita in inſtõne, vt l. Titia. §. idẽ r̃ndit. de ver. obli. in ſecundo caſu
conſtat, ꝙ q̃n teſtator voluit. ſ. facere inſtõnem puram non valet
vt puta. Item conſtat, ꝙ voluit. ſ. conditionẽ apponere: iõ ꝑ erro-
rẽ appoſita reijcĩ. Et aduertẽdum, q̃a Iuriſcõ. primo tractauit, q̃n
fuit erratũ in corpore pſonæ inſtitutæ in prin. huius l. Poſtea q̃n in
ſubſtantia rei relictæ in uer. (& ſi in reliqs.) & iſte error uitiat indi-
ſtinctè. Poſtea q̃n in qualitate, in uer.) ſed ſi non in corpore.) & iõ
nõ uitiat indiſtinctè. In iſto §. q̃n in qualitate ſubſtantiali: nam ꝙ in
ſtõ ſit pura, uel conditionalis, non eſt de ſubſtantia eius, ſed de
qualitate, q̃a poteſt fieri utroq; modo, tamen iſta qualitas dr̃ ſub
ſtantialis, quia diuerſificat ſubſtantiam inſtõnis: alia. n. eſt pura in-
ſtitutio, alia conditionalis. ar. in l. j. §. ſi quis ſimpl'r de ver. ob. Iſto
ergo caſu diſtinguitur, vt hic in tex. & ex his, q̃ ſ. dixi. ¶ In tex. ibi,
(deſtinans inſerere,) quia hoc dixit in p̃ſentia teſtium, ꝙ volebat in
ſtituere Titium ſub condõne, & poſtea cũ venit notarius inſtituit
eum, & de condõne nõ fecit mẽtionẽ, p̃ſumiĩ. n. hoc ꝑ errorem
fcĩi, ſi incõtinẽti, qđ eſt ſingulare, vt ſ. ꝓ xi. §. ¶ In tex. ibi, (ꝓ nõ in-
ſtituto putat) gl. hic intelligit, ut habeat ꝓ nõ inſtituto ſub condi-
tione prout teſtator uoluit, licèt bene hr̃ pro inſtituto purè, poſt
quam ita reperiĩ ſcriptũ, licèt teſtator uoluerit, & hoc per l. pe. C.
de inſt. & ſubſt. ſed Dy. intelligit ꝯ̃rio, ꝙ hr̃ pro non inſtituto. ſ. pu
rè, quia teſtator noluit, ꝙ eſſet purè inſtitutus, ſed bñ hr̃ pro inſti-
tuto ſub conditione, poſtq̃ teſtator voluit, & hoc per §. p̃ce. & ꝑ
id, qđ ſequiĩ in ſeq. ver. q̃a ſi appoſitio ꝯdõnis facta ꝑ errorẽ non
vitiat, ut ibi, ſed ſeruatur, qđ teſtator noluit, ea ratione nec omiſ-
ſio debet vitiare, ſed debet ſeruari, qđ voluit teſtator. Sed Iaco. de
Ra. Pe. Dy. & Bar. dñt, ꝙ nõ hr̃ ꝓ nõ inſtituto aliquo mõ, nec pu
rè, nec ſub cõdõne, & ita ſonat tex. Tu dicas, ꝙ q̃libet iſtarum
opi. eſt vera in diuerſis caſib. Nã ſi teſtator perfecit actũ ſuũ. ſ. in-
ſtõnem, & dixit ſe velle poſtea condõnem adijcere, puta inſtituo
Titiũ ſub ꝯdõne, q̃ in codicillis aſcripſero. tũc vera eſt opin. gl. &
ſi poſtea non aſcribat, valet inſtõ vt pura, & ita loquiĩ illa l. pe. de
qua ſ. opp & ſoluit multis modis, & non benè, ſed iſta eſt uera,
vt ẽt ꝓbaĩ ſ. e. l. 2. & l cum pr̃. §. fi de le. 2. Interdũ teſtõr, anteq̃ ꝑue
niret ad actũ ad inſtitutionis dixit ſe velle inſtituere Titiũ ſub ꝯdõ-
ne, & poſtea incontinenti inſtituit nõ appoſita conditione, & tũc
loquitur hic, quo caſu ſi ſpecificauerat quam ꝯdõnem uolebat
apponere cenſetur appoſita, & repetita, & ſic hr̃ pro inſtituto ſub
conditione, & ita procedit opi. Dy. ſi aũt non expreſſerat ꝯdõnẽ,
nullo modo habetur pro inſtituto, & ita intell'r iſte tex. ꝑ rõnẽ,
2 q̃ ſ. dixi, ita procedit opi Pe. & Bar. ¶ † In tex. ibi, (idem tractat, & ſi
teſtamentarius.) No. ſm̃ Bal. ꝙ non debet attendi qđ fecit nota-
rius, ſi contra uoluntatem teſtatoris, uel partium, ſed præualet vo
luntas illorum, facit l. errore. C. de teſt. dicit hic Bar. ꝙ iſto caſu,
quando proceſſit à notario, putat opi. Dy. veram, ꝙ habeatur ꝓ
inſtituto, prout teſtator uoluit, non prout notarius fecit, quod
videtur expreſsè contra tex. dum dicit, ſed pro non inſtituto ha-
bendum: & iõ diſtingue eod. modo, quo ſ. q̃a ſi teſtator appoſuit
conditionem, & notarius eam remouit p̃ter uoluntatem eius te-
ſtatoris, ſi põt probari q̃ conditio erat illa, procedit dcm̃ Bart. q̃a
hr̃ pro inſtituto ſub illa conditione, & non attendiĩ, qđ fecit nota-
3 rius. † aut non põt conſtare. q̃ ꝯdõ erat, & tũc, quia coſtat, ꝙ no-
luit facere inſtõnem purã, & non conſtat q̃ ꝯdõnẽ appoſuerit, ui
tiaĩ inſtõ propter incertitudinẽ. Puto tñ, ꝙ illi inſtituto ſuccurre-
tur ꝯ notarium ad intereſſe per actionẽ in factum, & æſtimabitur
dubius euentus quantum poſſet vendi, ar. in l. 3. §. fi. de condi. ob
cau. & quod no. in l. Lucius. §. Semproni a. de leg. 2.

1 *Commitatiuus, ſi fuit deſcriptus inter ciues per errorẽ, uel econuerſo ciuis inter commitatiuos, non ſtatur ſcripturæ, ſed ueritati, idem ſi quis eſt deſcriptus inter bannitos per errorem.*

## §. Sed ſi cum primum.

Hic loquiĩ, q̃n fuit error in numero ꝑ
ſonarũ, q̃a cũ uellet inſtituere unũ, inſtituit duos, dr̃, ꝙ ille adiectus
hr̃ ꝓ non inſtituto. ¶ In text. ibi, (& ſm̃ ſcripſit.). ſ. ꝑ errorem, de
1 quo conſtat ſm̃ Dy. ¶ † In text. ibi, (ſolus primus.) inducit Bal. ꝙ
ſi commitatiuus fuit deſcriptus inter ciues ꝑ errorẽ, uel econuer
ſo ciuis inter commitatiuos, non ſtetur ſcripturæ, ſed locus ſit ue
ritati, vt & alibi dicitur in l. fi. in fi. ſ. de ꝓba. & eo. modo ſi aliquis
eſt deſcriptus inter bannitos per errorem.

1 *Inſtitutio, ſi perſona inſtituti ſit certa ex alia demonſtratione, quàm proprij nominis, ualet, niſi ſit appoſita cauſa cõtumeliæ: et qđ ſi eſt incerta.*
2 *Quòd aliquis extraneus penitus ignotus poſſit eſſe certus, & qualiter poſſit hæres inſtitui.*
3 *Si accuſatur, uel inquiritur aliquis, quòd occidit Romipetam, cuius nomen ignoratur, & etiam unde eſſet, & quis eſſet, ꝙ procedat inquiſitio, uel accuſatio.*

## §. Si quis.

1 † Valet inſtitutio, ſi perſona inſtituti ſit certa ex
alia demonſtratione, quàm proprij nominis,
niſi ſit appoſita cauſa contumeliæ: ſed ſi eſt incerta non ualet, niſi
declaratio ſit cõmiſſa in aliquẽ futurum euentum, qui extiterit.
h. d. vſq; ad §. hr̃des. Ponuntur ergo duæ regulę, & q̃libet earum
habet exceptionem unam. Scđa ibi, (hæres autem inſtitutus &c.
2 No. † unam gl. in iſto uer. hæres q̃ incipit, proprio noĩe. in fi. dũ di
cit, ꝙ aliquis extraneus penitus ignotus poteſt eſſe certus, ut ꝓbaĩ
ex iſto tex. iuncta l. extraneũ. C. eo. q̃a in illa l. dr̃, ꝙ extraneus, &
penitus ignotus põt hęres inſtitui, & hic dicitur, ꝙ nõ ualet inſtõ,
niſi perſona inſtituti ſit certa: ergo ſequiĩ, ꝙ extraneus, & penitus
ignotus põt eſſe certus: qđ intellige certitudine corporis, ſi præ-
3 ſens eſt. ¶ † Et iſtud inducit Bal. ſi accuſaĩ, vel inquiritur aliquis, ꝙ
a occidit Romipetã. a cuius nomen ignoraĩ, & ẽt uñ eſſet, & q̃s eſ-
ſet, an procedat inquiſitio, uel accuſatio? vr̃ ꝙ non, q̃a debet expri
mi pſona, ꝯ quã delictũ eſt cõmiſſum, ut l. libellorũ. de accu. ſed
hic ur̃ nõ poſſe exprimi, poſtq̃ eſt ignotus. Cõtrarium vr̃ ꝑ hanc
gl. dummõ ſit certus de corpore occiſi, & ſic conſtat maleficium
fuiſſe commiſſum: quia ſufficit certitudo iſta, non ſic, ſi nõ cõſta-
ret de occiſione, q̃a nullus uidit occiſum, licèt vulgò dicaĩ aliquẽ
fuiſſe occiſum in tali loco, & infamia laborat ꝯ aliquẽ, & reperiĩ te
ſtis, qui uiderit occiſum: nã primo debet ꝯſtare de hoc anteq̃ in-
quiraĩ, ut in l. j. §. item illud.) ad Sillan. & iſtud habui de fcõ Bono-
niæ, & eramus oẽs aduocati ꝓ defenſã cuiuſdam, & recordor, ꝙ
quidam ex iudicib poteſtatis allegabat dictum Bal. hic.

ADDITIO.

a ¶ Quòd occidit Romipetam. Adde, ꝙ eccle. Romana habet ex conſuetu
dine, uter in anno excõmunicet eos, qui offendunt peregrinos ſm̃ Bald.
in c. conquerente. in ulti. col. in fi. de cle. peregri.

1 *Hæreditas conſiſtit in iure incorporali, non autẽ in rebus corporalibus, cũ poſſit eſſe hæreditas ſine aliquo corpore.*
2 *Iura incorporalia, licèt regulariter ſint indiuiſibilia, tamen hoc fallit in iure hæreditatis, & uſusfructus.*
3 *Diuiſio teſtatoris præfertur legali, & teſtator tunc uidetur diuidere, quãdo inſtituit plures, ſed ſi unum, ſecus, licèt plures portiones faciat.*

## §. Hæredes.

1 † No. hic, ꝙ hæreditas conſiſtit in iure in
corporali, nõ aũt in rebus corporalibus,
cũ poſſit eſſe hæreditas ſine aliquo corpore, ut l. hæreditas. de pet.
hære. & de re. di. l. j. §. incorporales. nã eſt q̃dã pſona ficta repre-
ſentans defunctum, uel dic, ꝙ eſt q̃dam ſucceſſio in uniuerſum
ius, qđ defunct⁹ habuit, qđ declara, ut ꝑ Bar. ſuꝑ rubrica de acq.
her. iõ hæredes, q̃ ſuccedũt in hoc iure dicunĩ ſucceſſores iuris:
q̃a hæreditas eſt uniuerſitas iuris, ſicut, & peculiũ, & dos. Eſt ẽt q̃
dã uniuerſitas facti, ſeu corporum u. g. cui nulla eſt amiſſio iu-
2 ris. † Itẽ not. ꝙ licèt regulariter iura incorporalia ſint indiuiſibilia,
ut patet in l. 2. & l. plenè. ſa. erc. tñ fallit in hoc iure hæreditatis: quia
diuidiĩ, ꝙ ſi ſunt plures hæredes inſtituti, non eſt q̃libet hæres in-
ſolidũ, licèt ſecus in alijs iurib. incorporalibus, ut in ſeruitutibus,
quia tranſeunt ad quemlibet hr̃dem inſolidum, ut l. 2. de uer. obl.
Fallit ẽt in uſufr. qui eſt ius indiuiſibile, ut l. j. §. ſi uſufr. ad l. Fal. Item
3 not. † ꝙ diuiſio teſtatoris præfertur diuiſioni legali, tunc aũt teſta-
tor vr̃ diuidere, q̃n inſtituit plures. ſed ſi unum, ſecus, licèt plures
portiones faciat, ut l. ſi ſolus. de acq. hær. & quod ibi dixi.

1 *Inſtituti diſpariter in re certa pariter ſunt hæredes uniuerſales, niſi expreſſe repugnet teſtatoris uoluntas.*
2 *Inſtitutio facta in re certa trahitur ad uniuerſum, quando non fuit datus cohæres uniuerſalis, quando non conſtat de expreſſa contraria uoluntate, aliàs inſtitutus in re certa loco legatarij habetur.*
3 *Portiones factæ in illa re certa, non cenſentur factæ in inſtitutione uniuerſali, quæ reſultat ex illa: quia nullam portionem habent ad inuicem.*
4 *Qualitas appoſita in expreſſa inſtitutione, quando non cenſeatur repetita in tacita, quæ reſultat ex illa.*
5 *Inſtitutio quando fit de uniuerſo, & exceptio, uel prohibitio ſit de re certa, tunc præualet inſtitutio, & exceptio habebitur pro non facta, & ſic cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati.*
6 *Quid econuerſo ſi inſtitutio fuit facta in re certa, & exceptio, ſeu prohibitio in uniuerſo, ꝙ tunc præualeat exceptio, & ſic cauſa inteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati & an habebit iure legati facti ab inteſtato.*
*Quid ſi inſtitutio eſt facta de parte quota, & exceptio, ſeu prohibitio de alia quota.*
7 *Filio inſtituto in aliqua parte, uel re pro ſua legitima non poteſt prohiberi ius accreſcendi, uel ſupplendi in reſiduo ſi illa non ſufficit, ſed ultra legitimam, idem eſſet in filio, quod in extraneo.*
8 *In legatis poteſt prohiberi ius accreſcendi.*

## §. Si duo.

1 † Inſtituti diſpariter in re certa pariter ſunt hæ-
redes uniuerſales, niſi expreſsè repugnet teſta-
2 toris uoluntas h. d. † Tria ergo dicuntur hic, primo, quòd inſtitu-
tio facta eſt in re certa, & trahitur ad uniuerſum, cõcor. l. j. §. ſi ex
fundo. ſ. e. hoc eſt uerum, quãdo nõ fuit datus cohæres uniuerſa-
lis, aliàs inſtitutus in re certa loco legatarij haberetur, ut l. quo-
ties. C. eodem, niſi talis inſtitutio cohæredis ex poſt facto irri-
taretur,

taretur, vel quia repudiaret, vel q̃a decederet hr̃ditate nõ adita; q̃a tunc haberet̃ ꝓ nõ dato, & ſic totum accreſcet inſtituto in re certa, ac ſi cohr̃dẽ nõ habuiſſet ſ᷑m cõem opi. vt hic tenet Bar. & ẽt Cy. in aut. nouiſſima. C. de inof. teſt. & ita fuit diſputatũ, vt refert Io. And. in addi. Spe. in tit. de teſt. §. in primis. ẽt ſi teſtator iuſſit illi inſtituto in re certa, ꝙ vltra illã petere nõ poſſet, quia hoc debet intelligi, rebus ſic remanentib. & ꝙ inſtõ cohæredis habeat effectum, aliàs cũ iſta prohibitio cenſeatur facta fauore cohr̃dis. arg. in l. peto. in prin. de leg. 2. & nũc ſi non pt̃ operari fauorẽ eius, non operabit̃ odiũ prohibiti, & ita conſuluit Bar. & ẽt firmat hic.

3 Sc̃do † dr̃ hic, ꝙ portiones factæ in illa re certa non cenſent̃ factæ in inſtitutione vniuerſali, q̃ reſultat ex illa, quia nullã portionem hñt ad inuicẽ: & iõ qualitas appoſita in expreſſa inſtõne, non cenſetur repetita in tacita, q̃ reſultat ex illa, q̃ñ eſt maioris authoritatis, & efficaciæ, & alterius omnino naturæ, illã tñ rẽ bñ habebunt iure prælegati ſ᷑m portionẽ factã in ea ).eo. l. ex facto. & no. ). l. prox. de teſt. mil. l. certarum. in prin. ſ᷑m Dy. Tertio, & vlt. dr̃, ſi mõ uoluntas patris ſa. manifeſtiſſimè nõ refragatur: & iſta limitatio pt̃ referri ad primum dc̃m, & pt̃ referri ad ſ᷑m, & ẽt ad vtrunq;: ſi referat̃ ad ſ᷑m tm̃, clara eſt: q̃a ſi conſtat intẽtionẽ teſtatoris fuiſſe, ꝙ habeant illas partes in inſtõne vniuerſali, quas dedit in fundo, illas habebunt, ſed Bar. dicit, ꝙ iſte intellectus non eſſet bonus: quia quantum ad hoc non req̃ritur manifeſtiſſima voluntas, ſed ſufficit præſumptiua. arg. in l. cum proponeretur. de leg. 2. Certè tex. de vulg. & pupi. l. ſi plures. in fi. ẽt quantum ad hoc dicit, requiri euidentem voluntatem, & expreſſionem. Poteſt ẽt dici, ꝙ licèt hic dicatur de manifeſtiſſima voluntate, non propterea tollit q̃n ſufficiat ẽt coniectura, q̃a ẽt illa pt̃ dici manifeſtiſſima vt l. licèt Imper. de leg. j. ipſe autẽ Bar.

4 † refert iſtã limitationẽ, ad primũ dc̃m, videlicet, ꝙ tũc inſtõ in re certa trahitur ad vniuerſum non dato cohærede vniuerſali, quando non conſtat de manifeſtiſſima voluntate in contrarium, aliàs ſecus. ſed q̃d erit tunc, tenet ipſe, ꝙ vitietur teſtm̃ rõne perplexitatis, q̃ reſultat inter diſpõnẽ iuris, & voluntatem defuncti, quia ius vult, vt q̃s non decedat ꝓ parte teſta-

a tus, & ꝓ parte inteſtatus,ᵃ & iõ inſtõnẽ factã in certa re, vel quota, tanq̃ fauorabilem extendit ad vniuerſum, teſtator autem vult, quòd non extendatur, & iſta voluntas eſt ſeruanda, & p̄ualet diſpõni iuris, ſed ne ſequatur inconueniens, q̃d ius abhorret, potius dicamus cãm inteſtati trahere ad ſe cauſam teſtati, & ſic non valere in aliquo. Et hoc probat multis rõnib. & pręcipuè per l. pe. de inio. teſt. Ange. in l. pe. ſ. de iniuſt. teſt. diſtinguit tres caſus: nã aut inſtõ fit de vniuerſo, & exceptio fit de certa re, & tunc p̄ualet inſtitutio, & exceptio habebitur pro non facta, & ſic cã teſtati trahit ad ſe cãm inteſtati, caſus eſt in l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit ex

5 cepto fundo. ). eo. in pe. car. † aut ecõuerſo inſtitutio fuit facta in certa re, & exceptio, ſeu prohibitio in vniuerſo, & tunc p̄ualet exceptio, & ſic cã inteſtati trahit ad ſe cãm teſtati. ut in hoc §. ſ᷑m intellectũ Bar. & dicit, ꝙ inſtitutus nõ hẽbit illã rẽ in qua inſtitutus fuit In hoc pt̃ dici ꝯtrariũ, ꝙ hẽbit iure legati facti ab inteſt. ne vtile pp inutile vitiet̃. Interdũ inſtõ eſt facta de parte quota, & exceptio ſeu ꝓhibitio de alia quota. vt inſtituo te in dimidia, & ꝙ plus hr̃e nõ poſſis, & in altera dimidia nullum inſtituo, & tunc habet locum op. Bar. q̃a iſte tex. nõ loquitur in hoc caſu. iõ cũ inſtitutio, & ꝓhibitio ſint pares p̄ualere dẽt inſtõ, q̃ eſt nobilior, & fauorabilior, ut trahat ad ſe cauſam inteſtati, & idem ſi in minori quota fuiſſet facta inſtõ, puta in quarta, ſufficit. n. ꝙ in quota, & ſic ſit inſtõ vniuerſalis. Contra iſtud tñ vr̃ caſus in illa l. pe. vbi inſtõ cohr̃dis, q̃ erat in quota irritatur, q̃a alia quota ſui cohr̃dis non potuit ſibi accreſcere pp tacitã prohibitionem teſtatoris, q̃ reſultat ex eo, ꝙ illi cohr̃di debuit ſubſtitui vulgariter, & iſta vr̃ verior.

6 † & ſic ſolũ in primo caſu cã teſtati trahit ad ſe cãm inteſtati, non in ſc̃do, vel tertio, ſed potius econuerſo, & adde, ꝙ filio inſtituto in aliqua parte vere ꝓ ſua lt̃ima, non pt̃ prohiberi ius accre. vel ſupplendi in reſiduo, ſi illa nõ ſufficit, ut in Auth. vt cũ de app. cog. §. cæterum. ſ᷑m Bal. & l. ſi q̃ñ. C. de inoffi. teſta ſed vltra lt̃imã idem eſſet in filio, quòd in extraneo, ut ſi pp prohibitionem iuris accreſcendi cã inteſtati trahit ad ſe cãm teſtati irritet̃ teſtm̃, & ita conſuluit Bar. in conſ. q̃d inci. Matthiolus. In legatis autem non eſt dubiũ, quòd pt̃ prohiberi ius accreſcendi, vt l. dominus. §. fi. & ibi no. ſ. de vſufru.

ADDITIO.

a Vt quis non decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Adde Bal. in aut. defuncto. ad fi. C. ad Tre. Pa. de Ca. in rub. C. de. mi. Pa. de Ca. i l. cũ duob. in j. no. C. de inof. te.

2 *Dictio poſtea: poſita inter illa, inter quæ nõ eſt ordo temporis, ſed naturæ, uel intellectus, non ſignificat ordinem temporis, ſed intellectus.*

2 *verbum, poſtea, poteſt denotare ordinem intellectus, & non temporis.*

1 a **§. Si quis ita.** † Dictio poſtea, poſita inter illa iter quę non eſt ordo temporis, ſed naturæ, uel intellectus, non ſignificat ordinem tp̃is, ſed intellectus. hoc dicit. ¶ In tex. ibi. (detracto uerbo medio.) videbatur quòd iſta inſtitutio eſſet nulla, tanquam perplexa: quia voluit, quòd primo efficeretur liber, & poſtea hæres, & hoc eſſe nõ potuit, ſi nullus erat datus cohæres: quia ex teſtamento non potuit dari libertas ante quam ex eo aliquis efficeretur heres, ſicut nec alia legata, vt l. ſi nemo. ſ. de teſt. tu. ergo, &c. vt ſ. proxi. §. in fi. ſ᷑m intellectum Bar. vbi vitiatur teſtm̃ rõne perplexitatis, ſed certè ibi non poterat perple-

2 xitas diſſolui, hic ſic. † quia verbum, poſtea, põt denotare ordinẽ intell̃s. non tp̃is: nã ſimul fiet hr̃s, & liber, ſed in ordine intell̃s, cenſetur primo factus liber. poſtea hr̃s: quia nomen hr̃ditariorũ non pt̃ cadere, niſi in libero: ideo & hæreditas ſimpliciter data differtur in tempus datæ libertatis, ut infra ea. l. §. fi.

ADDITIO.

a Dictio poſtea. Adde l. ab hoſtib. in §. ſed quòd ſimpliciter, & q̃d ibi bo. ff. ex qui. ca.

1 *Poteſt quis inſtitui in parte ſub illa conditione, ſub qua ſubſtitutus fuit in altera parte, & ea exiſteten, parte habuit iure inſtitutionis, partem iure ſubſtitutionis.*

2 *Beſſis continet duos trientes, & triens continet quatuor de duodecim.*

1 **§. Si quis primum.** † Poteſt q̃s inſtitui in parte ſub illa conditione, ſub qua ſubſtitutus fuit in altera parte, & ea exiſtẽte, partẽ habebit iure inſtõnis, & partẽ iure ſubſtitutionis h. d. ꝯcor. ). eo. l. Iulianus. §. fi. cũ l. ſeq. tñ ibi loquit̃, q̃ñ inter primos erat diſtributus totus as, hic q̃ñ nõ, niſi duo trientes, &c. ¶ In text. ibi, (hic ſc̃do repudiãte, (ſed q̃d ſi nõ repudiauit, ſed adiuit, R̃ndeo inſtitutio facta de tertio in tertio triente euanuit, ſed ẽt ſubſtitutio vulgaris facta de eodem ſecundo triente, cum ſint factæ ſub eadem conditione, ſi ſecundus

2 nõ erit hr̃s, & ſic accreſcit duob. primis inſtitutis ꝓ rata. ¶ † In tex.

a ibi, (beſſem hẽbit.) iõ octo vncias,ᵃ q̃ ꝯtinet duos trientes, cũ triẽs contineat quatuor de 12. ut ). e. l. interdũ. §. j. & l. ſeruũ meũ. §. fi.

ADDITIO.

a Octo uncias. Adde Doc. in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſt.

1 *Alienatio ſerui inſtituti, cum libertate non extinguit inſtitutionem, ſed facit, ut iuſſu noui domini poſſit adire, & ſi fuerit per teſtatorem redemptus, redditur inſtitutio in priſtinam cauſam, ut efficiatur neceſſarius hæres.*

2 *Sufficit, ꝙ ſeruus inſtitutus fuerit a principio teſtatoris, vt potuerit inſtituere cum libertate, & ſi poſtea alienat, cenſetur reuocaſſe libertatem.*

1 **§. Seruus.** ¶ † Alienatio ſerui inſtituti cum libertate non extinguit inſtitutionem, ſed facit, vt iuſſu noui dñi poſſit adire, & ſi fuerit p teſtatorem redemptus reddit̃ inſtitutio in priſtinam cãm, vt efficiatur neceſſarius hr̃s h. d. ¶ In text. ibi. (iuberi adire ab eo põt, &c.) videbatur ꝯrium, ꝙ inſtõ cenſeretur effecta irrita, primo. q̃a fuit facta ad commodum ipſius ſerui, & nunc non põt operari commodũ eius. Itẽ, quia venit ad caſum, a quo non potuit incipere añ ꝑfectionẽ eius: nã teſtõr non potuit inſtituere ſeruum alienũ cũ libertate, & inſtituendo non ualet inſtõ. vt ). e. l. ſi alienũ. in princ. ſed hic inſtitueràt cũ cũ libertate, & poſtea factus eſt alienus añ quàm inſtõ ſortiret̃ effectũ, ergo &c. iſtæ erãt rões dubitãdi. Sed ad primam r̃nde, & licèt a principio teſtator voluerit ipſum inſtituere ad ſuum cõmodũ, cũ poſtea alienauit, & teſtm̃ nõ reuocauit cenſetur mutaſſe voluntatem, & voluiſſe, ꝙ ſit hr̃s ad cõmodũ noui dñi. & hoc facere po-

2 tuit re integra. † Ad ſ᷑m r̃ndet̃, ꝙ ſufficit à principio fuiſſe teſtatoris, vt potuerit inſtituere cum libertate, & ſi poſtea alienat, cenſet̃ reuocaſſe libertatẽ: iõ non vitiat, q̃a lex ꝯria loquit̃, q̃ñ vult, ꝙ ſeruus alienus ſit liber, & hæres, hic non præſumit̃ ita voluiſſe poſtquàm alienauit, & ſi de ꝯria voluntate appareret, fateret̃ ꝯriũ, ꝙ uitiaret̃ inſtitutio. ¶ Sed op. ꝙ non potuit reuocare dationẽ libertatis ſine datione hr̃ditatis, vt l. ſi ita. §. regula. de lib. & poſth. & ſ. e. l. ſed ſi in ꝯdõne. §. fi. Solu. verum eſt, ſi non alienaſſet, quia tunc ſequeretur inconueniens, de quo ibi dixi. ſecus ſi alienauit, vt hic, quia non ſequitur inconueniens, quòd remaneat hæres, & non liber. quia non remanet heres pro ſe, ſed pro nouo domino. ¶ Item adhuc op. ). eo. l. talem. §. primo reſponſo. Sol. ibi fuit inſtitutus ſub conditione, ſi erit teſtõris tempore mortis eius, ideo ſi alienatur, inſtõ reuocatur, quia condõ deficit. hic purè. ¶ In text. ibi id valet, quia media tempora nõ curantur, quòd in illo fuerit alienus. ſufficit. n. ꝙ tempore ſuæ mortis ſit ſuus, arg. ſ. eo. l. ſed ſi in conditione. §. ſolemus.

1 *Inſtitutio facta de ſeruo proprio ſimpliciter, differtur in tempus datæ libertatis, niſi fuerit à teſtatore manumiſſus, uel alienatus quantum ad proprietatem, ſed ſi quantum ad uſumfructum differtur quouſq; finitus erit uſuſfr. tam libertatis datio. quàm hæreditatis.*

2 *Si quis inſtituat ſeruum ſimpliciter, licèt de libertate non faciat mentionem, cenſetur inſtituiſſe cum libertate, & efficitur ſtatim mortuo teſtatore hæres, & liber. niſi teſtator in aliqua parte teſtamenti reliquerit libertatem ſub conditione, uel in diem.*

1 **§. Si ſeruus.** † Inſtitutio facta de ſeruo proprio ſimpliciter differtur in tempus datæ libertatis, niſi fuerit a teſtatore manumiſſus, vel alienatus, quantum ad proprietatem, ſed ſi quantum ad vſumfru. differtur quouſque finitus erit vſuſfru. tam libertatis datio, quàm hæreditatis h. d. vſ-

quæ in fi. Et primo format qõnem, qñ fuit alienatus, vel manu-
miſſus, uſq; ibi, (& ſi quidem.) Secundo premittit ad euidentiam
duo, anteq̃ reſpondeat, quid iuris eſſet, ſi non fuiſſet alienatus nec
manumiſſus, uſq; ibi, (ſed & ſi purè.) Tertio redit ad primum ca-
ſum, & ipſum determinat, & determinationem limitat in prin. &
ibi, {ex die libertatem accepit.) puta poſt annum. ¶In tex. ibi, (&
hr̃ditatẽ purè). i. ſimplr. & ſic commodè põt iſta inſtitutio differ-
ri uſq in tp̃s datæ libertatis, q̃a non conſtat hoc fieri contra uo-
luntatem teſtatoris, q̃ præſumitur uelle id, qđ iuris eſt, ſed ius nõ
uult, ꝙ efficiat̃ hr̃s, anteq̃ liber. Si aũt exp̃ſsè dixiſſet teſtator pu-
rè ſe inſtituere, & ſic appareat, ꝙ uoluit ipſum effici hr̃dem, ante-
q̃ eſſet liber, uitiaretur inſtitutio ratione perplexitatis, q̃ non po-
teſt hoc caſu diſſolui cum aliqua ſubdiſtinctione, licèt ſecus in §.
ſi quis ita. ¶In tex. ibi,) an inſtitutione ualeat.) iſta queſtio uidetur
ſuperflua pp̃ præcedentem §. ubi determinabitur, ꝙ ualet, ſed ibi
loquitur, quando libertas fuit data purè, hic quando in diem. ¶In
tex. ibi, (quæ hæreditatem morabatur.). i. differri faciebat, & idem
econuerſo ſi libertas eſt data purè. i. ſimpliciter, & hæreditas ſub
conditione, differtur datio libertatis in euentum conditionis, ut
ꝭ. eo. l. Trebatius. §. fi. cum l. ſeq. ſimul enim debent competere re-
ſpectu tp̃is, licèt libertas fingatur competere per prius, ut in §. ſi
quis ita. ¶In tex. ibi, dici debere eum hr̃dem poſſe exiſtere). ſ. non
expectato die datæ libertatis, ſed incontinenti poſt mortem teſta
toris: nam ſi fuit manumiſſus, ideo non expectatur: quia nihil ope
ratur euentus, cum iam habeat libertatem, & ſi fuit alienatus,
ideo non expectatur, quia datio libertatis cenſetur reuocata, vt
dixi in §. præcedenti. & in primo caſu erit hæres pro ſe, & uolun-
tatis in ſecundo iuſſu noui domini, bene ergo rñdetur ad quæ-
ſtionem in prin. formatam, ꝙ ualeat inſtõ, & nõ differatur in tp̃s
datæ libertatis, ſed ſi ſit alienatus uſusfru. duntaxat, non cenſetur
reuocata libertas, nec etiam inſtitutio, inquantum fuit facta ad cõ
modum ipſius ſerui: non. n. cenſetur reuocaſſe uoluntatem, ut
amodo ſit ad commodum fructuarij. Et ideo ambæ erunt in pẽ-
denti, & in ſuſpenſo, quouſq; vſusfru. ſit finitus, & tunc efficietur
hæres, & liber adueniente die datæ libertatis, & hoc eſt, quod ſe-
2 quitur ibi, (ſed ſi non ipſe.) ¶In glo. quæ incipit, (non ante.) †Not.
iſtam gloſſam pro declaratione l. cum quidam. C. de neceſ. ſer.
vbi habetur, quòd ſi quis inſtituat ſeruum ſimplr, licèt de liberta
te non faciat mentionem, cenſetur inſtituiſſe cum libertate, & ef-
ficitur ſtatim mortuo teſtatore hæres, & liber: nam hoc eſt ue-
rum, niſi teſtator in aliqua parte teſtamenti reliquerit libertatem
ſub conditione, uel in diem, quia tunc poſtea ipſum ſimplr inſti-
tuendo non cenſetur purè libertatem relinquere, ne ſibiipſi ſit
contrarius, facit qđ no. gl. ſ. eo. l. ſeruus. §. j. ¶In gl. ſeq. quę incipit,
(no. ꝙ per ſe.) no. ꝙ licèt hæreditas per ſe non poſſit dari ad cer-
tam diem, ut ꝭ. eo. l. hæreditas. ſi non datur ſimplr. põt differri adi-
tio in certam diem pp̃ aliud, non pp̃ ſe, ut in ſeruo, cui relicta eſt
libertas in certam diem, & hæreditas ſimpliciter. ¶In gl. fi. ibi (quia
benè p̃t,) hodie certè hoc procederet, ſi tp̃e teſtamenti alius hr̃et
uſumfru. in ſeruo ſuo: nam tunc poteſt in præiudicium illius, quẽ
ſcit, habere uſumfru. dare libertatem, ſicut in præiudicium ſocij,
vt ſoluta illis æſtimatione partis, vel vſusfru. efficiat̃ liber, ſed hic
alienauit uſumfr. poſt teſtamentum, unde non eſt dicendũ, ꝙ in
p̃iudicium iſtius fructuarij cenſeat̃ in teſtõ aliquid uoluiſſe, cum
illum fructum ignoraret, & ſic non habebit locum l. quam gl. alle
gat, vt poſſit illi offerri æſtimatio uſusfru.

LEX X.

1 **L. Si alterius.** †Idem dicit, qđ §. ſi duo. ſ. l. pro x. ſaluo
ꝙ ibi loquitur in una re, hic in plurib.
¶Et no. ꝙ inæqualitas circa inſtõnem in re certa non inducit inę
qualitatem circa inſtitutionem uniuerſalem ex illa reſultantem
ſecundum Bal.

LEX XI.

1 **Titius.** †Coniuncti in re certa loco unius haben-
tur quantum ad diuiſionem hæreditatis
cum alio faciendam h. d. licèt ergo non inſpiciatur
diſtributio facta in rę certa, quantum ad hoc, vt eo-
dem modo cenſeatur facta in inſtitutione uniuerſali, ut in l. præ-
ce. benè tamen inſpicitur coniunctio facta de duobus in re certa,
vt habeantur loco unius, & uocentur ad unicam portionem, &
hoc voluit glo. in l. præce. dum op. de iſta l.

LEX XII.

1 **L. Si inæqualibus.** †Vltima diſtributio præua-
lęt h. d. declara, ut in glo.

LEX XIII.

*1 Dictio, æquè. operatur, quòd coniuncti cũ diſiunctis æqualiter admittãtur.*
*2 Coniuncti, quòd non habeãtur pro uno, ut ſic admittãtur ad unicã portio*
*nẽ; ſed quòd habeantur pro plurib. & q̃libet cenſeatur per ſe nominatus,*
*3 Verba appoſita per modum qualitatis, non in diuerſa oratione referun-*
*tur ad immediatè præcedentia, non ad omnia ſuperiora, & quid ſi om-*
*nia ſuperiora ponantur in una oratione.*
*Dictio, æquè. quid importet.*

1 **Interdum.** ¶†Dictio, æquè. operatur, ꝙ co-
a niuncti, cum diſiunctis æqualiter
2 admittantur h. d. Bar.† Et ſic facit, ꝙ coniuncti non ha-
beantur pro uno, & ſic admittantur ad unicam portionem, vt
C. de impu. & alijs ſubſt. l. fi. ſed ꝙ habeantur pro pluribus, & qui
libet cenſeatur per ſe noĩatus. ¶In tex. ibi, {teſtatoris uoluntatem
hanc exprimit. (ſupple, vt oẽs ex virilibus partibus uideantur inſti
tuti, ut ꝭ. in tex. ibi, (omnes uirilibus, &c.) in exemplo, qđ ſtatim
3 ſubijcitur in uer. (ut puta &c.) ¶†In tex. ibi, ex uirilibus partibus
inſtitutos. opp. ꝙ immo non ex virilibus, quia illa dictio, æquè. dẽt
referri ad uerbũ immediatè p̃cedens, videlicèt fratris mei filij, ut
ſic ſit ſenſus, ꝙ primus hẽt dimidiã, filij fr̃is, alterã dimidiam, q̃ de-
beant inter ſe æqualiter diuidere: nã uerba appoſita per modum
qualitatis nõ in diuerſa oratione referuntur ad immediatè pręce-
dentia, non ad omnia ſuperiora, ut l. filium. & qđ ibi not. in gl. qñ
dies leg. ce. & per Bar. expreſsè in l. fi. ꝭ. de reb. dub. Sol. illud con-
tingit hic; quia omnes iſti fuerunt poſiti in una oratione, in qua
unum ſolum uerbum principale fuit appoſitum. ſ. heredes ſunto.
ſicut ergo illud verbum refertur ad omnes præcedentes, tam ad
primum, quàm ad filios fratris, ita & qualitas iuncta uerbo per il-
lam dictionem, ęquè, ita dicit hic Iac. de Are. Ex hoc ſequitur, ꝙ
ſi iſti eſſent poſiti in diuerſis orationibus, puta primus hæres eſto.
Itẽ fratris mei filij æquè hr̃des ſunto. procederet contrarium. q̃a
verbum æquè. refertur ſolũ ad filios fratris, ſicut verbũ, ſunto. qđ
tene mẽti, q̃a eſt magna limitatio ad hanc l. licèt Iac. hoc expreſsè
non dicat, ſed colligitur à cõtrario ſenſu dicti ſui. Sed ꝯ hoc oppo.
de tex. expreſſò in l. ſi ita quis hr̃des. in pe. car. ꝭ. eo. ubi erant in di-
uerſis orationibus, & tñ p̃p illud verbum, æquis pattibus. cenſen
tur non coniuncti, ſed diſiuncti. Sol. notabiliter uerum eſt quan-
tum ad ius accre. & ita ibi loquitur, non quantum ad uni-
cam portionem. habebit ergo primus unam dimidiam, & filij
fratris alteram dimidiam, quam diuident inter ſe æqualiter, ut
colligitur ex dicto Iac. de Are. tñ ſi unus illorum filiorum repu-
diat partem ſuam, non accreſcet alijs tñ filijs, ut ibi, ſed ẽt primo
inſtituto, quia illi inter ſe non ſunt coniuncti re propter uerbũ,
æquis portionib. ſed uerbis tñ, & ille primus erat coniunctus cũ
eis re tñ, & tñ ualet una coniunctio ſola, quantum altera, ut ibi
habet̃ ſ'm uerũ intellectũ: tene menti, quia hoc eſt ſubſtantiale, &
non tangit̃ p̃ Bar. uel alios. ¶In tex. ibi, (qua detracta ſemiſſem fra
tris filij, &c.) contra iſtũ tex. opp. ꝙ ẽt ſi illa dictio, æque. non fuiſ-
ſet appoſita illi filij fratris, non dẽrent habere ſemiſſem tñ inter
oẽs, immo quilibet uirilẽ, q̃a omnes fuerunt poſiti in una oratio-
ne, & ſic oẽs erant coniuncti uerbis, ergo non dẽt eſſe deterioris
ꝯditionis unus, quàm alter. Sol. hic fuit duplex coniunctio uerba
lis, una quia fuerunt oẽs poſiti in una or̃one, & iſta concernit oẽs,
altera quia fuerunt ſimul coniuncti p̃ nomen collectiuum, per
quod etiam fit coniunctio uerbalis, & iſta non concernit, niſi fi-
lios fratris, & ſic in eis uiget duplex coniunctio uerbalis, & hæc ſe
cunda facit eos deterioris conditionis, ut ad unã tñ portionem
inter oẽs uocent̃, ac ſi eſſent unus. Sed adhuc ꝯ fortiter de l. utrũ,
poſt prin. ꝭ. de reb. dub. Sol. & tene menti. hic loquit̃, qñ plures iã
nati fuerunt inſtituti cõiunctim ſub noĩe collectiuo, & tũc habẽ-
tur pro uno, ibi loquit̃, qñ nondũ nati, ſed naſcituri, uñ ſi dico pri
mus, & poſthumi, qui naſcent̃ ex tali uxore fratris mei, hr̃des ſun
to. & naſcant̃ plures, licèt nõ fuerit appoſita dictio, æquè. nõ hñr
pro uno, ſed uocat̃ quilibet ad uirilem unà cũ primo, quia non
p̃t imputari teſtatori, quare non noĩauit quemlibet de p̃ ſe, cũ nõ
dũ eſſent nati, & ius p̃ſumit, ꝙ ſi eſſent nati, quẽlibet de p̃ ſe noĩaſ-
ſet, ſed qñ eſſent nati, & non noĩati quilibet de p̃ ſe, ſed ſimul ſub
noĩe collectiuo, vr̃ uelle, ꝙ hẽant pro uno. ita dicit ibi Dy. & Bar.
limitando iſtam l. notabiliter.

ADDITIO.

a Dictio, æquè. Adde Bar. in l. a diuo Pio. ff. de re iud.

*1 Hæreditas diuiſione legali diuiditur in duodecim uncias, & ſi a teſtatore*
*fiant pauciores, uel plures, ad eundem rediguntur in effectu.*
*2 Quodlibet totũ diuiditur in diuiſione legali in duodecim partes, q̃ uocan*
*tur unciæ ad ſimilitudinẽ libræ, & illud totũ dicitur as, ſeu pondiũ, & ſi*
*teſtator faciat plures partes, uel uncias, dicitur tranſire ad bipondiũ,*
*3 Si in libello peto duas partes talis rei, uideor petere duas de duodecim, &*
*ſi peto partem ſimpliciter, uideor petere dimidiam totius, ſed ſi peto ſim*
*pliciter, uideor petere totum.*
*3 Quid ſi expreſſit in libello nomina denotantia quotam.*

1 **§. Paterfa.** †Hæreditas diuiſione legali diuiditur in duo
decim uncias, & ſi a teſtatore fiant paucio-
res, uel plures, ad eundem numerum rediguntur in effectu h. d.
vſq; in fi. l. ¶Et primo loquitur, quando teſtator aliter non diui-
ſit, vſq; ibi, (deniq.) Secundo quando diuiſit, faciendo tñ paucio-
res

res vncias q̃ 12. Et primo quando fecit 6. tantum, vſq; ibi, (ſed ſi alter.) ſecundo qñ 9.vſq; ibi,(ſed ſi exceſſit.Ibi tertio,qñ fecit plures,ponit quatuor caſus. Primus qñ 10. & 8. vſq; ibi(ſed ſi duos.) Secundus quando 24.vſque ad alium verſic.(ſed ſi duos ex aſſe.) Tertius qñ 20.vſq ibi,apud eundem. Quartus quando 14.Et cõtinuantur omnes tex.ſeq. vſq ad l.Trebatius.quia tractat de eadẽ materia.ſ.diuiſionis hæreditatis,in qua oportuit ponere certa prĩcipia in iſto §.ex quibus determinantur q̃ plures, & pulchri caſus
2 in l.ſeq. ¶† Et no.hic prin.& in ver.(partes) quas poſtea appellat vncias,ꝙ quodlibet totum diuiditur diuiſione legali in 12.partes, quæ vocantur vnciæ ad ſimilitudinem libræ,& illud totum dr̃ as, ſeu pondium,& ſi teſtator faciat plures partes, vel vncias, dicitur tranſire ad bipondium,poteſt enim de vno aſſe facere duo, diuidendo q̃libet vnciam in duas,vnde eo ipſo, ꝙ excedit numerum
3 legalem, cenſetur ad bipondium tranſire.† Et per iſtum tex.dicit Barto. ꝙ ſi in libello peto duas partes talis rei, videor petere duas de 12. Ange. tenet contrarium per l.nomen filiarum. §. portiones.de verb.ſig.Tu dic melius, aut peto partem in ſingulari de tali re,nec aliter declaro, & tunc uideor petere dimidiam totius rei, ut ibi,aut peto duas partes,& tunc uideor petere duas de 12.ut dicit Bar.quod eſt notandum.Si autem peterem ſimpliciter,videor petere totum, hoc dicit gl.parua, quæ ſemper allegatur in l. ſi in rẽ.š. de rei ven. poſt prin. licèt aliter videatur dicere gl.in l.Pompo.§.is.š.de procur. Item p̃dicta qñ expreſſit quis in libello nomi-
a na a numeralia, vt duo,tria,quatuor,& ſimilia, ſecus ſi † nomina
4 denotantia quotam,vt ſunt iſta, tertia,quarta,quinta,ſexta,&c.vt j. l.proxi. nam tunc petendo tertiam, videor petere quartam de toto fundo,& petendo quartam,videor petere quartam de toto diuidendo totum fundum in quatuor partes. Et ſi peto ſextam,ſimiliter ſextam de toto diuidendo ipſum in ſex partes. ita notabiliter ponit Bar.in l. codicillis. §.j.j. de vſufr. lega. ubi omnino vide ſed dicendo duas, tres, vel quatuor, &c. ſemper videor intelligere.ſ.de 12. partib. facta diuiſione legali, tene menti. ¶Vltimo iſte ver.(ſed ſi exceſſerint.) recipit vnum difficile ꝯrium de l. cum qđ. C.de legi. per quã vr̃, ꝙ ſi inſtitui vnum in 12. vncijs, & alium in ſex,ꝙ videor ademiſſe a primo ſex vncias,& conſequens tantum habebit primus q̃tum ſecundus, cuius contrarium vult iſte text. ꝙ primus habeat beſſem.i.octo vncias de 12 legalib.& ſcđs trientem.i.quatuor.multę ſol.dant ibi a Doct.diſtinguuntur enim tres caſus.Aut conſtat, ꝙ voluit tranſire ad bipondium, & ſic noluit primo adimere, ſed tranſire ad alium aſſem, ut loquitur hic. Aut conſtat,ꝙ voluit adimere, & loquitur ibi ſecundum vnum intellectum. Aut eſt dubium, & tunc ſi primo reliquit pauciores,ſecundo uero reliquit plures, non poteſt dici, ꝙ prius pauciores uoluerit adimere de ſecundis pluribus & ſic præſumitur voluiſſe tranſire ad bipondium, aut econuerſo, & tunc ſecus. Et iſto etiã caſu locũ habebit l. cum qđ vt uideatur uoluiſſe adimere.& ſm hoc iſte tex.debet intelligi ſolũ eo caſu, qñ conſtabat de intentione teſtatoris, ꝙ uoluit tranſire ad bipondium, quod vr̃ diuinatio. Ideo pt̃ melius dici, quòd aut incontinenti,poſq̃ primum inſtituerat in 12.alium inſtituit in ſex,& cenſetur voluiſſe tranſire ad bipõdium,vt hic,non aũt voluiſſe adimere a primo.Aut ex interuallo, & tunc ſecus, ut ibi, & hoc per ea, quæ hñr, & no.in l.nam ad ea. de condi.& demon. Et hoc verum poſt illam l.cum qđ.ſed ante illam poteſt dici, quòd de iure ueteri indiſtinctè,ſiue incontinenti,ſiue ex interuallo non cenſeretur voluiſſe a primo adimere,ſed ad bipondium tranſire per iſtum tex.

ADDITIO.

a Qñ expreſſit quis in libello nomina. Adde Bar. & alios in l.j.ff.de lib. & poſth.Doc.in l.demõſtratio.ff.de cõd.& dem.gl. & Doct.in c.j.de li.obla.

LEX XIIII.

1 *Verbum tertia. & verbum,quarta. quæ poſſunt importare ordinem,& etiam quotitatem,ſi iungantur cum uerbo. prima,& ſecunda,quæ denotant ordinem tantum,non important quotitatem,ſed ordinem.*

2 *Vnum uerbum declaratur per aliud,cui adiungitur,& ſequentia per præcedentia.*

3 *An iſta uocabula,prima,& ſecunda ſignificent quotam.*

4 *Statuto,uel conſuetudine licèt contineatur, quòd talis habeat primam uocem,& talis ſecundam,iſtæ uoces non ſunt maioris efficaciæ,quàm ſequentium,licèt important maiorem honorem.*

1 SI quis ita. ¶†Verbum,tertia.& verbũ, quarta. quę poſſunt importare ordinẽ & etiam quotitatem, ſi iungantur cum uerbo, prima, & ſecunda. q̃ denotant ordinem tm̃,non im-
2 portant quotitatem, ſed ordinem h. d.notabiliter.† & ſic unum verbum per aliud, cui adiungitur,declaratur, & ſequentia per p̃cedentia,vt j.eo.l.qui non mili.§. Lucio.& de leg. 3.l. quæſitum. §.j.l.prædijs.in prin. & quod ibi no. & in l. quiſquis. ¶In tex.ibi, (æquè partes,&c.)id eſt dicere,quòd quilibet iſtorũ hẽbit tres vncias de 12.& ſic erunt æquales. videbat̃ aũt,quòd inſtitutus in tertia parte dẽret hr̃e quatuor de 12.quæ faciunt tertiã totius hr̃ditatis,& inſtitutus in quarta tres,q̃ faciunt quartã partẽ,reliqua quinque diuiderentur inter inſtitutum in prima parte,& inſtitutum in
3 ſecunda:† qa iſta vocabula,prima,& ſecunda.non denotant quotam,nã nõ eſt dare aliquã quotã,q̃ uocet̃,prima,uel ſcđa,ſed verbũ tertia,& quarta.q̃ benè ſignificant quotas, ꝯriũ tñ quia,poſtq̃ iſta verba p̃nt importare ẽt ordinẽ ſcripturæ, iunguntur cũ uerbo prima,& ſcđa.quæ important ordinẽ, & ſic eſt ſenſus,& perinde eſt,ac ſi teſtator dixiſſet,inſtituo primo Titium, ſcđo Seiũ, tertio Mæuium,quarto Sulpitiũ, quo caſu nõ erit melioris conditionis unus, q̃ alter. Vt etiã colligit̃ ex iſta l. & iſtud notabile colligit hic
4 Bal.quòd† licèt ſtatuto, vel ꝯſuetudine contineat̃, quòd talis habeat primã vocẽ,& talis ſcđam,iſtę uoces nõ ſunt maioris efficaciæ q̃ ſequẽtiũ licèt ĩportẽt maiorẽ honorẽ, vt l.j.j. de alb.ſcribẽ. ſm Bal.& Bar.nõ declarauit caſum huius l.eo modo, quo š.dixi.

LEX XV.

1 *Relatiuum quis,uel qui.facit in dubio relationem propriam,& perſonalem,quando poteſt,non autem ſimplicem,uel impropriam.*

2 *Relatiuum,quis uel qui.eſt relatiuum ſubſtantiæ, & ſi faceret relationẽ ſimplicem,potius eſſet relatiuum qualitatis,quod non eſt fiendum,niſi ſubeſt neceſſitas.*

1 IVlianus. †Relatiuum, quis, vel qui. a facit in
a dubio relationem propriam,& perſonalem,qñ põt,nõ autem ſimplicem,vel impropriã h.d.& ad hoc allegat.tunc aũt facit ſimplicem,& impropriam,qñ non pt̃ facere propriã,ut ibi, mulier damnauit,quæ ſaluauit:nã illa, quę non põt referri ad illã eandẽ mulierem, quæ damnauit,qa fuit Eua:& iſta,q̃ ſaluauit, quæ fuit beata Virgo, ſed refertur ad ſuum antecedens.ſ.mulier,prout conſideratur in ſuo genere,non prout in ſua ſpecie, tunc.n.qñ prout in ſpẽ facit relationem propriam. ¶In tex. ibi, (vtrum in tres ſemiſſes.) & ſic in 10.& octo uncias.& per conſequens videatur tranſiuiſſe ad bipõdiũ;& uidebat̃ ſic,qa fecit mentionẽ de tribus dimidijs inſtituendo Titium in una, Seium in altera Sempronium in alia,& quelibet dimidia facit ſex uncias. & ſi dicatur Sempronius fuit inſtitutus in illa eadem, in qua Seius, poteſt rñderi,quòd non in illa eadem,ſed in alia ſimili,vt ſic dictio.eadem.faciat relationem impropriam,& ſimplicẽ, prout antecedens ſumitur in ſuo genere, ſed certè hoc non eſt neceſſe dicere, cum poſſint facere relationem
2 propriam,† nã relatiuum quis,uel qui.eſt relatiuum ſubſtantiæ,ut no.in l.j.C.de ſen.quæ pro eo.& ſi faceret relationẽ ſimplicẽ,potius eſſet relatiuum qualitatis,qa exponeret qua.i.ſimili:quod nõ eſt fiendũ,qñ neceſſitas non ſubeſt, aliàs ſecus, vt no.in l.3. C.de neg.geſt.non ergo cenſetur tranſiuiſſe ad bipondiũ, & ſic Titius habebit vnam dimidia integrã.i.ſex uncias de 12. legalibus,& alij duo.ſ.Seius, & Sempronius alteram dimidiã, q̃ diuident inter ſe æqualiter, & quilibet habebit tres uncias,& ſic duos quadrantes unũ pro quolibet. ¶In tex.ibi,(& ideo coniuncti.)ſcilicèt re, non uerbis, quia non fuerunt poſiti in eadem oratione, tñ in eadem dimidia, in qua fuit inſtitutus Seius,fuit ẽt inſtitutus Sempronius, & ſic quilibet inſolidum in eadem inſpectis uerbis teſtatoris. ſed faciunt ſibi partes per concurſum,ut C.de cad.tol.§. ſin autẽ diſtinctim. & ſic eſt inter eos ius accre. uel proprium ius non decreſcendi,qa ſi alter ipſorum repudiaret partem ſuam,alter tantum eam habebit,nõ autem primus.ſ.Titius.Nec ob.j.eo.l.item quod Sabinus.§. j. quia ibi in pluribus inſtitutis ſine parte, unde neutri ipſorum vr̃ aſſignata tota pars inſolidum per teſtatorẽ; unde nõ dicuntur coniuncti,etiam re. hic uerò fuit aſſignata cuilibet de per ſe eadem dimidia per teſtatorem,ideo dicuntur re coniuncti, per ea,quæ no.in tex.& gl.in l.j.in fi.& l.3. in prin.de uſufru.accre ubi omnino uide.

ADDITIO.

a Relatiuum,quis uel qui. Adde,quòd aliquando reſtringit,ut in l.ea tamẽ adiectio.ff.de le.3.Bal.in l.omnes populi.ff. de iuſt.& iu.Bal. in l.percipimus.C.de appel.

1 *Teſtator poteſt tranſire ad bipondium in ſubſtitutione uulgari,licèt in inſtitutione non tranſiuerit.*

2 *Quòd illa uerba,quæ notarij apponunt in teſtamentis, teſtator talem inſtituit,& ſubſtituit.non repugnent inter ſe,cum non ſit inconueniens,ꝙ in eadem perſona concurrant inſtitutio,& ſubſtitutio.*

3 *An directa,& obliqua ſubſtitutio poſſint concurrere in eadem perſona,et portione.*

4 *Si notarius dixit, ꝙ teſtator ſubſtituit uulgariter,pupillariter, & per fideicommiſſum,& inſtitutus uelit repudiare, ꝙ ſubſtitutus habeat duplicem uiam primo,ut acceptet repudiationem,& ſuccedat ex uulgari, ſecundò,ut non acceptet ſed faciat ipſum compelli ad adeundum,& poſtea conſequatur ex fideicommiſſaria,ſimul aũt ex utraq; non poteſt.*

1 §.Idem eodem libro. †Teſtator poteſt trãſire ad bipõdium in ſubſtitutio-

ſtitutione vulgari, licèt in inſtitutione non tranſiuerit h. d. cum l.
ſeq. ¶In tex. ibi (ſecundus ex ſemiſſe,) hucuſq; primus gradus in-
ſtitutorum, in quo non exceſſit numerum 12. vnciarum, & ſic
non tranſiuit ad bipondium. ¶In tex. ibi, (ſi primus hæres non
erit.) hic incipit ſecundus gradus ſubſtitutionis vulgaris factę pri-
mo, in quo exceſſit numerum, quia ſubſtituit tertium in dodran
te, cum tamen primus cui facta fuit ſubſtitutio, non eſſet inſtitu-
tus, niſi in ſex vncijs. Et iſte tertius ſubſtituitus in 9. iunctis igitur
iſtis 9. cum ſex in quibus remanet inſtitutus ſecundus, faciunt
15. ſi ergo ſubſtitutio non habeat locum, quia primus adeat, hæ
reditas æqualiter diuiditur inter ipſum, & ſecundum, ſi habeat
locum, quia repudiat, conditio ſecundi efficitur deterior
propter uocationem tertij, quia debet diuidi hæreditas in 15.
vnicas prout teſtator uoluit, de quibus tertius habebit nouem,
& ſecundus ſex, & ſic diminutas, & iſte tertius tenet locum ſub
2 ſtituti, ut habetur in l. ſeq. quod no. ſecundum Bal. † Pro verbis
quæ apponunt notarij in teſtamentis, dum dicunt, ꝙ teſtator ta-
lem inſtituit, & ſubſtituit, quia non eſt inconueniens, ꝙ in ea-
dem perſona concurrat inſtitutio, & ſubſtitutio ſecundum eũ
per hanc l. certè clarum eſt hoc, reſpectu diuerſarum portionum
& ita loquitur iſta l. & multę aliæ, ita quòd iſtud non eſt nouum,
ſed notarij referunt ſe ad eandem portionem. ideo dic, ꝙ illa uer-
ba, inter ſe non repngnant, quia omnis ſubſtitutio eſt conditiona
lis inſtitutio, & loquor de directa, ſubſtitutione, ut not. in l.
3 Gallus. in princ. de libe. & poſth. † Sed an poſſit concurrere,
in eadem perſona, & directa, & obliqua ſubſtitutio? dic, ꝙ
ſic in origine, ſi teſtator uoluit, non tamen in executione cum
ſint inter ſe contrariæ, ideo debet alteram eligere, vt l. recuſare.
4 §. Titius. j. ad Tre. † & hoc no. pro uerbis notariorum, dum di-
cunt, quod ſubſtituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicom-
miſſum: nam ſi inſtitutus uult repudiare. ſubſtitutus habet du-
plicem uiam. primo, ut acceptet repudiationem, & ſuccedat ex
vulgari. ſecundo. vt non acceptet. ſed faciat ipſum compelli ad
adeundum vt l. nam quod. §. j. eod. tit. & poſtea conſequatur ex
fideicommiſſaria. ſimul autem ex utraque non p̄t, vt l. fi. C. de ſi
deiuſſo. facit l. j. C. de fur. ¶Oppo. in gl. de l. cum quæſtio. C. de leg.
per quam videtur etiam, quòd iſto primo repudiante non de-
bet diuidi iſta hæreditas in 15. uncias, ſed in 12. de quibus iſte
tertius habeat nouem, & ille ſecundus trientem, quia ſuſtituendo
tertium in nouem. uidetur adimere ab illo ſecundo tres de ſuis
6. per illam l. gl. fatetur contrarium hodie, ſed iure iſto procede-
bat, quod hic dicitur. ¶No. primo iſtam gl. pro eo, quod dixi. in l.
interdum. §. j. quia iure iſto quandocunque teſtator excedebat
numerum unciarum uidebatur tranſire ad bipondium indiſtin-
ctè, ſed hodie non ſic, immo diſtinguitur. ut ibi dixi per illam l.
cum quæſtio. & in hoc glo. benè ſentit, ſed inquantum, vult
quod illa l. habeat locum hodie in caſu huius §. non benè dicit, &
per omnes reprehenditur, quia illa l. loquitur, quando primo reli
quit plus, & ſecundo minus, ſi autem econuerſo, non habet lo-
cum, ut ibi tenet glo. & dixi in l. interdum. §. j. ſed cuilibet ex pri-
mis inſtitutis reliquit minus. ſ. ſex uncias pro quolibet, & huic ter
tio plus. ſ. nouem, & ſic adhuc hodie ſtat deciſio huius §.

---

## LEX VII.

1 *Diſtinctio materiæ præſentis.*
2 *Quando inter primos inſtitutos ex certis partib. teſtator non diſtribuit totum aſſem, tunc inſtitutus, uel inſtituti ſine partibus, habebunt reſiduum, & uide duo exempla.*
3 *Si inter primos diſtribuit totum aſſem, et non ultra, tunc inſtituti ſine partibus habebunt alium aſſem, quia cenſetur teſtator tranſiuiſſe ad bipondium, niſi inſtituiſſet ſecundos in reliqua portione, quia tunc non ualeret inſtitutio, tanquam nullum ſit reliquum.*
4 *Quando inter primos erant diſtributi duo aſſes, poſtea alius ſine parte, tunc uideatur tranſiuiſſe ad ripondium.*
*Si unus fuit inſtitutus in 12. uncijs, alter in ſex, deinde tertius ſine parte, habebit alia ſex de bipondio.*
5 *Si alter ex inſtitutis ſine parte repudiet partem ſuam, an accreſcat alteri tantum, an etiam alijs inſtitutis ex certis partib.*
6 *Eo caſu quo expleto aſſe, plures inſtituantur ſine parte, quòd ueniant ad unum aſſem tantum.*
7 *Si pater inſtituat filium in legitima in certa re, quæ non ſit in rerum natura, inſtitutio habetur pro non facta, idem ſi in re ipſius filij.*
*Relictum in re quæ non eſt in rerum natura non ualet, etiam quantum ad æſtimationem,*
8 *Filia, an poſſit inſtitui in ſua dote, quia dicitur ſua, cum ſit proprium ſuũ patrimonium, & exiuit de patrimonio patris.*

1 **L. Item quod Sabinus.** † In hac lege tracta
tur quando aliq̄s,
uel aliqui fuerunt primo inſtitui ex certis partibus, poſtea alius,
uel alij ſine partibus & determinantur tria in tota hac l. cum ſeq
Primum eſt, quantum debēt habere iſti iſtituti ſine partibus. Et
2 quantum ad hoc diſtinguntur quatuor caſus. † Primus quando
inter primos inſtitutos, partibus non erat diſtributus totus as &
tunc inſtitutus, uel inſtituti ſine partibus, habebunt reſiduum,
ponuntur duo exempla. Primum, quando inter primos erant
diſtributi duo quadrantes, & ſic ſex unicæ, & tunc habebunt
alia ſex. ſecuudum, quando inter primos erant diſtinctæ unde-
cim unciæ, & ſic non reſtabat, niſi una, & tunc inſtituti ſine
partibus habebunt illam tantum, & hoc in prin. huius l. & in
3 §. i. † Secundus caſus, quando erat diſtributus totus as, & ſic 12.
unciæ, & non ultra, & inſtitutus, uel inſtituti ſine partibus ha-
bebunt alium aſſem, quia cenſetur teſtator tranſiuiſſe ad bipon
dium, & uoluiſſe facere 24. unicas. de quibus primi habebunt
12. ſecundi alias 12. & tantum ualet, quantum ſi primi fuiſſent
inſtituti in ſex de vncijs legalibus & ſecundi in alijs ſex. Hoc ta-
men verum, niſi inſtituiſſet ſecundos in reliqua portione, quia
tunc non ualeret inſtitutio, tanquam nullum ſit reliquum, cum
totum eſſet diſtributum inter primos, & habetur in §. ſed ſi aſſe.
4 † Tertius caſus eſt, quando inter primos erant diſtributi duo aſ-
ſes, quia vnus fuerat inſtitutus in 12. uncijs, alteri in alijs 12. po-
ſtea tertius ſine parte, tunc uidetur tranſiuiſſe ad tripondium,
& uoluiſſe facere 36. uncias, de quibus quilibet habebit 12. &
ſic tertiam partem hæreditatis, quia 12. de 36. minutis, non fa-
ciunt niſi 4. de 12. groſſis, quæ quatuor ſunt tertia pars, & hoc
habetur in §. fi. ibi, ſi quis. Quartus caſus eſt, ꝙ inter primos fuit
diſtributus unus as integraliter, & alius poſtea pro parte, pu-
ta fuit inſtitutus unus in 12. uncijs, alter in 6. deinde tertius in-
ſtitutus ſine parte. certè habebit aliàs ſex de bipondio, & ſic di-
uiditur hæreditas inter primum, qui habebat dimidiam, & ſecun
dum, & tertium, & habebunt alteram dimidiam, ut quod
iuris eſt de primo aſſe, ut in princi. huius l. idem ſit in ſecundo,
5 & hoc habetur in l. quæſitum. † Secundum quod principali-
ter deciditur, & ſi alter ex inſtitutis ſine parte, repudiet partem
ſuam, an accreſceret alteri tantum, an etiam alijs inſtitutis ex
certis partibus & hoc determinatur in §. j. ꝙ non alteri tantum,
ſed omnibus, quia non dicuntur coniuncti inter ſe quantum ad
hoc, ut alter ipſorum preferatur in iure accreſcendi alijs inſti-
tutis ex partibus & iſte paſſus eſt difficilior alijs, propter con-
6 traria quæ formantur in gl. † Tertium, & ulti. quod deciditur
in eo caſu quo expleto aſſe plures inſtituantur ſine parte, & ſic
veniat ad alium aſſem, an ad unum tantum aſſem, vt videatur
factus vnus inter omnes, an in tot aſſes, quot ſint perſonæ, ut
ſic videantur facti plures, & reſpondetur pro prima parte, quo
ad unum tantum, & ſic quantum ad hoc cenſentur coniun-
cti, vt loco vnius habeantur, quia ſi haberentur loco plurium
& non cenſerentur coniuncti, quilibet haberet ſuum aſſem, &,
in tot aſſes videretur diſtributa hæreditas, quot fuerunt inſtitu-
ti ſine partibus, & in alio aſſe, in quo ſunt inſtituti cum partibus
¶Opp. contra §. j. pro declaratione gl. quę incipit, immo ꝙ il-
la ſemiuncia repudiata accreſcat duntaxat alteri, cum ſubſti-
tuto ſine parte, vt C. de cad. tol. §. ſi verò quidam. Solu. intelli-
ge hic, ꝙ iſti inſtituti ſine parte, erant diſiuncti verbis, quia po
ſiti in diuerſis orationibus, aliàs procederet contrarium. Sed
contra, quod etiam ſi erant coniuncti uerbis, & in eadem ora
tione idem ſit, vt infra eo. l. ſi ita quis hæres. in antepen. car. Sol.
licèt ille Caius, & Mæuius fuerint poſiti in eadem oratione, &
ſic ſint verbis coniuncti, tamen propter uerbum æquis parti-
bus. cenſentur non diſiuncti re, & ideo cum ad portionem
vnius repudiatam concurrat alter coniunctis verbis tantum,
& non re, & Titius primo loco inſtitutus, qui erat coniunctus
re, & non verbis, quia in diuerſa oratione neuter alteri præfer-
tur, & ſic accreſcit vtrique, quia tales coniunctiones ſunt paris
potentiæ, nec vna eſt efficacior altera. vt l. Mæuio. & ibi no.
de lega. 2. & hoc vult gl. hic in ver. ſed huic. & in ver. ſed dic, &
dicit Bar. ꝙ iſta gl. optimè loquitur pro intellectu illius l. ſi ita q̄s.
Sed mihi videtur, quòd iſtud non ſit verum, & quòd ibi neuter
illorum erat coniunctus re, vel verbis, vt patebit ex his, quæ ſta
tim dicam; ſi dicatur, ſi ita eſt, quare ibi accreſcit vtrique? re-
ſpondetur, quòd in hæreditate ius accreſcendi locum habet
etiam inter omnino diſiunctos, licèt non ſic in legatis, vt dixi
in l. ſeruus communis ab extero. de acq. hær. ¶Opp. ergo tertio,
ꝙ licèt iſti inſtituti ſine parte eſſent verbis diſiuncti, ſi ponimus,
quòd fuerint poſiti in diuerſis orationibus, ſaltem erant coniun
cti re, quia in eadem vncia non diſtributa cenſebatur quilibet in-
ſtitutus, ergo debet eſſe inter eos locus iuris accreſcendi, qui-
nimmo, iuri non decreſcendi, quod eſt potentius. vt C. de ca
du. tol. §. ſin autem diſiuncti, gl. in fi. volens ſoluere iſtud con-
trarium fatetur, ꝙ iſti duo inſtituti ſine parte erant inter ſe con-
iuncti re, ſed ideo alter eorum non præfertur in portione al-
terius repudiata, quia ſupererant alij inſtituti in 11. vncijs, qui
ſimiliter erant coniuncti re illi, cuius portio vacauit, & ſic eiuſ-
dem conditionis erant; ideo neuter præfertur alteri. Iſta gloſ.
malè loquitur in duobus, primo dum dicit, ꝙ iſti inter ſe erant
coniuncti re, nam iſtud eſſet uerum, ſi teſtator in inſtitutione,
ipſorum

ipſorum feciſſet mentionem de illa vncia dicendo ſic, poſt quam diſtribuerat xj. vncias. Item in uncia reſtante inſtituo Titium. Item in eadem uncia inſtituo Seium, quia ſic quilibet eorum fuiſſet eadem uncia aſſignata per teſtatorem, & inſolidum, ſicut dicitur in l.iubemus.§.eo.& ſic facerent ſibi partes per cōcurſum & altero repudiante alter ſolus totum haberet per ius non decreſcendi, vt ibi dixi, ſed hic loquitur, quando non fecit mentionem, ſed ſimpliciter inſtituit primo Titium, poſtea Seium, & licèt ambo uocentur ad eandem unciam, hoc eſt ex l. diſpoſitione, non expreſſa diſpoſitione defuncti: iō non dñr coniuncti re, quantum ad ius accreſcendi.ar. in l. & Proculo. de leg.2. & hoc uult tex.& gl.in l.j.in fi. & in l.3. in prin. de uſuf.accr. ubi diligenter uideas, & in hoc conſiſtit intellectus huius l.ſecundum Bar.ibi in l.re coniuncti.de lega.3. Item inquantum dicit glo. ꝙ iſti inſtituti in xj. vncijs erant coniuncti re cum iſtis inſtitutis ſine parte. dicit adhuc, primis. quia non poterant dici coniuncti re, cum diuerſæ portiones eſſent eis relictæ, quia primis 11. & non 12.& iſtis illa 12. & non 11. unde erant omnino re diſiuncti, nam ſi ego lego fundum duobus æquis portionib. dicuntur re diſiuncti, quia unicuiq; eorum cenſetur diuerſa dimidia relicta, uni una, alteri alia, non eadem vtriq;, ut patet in l.re coniuncti.de leg.3.uerſic.item ex uerbis. & l.j.in prin.de uſufr.accre. Eſt ergo ratio huius tex. quare non accreſcit alteri tantum, quia ille nec erat coniunctus uerbis, nec re. ¶Sed tunc opp.gl.ꝙ immo erant coniuncti, ut ⁊. ea.l. uer.(ſed ſi expleto.) Sol.benè dñr coniuncti uno reſpectu, quia uocantur ad eandem unciam reſtantem ambo, & ſic in hoc hñr pro uno, ut in contrario, & hoc eſt diſpoſitione legali, ſed ſi non haberentur pro uno, ſed pluribus, ſequeretur, ꝙ primo nominatus haberet illam unciam reſtantem, & ſic eſſet expletus totus aſſis, & alter poſtea nominatus uocaretur in alium aſſem, ut ⁊. ea.l. uerb.(ſed ſi aſſe expleto.) quòd non eſt uerum, ut patet in illo §. j. quantum uerò ad ius accre. non dicuntur coniuncti, quia præcedens coniunctio prouenit ex diſpoſitione legali, non teſtatoris, quòd requiritur quantum ad ius accr. ut ſupra dixi, & hoc uoluit tex. hic in uer.(nam quantum ad ius accre. &c.) ſubtiliter intelligendo. q.d. quantum ad aliud bñ pñt dici coniuncti, quia uocentur ad portionem uacantem loco unius, licèt eſſent poſiti in diuerſis orationibus quòd aliàs regulariter non eſt, ut patet ex l. Titius fundi. §.eo. ¶Nunc in (uer. idemque putat.) quæritur quid uult dicere, (neque hos, neque illos coniunctos &c.) Reſpondeo neq; hos. ſ. inſtitutos &c. ſine parte poſt aſſem expletum, neque illos, de quibus ſupra proximè dictum eſt, qui fuerunt inſtituti ſine parte ante aſſem expletum, & ſic quod ibi dictum fuit de iure accreſcē. locum habebit hoc etiam in ſecundo aſſe, ad quem uocantur iſti inſtituti ſine parte poſt aſſem expletum. ¶In uer. (ſed ſi aſſe.) op. ꝙ inſtitutus ſine parte poſt aſſem expletum nō uocetur in alium aſſem, ſed uiriliter cum primis inſtitutis, ut C. de inoffi.teſt. l.3. Sol. dicit ibi gl.notabiliter, ꝙ hic loquitur in inſtituto à teſtatore, ſi uerò poſt aſſem expletum à teſtatore aliquis ex diſpoſitione legali haberetur pro inſtituto, qui non fuerat inſtitutus, ut in caſu illius l. notabilis, non uocatur in alium aſſem, ſed in uirilem cum inſtitutis, ut ibi habetur in gl. quam omnino uide. ¶Item iſte tex.
7 dum dicit, nihil reliquum, &c.† inducit Bal. ſi pater filium inſtituat in certa re pro ſua legitima, quæ non ſit in rerum natura, talis inſtitutio habetur pro non facta, & ſic filius tanquam præteritus poterit dicere teſtamentum nullum, Sed contra, quòd immo uideatur inſtitutus in æſtimatione, & ſic non ſit nullum, ut l. ſcimus.poſt prin.C.de inoffi. teſt. Sol. ibi res erat in rerum natura, licèt non eſſet teſtatoris, & ſic potuit legari quantum ad ęſtimationem, vt l. cum alienam. C. de leg. ſed relictum in re, quæ non eſt in rerum natura, non ualet etiam quantum ad æſtimationem. Quid autem ſi res erat ipſius filij, certè non ualet, etiam quantum ad æſtimationem, quia res mea non poteſt mihi legari, ut l. proprias. C. de leg. & ideo idem erit, quod in primo caſu, & hoc ſen-
8 tit gl.in l.3. §. ſed utrum denuo in q. quam format, † an filia poſſit inſtitui in ſua dote, quia dicitur ſua, cum ſit proprium ſuum patrimonium, & exiuit de patrimonio patris, ut l.fina. ⁊.de col. do. & de iſtis quæſtionibus uide per Guil.in d. l.ſancimus.& per Bar.in l. ſuus quoq;. in fi.prin.§.eo. ¶Vltimo in uer.(ſed ſi expleto.) poteſt poni caſus, ꝙ in eadem oratione fuerunt inſtituti illi ſine parte; & tunc non haberet dubium, ꝙ non uocantur, niſi ad unum aſſem, quia loco unius habentur, ut §.eod.l. Titius fundi. Poteſt etiam poni, & hæc melior, ꝙ in diuerſis orationibus & tunc adhuc idem, ne ſequatur inconueniens, ꝙ ſi mille eodem modo inſtitueret, feciſſet mille aſſes, non ſic ſi primus aſſes non eſſet diſtributus, quia tunc eſſet fienda differentia, an ſimul, an in diuerſis orationibus: ſi enim primo inſtituo Titium ſine parte, poſtea Seium ſimiliter ſine parte, deinde Sempronium, loco trium habentur, & quilibet habet trientem; ſed ſi primo Titium, poſtea Seium, & Sempronium in una oratione, iſti hñr pro uno, & habent unam dimidiam, & Titius alteram, quando uerò eſt inſtitutus cum diſtributione alicuius partis, tunc alij poſtea inſtituti ſine partibus ſiue ſimul, ſiue in diuerſis orationibus loco unius habentur, ut uocentur ad partem reſtantem, ſi qua reſtat, uel ad unum ſolum aſſem, ſi nulla reſtat, ut hic.

## LEX XIX.

1 *Per ſubſtitutionem uulgarem factam ei, qui non erat inſtitutus, non inducitur illius inſtitutio.*

2 *Verba conditionalia non inducunt diſpoſitionem, & emiſſa ad unum effectum non operantur contrarium effectum, et emiſſa ad diminutionem non operantur argumentum.*

1 EX facto †Per ſubſtitutionem uulgarem factā ei, qui non erat inſtitutus, non induci-
2 tur illius inſtitutio. † Et ſemper alleg. ꝙ uerba conditionalia non inducunt diſpoſitionem, & emiſſa ad unum effectum non operantur effectum contrarium, & emiſſa ad diminutionem non operantur argumentum, vt infra de condi.& dem.l.cum tale.§.fi.& l.legata inutiliter.de leg.j.&c. ¶In gl.fi. ibi.ſ.(ꝙ admittatur).ſ.non ut ſubſtitutus, ſed ut principaliter inſtitutus ſm Bal. Tu dic, ꝙ immo etiam ut ſubſtitutus, quoniam etiā ſubſtitutio dr̄, ſi inſtō ab ipſo princ. fuit nulla, unde dicimus, ꝙ teſtamentum pt̄ ſumere uires a ſubſtitutione uulgari, vt l.fi.de lib.& poſthu. uel dic ſuſtinendo Bal. ꝙ aut fuit facta inſtitutio, & tunc poſito, ꝙ fuerit nulla ſubſtitutio uulgaris, dici poteſt ſubſtitutio, ut in contrario, aut nulla fuit facta, & tunc non poteſt dici ſubſtitutio, ſed principalis inſtitutio, ut dicit Bal.

## LEX XX.

1 *Inſtitutus ſine parte, etiam in prin. teſtamenti uocatur duntaxat ad partem non diſtributam, ſi poſtea diſtribuit aliquas, & aliquas non.*

1 QVo loco. †Not. hic, ꝙ inſtitutus ſine parte ēt in prin. teſtamenti uocatur duntaxat ad partem non diſtributam, ſi poſtea diſtribuit aliquas, & aliquas nō: unde ſi inſtituo primo Titium ſimpliciter, poſtea inſtituo Seium in dimidia, deinde inſtituo Sempronium in quarta. & nullum alium, ille primus cenſetur inſtitutus duntaxat in quarta, quæ reſultat diſtribuenda. Ex hoc dico falſum eſſe intellectum datum per gl. & Bar. in l. item quod Sabinus.§.eo.ad l.ita quis hr̄des. ⁊.eo. qui uolunt, ꝙ ille Titius primo inſtitutus, dicatur coniunctus re cum Caio, & Meuio poſtea inſtitutis, quia ſm hoc ille Titius uideretur inſtitutus in tota hæreditate, ſed poſtea propter inſtitutionem aliorum, haberet partem per concurſum, & ſm hoc idem eſſet hic, quia primus inſtitutus ſine parte cenſeretur inſtitutus in tota hæreditate, & ſic deberet diuidi hæreditas in 21. partes, quia primus inſtitutus debebit hr̄e 12. uncias, inſtitutus in dimidia ſex unicas, inſtitutus in quadrante tres, cuius contrarium uult iſte tex. ꝙ immo habeat primus, niſi tres reſtantes. Et iō in illa l. ſi quis ita hæredes. dico, ꝙ ille Titius uidetur inſtitutus in tertia, & Caius in altera tertia, & Meuius in altera, & ſic inſtitutio primi regulatur, & limitatur ſm inſtitutiones, q̄ poſtea fiunt, vt in illa portione cenſeatur inſtitutus, quæ ipſum tangit inſpecto numero ſequentium inſtitutorum. ibi ergo nec Titius erat coniunctus re cum Meuio, & Caio ratione prædicta, nec Caius, & Meuius inuicem uerbis ꝑꝑ uerborum, æquis partibus ꝑꝑ quod teſtator uidetur poſuiſſe eos in una oratione potius, ut celerius loqueretur, q̄ ut eos coniungeret uerbis, ut ibi dicit tex. expreſsè, & iſtud adde ad id, quòd dixi in l. quod Sabinus l in ſecundo contrario, ubi reprehendi ſolutionem gl. & Bart.

1 *Aſſe diſtributo, licèt in parte diſtributio ſit pro non ſcripta, inſtitutus tamen ſine parte non uocatur ad illam, ſed ad alium aſſem, ſicut ſi pro non ſcripta non eſſet, prout teſtator putabat.*

2 *Verba teſtatoris ſunt aſſumenda, uel interpretanda, prout ipſe exiſtimat, uel opinabatur, non prout erat in rei ueritate.*

1 §.Si iam mortuo. †Aſſe diſtributio, licèt in parte diſtributio ſit pro non ſcripta, inſtitutus tñ ſine parte nō uocat̄ ad illā, ſed aliū aſſem, ſicut ſi pro non ſcripta non eſſet, prout teſtator putabat h.d. ualde ſingu-
2 lariter. †Et ſemper all. ꝙ uerba teſtatoris ſunt aſſumenda, uel interpretāda, prout ipſe exiſtimabat, uel opinabatur, non prout erat in rei ueritate, facit ī rōne ſui l.eum q.§.pe. ⁊.de his, q. ut ind.ibi, nec.n. rōne iuris, &c.& uide bonā gl.in l.ſeruo manumiſſo.de cōdi.ind. ¶In tex.ibi,(alterum aſſem.) ſed quare nō hēt illū ſolū quadrātē in quo erat inſtitutus ille mortuus, & ſic aſſis nō erat in totū diſtributus, ergo &c.ut l.itē ꝙ Sabinus. in prin. Rñdetur, q̄a cū teſtator putaret ipſum fore diſtributū inſtituendo aliū ſine parte, vr̄ uoluiſſe eū uocari ad nouū aſſem, q̄a ſic eſſet, ſi ille nō eſſet mortuus, ut d.l.itē ꝙ Sabinus. uer.ſed ſic aſſe. & hæc uolūtas attenditur in his, q̄ dependēt ex mea uolūtate ſua, non id, qđ erat in rei ueritate. ille ergo quadrans accreſcit utriq; pro rata ſm gl. quod intellige, niſi inſtitutus in dodrante, & ille iam mortuus inſtitutus in quadrante eſſent coniuncti uerbis, quia tunc inſtitutio tantum in dodrante accreſcit, ut ⁊.ea.l.§.fi.ubi caſus.

circa notat sub in n. 4. Vide Gom. in l. 9 Tau. n. 19 qui 5 Verus ceuis.



## LEX XXI.

1 *Verba quiſquis mihi hæris erit. non faciunt conditionem, quando non ſu-*
*beſt perſona, ad quam poſſit referri.*

1 TRebatius. †Verba, qſquis mihi hæres erit.
non faciunt conditionem, quan
do non ſubeſt perſona, ad quam poſſit referri h. d.
aliàs ſecus vt ). tit. 1. l. qui liberis. poſt princ. & in gl. pri
ma. ¶In tex. ibi,) non recte.) vult dicere, ꝙ inſtitutio ex hoc vitie-
tur, vt patet ). ſed ꝙ ſunt ſuperflua, & nihil operantur, ideo non
debuerunt apponi. ¶In tex. ibi, (liber, & hæres eſto.) ſup. inſolidũ,
ſi autem haberet cohæredem, & tunc illa verba ſatis operarẽtur,
vt ). de acq. hæ. l. ex parte. in fi. iuncta d. l. qui liberis. quia non eſſet
iſte ſeruus, nec liber, niſi cohęres primo adiret.

1 *Libertas ſimpliciter relicta differtur in euentum conditionis, ſub qua data*
*eſt hæreditas, qua non exiſtente nec erit liber, nec hæres, ſi erat inſolidũ*
*inſtitutus.*

2 *Si teſtator expreſsè dixit, relinquo libertatem purè, & hæreditatem ſub*
*conditione an uitietur utrunque.*

1 §. Seruo libertatem. †Libertas ſimpliciter reli-
cta differtur in euentũ cõ
ditionis, ſub qua; data eſt hæreditas, qua non exiſtente, nec erit li-
ber, nec hæres, ſi erat inſolidum inſtitutus h. d. cum l. ſeq. ſed ſi ha-
habebat cohr̃dẽ, non differt, immo ſtatim debetur, ẽt ſi poſtea
conditio hr̃ditatis deficiat, q a ꝯfirmatur aditione cohr̃dis, vt l. cũ
ſeruus. ). de condi. inſt. & hoc volunt gl. hic poſitæ. ¶In tex. ibi (pu
rè.) i. ſimpliciter, & ſic eſt verbũ legis, non verbum teſtatoris, vt
2 gl. hic dicit, & bene in hoc. † Si aũt teſtator expreſsè dixiſſet, relin-
quo libertatẽ purè, & hæreditatem ſub ꝯditione, vr̃ uelle impoſ-
ſibile, ꝙ eſſet liber ſtatim, & non hæres, quod eſſe nõ poteſt, ſi nõ
erat alius inſtitutus, & ſic vitiatur utrunq; rõne perplexitatis, vt di
xi s̃. eo. l. quoties. s̃. fi. gl. hic prima dicit, & nõ bene, ꝙ tunc haberet
libertatem ſtatim, qđ non poteſt procedere, ſi erat ſolus inſtitu-
tus, vt dixi, ſed ſi habebat cohæredem, tũc etiam ſi hoc non dixiſ-
ſet teſtator haberet eam ſtatim adita hæreditate per cohæredem,
niſi dicam, ꝙ conditio appoſita in hæreditate, cenſeretur repetita
in relicto libertatis ſimpliciter facto, ſicut in alio relicto, quod dic,
vt l. cum ſeruus. ). de condi. inſti.

## LEX XXIII.

1 *Inſtitutus ſub conditione, uel in diem incertum põt interim adire ſecun-*
*dum tab. per quàm conſequitur adminiſtrationem bonorum, & poteſta*
*tem uendẽdi pro ſatisfaciendo creditoribus hæreditariis ſicut ſi fuiſſet cu*
*rator conſtitutus hæreditati iacenti.*

2 *Dictio, cum. principaliter denotat tempus, ſecundariò conditionem.*

3 *Quando teſtator reliquit uxorem dominam, & uſufructuariam, quouſq;*
*uixerit, & poſt eius mortem inſtituit aliũ hæredẽ, ꝙ ẽt ſi uxor prohibet,*
*poſſit adminiſtrare ſine præiudicio uxoris in his, quæ concernunt commo*
*dum hæreditatis, & etiam creditorum, dummodo petat bo. poſ.*

4 *Si pater inſtituat filium ſpurium ſub conditione, ſi faciat ſe legitimari, ꝙ*
*antequã legitimetur poſſit, ſi uult, adminiſtrare bona petendo bonorum*
*poſ. ſecundum tabu.*

5 *Differentia inter hæredem inſtitutum purè, & inſtitutum ſub conditione,*
*uel in diem incertum circa adminiſtrationem hæreditatis.*

6 *Bono. poſſ. de qua in hac l. quæ eſt meri facti, ſi poſtea cõditio exiſtat, effici*
*tur iuris, & non eſt neceſſaria alia bono poſ. & ſi deficiat, tenebitur red*
*dere rationem de adminiſtratis uenientibus ab inteſtato.*

1 SI quis inſtituatur. † Inſtitutus ſub conditio-
ne, vel in diem incertum
poteſt interim adire ſ̃m tab. ꝑ quã conſequitur adminiſtra-
tionem bonorum, & poteſtatem vendendi pro ſatisfaciendo
creditorib. hæreditariis, ſicuti ſi fuiſſet curator conſtiturus hæredi-
tati iacenti h. d. prin. huius l. ¶In text. ibi, (uel incertum.) In hoc ſtat
ius, non in eo, qđ dixit s̃. certũ, quia tunc habetur pro purè inſtitu
to, vt l. hęreditas ex die. ). eo. & nõn eſt dubium, ꝙ poſſet adire, &
bo. poſ. q̃ iuris eſt, petere, ſed iſte non poteſt adire, quia dies incer-
tus in vltimis voluntatibus conditionem facit, vt l. dies incertos. ).
de cond. & dem. & conditione pendente non poteſt hęres adi-
re, nec petere bo. poſ. q̃ iuris eſt. i. q̃ tribuit dominium rerum, ſed il
lam, q̃ facti eſt, quia tribuit ſolum adminiſtrationem, vt hic, & in-
fra de bo. poſ. ſ̃m tab. l. ſub conditione. & in l. 2. §. ſi ſub conditio-
2 ne. † Pone exemplum, ſi fuit inſtiturus, cum Titius conſul factus
a fuerit. nam dictio, cum. principaliter denotat tempus, ſecunda-
rio conditionem. infra quando di. le. ce. l. Titio. Quidam tamen,
quos gl. recitat. dicunt, ꝙ iſta dr̃ bo. poſ. iuris, & non facti, quia pe-
titur authoritate iuris hoc concedentis, ſed non habet efficaciã,
vt ex ea acquiratur dominium, & illam, quæ habet efficaciam, ap
pellant bono. poſ. facti, ſed certè melior, & proprior locutio eſt il-
la, dd qua ſupra dixi, vt illa dicatur iuris, quæ habet efficaciam, illa
uerò, quæ non habet, dicatur mæri facti, & ita vtimur cõmuniter.
¶In text. ibi, (agnoſcere põt.) & tunc nõ expedit deuenire ad da-
tionem alicuius curatoris, quia ipſe cenſetur conſtitutus curator,
nec expedit deuenire ad aſſignationem termini, intra quem exi-
ſtat cõſtitutio, nam tunc deuenitur ad iſta duo, quando ipſe non
petijt bo. poſ. vt infra proxi. §. poterit ergo ſoluere creditorib. & ſi
non eſt pecunia in hæreditate, vendere bona pro ſatisfaciendo
eis, & in patrimonio minus damnoſa, & quæ ſeruando ſeruari
non pñt: deinde ſi debitum vrgeat, & periculum ſit in mora, etiã
3 mobilia, vt ). in l. ſi qs inſtituat. in §. ſed ſi ſub condõne † & no. hic
ſ̃m Bal. qñ teſtator relinquit vxorẽ dominam, & vſufructuariam
quouſq; vixerit, & poſt eius mortẽ inſtituit aliũ hr̃dem, vtrũ iſte in
ſtitutus interim poſſit aliqd adminiſtrare, ſi vxor prohibet? & cer-
tè ſic, dummodo petat bon. poſ. & adminiſtrabit ſine præiudicio
uxoris in his, q̃ concernunt cõmodum hr̃ditatis, & ẽt creditorũ,
certè talis inſtitutus vr̃ potius purè inſtitutus, & ſic p̃t adire, vnde
nimirum ſi poteſt adminiſtrare, vt dixi in l. filius à patre. de lib. &
4 poſth. † No. ẽt ſ̃m eundẽ Bal. ꝙ ſi pr̃ inſtituit filium ſpuriũ ſub con
ditione, ſi faciat ſe legitimari, q̃ inſtõ valet, per l. in tp̃s. ). eo. ꝙ ante-
quam legitimet̃, ſi vult adminiſtrare bona põt, petendo tñ bo. poſ.
5 ſ̃m tab. vt hic. ¶† In tex. ibi, (tanq̃ hr̃s.) iſta dictio, tanq̃. improprie
tatem denotat, ſeu ſimilitudinem non tñ omnimodam, quia hæ-
res diſtrahit ſuo iure, iſte vero adminiſtratorio iure. Item hr̃s non
hẽt neceſſe adire iudicem, cum vult alienare, ſed iſte ſic, qa alienat,
vt adminiſtrator. ar. in l. Ariſt. ). de iure delib. ſ̃m Bal. certè in hoc
Bar. aliter ſentit in l. ait pretor. co. tit. dicẽs, ꝙ l. Ari. loquitur in hr̃de
deliberante, qui non eſt conſtitutus curator hr̃ditatis, ſi aũt ſit cõ-
ſtitutus, non habet neceſsè poſtea iudicem adire, cum vult aliena-
re, niſi ſit pupillus, vt ibi, ſed iſte, cum petijt bo. poſ. cenſet̃ conſtitu
tus curator, ergo &c. & ita intelligit iſtum tex. tutius tñ eſt iudicẽ
adire. Item hr̃s p̃t incipere a quib. reb. vult, iſte aũt non, ſicut cura-
tor, quia non agitur de ipſius ſolius p̃iudicio, ſed ẽt uenientium
ab inteſt. ſi conditio deficiat, & pp hoc dictum Bal. vr̃ uerius, ꝙ
adeatur iudex, vt diſcernat a quib. rebus dẽat incipi, ſed an tranſ-
ferat dominium iſtarum rerum? gl. hic magna circa medium vide
tur ſentire, ꝙ non, quia dicit, ꝙ alienat tanq̃ res alienas, non tanq̃
ſuas: tu dic contrarium, cum hẽat adminiſtrationem bonorum,
ſicut tutor, & curator, qui poſſunt transferre, licèt dominium nõ
6 habeant, qñ alienanti in caſu præmiſſo. † Vltimo ſcias, ꝙ iſta bon.
poſ. q̃ eſt meri facti, ſi poſtea condõ exiſtat, efficit̃ iuris, & non eſt
neceſſaria alia bon. poſ. ſi aũt deficiat, tenebitur reddere rationẽ
de admi. venientibus ab inteſta. ſicut alius quilibet curator datus
hr̃ditati iacenti, vt l. 2. & l. pen. de cura. bo. dand. ſi tñ eſſet talis iſte
inſtitutus, qui in omnem euentum eſſet habiturus hr̃ditatem etiã
ab inteſt. ſicut filius, iſta bo. poſ. ſecundum tab. deficiente conditio
ne conuerteretur in contratab. uel unde liberi, vt no. in d. §. ſub
conditione. &c.

### ADDITIO.

a Nã dictio, cũ. Adde l. ſi q s arbitari. ff. de uerb. obl. Doct. ĩ l. j. & 2. C. de ver-
ſigni. Card. in cle. j. in 3. not. de teſtib. Raph. Cu. conſi. 56.

1 *De conuenientia, & diſconuenientia ſi quis inſtituatur ſub conditione, ut*
*hic, an conditio ſit poteſtatiua, & non poteſtatiua.*

3 *Creditores an pendente conditione, ſub qua quis eſt inſtitutus, poſſint pete*
*re eorum credita à curatore dato hæreditati iacẽti, & quæ debita utilius*
*ſit, ꝙ talis curator ſoluat, & de quib. bonis. & nu. 2*

1 §. Sed ſi pon. poſ. †Si inſtitutus ſub cõditione nõ
petat bo. poſ. ſ̃m tab. ad inſtãtiã
creditorũ hr̃ditariorũ, aſſignat̃ terminus, ). quẽ ſi cõdõ non exi-
ſtat, creditores mittuntur in poſ. bon. hr̃ditariorum, & interim da
tur curator hr̃ditati iacenti, cuius officium eſt diſtrahere res tem-
pore perituras, & ẽt immobilia, ſi debitũ hr̃ditariũ urgeat, & vti-
lius ſit hr̃ditatem vẽdi, & debitũ exſoluere, q̃ differre h. d. uſq; ad
ver. ſi. q. incipit, & iõ. Et primo loquit̃, qñ erat inſtitutus ſub condi
tione ptãtiua, vſq; ibi. (itẽ ſi cõditioni.) Secundo, qñ ſub non ptãti
ua, uſq; ibi, (ſi condõ.) ibi p̃t loqui utroq; caſu, ſiue erat ptãtiua, ſi
2 ue nõ. † Et no. ꝙ in hoc conueniunt ptãtiua, & non ptãtiua, quia
vtroq; caſu peruenit̃ ad aſſignationem termini, intra quẽ condõ
impleat̃, & interim creditores debent differre, & eorum credita
non petere, ſed lapſo termino pñt petere, & mittuntut in poſ. Item
vtroq; caſu pendente termino dat̃ curator hr̃ditati iacenti, ſed in
alio differũt, quia qñ condõ eſt ptãtiua, ſi ). terminum hr̃s eã non
impleat, cum per eũ ſtet, hr̃ cõdõ ꝓ defecta, & ſic excludit̃ ab hr̃di
tate p l. ſi ſeruus. de bo. auth. iud. poſ. vbi vr̃ excluſus. Nec ob. ꝙ aſ-
ſignat̃ terminus ad inſtantiam creditorum, cuius lapſus hr̃ ꝓ adi-
tione, qa ſic expedit creditorib. vt no. in l. quamdiu. de acq. hær.
qa illud eſt verum in hr̃de, cui delata eſt hr̃ditas purè, & ſic pote-
rat adire, non qñ ſub condõne, qa tunc ea non impleta adire non
p̃t. & ita intelligit Bar. iſtum tex. ſed ſi condõ non eſt ptãtiua, tunc
per lapſum termini nõ excludit̃ ab hæreditate, quominus exiſten
te poſtea cõdõne poſſit adire, ſed facit lapſus termini, vt credito-
res non habeant amplius expectare. Bal. ẽt in p̃cedẽti caſu dicit, ꝙ
ſi res eſt integra, p̃t hr̃s purgare morã poſt terminum implendo
cõdõnem, & ſic poterit adire ſecus ſi res nõ eſſet integra, qa poſt
lapſum termini ad inſtantiã creditorũ fuiſſet datus curator, tanq̃
inſti-

inſtitutione defecta,ut in l.mancipiorum.de op.leg.ſed iſtud p̄t di
ci,ſi creditores repugnant,ſed ſi conſentiunt,ꝙ adeat, etiam tunc
vr̄,ꝙ poſſit adire inuitis veniētib.ab inteſtato, quia iſte terminus
non fuit ei aſſignatus ad inſtantiam eorum,ſed creditorum,vnde
non dēt operari,niſi fauore creditorum,& ille dr̄ fauor eorum,ꝗ
eis placet.ſ.vt hæres habeatur pro excluſo,ſi hoc volunt,vel ſi no
lunt ſecus.Eſt & alia dr̄ia,quæ reſultat ex prædictis,quia cum inſti-
tutus ſub conditione poteſtatiua per lapſum termini excludatur
ab hæreditate,neceſſe eſt ſibi aſſignare terminum præfixū in edi-
cto prætoris ad petendam bon.poſſ.quæ iuris eſt, videlicet annū,
ſi eſt de liberis,vel centum dies,ſi eſt de extraneis,vt ĵ. de iure deli
ber.l.j.in fi.cum l.ſeq.& ita debet intelligi id,quod no.Bart. ibi in l.
quandiu.de acq.hær.dum dicit,ꝙ non debet aſſignari minus tp̄s,
& ita loquitur iſte tex.dum dicit imitetur edictum ſuum &c.nam
loquitur,qn̄ erat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,ſi uero nō
ſub poteſtatiua,tunc quia non excludatur,pōt aſſignari minus tē
pus arbitrio iudicis,vt dixi in d.l.quandiu.ſm Iac.Bu. Bar.& Ang.
& ēt in præcedenti caſu poſſet aſſignari minus tp̄s, tn̄ per lapſum
eius non eſſet excluſus ab hæreditate.¶Sed opp.ꝙ non ſit neceſ-
ſe ſibi aſſignari terminus,qn̄ conditio eſt poteſtatiua, quia ſi eam
non implet,cum primum poteſt,hr̄ pro defecta,vt ĵ.de cond.&
dem.l.hæc cōditio.la piccola.glo.hic,quæ incipit,ſed certè,multū
notabiliter dicit,ꝙ ille text. loquitur in legatis, & ꝙ non habet lo-
cum in inſtitutione hæredis,in qua agitur de maiori præiudicio,
& de maiori odio,quia ſi hr̄ pro defecta, defunctus poſſet dece-
dere inteſtatus,q̄ gl tene menti,quia ſꝑ alleg.& tetigi ſ̄.eod.l. ſuus
3 quoq;.§.pen.¶†Quæro,vtrum creditores pendente conditione
poſſint petere eorū credita ab iſto curatore,vr̄,ꝙ non,vt in verſi.
vt niſi.vbi vr̄ velle,ꝙ demum lapſo tꝑe mittendi ſunt in poſſeſſio
nem,& hoc verū,niſi debitum ſit liquidum,& purum, & ex dila-
tione creditor recepturus ſit damnum, ut hr̄ ſm vnum intellectū
in l.ſi diu.quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, curator tn̄ hæ-
reditatis,licèt interim non poſſit conueniri extra dictum caſum,
ſi tn̄ vtilius eſt hæreditati,ꝙ debitū ſoluatur,quia eſt pœnale, vel
vſurarium,poterit ſoluere,& ēt ſi expedit vendere bona immo-
bilia.ita intelligunt Doct.iſtum §.ſed ſi ſub ꝯdōne. licèt de vendi-
tione non fiat mentio in tex.Sed ponamus,ꝙ debita non eſſent li
quida,certè liquidabunt̄ cum curatore dato libello,& agitata lite
cum eo,& lata ſn̄ia,& ita vtimur,& practicamus.

1 *Intellectus præſentis paragraphi.*
2 *Geſta per curatorem datum hæreditati iacenti non cenſentur geſta con-
tra pupillum,qui repudiauit,uel hæredem abſentem,ſed contra maiorē
præſentem.ſ.hæreditatem,quæ repreſentat perſonam defuncti.*
3 *Si hæres eſt abſens ex iuſta cauſa,& creditores hæreditarij petant miſſio
nem,& uenditionem bonorum,quando debeat differri,& ſi non differa
tur,quando poſſit poſtea hæres in integrum reſtitui.*
4 *An dicta reſtitutio ſit neceſſaria.*
*Si hærede abſente facta ſit dicta miſſio,& venditio, & non fuerunt ſerua-
ta ſolennia,uel fuit facta miſſio ob falſum debitum,tunc non valet quic
quid geſtum eſt,& auditur ad retractandum de facto*
5 *Quid ſi fuerunt ſeruata ſolennia,& facta eſt miſſio propter verum debi-
tum,ſed fuerint bona vendita minori precio.*
6 *Quod miſſio,& uenditio eſſent nullæ,ſi abſens haberet dilationem a iudi-
ce ad componendum,& pendente termino eſſet proceſſum contra eum.*
7 *Quòd contra miſſionem ex primo decreto tantum non datur reſtitutio.*
8 *In bonis uiuentis datur curator,quando abeſt ex iuſta cauſa,uel ignora-
tur vbi ſit,nec aliter contra eum poteſt procedi ad venditionem, & re-
gulariter datur bonis mortui,ut hæreditati iacenti.*
9 *Quando eſt abſens per contumaciam non datur curator bonis eius,ſed ꝓ
ceditur contra eum ad uenditionem per ipſos creditores.*
10 *Quando quis abeſt ex iuſta cauſa,& eſt impeditus comparere,non impu-
tatur ſibi,ſi non mittit procuratorem ad conteſtationem litis,uel ſenten
tiam audiendam,ideo ad tales actus non debet procedi.*
*Abſens,& impeditus an teneatur mittere procuratorem remiſſiuè.*

1 §.Et ideo. †Iſte ver.loquitur,qn̄ inſtitutus ſub conditio
ne non comparuit citatus ad inſtantiā credi-
torum,vel ſp̄aliter ſi ſciebat̄ qs erat inſtitutus,uel ꝑ ꝓclama gn̄a-
le,ꝙ ſi ſit aliquis,ꝗ p̄tendat ad ſe pertinere talem hr̄ditatem,com-
pareat,& eam defendat,& iſto mō practicat̄ quotidie,qn̄ credito
res hæreditarij volunt ſibi ſatisfieri,& non apparet quis ſit hæres,
& bona hæreditaria iacent ſine poſſeſſore, ſi enim poſſiderentur
per alium,vr̄,ꝙ ſufficiat agere ꝯ̄ illum,ſi prætendat ſe hæredem,
iuxta no.in l.controuerſia.de trāſac.& in l.ſi defenſor.§.j.de inter.
ac.cum ſi.Si ergo nullus compareat ad defendendam hr̄ditatem,
& ꝑꝑ hoc dato curatore,vel ēt non dato fuerit proceſſum ad vē
ditionem aliquarum rerum, & ſatisfactum creditoribus ſi po-
ſtea compareat aliquis oſtendens hereditatem ad ſe pertinere, &
petat reuocari,quæ facta ſunt,an debeat audiri? & iſte text. vult
ſecūdum vnum intellectum,ꝙ cauſa cognita audiri debet, ſi fuit
abſens ſine dilatione.i.ſine mora,& ſine contumacia, puta ꝑꝑ e-
gritudinem,vel longinquam abſentiam,ita ꝙ ad eum non potue
rit citatio peruenire.h.d.ſm vnum intelle.¶Contra iſtam lec.op.
de l.in integrum.ſ̄.de min.in fi.vbi ſi pupillus, qui repudiauit hære
ditatem, reſtituatur in integrum aduerſus repudiationem, geſta
interim per curatorem datum hæreditati non reſcinduntur, ergo
nec hic venditiones factæ per curatorem.dicit gl.aliud in pupillo,
vt ibi,aliud in abſente ex iuſta cauſa,vt hic, certè pupillus non dēt
2 eſſe deterioris conditionis,q̄ abſens,†iō dicit Bar.ꝙ iſta lec nō eſt
vera,quia ſicut non reſtituitur pupillus, ut ibi, ita nec debet reſti-
tui abſens, quia geſta per curatorem datum tali hæreditati non
cenſentur geſta ꝯ̄ pupillum,vel hæredem abſentem, cum non eſ-
ſent adhuc dn̄i bonorum hereditariorum,ſed cēſentur geſta po-
tius ꝯ̄ maiorē,& præſentem ſ.ꝯ̄ hæreditatem, q̄ repreſentat perſo
nam defuncti. ĵ eo.l.non minus. §.fi. iō ponit hic caſum alio mō,
3 † ꝙ loquatur,qn̄ miſſio,& venditio nondū factæ erant, quia tex.
dicit,ꝙ eſſent factę,ſed creditores petebant fieri,certè ſi hæres eſ-
ſet abſens ex iuſta cā,dēt differri quouſq; poſſit venire,& ſe defen-
dere,ſed ſi non ex iuſta cā non dēt differri, & iſtum intellectū ha-
buit gl.parua in l.ſi diu. ĵ.qui.ex cau.in poſ.ea.ſuper ver. cauſa co-
gnita.ſed certè gl.hic in fi.vr̄ uelle ꝯ̄rium,dum dicit no. ſolutionē,
vel miſſionem, vel uenditionem non differri ꝑꝑ egritudinem.ſ.
a debitoris.Aliqui vero non habent illam dictionem, non.[a] & tūc
gl.dicit illud,quod dixit Bart.Pōt probabiliter diſtingui, ꝙ ſi con-
ſtat iudici de iuſta cā abſentiæ,& illa abſentia ſperabatur cito fini-
ri,procedat lec.Bar.& id,qđ ſentit gl.in illa l.ſi diu. Si aūt non erat
nota iudici,vel erat diutius abſentia duratura, & debitum erat liq
dum,procedat gl.fi.ꝙ non dēt differri, ne caſus contingens in per
ſona debitoris noceat creditori,tn̄ abſens poſtea reſtituetur in in-
tegrum,ſi aliquid fuit falſo ſuggeſtum,vel non fuit ſeruatus ordo
iuris,& hoc per l.Imperatores.cum ibi not. ĵ.de priuil.credit. Nec
ob.l.in integrum.quia ibi pupillus petendo in integrum reſtitutio
ne veniebat de iure ſpeciali.ideo aduerſus geſta ꝯ̄ hæreditatem ia
centem non reſtituitur,quia illa bona non erāt ſua,nec in re, nec
in ſpe,quia de eo,quod poteſt fieri iure ſpeciali,non dr̄ eſſe ſpes ꝓ
babilis.ar.in l.Iulia. ĵ.qui & a qui.quod no.Inn.in ca. paſtoralis. de
cau.poſ.& propr.circa prin.Sed hic iſte abſens reuerſus,qui hære-
ditatem nunq̄ repudiauit, uenit de iure cōi, & ſic licet non fuerit
dn̄s in re,ſaltem erit in ſpe,cum haberet ius adeundi, non eſt fien-
da dr̄ia inter pupillum,& abſentem,ſed quo iure veniat, an de iu-
re ſpeciali,an de iure cōi, ſi vult reſtitui aduerſus geſta per curato
torem datum hæreditati,& ſic an tꝑe,quo bona non erant ſua, ſi
autem erant iam facta ſua,tunc non eſt dubium per d.l.Imperato
4 res.¶†Sed oppo.ꝙ non ſit neceſſaria reſtitutio, nam aut ſunt ſer-
uata omnia ſolennia,q̄ debuerunt ſeruari,& non eſſet æquum,ꝙ
reſcinderentur,aut non,& tunc ipſo iure non valēt,vt l.Fulcinius.
§.cum autem.& ibi nota.quibus ex cau.in poſſeſ.eatur.in glo.Sol.
fateor, ꝙ ſi non fuerunt ſeruata ſolennia, vel facta fuit miſſio ob
falſum debitum,tunc non valet quicquid geſtum eſt, & ſic audi-
tur ad retractandum de facto,ſicut de facto fuit geſtum l.j.§. hæc
5 verba,ne vis fi.ei.ſed † ſi fuit ſeruata ſolennitas, & facta eſt miſſio
ꝑꝑ verum debitum,tn̄ fortè bona fuerunt vēdita minori precio,
non tn̄ per dolum,& ex hoc reſultat graue damnum abſenti, re-
ſtituetur in integrum,vt in hoc tex.ſecundum primam lect.& ita
ipſum intelligo,ſed propter paruum damnū ſecus puto, ut l.ſcio.
de in integrum reſt.& facit eo.titu.de in integrum reſtit.c.j.& qđ
ibi no.in fi.in eccleſia,quæ reſtituitur, quando fuit ſeruata ſolenni
tas in contractu prælati,tamen fuit res vendita, vel locata minori
6 pretio.†Similiter venditio,& miſſio eſſent nullæ, ſi abſens habe-
ret dilationem a iudice,vel terminum ad comparendum, & pen-
dente termino eſſet proceſſum ꝯ̄ eum,& hoc colligitur ex glo.2.
quæ incipit.ſ.iniuſta,& non eſſet neceſſaria reſtitutio. Idem ſi pro
7 debito,& deinde facta eſſet miſſio,& uenditio,vt in ea gl. †Et no.
quia ſi eſſet facta miſſio duntaxat ex primo decreto, aduerſus eā
non daretur reſtitutio,quia non eſt præiudicialis,& poteſt fieri ꝯ̄
pupillum,& etiam contra abſentem cauſa reipubli.vt l.ignorare
C.de teſta.mili.& quib.ex cau.in poſſ.eat.l.apud Iulianum.ideo gl.
hic non ſine myſterio dicit miſſionem,& uenditionem.Iaco.ve-
ro de Arena ponebat alium intellectum, ꝙ quādo quis abeſt ex
iuſta cauſa,non debet procedi contra eum ad uenditionem, niſi
dato curatore bonis,& per ipſum curatorem debet fieri vēditio,
& ita loquitur hic continuando cum tex.præcedenti, ſed ſi abeſt
ex iniuſta cauſa,& per contumaciam poteſt fieri non dato cura-
tore per ipſos creditores per l.Fulcinius.§.primo.Iſtam lectu.ſen-
tit expreſſe glo.in l.j.de cura.bon.dam.in fin.tertiæ gloſſ.magn.&
eſt notabilis,& procedit etiam, quando proceditur contra verū
8 debitorem abſentem.†Et eſt caſus,in quo in bonis viuentis datur
curator,

ADDITIO.

a Dictionem non. Adde de iſta dictione,vide c.innotuit.de ele.c. per tuas
qui fil.ſint leg.Raph.Cu.conſi.114.inci.Anto.in ij.col.

curator, qñ abeſt ex iuſta cã, vel ignoratur ubi ſit,nec al'r ꝯ eum
põt procedi ad uenditionem.l.ab hoſtibus.in princ.& ibi no.qui.
ex cau.in poſ.ea. Regl'r aũt daƭ bonis mortui, non autẽ viuentis,
9 vt hr̃ditati iacenti,vt l.j.de cur.bo.dã.† Qñ aũt eſt abſens ꝑ contu
maciã,non daƭ curator bonis eius, ſed proceditꝯ eum ad uendi-
10 tionẽ ꝑ ipſos creditores,vt uult gl.no.in d.l.j.tene menti. ¶ † Vlt.
no.illam glo.fi.quæ dicit unum, qđ alibi ꝑ gl.non tangitur, ꝙ qñ
aliquis abeſt ex iuſta cã, & eſt impeditus comparere, non imputa
tur ſibi, ſi non mittit procuratorem ad cõteſtationem litis,vel ſen
tentiam audiendam, iõ non debet procediꝯ eum ad iſtos actus,
ſed ad alios actus bene põt procedi, quia imputatur, quare ad il-
los procuratorem non mittit. De iſto articulo vide per Barto. in
l.j.de diuer.& tẽpor.præſcri.& in l.2.§.ſi quis in iudicio.ſi quis cau.
an abſens,& impeditus teneatur procuratorem mittere,& ibi ad-
hibetur longa diſtinctio.de hoc etiam in c.primo.de procur.& in
c.querelam.

## LEX XXIIII.

1 *Si inſtituo duos hoc modo,uter eorum uiuat, & ambo uiuant, ambo ſunt inſtituti,ſed ſi alter tantum uiuat, ille ſolus eſt inſtitutus in parte, & in parte mortui cenſetur ſubſtitutus.*

2 *Dictio,uterq;. ꝙ ſit collectiua,& non poteſt præiudicari, niſi de duobus,de proprio ſignificatu,ſed dictio,uter. eſt diſtributiua,& poteſt præiudicari de uno,& de duobus,& qualiter differat à dictione,ſi quis.*

3 *Subſtitutio uulgaris poteſt fieri per uerba affirmatiua, & quòd tunc poſſit dici tacita.*

4 *Quòd ſit etiam alia tacita, quæ prouenit præter ſignificatum uerborum ex interpretatione legis,ut contenta in expreſſa pupillari,putà ſi erit hæres,& in pupillari ætate deceſſerit.*

1 TItius. †Si inſtituo duos hoc mõ, vter eorũ viuat,
& ambo uiuant, ambo ſunt inſtituti, ſed ſi
alter tantùm uiuat, ille ſolus eſt inſtitutus in parte, &
in parte mortui cenſetur ſubſtitutus h. d. cum dua-
2 bus ll.ſeq. ¶ †In tex.ibi,(ambos hæredes eſſe.)videbatur, & neuter
a q a dictio,uter,[a] prædicatur de uno tantum, & in hoc differt à di-
b ctione,vterq;.[b] quæ prædicatur de duobus, iuxta ea, quæ no.in
l.creditores. C. de pac.& l.ſi ex toto. §.j. ĵ. de leg.j. unde cum non
conſtet de quo magis teſtator ſenſerit, uidebatur reddi nulla pro
pter incertitudinem, ſed contrarium eſt, quia tunc prædicatur de
uno,quando iungitur cum uerbo, quòd non conuenit, niſi vni,
ut l.uter ex fratribus.C.de cond.inſti.& etiam in uer.ſeq.ibi,altero
mortuo. Sed quando conuenit duob. prædicatur de duob. ſicut
dictio,uterq;. & in hoc eſt dr̃ia,quia vterq; eſt dictio collectiua,&
non põt prædicari,niſi de duob. de proprio ſignificatu, vt l.pe.C.
de impu.& alijs ſub.Sed dictio,uter. eſt diſtributiua, & poteſt prę-
dicari de uno, & de duobus. Item differt à dictione, ſi quis. quæ
eſt ſimiliter diſtributiua, quia uter diſtribuit tantum inter duos,
ſed dictio ſi quis. quæ eſt ſil'r diſtributiua, quia uter diſtribuit tan-
tum inter duos, ſed ſi quis inter plures, & ſunt huius naturæ, ꝙ ſi
actum primi uerbi attribuunt cuilibet inſolidum,ſimiliter & actũ
ſecundi,ſi poteſt attribui, ut l. qui filiabus.§.primo. de leg.j. Sed ſi
non poteſt attribui cuilibet inſolidum,attribuit prõ parte,ut in ca-
ſu huius l.ubi quilibet uiuit inſolidum, & tamen nõn quilibet eo-
rum eſt hæres inſolidum, quia eſſe non poteſt, ſed legato quanti-
tatis hoc modo relicto,puta, vter uiuat lego ſibi centum,ſi uterq;
uiuit,cuilibet debentur centum, quia poteſt multiplicari legatum
quantitatis,& eſt caſus in d.l.qui filiabus.§.j. In tex.ibi, (ex aſſe hæ-
redem fore.) ſ.in dimidia ſua tanq̃ inſtitutum,& dimidia defuncti
3 tanq̃ tacitè ſubſtitutum, vt l.ſeq.† Ex qua no. ſecundum Doc. ꝙ
ſubſtitutio uulgaris poteſt fieri per verba affirmatiua. Item, ꝙ tũc
poteſt dici tacita, nam tunc eſt expreſſa, quando apponuntur ne-
bus mod.nat.effi.ſui.in §.pen.in fin.mag.glo.& primo videtur de
terminare dicens,quòd fortè iſta lex locum habet in eo, qui po-
teſt aliud capere,ſed certè idem eſt dicendum de parte ad totum,
vt l.quę de tota.de rei ven.ideo tene præceden.& illa gloſſ.non eſt
4 alibi ſecundum Bald.¶ † In text.(ſubſtitutus ſit,) ſup.pu.Quid au-
tem ſi vulgariter, vel per fideicom. eadem glo.determinat,quòd
ſuccedere non poteſt ex ſubſtitutione: quia in illis non veniunt,
niſi bona paterna, & per eam ſucceditur patri, & non filio: unde
ceſſat ratio, quam infra ſubijcit: quia non poteſt dici habere a fi-
lio. Reperio tamen d. Ang.de Peru.qui videtur ſentire contra-
rium l. Lucius.infra eodem.quia ſicut a principio, ſi non extaret
legitimus,potuiſſet inſtitui in omnibus bonis, ut in authen.licèt.
C.de na.lib.ita & ex poſtfacto, ſi deficeret legitimus, uel repudia
ret,& pro hoc l.ſecunda. in §. ſi ſint.infra ad Tertul. poſſet autem
procedere illa gloſ.in ſpurio,vel inceſtuoſo,qui etiam non extan
tibus legitimis non poſſet in aliquo inſtitui. iſta opin. multum mi
hi placet: quia eſt ſatis æqua, niſi repugnaret iſte text. qui loqui-
tur in naturali,& defecerat legitimus, & tamen non poteſt habe-
re paternam,niſi dicamus, & hoc ſatis placet,quòd hic non de-
ficit: quia adiuerat hæreditatem,ſed Ange. loquitur quando de-
ficit,quia repudiauit, & tene menti, quia eſt ſingularis limitatio
ad illam gloſſ.& ad l.ſecundam.de na.lib.¶ In tex.ibi,cum a pupil-
lo capiet.contra iſtum text.opp. immo capit ab ipſo patre,qui ip-
ſum ſubſtituit,hinc eſt, quòd poteſt ab eo grauari onere fideico.
etiam in hæreditate pupilli, vt ſupra eodem.l.ſecunda.§.interdum.
& in l.in ratione.§.quòd vulgo.ad l.Falc.ſol.inſpecta ueritate dici-
tur habere a patre, vt in contrario,& propter illud poteſt grauari,
ſed inſpecta fictione,quia ſubſtõ pup.eſt teſtamentum filij,& fin-
gitur ab eo factum,poteſt dici,quòd habeat à filio,& ita debet in-
telligi. Sed ſi inſpecta veritate habet à patre, potius debet inſpici
ueritas,quàm fictio,vt l.filio,quem pater.de liber.& poſthum.&
ſic etiam pupillaria bona non deberet poſſe habere. Solut. tunc
inſpicitur potius veritas, quando tendit ad idem cum fictione,
ſed quando contrariatur,tunc econuerſo,ut ibi dixi.Eſt autem ra
tio, quare poſſit habere bona pupilli etiam ex diſpoſitione pa-
tris: quia prohibitio, quòd pater non poſſit relinquere, emana-
uit propter uitium paternum, vt l.fi.C.de na.li.non ergo extendi-
tur vltra bona paterna, ſed bona alterius pater poteſt relinque-
5 re. † Et ideo dico per iſtum text. & tene menti, quòd ſi pater fuit
relictus executor in teſtamento alicuius cum poteſtate, & quod
poſſit diſtribuere bona eius amore Dei pro anima teſtatoris,pro
ut ſibi videbitur,poterit eligere filium proprium baſtardum,ſi eſt
pauper, & meretur, quia in iſtis bonis alienis non viget prohibi-
6 tio, tene menti perpetuo. † Sed quid ſi ipſe frater fuerit maior,&
illum fratrem non legitimum inſtitueret? Reſpondetur, cum
tunc habeat ex uera diſpoſitione fratris,& nullo modo à patre,po
terit capere etiam bona, quæ fuerunt patris per l. qui Titij teſta-
mentum. in prin.de his, quibus vt indig. quia deſierunt eſſe pa-
tris, & facta fuerunt fratris: quia illa non prohibetur capere, niſi
a patre, ſed a quolibet alio capere poteſt,vt not.gloſſa ſing.in d.§.
pen.in Authen.qui.mo.na.effi.ſui.& Spec.in tit.de ſucceſ.ab inte-
ſta.verſicul.qui damnatis. Et Barto. in l.prima.in princip.de iur.fiſ.
ab inteſtatato verò non poteſt frater non legitimus ſuccedere fra
tri legitimo, & naturali, etiam ſi ſit legitimatus per traditionem
curiæ,vt in §.filium autem.in eadem Authen. ſed fratri nato ex ea
dem matre etiam non legitimo poteſt ſuccedere iure cognatio-
tionis,non agnationis, vt infra unde agna.l. hàc parte.& l.ſpurius.
In tex.ibi,(amplius capere non poſſit.) Sed contra quia per aditio
nem deſierunt eſſe paterna, ergo non durat amplius prohibitio,
argum.in dicta l. Titij. Sol. fateor ſi iſta ſucceſſio non fieret ex di-
ſpoſitione patris,ſed quia fit, ne vna via concedatur, quòd altera
denegatur, procedit diſpoſitio huius l. quæ tenet mediam viam,
nam aliquando nihil,vt ab Inteſta. aliquando totum, vt ex uero
teſtamento fratris,aliquando partim,ſic partim non,vt in caſu hu
ius l.quia uno reſpectu dicitur teſtamentum patris,alio dicitur fra
tris.Quid autem ſi ad iſtum filium legitimum perueniſſent bona
paterna non ex teſtamento, ſed ex contractu? Reſpondeo,debe
mus inſpicere,an ſit præſumptio,quòd fecerit in fraudem,vt per-
ueniant ad legitimum,& tunc non habebit ea,an non ſit præſum
ptio, & tũc ſecus.Nec ob. iſta l.quia maior reſultat præſumptio,
quando peruenerunt ex ultima uoluntate, ex qua etiam perue-
niunt ad ſubſtitutum, quàm quando ex contractu dudum inito:
quia tunc in illis non reprehendatur amplius pater, ſed in bonis
hæreditarijs ſic, vt l. hæreditas nihil. de verborum ſignification.
ita intelligo hanc l.licèt Doctor. non tangant: peruenient autem
iſta bona ad venientes ab inteſt.pup.non autem applicantur fiſco:
quia non auferentur a ſubſtituto,propter eius delictum,vt l.hære
ditas. C.de his, qui. vt indig. & ſic erit caſus, in quo quis decede-
ret pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ut in ſimili nota.in l.
prima.C.de ſecundis nupt. & uide plures quæſtiones per Bald.
circa hanc legem in l.eam quam.in ultima,& penult.colum.C.de
fideicommiſ.

## LEX VII.

1 *Compendioſa ſubſtitutio facta a pagano per uerba merè ciuilia directa fi-*
*nitur pubertate,& qui non admittitur,ut ſubſtitutus, non admittitur*
*ut coniunctus.*
2 *Compendioſa ſubſtitutio dicitur illa, quæ confertur poſt mortem inſtitu-*
*ti,puta,ſi uel quandocunque deceſſerit,& poſt aditam hæreditatem,&*
*quas ſpecies ſubſtitutionum comprehendat.*
3 *Verba directa, quæ ſemel potuerunt ualere iure directo, an poſtea obli-*
*quentur.*
4 *Verba debent intelligi, prout melius poſſunt,ad hoc,ut diſpoſitio potius*
*ualeat,quàm pereat,niſi fieret contra uoluntatẽ teſtatoris,ſeu loquẽtis.*
5 *Si unus ſit inſtitutus purè,& alter ſub cõditione,uel poſt mortem illius,*
*an ille primus pendente conditione habebit interim totam hæreditatẽ,*
*an ſuam dimidiam tantum.*
6 *Obliqua ſubſtitutio non trahitur ad directam,fallit in duobus caſibus.*
*Directa quòd poſſit interdum obliquari.*
7 *Compendioſa quòd continet etiam uulgarem.*

1 VErbis ciuilibus. †Compendioſa ſubſti-
tutio facta a pagano per
uerba merè ciuilia directa finitur pubertate, & qui
non admittitur,ut ſubſtitutus, non admittitur ut co
niunctus. hoc dicit iſta lex vulgaris, & in primo dicto non ita be-
2 ne reperitur alibi.† Dicitur aũt compendioſa illa,q̃ confertur poſt
mortem inſtituti,puta,ſi uel quandocunque deceſſerit poſt aditã
hæreditatẽ,& ideo dicitur compendioſa, quia ſub compendio
uerborum complectitur plura tempora,& eſt apta comprehen
dere plures ſpecies ſubſtitutionum directarum, puta pup.militia
rem,ſi fiat a milite,pup.vel exemplariã, & militiarem,ſi fiat à mẽ
tecapto,etiam aliquando fideicommiſſariam, ſi fiat per verbum
commune,licèt aliquando non comprehendat, niſi unam,puta
pu.ut in caſu huius l.uel ſolam fideicommiſſariam, ſi fieret maio-
ri pup. poſt aditam hæredita. uel extraneo non exiſtenti in pote-
ſtate, & iſtud eſt melius exemplum: quia ſi fieret maiori pup.
per

per verba, directa videntur ſentire Doctor. quòd nullo modo
ualeat, nec iure directo, nec iure fideicommiſ. quia cum ſoleat
expirare pubertate, non debet illa incipere, ut l. Titio cum mo-
rietur. de uſufructu. In text. ibi, (fruſtra fieri conuenit.) propter
a hoc verbum fruſtra,[a] communis opin. legiſtarum eſt, quòd nõ
ualeat poſt pupillar. ætatem, etiam iure fideicom. aliàs non dice-
3 retur fruſtra fieri. † Vnde allegatur iſta l. quòd uerba directa, quæ
ſemel potuerunt ualere iure directo nunquàm poſtea obliquan-
tur, ſi enim iſte deceſſiſſet in pup. ætate potuiſſet ualere iſta ſub-
ſtitutio iure pup. directæ, ſi ergo deceſſit poſt, & ſic non poteſt
ualere iure pup. directæ, nec ualeat iure fideicommiſſi. iſtud limi
tat Bald. & Angel. niſi in teſtamento ſit appoſita clauſula codicil-
laris, quæ apta eſt trahere directam ad fideicom. vt l. quærebatur.
de teſtam. mili & iſtud eſt notabile dictum, ut uidetur caſus in l.
ſi frater tuus. C. de fideicommiſ. & gl. Inſtit. de pup. ſubſti. §. ma-
ſculo. in vlt. gloſſ. fallit etiam quando eſſet facta à milite, qui non
potuit omni tempore ſubſtituere directò, ſed iure fideicom. vt l.
precibus. C. eodem titu. ſecundum communem intellectum
Docto. qui intelligunt illam l. quòd ibi fuit facta compendioſa
per uerba directa, ſed ego non teneo iſtam lectu. ſed dico, quòd
ibi fuit facta per verbum commune, & quòd non eſt ibi priuile
gium matris in aliquo, dic ut ibi dixi, ſed Ioan. And. in cap. ſi pa-
ter. de teſt. libr. ſexto. in nouella, non tenet communem intellect.
ad hanc l. immo dicit, quòd poſt pupillarem ætatem ualet iure
fideicom. Et ad iſtum text. dum dicit (fruſtra.) Reſpondet, quòd
refertur ad princip. ſcilicet, quòd fruſtra fieri conuenit uerbis ci-
uilibus. ideſt directis, ſed non tollitur per hoc quin ualeat iure
fideicom. Certè hunc intellectum non patiuntur iſta uerba, quia
tex. dicit fruſtra fieri, & ualeret iure fideicom. non fruſtra. Te-
nendo autem ſuum intellectum, nõ deberet ſic dicere, ſed quòd
non ualet iure directo. Bartol. autem diſtinxit inter uerba dire
cta, & ciuilia, ut ſunt iſta, ſit hæres, & tunc procedit opin. legiſta-
rum per hanc l. & directa non ciuilia, ut eſt iſtud moriatur, puta
quandocunque deceſſerit filius meus, uel moriatur, quod uer-
bum eſt introductum a conſuetudine, & importat, ut ille talis di
recto ſibi ſuccedat, ut habetur in dicto capitul. ſi pater. non au
tem reperitur de iure ci. & tunc procedit opin. Ioan. And. certè
tale uerbum eſt potius commune, quàm directum, ut ipſe idem
Bartol ſentit in l. Centurio. Bald. autem diſtinguit ad quem refe-
rantur uerba directa, an ad pu. an ad ipſum teſtatorẽ: puta, ſi ſit mi
hi hæres, quæ diſtinctio mihi placet, ut dixi in d. l. precibus. ¶ In
tex. ibi, (quandoque non erit) ideſt nullo modo erit, & ſic not. ſe
cundum Baldum, quòd inter inſtitutum, & ſubſtitu. nulla eſt
coniunctio, & ſic non faciunt ſibi pares per concurſum, & fa-
4 cit ſupra titul. primo l. Lucius. la prima. † ¶ In text. ibi, (ne fiat
contra uoluntatem.) no. bonam regulam ad illud quod dicitur,
quòd uerba debent intelligi, prout melius poſſunt, ad hoc, ut di-
ſpoſitio potius ualeat, quàm pereat, nam iſtud eſt uerum, niſi fie
ret contra uoluntatem teſtatoris, ſeu loquentis: nam tunc potius
patimur diſpoſitionem eſſe nullam, quàm quòd fiat contra eius
uoluntatem, caſus eſt hic, ſic ſupra titul. primo l. quoties. §. ſi duo.
& l. penult. de iniuſt. teſtamen. ubi potius tolleratur, quòd teſta-
mentum irritetur, quàm fieret contra uoluntatem defuncti, qui
prohibuit expreſſè, uel tacitè portionem cohæredi accreſcere.
5 ¶ † In text. ibi, (filius non habeat totum.) hic uidet caſus, quòd,
ſi unus ſit inſtitutus purè, & alter ſub conditione, uel poſt mor-
tem illius, ille primus pendente conditione, non debet habere
totam hæreditatem, ſed duntaxat ſuam dimidiam, & altera di-
midia ſtabit in pendenti, quouſque pendet conditio: quia ſi iſte
ſubſtitutus poſſet uenire, ut coniunctus, hic dicitur, quòd filius
non haberet totum, interim quod eſſet contra uoluntatem de-
functi in caſu huius l. ſed ſi dixiſſet eum pro cohærede, non fie-
ret contra uoluntatem defuncti, niſi primum inſtituiſſet inſoli-
dum, hoc dicendo expreſſè, & tunc interim haberet totum. de
hoc dic, ut not. in l. ſecunda. ſupra ſi pars hære. per Barto. in l. pla-
6 nè. §. ſi coniuncti. de leg. primo. ¶ † In gloſſ. fin. ibi not. quod obli-
qua non trahitur ad directam. Iſtud notabile non colligitur ex
iſta l. ſed potius econuerſo; quia directa non trahitur ad obliquã,
niſi fortè glo. habuerit alium reſpectum, quia uoluerit appellare
directam ipſam primam inſtitutionem, & obliquam ipſam ſe-
cundam inſtitutionem, quæ dicitur ſubſtitutio: quia ergo hic di-
citur in ſecunda parte, quòd iſte ſubſtitutus non admittitur, ue-
rum eſt dicere, quòd obliqua ſubſtitutio non trahitur ad dire-
ctam, ideſt ſecunda non trahitur ad primam: illud tamen, quod
dicit gloſ. bene probatur in l. Antonius. de fideicom. lib. & d. l. co
hæredi. §. cum filio. fallit in duobus caſibus, in quibus obliqua
ſubſtitutio trahitur ad directam, primus fauore militis, & liberta-
tis, ut l. neque na. §. final. de teſtamen. mil. Secundus propter uo-
luntatem defuncti expreſſam, ut l. quærebatur. eo. titu. & uide
omnino quod ibi not. Bart. ſed econtra directa benè poteſt obli-
quari interdum, ut infra ſequitur in gloſſ. ratio diuerſitatis eſt,
quia directa ſe habet in plus, unde de facili poteſt deſcendere, ſed
obliqua in minus, unde non ſic de facili poteſt aſcendere, iuxta
7 illud facilis eſt deſcenſus auerni &c. ¶ † In glo. ibi, (ſiue propter ſo
lennitatem, &c.) tu dic melius, quòd ſi uerba directa nunquàm
potuerunt ualere iure directo, qualitercunque hoc ueniat, obli-
quantur: & ita loquuntur ll. allegatę in gloſſ. ſed ſi potuerunt ſe-
mel ualere iure directo, non obliquantur, ut in hac l. niſi in caſi-
bus, quos ſupra dixi. ¶ Sed cõtra primum dictum opp. quia com
pendioſa continet etiam uulgarem ſecundum communem
opin. Doct. & ſic ſemper poterit ualere iure directo: ergo nun-
quam obliquabitur, ſi facta eſt in teſtamento. Sol. intellige illud,
quando potuit ſemel ualere iure directo: poſt aditam hære. licèt
autem ſemel potuerint ualere hæreditatem non adita iure uulga
ri, hoc non tollit, quominus poſſit obliquari, ſi nunquam po-
tuit ualere iure directo poſt aditam, & ita ſentit hic Bar. ſentiunt
etiam Doc. quòd ſi facta eſſet maiori pup. per uerba directa nõ
ualeret, etiam iure fideicom. quia concipimur in forma pup. quę
ſolet expirare pubertate: ergo non debet ab illa incipere, tunc er
go directa obliquatur, quando facta fuit ſubſtitutio pup. tamen
non poteſt ualere iure directo, uel quia facta in codicillis, uel
quia facta extraneo, uel alia ratione, non ſic quando maiori pup.
quod perpetuo tene menti. Quòd autem dixi quando in codicil-
lis, intellige ſi teſtator intendebat codicillari, quod cognoſcitur? ſi
in eis non inſtituit aliquem hæredem. Si autem intendebat te-
ſtari, quia inſtituit hæredem, tunc non ualet ut codicil. & ſic ſub
ſtitutio directa non trahitur ad fideicommiſſ. niſi fuerit ex-
preſſè dictum, ut C. de codicil. l. illud. §. tractari. infra de codicil.
¶ In fine gloſſ. ibi, (ſed directa.) dic, appellat directam dubiam il-
lam, de qua in l. finali. C. de hæredi. inſtitu. ſi teſtator inſtituto Plo-
tio poſtea dixit, Titius Plotio hæres eſto. nam iſta eſt directa, & ſo
nat in pupilla per quam ſuccedetur Plotio, ſi potuiſſet ſibi fieri
pupil. tamen potuit, quia erat extraneus; dubium eſt ergo, an il
la uerba operarentur vulgarem, an autem fideicommiſſ. & bre-
uiter ibi dicitur, quòd uulgarem, quia licèt per hoc fiat contra
uim uerborum, quia per eum non ſucceditur Plotio, ſed teſtato-
ri, tamen per hoc nòn obliquantur uerba, & potius fit interpre-
tatio in illam, quam in fideicommiſſ. per quam obliquarentur
uerba. & etiam fieret contra uim eorum per fideicommiſ. quia
non ſucceditur Plotio, ſed primo teſtatori, ut infra eodem. l. co-
hæredi. §. cum filia. & hoc uult dicere gloſſ. quæ incipit, interpreta
tionem directæ. i. uulgaris, ne fiat obliquatio uerborum.

### ADDITIO.

a Verbum fruſtra. Adde Raph. Cu. Fulg. conſi. 151. inci. Egregius miles.

## LEX VIII.

1 *Conſtitutus pupillariter, purè, uel ſimpliciter, quando admittatur ex ſubſtitutione.*

2 *Subſtitutio conditionalis non dicitur, licèt in ea fuerit expreſſa conditio, quæ tacite inerat, ſed potius pura.*

3 *Subſtitutus pupillariter non poteſt habere pupillarem ſine paterna, quãdo fuit ſubſtitutus per hæc verba, quiſquis mihi hæres erit.*

1 QVi liberis impu. † Subſtitutus pupi. pu
rè, uel ſimpliciter ad
mittitur ex ſubſtitutione, etiam ſi non ſit hæres pa
tris, ſecus ſi fuit ſubſtitutus ſub conditione, ſi hæres
erit. hoc dicit. ¶ Not. quòd non dicitur ſubſtitutio conditiona-
lis, licèt in ea fuerit expreſſa conditio, quæ tacitè inerat, ſed po-
tius puta, facit l. tertia. infra de legatis primo. & illa conditio, quę
tacitè ineſt, dicitur prouenire extrinſecus, quia non prouenit ex
teſtamento, ſed ex diſpoſitione legali, etiam ſi non fuerit expreſ-
ſa, ut l. conditiones, quæ extrinſecus. infra de conditionib. & de
monſtrationi. Illa uerò, quæ non ineſt tacitè, non dicitur extrinſe
ca, ſed ex teſtamento proueniens, & reddit diſpoſitionem con-
3 ditionalem, ut hic patet. ¶ † Item nota, quòd ſubſtitutus pupillari-
ter non poteſt habere pup. ſine paterna quando fuit ſubſtitutus
per hæc uerba, quiſquis mihi hæres erit. uel ſi hæres erit, ſecus ſi
ſimpliciter, de hoc tamen ultimo dic, ut infra eo. l. ſi plures. §. ſi ex
aſſe. & l. ſi filius, qui patri.

1 *Verba, quiſquis mihi hæres erit. referuntur ad ſcriptos tantum, nõ ad eos, quibus acquiritur hæreditas mediantibus ſcriptis, & facit eos vocari pro hæreditarijs portionibus.*

2 *Quòd illa verba, quiſquis mihi hęres erit, referantur ad primum hæredem, ad quem cenſetur teſtator habuiſſe affectionem, non ad ſecundum, qui non venit ex eius iudicio, ſed ex iudicio primi hæredis, qui veniret ex iudicio teſtatoris.*

3 *Quando*

3 *Quando illa verba verificentur etiam in hærede hæredis.*
4 *Compromiſſum factum inter duos in Abbatem talis monaſterij, non exprimendo nomen proprium, ſed dignitatis, an tranſeat in ſucceſſorem in abbatia.*
5 *Quando nullum factum fuit teſtamentum, tunc verba, quiſquis mihi hæres erit. referuntur ad quemcunque, qui efficiatur hæres ab inteſtato, licèt tempore teſtamenti non teneret primum gradum, & quid ſi factum ſuit teſtamentum.*

1 §.Hæc verba. †Verba, quiſquis mihi hæres erit referuntur ad ſcriptos tantum, non ad
eos, quibus acquiritur hæreditas mediantibus ſcriptis, & facit eos
vocari pro hæreditarijs portionibus. hoc dicit, & ſemper allegatur. ¶ In text. ibi, (ad ſubſtitutionem admittetur.) ſupple, ſcilicet ipſe filius emancipatus, vel ſeruus manumiſſus, ſed ſi eſſet ad
huc in poteſtate, admitteretur pater, vel dominus ipſis mediantibus: quia eorum iuſſu adirent hæreditatem pup. & acquirerent
patri, vel domino, ſicut acquiſiuerunt paternam: videbatur hic
pater, vel dominus potius admittendus: quia verba ſunt intelli-
genda cum effectu, vt l. 2. §. peruenire. ff. de hæredi. vendi. vt hic
pater, vel dominus ſunt hęredes primi teſtatoris in effectu, filius
autem, vel ſeruus nudo nomine, ſed hoc contingit ex coniectu-
rata mente defuncti, qui non cenſetur voluiſſe ſubſtituere illos,
ad quos affectionem non habuerit: iſti autem non veniunt po-
2 tius ex diſpoſitione legali, quàm iudicio teſtatoris. ¶ † In text. ibi,
(neque hæredis hęres.) ſub. admitteretur, nec ex perſona primi
hęredis ex iure tranſmiſſo: quia ſpes ſubſtitutionis conditiona-
lis ad hæredes tranſmittitur, vt infra eodem l. ſed ſi plures. in prin-
cip. nec ex propria perſona tanquam ſubſtitutus, per illa verba,
quiſquis mihi hæres erit: quia referuntur ad primum hęredem,
ad quem cenſetur teſtator habuiſſe affectionem, non ad ſecun-
dum, qui non venit ex eius iudicio, ſed iudicio primi hæredis, vel
ex diſpoſitione legali, vt ſtatim ſequitur: & ideo ſi eſſet talis hæ-
res hæredis, qui veniret ex iudicio teſtatoris, vt ſubſtitutus pup.
bene admitteretur per hæc verba, vt infra eodem l. paterfam. pri-
mis tabul. vbi caſus, admitteretur etiam ille ſubditus ex iure tranſ
miſſo, vt eſt text. cum gloſſ. ſecundum vnam lecturam, vt l. qui
habebat. infra eodem titulo. quod eſt ſingulare, vt ſpes ſubſtitu-
tionis conditionalis tranſmittatur ad hæredem, qui venit ex iudi-
cio primi teſtatoris. & reperio Bartol. ita conſuluiſſe per illam
gloſſ. ſubſtitutus etiam vulgariter primo inſtituto vocatur per
hęc verba, quiſquis mihi hæres erit. ſi primus repudiauit, vt infra
eodem l. ex duobus. §. primo. quia ſimiliter venit ex iudicio defun
3 cti. †Sed oppo. quòd iſta verba verificentur indiſtinctè in hære-
de hæredis per l. fin. C. de hæred. inſtitut. Solut. illud quando pro-
fertur a l. vel ſtatuto: quia ſi dicat de hærede, talis intelligitur non
ſolum de primo, ſed etiam de ſecundo, & tertio, & in infinitum,
qui mediante primo ſunt hæredes, non ſic quando proferuntur
a teſtatore, qui non cenſetur cenſiſſe niſi de primo, ad quem ha-
4 buit affectionem, vt hic ſecundum Bald. ¶ † Et prædicta indu-
a cuntur ad quæſtionem Bartol. ſi duo faciunt compromiſſum [a] in
abbatem talis monaſterij, non exprimendo nomen proprium,
ſed dignitatis, an tranſeat in ſucceſſorem in abbatiam? & videtur
quòd ſic per capit. quoniam abbas. de offic. delega. ſed certè illud
loquitur in principe committente cauſam alienam, ad quam non
habet affectionem, vnde cenſetur commiſiſſe potius dignitati,
quàm perſonę, nos loquimur in compromittentibus cauſam
propriam, qui cenſentur potius ratione affectionis, quam ha-
bent ad perſonam mortui, quàm ratione dignitatis. & iſtam par-
tem tenet hic Bartol. Quod limito, quando conſtat, quòd habe-
bant notam perſonam illius abbatis, aliàs cenſentur habuiſſe re-
ſpectum ad dignitatem, & tranſibit argum. infra de rebu. dub. l.
qui habebat Stichum. ſed in principe committente cauſam alie-
nam non eſt adhibenda illa diſtinctio, ſed indiſtinctè debet ſerua
ri. c. quoniam abbas. & ita intelligo quod not. Ioan. And. in c.
quamuis. de offic. delega. libro ſexto, in nouella. & tempore, quo
ſtudebam, vidi hanc quæſt. venire ad manus Bald. in quodam
compromiſſo facto in Regem Franciæ ſub nomine dignitatis.
¶In gloſ. quę incip. (directo.) in fin. ibi (vel per obliquum, quod
fiat.) dic, quòd loquitur hic in vltima voluntate, quæ dependet
ex voluntate vnius tantum ſcilicet teſtatoris. l. inter veſtem. de
aur. & argen. leg. ideo intelliguntur ſecundum quòd veriſimile
eſt ipſum intellexiſſe. contrarium loquitur in alijs diſponentibus,
in quo ſtatur diſpoſitioni, & verborum proprietati, & non refert
quid fiat directo, vel per obliquum. ¶ In gloſſ. quæ incipit (ſe-
cus.) ibi videtur dic, quòd ibi hæres hęredis venit per ius accreſ.
quod tranſmittitur ad eum, & quia cum illa erat coniuncta ſub-
ſtitutio, illud ius accre. trahitur ad ea, vt extendatur ad bona im-
puberis, non tamen venit hæres hæredis ex illa tranſmiſſa, ſed ex
iure accreſ. vt dixi: hic verò non poterat venire per ius accreſ.
pręcedens autem ſolu. non eſt bona: quia magis debet impedi-
ri tranſmiſſio, quando fuit ſubſtitutus per nomen proprium,
quàm per appellatiuum. ¶ In ſi. gloſ. ibi, (ſi quis cum nullum.)
5 dic, quòd ibi loquitur, † quando nullum fuit factum teſtamen-
tum, quo caſu verba illa, quiſquis mihi hæres ęrit referuntur ad
quemcunque, qui efficiatur hæres ab inteſt. licèt tempore teſta-
menti non teneret primum gradum, ſed incęperit tenere poſt,
hic verò quando fuit factum teſtamentum, quo caſu non refe-
runtur, niſi ad ſcriptos. Alij dicunt, quòd hic quando aliquis fuit
vocatus ad commodum per hæc verba, quòd teſtator non cen
ſetur vocaſſe, quos non dilexit, ibi quando ad onus, quo caſu ſi
vocauit quos non dilexit, fortius cenſetur vocaſſe quos dilexit.
de hoc dic, vt dicam infra eodem l. ex duobus. §. primo. nam ex
hoc ſequitur, quòd iſta uerba habent vim clauſulæ codicillaris,
& hoc tenet hic Barto. quod eſt notandum, ut ſi dicam, quiſquis
mihi hęres erit. ſoluat legata, videor grauaſſe inſtitutos, & ſi non
erunt hæredes, venientes ab inteſtato.

### ADDITIO.

a ¶Duo faciunt compromiſſum. Adde Bartol. in capitulo primo in principio qui feud. da. poſſ. in uerſiculo feudo. Bald. in capitulo uno delegatorum in ſecunda columna de offi. delega. Petr. de Ancha. in capitulo ſi gratioſæ. de reſcri. lib. 6.

---

## LEX IX.

1 *Diſiunctus in vnam dimidiam, & plus coniuncti per nomen collectiuum in alteram dimidiam vocantur, quam diuident inter ſe pro hæreditarijs: portionibus.*
2 *Si condemnatus eſt ſyndicus, & etiam commune in decem, quòd ſyndicus videatur condemnatus in quinque, & communitas in alijs quinque.*

1 SI pater filio. † Diſiunctus in vnam dimidiam, & plus coniuncti per
nomen collectiuum in alteram dimidiam vocantur,
quam diuident inter ſe pro hęreditarijs portionibus.
hoc dicit. Et facit ad quæſtionem, ſi condemnatus eſt ſyndicus,
& etiam commune in decem, quòd ſyndicus videatur condem
natus in quinque, & communitas in alijs quinque, de hoc not.
in authen. cauſa quę fit cum monacho. C. de Epiſcopis & Cle-
ricis in gloſſ. per Cyn. ¶In gloſ. ſecunda ibi, (de leg. ſecund. l. Lu-
cius Titius. §. Lucius.) Docto. tenent vnam ſolu. quæ ibi ponitur
in gloſſ. quòd ibi fuerunt prohibiti alienare, propter, quòd viden
tur viriliter vocari, hic non. In eadem gloſſ. ibi. C. eodem l. finali,
dic ſecundum Docto. quòd ibi fuit appoſita dictio, quiſquis. quę
eſt diſtributiua, & facit eos viriliter vocari, hæc dictio, quos. quæ
eſt collectiua, & facit omnes coniunctos haberi pro vno, & ita
ſoluit Mar. de Fano. cum quidam ipſum interrogaret de ſolut.
iſtius contrarij, cum eſſet ingreſſus religionem fratrum Prædica-
torum.

---

## LEX X.

1 *Spes ſubſtitutionis pupillaris quando tranſmittatur ad hæredes. & numero 2.*

1 SEd ſi plures. † Spes ſubſtitutionis pupil. non tranſmittitur ad hæred. hoc di-
2 cit. † Hoc uerum, niſi ſint coniuncti cum iure accreſ. vt
l. qui patri. de acquirenda hæreditate & niſi ſit hæres proueniēs
ex iudicio defuncti, vt dixi in §. hæc uerba. & quod hic dicitur de
pupil. idem in ſpe vulgaris ſubſtitutionis. infra de ſuis, & legi. l. ſi
ex pluribus. niſi in caſu de acquirenda hæreditate l. qui ex dua-
bus. quia ibi erat coniucta cum iure accreſcen. ſicut dixi de pu-
pilla. ¶ In tex. ibi, ex quibus inſtituti ſunt ſubſti. & quæ illis accre-
uit, vt ſupra eod. l. ſi in teſtamento. in fin. ¶ In text. ibi (nec quic-
quam ualebit ex perſona defunctorum.) quia hæredes eorum
non poſſunt venire vnà cum alijs inſtitutis, tum quia ſpes ſubſti-
tutionis conditionalis non tranſmittitur, & illi, quorum iſti ſunt
hæredes, deceſſerunt conditione pendente, ideſt antequam pu-
pil. tum quia etiam ſi deceſſiſſent poſt, & ante aditam hæredita-
tem pupila. non tranſmiſerunt eam ad ſuos hæredes, vt C. de ca-
duc. tol. §. in nouiſſimo. portio ergo decedentium accreſcit alijs,
niſi illi decedentes eſſent ex ſuis, vel neceſſarijs hæredibus, & de-
ceſſiſſent poſt delatam hæreditatem pupilla. aditam, ut infra pro-
ximo §. uel tranſmiſiſſent ius deliberandi iuxta not. per Barto. in l.
prima. ſupra eod.

1 *Poſſum facere filio meo pup. neceſſarium hæredem illum, quem poſſum facere mihi.*

2 *Licèt filium meum faciam mihi hæredem voluntarium inſtituendo eum ſub conditione poteſtatiua, uel voluntaria, ſi tamen ipſum ſubſtituam impuberi purè, erit ſibi neceſſarius hæres.*

1 **§. Quos poſſum.** †Poſſum facere filio meo pupil-
la. neceſſarium hæredem illum,
2 quem poſſum facere mihi. hoc dicit. †Et not. text. dum dicit, (poſ-
ſum.) quia ſufficit potentia. vnde licèt filium meum faciam mihi
voluntarium inſtituendo eum ſub conditione poteſtatiua, vel ſi
voluerit, vt l. iam dubitari. ſupra titulo primo. ſi tamen ipſum ſub-
ſtituam impuberi purè, erit ſibi neceſſarius hæres: quia ſufficit,
quòd potui mihi ipſum facere neceſſarium. Ratio autem quare
poſſum, colligitur ex l. 2. §. prius. ſupra eodē. ibi (vſque adeo &c.)
quia vnicum reputatur teſtamentum patris, & filij, & vtilitas hu-
ius eſt: quia ſicut tranſmittit hęreditatem meam non aditam iure
ſuitatis, ita & fraternam.

---

1 *Subſtitutus pup. non poteſt ſeparare hæreditatem paternam a pup. ſi fuit adita per pupil. & cum bonis ſuis immixta.*

2 *Hæreditas patris adita per filium incipit eſſe patrimonium filij ipſo viuē te, & eo mortuo dicitur hæreditas filij non patris.*

1 **§. Filio.** †Subſtitutus pup. non poteſt ſeparare hæreditatē
paternam a pup. ſi fuit adita per pup. & cum bonis
ſuis immixta. h. d. vſque ad ver. (idemque eſt.) intelligo hoc verū
mero iure, ſed per beneficium reſtitutionis in integ. ex perſona
pup. ſi fuit læſus adeundo, benè poteſt, cum illud beneficium ad
hęredes tranſmittatur, vt l. non ſolum. de in inte. reſt. & iſte ſubſti-
tutus eſt hæres pup. oportet tamen, quòd per prius adeat pupil.
aliàs non poſſet tanquam hęres pup. reſtitutionem impetrare. hic
autem volebat ſeparare, antequam adiret, & idem ſi poſt non im
petrata reſtitutione, vel non probatione læſione. Item loquitur
hic, quando voluntariè volebat hoc facere, licèt ex cauſa neceſſa-
ria, ſi non erat capax bonorum paternorum benè poteſt, vt ſu-
pra eo. l. ſi is qui. ¶In text. ibi (extitit.) ſupple per immixtionem, ſe-
cus ſi duntaxat mero iure, quo non haberet locum l. ſi filius qui
patri. infra eodem. de qua glo. opponit: quia tunc non eſſet adhuc
2 effectualiter iuncta cum bonis eius. †In fin. text. ibi (iuncta hæredi
tas cœpit eſſe.) & ſic deſinit eſſe hæreditas patris, & incipit eſſe pa-
trimonium filij ipſo viuente, & eo mortuo hæreditas filij non pa
tris. infra ad Car. l. 3. §. ſi is qui va. verſic. (plenè,) in fi. & de his qui.
vt indi. in l. qui Titij. ideo non poteſt pro parte adiri, & pro parte
repudiari, vt l. j. cum ſeq. de acq. hære. quod eſſet, ſi concederetur
iſta ſeparatio.

---

1 *Si non adeatur hæreditas ex paterno teſtamento, non poteſt obtineri hære ditas ex pup. ſubſti.*

1 **§. Idemque.** †Si non adeatur hęreditas ex paterno te-
ſtamento, non poteſt obtineri hæreditas
ex pup ſubſt. hoc dicit. cum §. ſeq. vſque ad §. ad ſubditos. Et pri-
mo loco loquitur, quando pup. fuit inſtitutus vnà cum extraneo
vſque ibi (& aſſe.) Secundo quando ſolus extraneus, & pup. exhæ
redatus. ¶In text. ibi (& ego patris hæreditatem repudiauero.) ſi-
militer pup. repudiauit, vel ſaltem non adiuit, nec ſe immiſcuit, ita
intelligit g' oſſ. iſtum text. infra ad Treb. l. ita tamen. §. qui ſuſpecta.
quę incip. aliam Dyn. ſi autem adiuiſſet, vel ſe immiſcuiſſet, tunc
licèt ſubditus repudiauerit paternam: quia ſubſtitutio pupil. eſſet
confirmata per aditionem pupila. non prohiberetur ſubſtitutus
venire ex pupil. & tunc cum hæreditate pupila. habebit etiam por
tionem paternam, quam ipſe repudiauit, quoniam accreuit pup.
vt in fin. habetur in l. ſi tu ex parte: infra de acquirend. hęredita.
Sed contra, quòd licèt pup. repudiauerit: quia tamen remanſit
hęres nomine, hoc ſolum ſufficit ad confirmandas tabu. pupi. vt
infra eodem l. ſi filius qui patri. & le. Iulia. de acquirenda hæredita.
Solut. illud eſſet verum ſi habuiſſet cohæredem ſuum, vt dicta l.
filius. per aditionem vero hæredis tollitur effectus exiſtentię ſui
hęredis, quantum ad confirmationem eorum, quæ dependent
ex teſtamento, caſus eſt hic ſecundum communem intellectum
Doct. & l. apud Iul. §. idem Iul. ad Treb. & licèt ad illum text. be-
ne poſſet reſponderi, ſi quis vellet tenere contrarium, ad iſtum ta
men difficilis eſt reſponſio. Dicunt quidam, quòd iſte text. vult
aliud dicere ſcilicet, quòd non poteſt ſeparare bona paterna a bo
nis impuberis, vt continuetur cum §. præcedenti. qui loquitur,
quando impubes fuit ſolus inſtitutus, hic quando pro parte, &
iſtum intellectum etiam ponit gloſſ. in illo §. qui ſuſpectam. pro
quo facit text. ibi dum dicit, idemque eſt, & ſic videtur continua-
re, ſed repugnat text. dum dicit, nec filij hæreditatem habere poſ-
ſunt. & ſic innuit, quòd non erat contentio de ſeparatione, ſed de
tota hæreditate pupila. an poſſet eam habere, poſtquam repudia-
uit paternam, & dicitur, quòd non: quia pupil. non fuit confir-
mata per aditionem alicuius: & ſecurius eſt iſtum communem
intellectum tenere.

---

2 *Miles ſicut poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ita & poteſt facere filium ſuum pupillum eodem modo decedere, & numero 1.*

*Arrogator non poteſt ſubſtituere impuberi arrogato in bonis, quæ ad impuberem peruenerunt ab alio, quàm ab ipſo, & non contemplatione ipſius, licèt talis ſubſtitutio ſit fauorabilis.*

3 *In quarta debita arrogato benè poteſt ſubſtituere pupilla. ſed per fideicō miſſum poſt pupillarem ætatem non poteſt.*

*In alijs bonis, quæ proueniunt ab arrogatore ex mera voluntate, poteſt fieri ſubſtitutio fideicom.*

4 *Bona, quæ peruenerunt ad te ab alio mei contemplatione, cenſentur a me perueniſſe.*

*Dona facta ſponſæ a conſanguineis ſponſi an ſol. mat. debeāt ad ſponſam, vel eius hæredem redire.*

5 *Dona facta Ambaſciatoribus an debeant reſtitui communitati, quæ ipſos miſit.*

6 *Contemplatione mei dicitur duobus modis, & qualiter.*

1 **§. Ad ſubſtitutos.** †Subſtitutio pupi. trahitur ad
omnia bona pup. etiam quæ
nunquam fuerunt patris, niſi facta ſit a milite contrarium diſpo-
nente, vel ab arrogatore: quia non trahitur, niſi ad bona, quę pro
uenerunt ab arrogatore voluntariè, vel ex neceſſitate, vel ab alio
contemplatione arrogatoris hoc dicit cum §. ſequenti. vſque ad
§. nemo. Primum dictum, quòd pupillaris trahitur ad omnia bo
na impuberis, procedit etiam ſi ſit talis pupil. quæ con compre-
hendat tacitam vulgarem, vt infra eodem l. paterſam. primis tabu.
ſecundum intellectum Dyn. videbatur, quòd tunc non trahere-
tur ad bona, quæ prouenerunt a teſtatore: quia non eſt coniun-
2 cta cum vulgari. †Item not. quòd ſicut miles poteſt decedere
pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ita & poteſt facere fi-
lium ſuum pupi. eodem modo decedere, ratio colligitur ex l. ſe-
cunda, §. prius. ſupra eodem quia eſt vnum teſtamentum. ¶In
§. ſeq. not. quòd arrogator non poteſt ſubſtituere impuberi ar-
rogato in bonis, quę ad impuberem peruenerunt ab alio, quàm
ipſo, & non contemplatione ipſius, licèt talis ſubſtitutio ſit fauo-
rabilis: & ideo videbatur, quòd traheretur ad omnia bona: quia
videbatur fauor pupil. vt non decedat pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus, ſed dic, vt plenè nōt. in dicta l. ſi arrogator. per
3 Cyn. poſt Pe. ¶†Item not. quòd in quarta debita arrogato benè
poteſt ſubſtituere pupil. quia prouenit ab eo, licèt ex neceſſitate,
ſed per fideicomm. poſt pup. ætatem non poſſet ſubſtituere in il-
la quarta: quia eſt grauamen, & in illa non poteſt grauamen ap-
poni, ſicut nec in legitima iure naturę. vt dicta l. ſi arrogator. §. ſed
an impuberi, & l. cohęredi. §. cum filio. verſic. nec fideicom. ſed
pupi. benè poteſt fieri in legitima iure naturę, vt l. ex tribus. C. de
inoffi. teſt. ergo etiam in iſta. In alijs autem bonis, quæ proueniūt
ab arrogatore ex mera voluntate, poteſt fieri ſubſtitutio fidei-
4 com. & hoc etiam vult glo. & benè. ¶†Vltimò not. fin. qui ſem-
per allegatur, quòd bona, quæ proueniunt ad te ab alio mei con
templatione, cenſentur a me proueniſſe. Et ideo inducitur ad
quęſtionem de donis factis ſponſæ a conſanguineis ſponſi, vt ſo-
lut. mat. debeant ad ſponſum, vel eius hæredem redire, ſicut ſi ab
eo perueniſſet, de quo tangitur hic per Barto. certè ſi matrimo-
nium ſolueretur morte mariti, talis donatio confirmaretur, &
ſic non deberet redire ad hæredes mariti, vt l. cum hic ſtatus. §. j.
de do. inter vir. & vxo. procedit ergo illud dictum, quando ſolui-
tur morte mulieris: nam tunc donatio facta à marito reuocatur,
ergo & facta ab alio contemplatione mariti. vel dic in hoc ſeruan
dam eſſe conſuetudinem loci, poteſt etiam colligi notabile alio
modo, quòd ea, quæ fuerunt tibi donata contemplatione mei cē
ſentur fuiſſe donata mihi, & ſic tenearis reſtituere mihi, & pro
5 hoc l. a diuo infra de acquirenda hæred. †Et tunc facit ad qōnem
a ad quam inducit hic gl. de donis factis ambaſciatoribu. [a] Medio-
lanenſi,

---

ADDITIO.

a De donis factis ambaſciatoribus. Adde gl. in l. qui proprio. ff. pro ſoc. Bal. in l. j. §. in extraneos. C. de don. in apoſt. de conceſ. præb. Cy. & Bald. in l. manifeſtiſſimi. in §. ſed cum in ſecundo. C. de fur.

6 lanenſibus per † Imperatorem Conſtantinopolitanum, vt debeant reſtitui communi, tanquam facta contemplatione communitatis,quæ ipſos miſit,de qua quęſtione etiam not. in l. ſi verò.§.vnico.ſupra ſoluto matrimonio.& vide hic per Bart. quòd duobus modis poteſt dici contemplatione mei, primo quando ſunt cauſa immediata:quia non donaſſet,niſi pp me,& tunc procedunt ea,quæ dicta ſunt.Secundo,quando mediata, vt quia pp me Titius habuit notitiam de te,quam aliàs nõ habuiſſet, ſed poſtea propter notitiam tibi donauit, & ſic non contemplatione mei,ſed ex amicitia tecum contracta,& tunc ſecus. & iſta diſtinctio colligitur ex l.ſocium,qui in eo.§.fi.ſ.pro ſocio.

---

1 *Subſtitutio facta ſibijpſi quando valeat.*
2 *Subſtitutio facta ſibijpſi continet utilitatem,ſi inſtitutio eſſet onerata legatis,& ſubſtitutio non.*

1 §. Nemo. †Si aliquis ſubſtituatur ſibi ipſi, non valet ſubſtitutio,niſi contineat aliquam vtilitatem, puta quia mutetur cauſa,vel ſubſtituatur in maiori portione, quàm fuerit inſtitutus.hoc dicit in effectu,de hoc dic,vt ỹ.eod. l. finali.
2 †Eſt & alius caſus,in quo continet vtilitatem, ſi inſtitutio eſſet onerata legatis,& ſubſtitutio non,& tunc etiam valeret,vt l. j. §. ſi proponatur.ſi quis omiſ.cauſ. teſtam. Declara iſtum text.vt in gl. nam dicitur mutari cauſa,quando erat inſtitutus ſub conditione, & in defectum conditionis ſibijpſi ſubſtitutus: non enim poteſt habere ex inſtitutione, niſi exiſtat conditio, ſed ex ſubſtitutione poteſt habere etiam ſi deficiat,& ſi continet vtilitatem.

---

## LEX XI.

1 *Capacitas,& incapacitas ſubſtituti pupil. inſpicitur tempore mortis pupillo non teſtatoris.*
2 *Eſſe incapacem hæreditatis eſt quædam pœna.*
*Statutum inducens incapacitatem dicitur pœnale,& odioſum.*
*Quòd iure fforum valebat relictum nomine pœnæ.*

1 SI is, qui hæres. ¶†Capacitas, & incapacitas,ſubſtituti pupil. inſpicitur tempore mortis pupil.non teſtatoris. hoc dicit. Ratio eſt,quia eſt ſubſtitutio conditionalis, ſi pupil. deceſſerit in pupil.ætate,ſi ergo ſubſtitutus tempore mortis teſtatoris eſt incapax,& poſtea tempore mortis pupil. reperitur capax,non nocet illa prima incapacitas,ſecus quantum ad hæreditatem ipſius defuncti,vt l.ſi alienum.§.in extraneis. ſupra titu. primo.iuncta l.liber homo.§.ſi hæres inſtitutus. eodem titu. intellige tamen,quòd fuit capax tempore teſtamenti, & tempore aditionis.¶In fin.text.ibi,licèt in patris poteſtate non ſit.vt quia tempore mortis patris erat capax,& tempore mortis pupil. erat inca-
2 pax:non enim prodeſt illa capacitas.†Et not.hic text.quòd eſſe incapacem hæreditatis eſt quædam pœna: vnde ſtatutum inducẽs incapacitatem dicitur pœnale,& odioſum. ¶Vltimò eſt hic vna gloſſ.quæ reprobatur per omnes,dicitur enim, quòd iſto tempore non valebat relictum nomine pœnæ,quod eſt falſum,vt ỹ. de condi.& demon.l.mulcta non committitur.& l.j.§. item ſi ita. ad l.Fal.dic,vt C.de his,quæ pœnæ nom.l.vnica.

---

## LEX XII.

1 *Filius,ꝙ poſſit paternam hæreditatem repudiare, & amplecti ſubſtitutionem pupillarem:& ad quæ legata teneatur.*
2 *Nuda exiſtentia ſui hæredis confirmat ea, quæ tendunt ad utilitatem ipſius filij,& quid ſi tendant ad utilitatem alterius & nu.8.*
3 *Exiſtentia ſola ſui hęredis non confirmat legata,& fideicommiſſa. fallit in legato libertatis,& in relictis ad pias cauſas, fideicommiſſum etiam vniuerſale confirmatur,& tutelarum dationes.*
4 *Intentio creditorum non eſt fundata contra filium, quenquam hæredem, niſi probent,ꝙ ſpontè adiuerit,vel ſe immiſcuerit.*
*In caſu huius legis an non poſſit fieri ſeparatio bonorum patris a bonis filij.*
5 *A ſubſtituto exhæredati non poſſunt fieri legata.*
6 *Nudum nomen hæredis,quod remanet poſt reſtitutionem in integrum aduerſus aditionem,an ita ſufficiat ad confirmandas tabulas pup.& tutelas. & fideic. vniuerſale, & legata ad pias cauſas, ſicut exiſtentia ſui hæredis,& non ſic ad legata particularia.*
7 *Filius repudiãdo beneficium prætoris,an deſinat eſſe hæres de iure ciuili.*
*Ius prætorium cenſetur pars iuris ciuilis.*

1 SI filius, qui patri. †Filius a patre inſtitutus, & fratribus pupil. ſubſtitutus poteſt repudiare paternam hæreditatem, & amplecti pupil.ſeparando bona paterna a bonis pupil. & non tenebitur ad legata,niſi quæ relicta ſunt in ſecund. tabul. habita ratione Falcidiæ,ſi imminet, in cuius computatione non ueniunt bona paterna,ſed duntaxat pupil.hoc dicit iſta l.ſolemnis, & difficilis,quam diuide: quia primo ponitur vnum dictum vſque ibi, {iuſtus.} Secundo remouet duas obiectiones, quæ poſſent fieri vſque ibi, (pręſertim.) Tertio confirmat primum dictum per nouam rationem vſque ibi, (itaque.) Quarto infert ad deciſionem noui dubij, In j.parte ibi, (hęreditatem patris recuſet,) ideſt, illam portionem. in qua ipſe fuit inſtitutus: & ſimiliter repudiare portionem,in qua fuit inſtitutus impubes,& ſic ſeparare bona paterna a bonis pupil.vt colligitur infra c.proxim.verſicu. in verbo ſeparationem,& ita intelligit gloſſ.iſtum text.in l. quidam elogio.C.de iure deliberan.dicitur ergo hic, quòd vtrunque facere poteſt,quod intellige,ſi pupil.non immiſcuit ſe paternæ,aliàs non poſſet fieri ſeparatio,vt l.ſed ſi plures. §. filios. ſupra eodem. gloſ. hic,& in d.l.quidam elogio. videtur ſentire contrarium, quòd ẽt, ſi ſe immiſcuit,poſſit,& eſt ſpeciale in fratre propter rationem, quę infra ſubijcitur in verſicu.pręſertim, quòd §. filios. loquatur in extraneo,ſed iſte intellectus communiter non tenetur, & ille verſicu.pręſertim,vult aliud dicere intellige ergo, quòd pupil.repudiet,ſed tũc non habetur dubium,nec conueniret literæ: quia ſeparatio iam eſſet facta ab ipſo pupil.per tex.infra,qui vult, quòd poſſit fieri ab ipſo ſubſtituto,dic ergo,quòd pupil.nec adiuit,nec repudiauit, & ſic portionem hæreditatis paternæ tranſmiſit ad ſuum hęredem iure ſuitatis,non tanquam aditam, ſed vt adeundam,vt l.ſi quis filium.§.primo.infra de acquirenda hæredita. & l. ſi quis hæres.poterit ergo ſubſtitutus adire pupil. per prius,& poſtea tanquam hæres pupil.repudiare paternam,ſicut poterat ipſe pupil.ante verò quàm adeat pupil.hoc facere non poteſt,quia ius adeundi,ſeu ſe immiſcendi eſt in hęreditate pupil. & ſubſtitutus repudiaret pupil. tranſiret vnà cum paterna ad propinquiorem ab inteſtato,cui ſubſtitutus iſte non potuiſſet facere hoc præiudicium,iuxta not.in l.qui ſe patris.C.vnde liber. ¶In text.ibi, (iuſtus enim.) Hic poſſet opponi de l. ſed ſi plures §. ſi aſſe. ſupra eodem.vbi ſi ſubſtitutus repudiat paternam, non poteſt habere pupil.ſed reſpondetur, quòd ibi loquitur in extraneo inſolidum inſtituto,qui ſi repudiat,non remanet hæres nomine,& ſic non eſt, per cuius aditionem pupil. ſubſtitutio confirmetur, nos loquimur in filio,qui licèt repudiauerit,remanſit hęres nomine, & iſta exiſtentia ſui hæredis confirmat tabul.pupil.& ideo iuſtum eſt ſibi concedere ſeparationem bonorum. ¶In text.ibi, (etenim.) hic poſſet oppon.quòd idem ſit in filio: quia licèt per l. xij. tabul. efficeretur neceſſarius hæres, prætor tamen per ſuum ædictum dedit ſibi licentiam abſtinendi.propter quam redigitur ad inſtar emancipati,vt l.nam nec emancipatus.de legatis primo,& ſic cenſetur extraneus,ſicut emancipatus,vt l.prima §.extraneum. C. de rei vxo.actio.Sed reſpondetur,quòd ius pręturium emanauit ad exonerandum filium, ne oneribus hæreditarijs implicetur, niſi ſpontè ſe immiſceat,& ſic ad ſui vtilitatem: non ergo debet operari id,quod ſit damnum eius,videlicet, vt faciat ipſum deſinere eſſe hæredem nomine:quia nec hoc poſſet facere, cum tale nomen inferatur a iure ciuili:& ideo iſtud nomen operatur in his, quæ concernunt vtilitatem eius,ſcilicet, vt confirmet tabul. pupil.in quibus ipſe filius,qui abſtinuerit,ſubſtitutus erat. hoc dicit. text.ſatis obſcurè,& melior,quàm in aliquo loco habeatur in iſta
2 materia. †Et ſic nota, quòd nuda exiſtentia ſui hæredis confirmat ea,quæ tendunt ad vtilitatem ipſius filij: ergo ſi non tenderent ad vtilitatem ſuam,ſed alterius, videretur ſecus, vt ſi alius eſſet ſubſtitutus, quàm iſte frater. contrarium tamen tenent Docto. nam ſufficit, quòd ſit fauor pupil. vt ſibi ſuccedatur. ¶In text.ibi, (præſertim.) ibi confirmat primum dictum tali ratione,ſi iſte frater non eſſet ſubſtitutus, nihilominus poſſet obtinere hæreditatem fratris pupil.ab inteſtato tanquam proximior legitimus:idem ergo debet eſſe, ſi fuiſſet ſubſtitutus, licèt repudiauerit inſtitutionem: quia non debet eſſe deterioris conditionis ex eo,quòd habuit voluntatem patris,quàm ſi non habuiſſet, & ad iſtam rationem facit l.Titia.§.fina.de legatis ſecundo.Et aduertendum, quòd nunc habet ex teſtamento, ſed ſi non eſſet ſub-
3 ſtitutus,haberet ab inteſtato. ¶†In text. ibi, (duntaxat ex ſecundis tabul.) quaſi dicat,non ex paternis,poſtquàm paternam hæreditatem repudiauit,ſed ex ſecundis ſic: quia ipſa adiuit, & per veram aditionem confirmantur, ſed illa per ſolam exiſtentiam ſui hæredis non confirmatur,vt eſt caſus hic, qui ſemper allegatur,quòd exiſtentia ſola ſui hęredis non confirmat legata, & fideicom.quia tendunt in diminutionem hæreditatis, & non ſunt fauorabilia,ſicut & ſubſtitutio pupil.concord.in l.j. in fin. infra vt in poſ.¶In fi tex.ibi,(vt aliàs ſolet} .ſ. quando adiretur hæreditas ex paterno,& ex pup.nam tunc omnia bona patris,& filij contri

bucerentur in computatione Falcidiæ,etiam ſi tractatur de legatis
relictis in ſecundis tabu. vt infra ad l.Falci.l.in ratione.§.quod vul-
go. Quòd autem dixit de legatis,fallit in legato libertatis, quod
confirmatur propter exiſtentiam ſui hæredis,vt l.quaſi §. ſed & ſi
quis.de fideicom.libe.item dicunt Doctor.in relictis ad pias cau-
ſas. argum.illius §. fideicom. etiam vniuerſale confirmetur, vt l.
ita tamen §.ſi pater.ad Treb. quia non tendit ad diminutionem
hæreditatis,ſimiliter tutelarum dationes: quia ſunt fauorabiles ſi
4 cut ſubſtitutiones pupil.vt not.in l.ſi nemo.ſupra de teſt.tu. ¶†Vl
timo iſte tex.in verſi.etenim.alleg.per quoſdam, ꝙ ſit fundata in-
tentio creditorum contra filium tanquàm contra hæredem, niſi
per ipſum probetur repudiatio.dum dicit non ſpontè ſuſceptis li
berare,ſcilicet,per repudiationem,ſed iſte text.potius facit cōtra,
dum dicit non ſpontè ſuſceptis,& ſic videtur, quòd propter be-
neficium abſtinendi,quod habet filius à prætore ſit ipſo iure libe
ratus a creditoribus,niſi ipſi probent,quòd ſpontè adiuerit, vel ſe
immiſcuerit, de hoc in l.neceſſarijs.de acquir.hæred.& iſta vera,
vt not.in l.cum dotem.§.tranſgrediamur.ſolu.matr. ¶ Nunc op
po.contra princip.l.quòd ſi filius extitit hæres patris,vt in text. di-
citur, non potuerit poſtea repudiare, vt l. iam dubitari, in fin. ſu-
pra titulo primo,cuius contrarium hic dicitur hæreditatem pa-
tris recuſet &c.Solu.duobus modis,vt in gloſſ.j. & quælibet po-
teſt eſſe bona, tene primam: quia ſecunda continet diminutio-
nem. ¶Item oppo.contra verſic.iſtius,quòd non poſſit fieri ſe-
paratio bonorum patris a bonis filij, vt ſupra eod. l. ſed ſi plures.
§.filio.Solue.duobus modis,vt in glo. 2. vſque ibi, item pone,ſed
neutra placet,prima licèt ſit vera in ſe:non tamen congruit literę:
quia ſi pupil. repudiauit facta eſt ſeparatio ab eo, & text. vult,
quòd fiat ſubſtitutio, ſecunda eſt falſa: quia ſi pupill. adiuit, ipſe
non poſſet mero iure amodo ſeparare, niſi per reſtitutionem in
integ.eodem modo non poteſt ſubſtitutus eius,licèt ſit frater, ſi-
cut nec poteſt ſi eſt extraneus.& in illo §.filio. vnde dic extra gl̃o.
quòd nec adiuit,nec repudiauit, vt ſupra dixi. Vel dic ſecundum
Iacob.de Are.quòd iſte pupill.erat exhæredatus, & quòd iſta ſe-
paratio fit per ſubſtitutum,eo ipſo quòd ipſe repudiat hæredita-
tem paternam,in erat ſolus inſtitutus,& amplectitur pupillarem.
Iſtam lectu.reprobat Bald.quia ſecundum hoc exiſtentia ſui hæ-
redis filij repudiantis confirmaret exhæredationem. quòd eſſe
non debet,ſed requiritur vera aditio,vt l.filium.§.ſed cum exhæ-
redatio.de contratab.Ang.eam ſuſtinet, & reprehendit Bal. quia
eſt caſus in l.ſi filius qui ſe paterna. infra de acquirenda hæredita-
te.Ad contrarium reſponde clarius, quàm Ange. quòd ſicut fi-
lius qui repudiauit mero iure remanſit hęres nomine,ſed non in
effectu, ita & confirmatio confirmatur ipſo iure, quantum ad
valorem teſtamenti,ſed non in effectu, quoniam poterit exhære
datus ab inteſta. adire hæreditatem,non quòd efficiatur ſuus hæ
res ab inteſtato, cum filius inſtitutus remanſerit ſuus heres inſo-
lidum ex teſtamento, & non poſſunt eſſe duo hæredes inſoli-
dum eodem iure, vel econuerſò,ſcilicet vnus ex teſtamento, al-
ter ab inteſtato, ſed erit hęres voluntarius, & habebit vtilia iura,
vt l.defunctus.C.de legiti.hæredi.& ſi adibit hæreditatem patris,
ſubſtitutus non poſſet poſtea ſeparare,vt ſupra dixi. ſed hic debet
intelligi, quòd non adiuit,ſed repudiauit,vel nec adiuit, nec repu-
diauit,ſufficit autem ad vtilitatem exhæredationis, quòd potuit
confirmari viuente exhæredato, ſi inſtitutus, idemque ſubſtitu-
tus adiuiſſet: quia fuiſſet in effectu confirmata, iuxta ea quæ ha-
bentur in l.ſi ita.§.fina.de libe.& poſthu. Contra iſtam lectu. facit
5 quia a ſubſtituto exhęredati † non poſſunt fieri legata, vt in l.pe-
nul.de leg.& hic in fin.dicitur contrarium.vnde non videtur bo-
na in hac lege,ſed ſolue,quòd illud verum, niſi ſubſtitutus fuerit
etiam inſtitutus a teſtatore primo tunc poſſunt fieri, in l. in ratio-
ne §.fina.infra ad l.Falcid.etiam ſi repudiauit inſtitutionem, vt in
hac lege ſecundum iſtam lectu.quæ eſt notabilis ad hoc, & bo-
na ſuppletio ad illum §. final. ¶ Item ſecundò oppo. ad idem,
quòd non poſſit fieri ſeparatio de l.quidam elogio.C. de iure de-
liberan.quam ſeq.gloſ.voluit allegare, ſed per errorem allegauit,
l.cum quæſtio. C. de legi. gloſ. non ſoluit iſtud contrarium, dic,
quòd ſi ſubſtitutus incipit ab aditione paternæ hæreditatis non
poteſt poſtea repudiare pupilla.ita loquitur illa l. immo remanet
obligatus ad ipſam acceptandam, & iſtam obligationem tranſ-
mittit ad ſuos hæredes,vt infra de acquienda hęreditate l. qui pa-
tri. Sed ſi vult repudiare paternam,& amplecti pupill.tunc habe-
mus plures leges de hoc tractantes,ſcilicèt iſtam,& l. ſed ſi plures
§.filio.& §.ſi ex aſſe. ſupra eodem. & infra de acquiren. hæred.l.
Iulia.& l.filius,& l. quæſitum. ad quarum concordiam Dyn. fa-
cit vnam pulchram diſtinctionem quam refert & ſupplet Barto.
in pluribus infra.de acquirend.hęred.l.fin. & per gloſ. in d. l. qui-
dam elogio. ¶ Nunc tertio loco principaliter oppo.quòd poſt
quàm iſte ſubſtitutus repudiauit tam paternam partem, in qua
erat inſtitutus,quàm illam in qua erat ſubſtitutus pupil. non poſ-
ſit habere pupil. quia ſubſtitutio non eſt confirmata per aditio-
nem,quę requiritur, vt l. ij. §. adeo. ſupra eodem. & eſt text. in
l.ſed & ſi plures.§.ſi ex aſſe.Et iſtud contrarium format gloſ. ter-
tia,in princip.propter hoc gloſ. ſecunda dicit in verſic. Item po-
ne,quòd hoc debet intelligi, quòd habebat hæredem per cuius
aditionem fuit confirmata. iſta eſt bona in ſe,ſed non conuenit
literæ:quia tunc verſic.etenim.ſuperfluè poſitus eſſet. ideo gloſ.
tertia dicit ſpeciale in fratre: hic vero daclarando, vt dixi ſuper
text.quia remanſit hæres nomine. contrarium loquitur in extra
neo. Alij dicunt poſſe poni caſum, quòd iſte ſubſtitutus primo
adiuit paternam,& poſtea fuit reſtitutus aduerſus aditionem, vn
de remanſit hæres de iure ciuili, licèt deſierit de iure prætorio, &
illud ſufficit ad confirmandas tabu. pupil. vt in prima gloſſ.quæ
hoc ſentit ſecundum Bartol.certè hoc eſſet verum,etiam ſi ſub-
ſtitutus eſſet penitus extraneus, ſed quia erat filius, non eſt ne-
ceſſarium hoc dicere:quia factus erat hæres per legem,non deſi-
6 nit eſſe per repudiationem ex edicto prætoris. † Not. tamen iſtã
lectu.ſecundum Bartol.quòd nudum nomen hæredis,quod re-
manet poſt reſtitutionem in integrum aduerſus aditionem,ita
ſufficit ad confirmandas tabu.pupil.& tu. & fideicom. vniuerſa-
le,& legata ad pias cauſas,ſicut exiſtentia ſui hęredis,non ſic ad le-
gata particularia.& ita loquitur l.tertia.ſupra de cond.indeb.Bald.
& Ange.hoc reprehendunt: quia reſtitutio in integrum omnia
reponit in priſtinum ſtatum,vt l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.de mi
no. certè ratio iſta nihil valet, non quantum ad nomen hæredis;
illud autem non auſertur,nec facit ipſum deſinere eſſe hæredem,
vt l. & ſi ſine. §. ſed quod Pap. de mino. ideo tene opin.Bartol.
7 †Sed extra gloſ. oppo. quòd filius repudiando beneficio præto-
ris,deſinit eſſe hęres de iure ciuil.quia ius prætorium eſt pars iu-
ris ciuilis. vt l. nam & ipſum. ſupra de iuſt. & iu. & conſtat,quòd
ius ciuile poteſt facere quem deſinere eſſe hæredem ipſo iure, vt
l.ſubſtitutione. & quod ibi not. infra, eodem Solut. verum eſt,
quòd ius prætorium cenſetur pars iuris ciui. quia fuit receptum
pro iure a populo Romano,non quòd prętor haberet poteſta-
tem l.condendæ.non enim poſitus erat ad hoc, ſed ad ius dicen-
dum,vt in iſto text. dum dicit ius dicentis, tamen quia per leges
populi non prouidebatur plenè in omnibus caſibus, prætores fa
ciebant ſua edicta,quæ ponebant in publico in ſingulis materijs,
in quibus declarabant quale ius erant reddituri, cum caſus acci-
deret,ad hoc,vt vnuſquiſque ſe pręmuniret,& iſta edicta recipie
bantur pro legibus,vt patet ex his, quæ habentur in l.ij. ſupra de
orig.iur.Fateor ergo,quòd ſi prætor habuiſſet poteſtatem legis
condendæ per prius a populo, prout habebat princeps,& ſena-
tus,& etiam Iuriſcon.faciendo legem,quòd filius poſſet repudia
re,feciſſet ipſum deſinere eſſe hęredem ipſo iure.ſicut & quęlibet
alia lex ciuilis,ſed non habebat:ideo ius prætorium non erat tan-
tæ authoritatis,quantæ ius ciuile conditum a populo. ideo præ-
tor non tribuebat iura directa, ſed vtilia, & non faciebat quem
hęredem,nec etiam qui erat,deſinere,vt Inſtitut. de bonor. poſ-
ſeſſ.§.quos autem. ¶ Vltimo ſcias,quòd Bartol.hic tenet,quòd
exiſtentia ſui hæredis, non confirmabat tabu. ad commodum
tertij extranei ſubſtituti filio exhæredato, ſed ſi eſſet filius inſtitu-
tus, tunc exiſtentia ſui hæredis ipſiuſmet bene confirmaret ad
ſuum commodum,ſed exiſtentia mei non confirmat,niſi ad vti-
litatem meam,quod non placet,quia exiſtentia confirmat fidei-
comm. vniuerſale,quod non tendit ad commodum ipſius ſui
hæredis, & etiam donationes tutelarum factas etiam filio ex-
hæredato. ſufficit ergo fauor teſtamenti conſeruandi. hic non
ſunt alia.

## LEX XIII.

QVo gradu. Nota hic,quòd ſicut in hæredi-
tate mea poſſum facere plures
gradus.ita & in hæreditate pupilli. mei, quòd ſi mo-
riatur in pupilla.ętate, Titius ſit ſibi hæres, & ſi nolit
eſſe, Sempronius ſit.& ſi nolit Sempronius, Caius ſit, & ſic de ſin
gulis.idem in legatis,vt poſſit fieri ſubſtitutio vulg.vt l.vt hæredi-
bus.& ibi no.de leg.ij.

## LEX XIIII.

1 *Tempus a lege ſtatutum patri ſubſtituendi pupill.non poteſt prorogari.*
2 *Iudex an poſſit prorogare tempus præfixum a lege,uel ſtatuto, puta, de-*
*cem dies datos ad appellandum remiſſiue.*

1 IN pupillari. † Not. quòd teſtator non
poteſt prorogare tempus a
l. pręfixum infra quod dat poteſtatem patri ſub-
2 ſtituendi pupil. † Quid in iudice, an poſſit prorogare
tem-

a tempus prefixum a lege, vel ſtatuto, puta x.dies datos ad appellandum & ſic de ſingulis, tangitur per Dyn. in regula indultum. de regulis iuris.la j.& per Barto.in l.ij.infra de iureiurand. ¶ In gl. ibi. §.conditionem. per quem videbamur ꝙ verba directa relata ad plura tempora, puta pupillaris ætatis,& etiam poſt reſpectu primi ſtarent propriè,& reſpectu ſecundi deberent impropriari, vt trahantur ad fideicomm.cuius contrarium glo ſ. dixerat. Sed reſpondetur ſecundum Bart. ꝙ ibi proprius, & improprius ſignificatus tendunt ad eundem fi.ſ. ad prouidendum filio: nam ſicut datio tutoris eſt prouiſio,ita & datio curatoris.hic verò tendunt in contrarios effectus:quia pupil.ſubſtitutio eſt prouiſio, & ideo grauamen.vt l.ex tribus.C.de inoffi.teſt.ſed fideicomm. ꝙ eſt grauamen non prouiſio:poſtq̃ ergo verba directa ſemel potuerunt valere iure directo,poſtea non obliquant. cætera vide hic ꝑ Bar. ſuper iſta glo.qui examinat omnes caſus quos glo.ponit.

ADDITIO.

a Tempus præfixum. Ad prorogationem de tp̃e ad tempus, vide ꝑ Docto. in c.de cauſis.de off.deleg.

---

LEX XV.

1 *Subſtitutio compẽdioſa facta a milite per verba directa filio impuberi, an ualeat iure directo pupill.& quando iure directo militari.*
2 *Non dicitur decedere ſine liberis qui liberos habere non poteſt.*
3 *Compendioſa facta a pagano per uerbum commune, valet iure directo infra pupill.ætatẽ,& poſtea iure fideicommiſ.etiam ſi mater ſit in medio,& quid in milite.& nu.7.*
4 *Qui poteſt vti iure communi, & etiam priuilegio, in dubio videtur vſus iure communi.*
5 *Vna ſubſtitutio directa poterat transfundi in aliam directam, non ſic in fideicommiſſ.*
6 *Fructus in hæreditate reperti qualiter ueniant in ſubſtitutionem militarem.*

1 CEnturio. † Subſtitutio compenſa facta a milite per verba directa filio impuberi ualet iure directo pup. ꝯ.pupi.ętatem, & trahitur ad omnia bona impuberis,poſtea vero ualet iure directo militari,non de iure communi,ſed ex priuilegio militis,& nõ trahitur,niſi ad bona teſtatoris,& etiam fructus in hæreditate repertos.h.d.iſta l.famoſa,in qua Barto.tractat materiam compendioſę factæ a pagano,quæ eſt vtilior materia, quàm alicuius alterius,quæ diuiditur in tres principales quæſtiones,ſcilicet quando fuit facta per verba merè directa.item & quando per verba merè obliqua.item quando per verba cõia, de quibus plenè tetigi.
2 in l.precibus.C.eo.tit.dic,vt ibi.¶† In text.ibi,ſine liberis.per illum text. reprehenditur gloſ. quæ eſt in l. precibus dum dicit quòd quando iſta uerba ſine liberis, ſunt appoſita in compendioſa, teſtator videtur ſe retuliſſe ad tempus, quo poteſt habere liberos.ſ. poſt pupil. ætatem : quia non dicitur decedere ſine liberis, qui liberos habere nõ poteſt, arg.in l.j.in prin. ꝯ.de ſuis & leg.& ex hoc infert.glo. quòd talis compendioſa facta per verbum commune omni tempore eſt fideicommiſſaria, quia poſt pupillarem ętatẽ non poteſt fieri directa, certè ſi hoc eſſet uerum, ſubſtitutio iſta facta in lib.non contineret pupil. ꝯ.ætatem, poſtquam ad illud tempus non videtur ſe retuliſſe cuius contrarium ſtatim ſequitur.Pręterea ſi vera eſſet glo.non iure fideicom. omni tempore, ſed ſolum poſt pupil.ętatem, non ꝯ.eam poſtquàm ad illam non uidetur retuliſſe, & tamen glo. ibi vult contrarium, quòd omni tempore.i.tam. ꝯ.pup.ætatem, quàm poſt,ualeat iure fideicom. probatur etiam,quod dixi in c.ſi pater.de teſt.lib.vj.pro illa tamen glo.facit l.credendum.§.ſi uerò maritus.ſupra qui pe.tu.dic, vt ibi per Bar.¶In tex ibi,(directo ſubſtituit.)puta per iſta uerba talis ſit
3 hæres.†.Quid autem ſi per uerbum commune miles ſubſtituit, puta talem ſubſtituto,gl.& Docto.vident ſentire,quòd etiam tũc ꝯ.pupilla.ætatem valeat de iure directæ pupi.& poſtea iure directæ militaris,ſicut dicitur in hac l. poſtquam miles poteſt ſubſtituere directo omni tempore:fallit tamen hoc caſu, ſi mater eſſet in medio, quia tunc fauore matris poſt pupilla. ætatem obliquaretur,& iſtum dicit eſſe caſum in l. precibus. Sed quando per uerba directa,non obliquatur propter matrem per iſtum text.qui loquitur indiſtinctè. Mihi non placet iſte intellectus ad l. precibus. ſed dico,quòd tunc non videtur miles fuiſſe vſus priuilegio militari,poſtquam non fuit vſus verbis directis,ſed voluiſſe teſtari de iure communi,& ideo infra pupilla. ętatem valet iure fideicom. ſiue mater ſit in medio,ſiue nõ,ita intelligo illam l. licèt ibi mater eſſet in medio, ſed in hoc non eſt fienda vis: ſi enim matre non exiſtente valeret iure directæ militaris,vt dicunt glo.& Docto.fauore matris,non faceret eam obliquari,quia non meretur fauorem in bonis mariti,ſed filij ſui tantum,vt ibi plenè dixi, & ſic eſt ibi caſus pro opin.quam tenet glo.Inſti.de pup.ſubſtit.§.qua ratione.quòd compendioſa facta a pagano per verbum commune valet iure directo infra pupil.ætatem, & poſtea iure fideicomm etiam ſi mater ſit in medio,ſed ſi eſſet facta per verba directa, &
4 poſtea nullo modo valeret,vt in l.precibus. cum ſua gloſſ. ¶ † In text.ibi, (iure communi capiet.) not. quòd ille, qui poteſt vti iure communi,& etiam priuilegio,in dubio videtur vſus iure communi, nam infra pup.ætatem poterat iſta facere pupil. de iure cõmuni,& etiam militarem de iure ſpeciali, & hic dicitur, quòd videtur feciſſe pupill.vnde facit,quòd princeps in dubio videtur potius voluiſſe vti iure communi,quàm ſuprema poteſtate, & hoc voluit Bart.in l.bonorum.C.qui admit. ad bonorum poſſ. facit l.
5 in teſtamento.in fin.C.de teſtam.mili.¶†In text.ibi,(poſt eam autem.) not. hic, quòd vna ſubſtitutio directa poterat transfundi in aliam directam,quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus,vt l.ſed cum patrono.infra de bono.poſſ.non ſic in fideicommiſſariam,quia eſt ſpecies oppoſita, vt not. ſupra l. proxim. ¶ In text.ibi, (ex priuilegio militum.) qui poſſunt aliquem inſtituere ad tempus,vt eo finito deſinat eſſe hęres ipſo iure, & poſt tempus inſtituere alium,qui incipiat hæres eſſe, vt l. certi iur. C. de teſtam.milita.non ſic paganus,vt l.hæreditas ex die. ſupra titu. primo.& iſta ſecunda inſtitutio dicitur ſubſtitutio militaris, de qua loquitur hic, habebit ergo ſubſtitutus omnia bona,quæ fuerunt militis nulla facta detractione,quare poſtquam eſt ſubſtitutio directa,certè etiam ſi eſſet obliqua, de teſtamento militis non detraheretur,tamen non tranſirent omnia iura in ſubſtitutum, & ſic vtilius eſt,quòd ſit directa,vt not.in l.precibus, in glo. fin.habebit ergo neceſſe,quòd iſte ſubſtitutus de nouo adiret,& nouum inuentarium faceret ſecundum Angel. ¶In text.ibi, (patris duntaxat.) quaſi dicat non filij, quia poſt pupill. ætatem, non poteſt miles exercere ſuum priuilegium quantum ad bona filij, ne fiat filio pręiudicium,qui poteſt iam teſtari,aut auferat ſibi teſtamenti factionem: quia priuilegium eius non debet redundare in alterius iniuriam,vt l.impuberi filio.de admin. tuto. ſed infra pupill. ęta. bene poteſt de iure communi, quia non tendit in illius iniuriam,ſed prouiſionem, cum ille teſtari non poſſit. ¶In text. ibi,
6 cum fructibus in hæreditate inuentis. † Contra iſtum text. opp. quia ſi filius,quouſque vixit,fructus percepit,illi debent effici ſui, & non venire in ſubſtitutionem militarem:quia ſunt percepti iudicio teſtatoris, ſed debet eos tranſmittere ad ſuos hæredes, vt l.in fideicommiſſaria.ad Trebellia.dicit Bald quòd ibi loquitur in fideicommiſſaria ſubſtitutione,hic in directa,quod eſſet notabile,ſi eſſet verum,ſed Angel. dicit ſe non videre rationem diuerſitatis,& ideo intelligit iſtum text. de fructibus, qui erant percepti per teſtatorem,ſed non conſumpti,qui fuerunt in hæreditate reperti,vnde quod iuris eſt de alijs rebus hæreditarijs, idem debet eſſe de talibus fructibus, vt veniant in vtranque ſubſtitutionem tam directam, vt hic,quàm fideicommiſſariam, vt l. ita tamen §. primo ad Trebel.& idem ſi ante aditam hæreditatem fuerunt percepti,vt ibi,& licèt poſtea per filium fuerunt conſumpti, hæredes tamen eius tenebuntur ad ęſtimationem huic ſubſtituto, ſecus ſi fuiſſent percepti per filium poſt aditam hęreditatem,quia cederent lucro filij,& hæredum ſuorum, vt d.l.fideicommiſſaria. ¶ Ex glo.mag.hic poſita colliguntur duæ opin.& vna q. Prima opinio eſt de l.premiſſi. Dyn.hoc fatetur de plano. gloſſ. contra,licèt ſub dubio fortè.Tu dic ſine dubio: quia text. dicit,quòd valet ex priuilegio militari, ergò iure directo, nam ſi iure fideicommiſſi, non valeret ex priuilegio militari, cum illam facere poſſit etiam paganus. ad contrarium de l. precibus. reſpondet gloſſ.quòd mater erat ibi in medio,ideo eius fauore obliquatur, hic debet intelligi,quòd non erat in medio.ſimile dicit glo. quòd licèt expreſſa vulgaris contineat tacitam pupilla. vt ſupra eodem l.iam hoc iure, quando tamen mater eſt in medio fauore matris, ut ſuccedat filio,non ſubſtitutis,non continet, vt l. fina. C. de inſtit.& ſubſtitu Iſta gloſſ.reprehenditur in duobus.Primo in ſolu. contrarij: quia dicere,quòd hic mater non erat in medio,eſt diuinare,vnde intellige ſimpliciter,vt iacet, etiam ſi erat mater. dic ergo,quòd hic loquitur:quando erat facta per verba directa. quo caſu non obliquatur,etiam fauore matris,ut ibi,quando per uerbum commune ſubſtituo,quo caſu obliquatur fauore matris, ſed ſi non eſſet mater,valeret iure directo, & hæc eſt communis opinio legiſtarum antiquorum. Tu dic, vt ſupra tetigi, quòd ibi, etiam ſi mater non eſſet in medio poſt pupill. ętatem, eſſet fideicommiſſaria, & quòd licèt ibi teſtator fuerit miles, idem tamen ſi fuiſſet paganus, vt in vlt.quæſtione glo.dicam, quod etiam tenet Ioan.An in capitu.ſi pater.de teſt.lib. vj. intelligit tamen ipſe, quòd ibi teſtator fuit uſus uerbis directis, tu dic ſecundum noſtros Docto. quòd immo uerbis communib. & ſic eſt ibi caſus contra determinationem iſtius glo.in ult.quæſtione. Item reprehenditur in alio,dum dicit,quòd uulgaris expreſſa non cõtinet ta-

citam pup. quando mater eſt in medio, tu dic, quòd immo continet, licèt non admittatur contra matrem per illam eandem l. fin. quam glo. allegat. in fin. vbi probatur, quòd ſi mater exiuit de medio, talis tacita pup. reaſſumit vires, ſed ſi non cõtineretur ex poſtfacto, non incoperet contineret, arg. in l. quod ab initio. de regu. iur. & iſtud eſt magni effectus: & iſtam opi. tenet Bartol. ſecundũ contrarium eſt in l. præcedenti, & de l. verbis ciuilibus. per quas videtur, quòd poſt pup. ætatem nullo modo valeat. Solu. ibi fuit facta a pagano per verba directa, vnde poſt pup. ętatem nec poteſt valere iure directo propter impotentiam teſtatoris qui directò ſubſtituere non poteſt poſt aditam hereditatem, & poſt pup. ætatem, nec iure fideiconim. ne vna ſpecies ſubſtitutionis, ſcilicet directæ trahatur ad contrariam ſpeciem, ſcilicet fideicomm. hic quando a milite, qui poteſt ſubſtituere directò poſt pup. ætatem, vnde non trahitur ad contrariam ſpeciem, ſed ſimilem, licèt diuerſam: quia infra pup. valet de iure communi, & trahitur ad omnia bona poſtea de iure ſpeciali, & non trahitur, niſi ad bona militis.

7 ¶ † Vltimo quæritur, quid ſi facta eſt compendioſa a pagano per verbum commune, ſubſtituo. Iſta quæſtio differt a caſu. j. in duobus, quia lex loquitur de milite, quæſtio loquitur de pagano. Item l. loquitur, quando per verba directa, quæſtio quando per verbum commune. In hac quæſtione non eſt dubium, quòd poſt pupillarẽ ætatẽ valet iure fideicom. ſed eſt dubium, an infra pupillarem valeat iure directo pup. & ſic loquitur, quando facta fuit pupillo, ſi autem maiori, non haberet dubium iſta quæſtio: quia omni tempore valeret iure fideicom. idem ſi erat talis pupillus, cui non poterat ſubſtituere pup. quia non erat in poteſtate: ſtat ergo quæſtio, quando erat pup. & talis, cui poterat pupillariter ſubſtituere. gl. hic tenet, & etiam in l. precibus. quòd etiam infra pup. ętatem valeat iure fideicommiſſi, non iure directo pupilli, quia hęc interpretatio facit hanc ſubſtitutionem ſemper eſſe vniformem, & ſaluari verbum commune, quod ad vtrunque tp̃s adaptatur, ſed in §. qua ratione Inſtit. de ſubſtit. tenet, quòd valet iure directo pup & poſtea iure fideicomm. Bartol. diſtinguit, aut erant aliqua verba, ex quibus poteſt conſtare de intentione teſtatoris, quòd voluit valere iure directo, vt quia dixit, quòd omnia ſua bona, & ſine quacunque diminutione perueniant ad ſubſtitutum, & tunc habebit locum glo. in §. qua ratione aut non poteſt apparere ex aliquibus verbis, & tunc ſi mater eſt in medio, vel etiam alij venientes ab inteſta. ipſorum fauore, vt ſuccedant pupilli & retineant legitimam, & Trebellianicam, valebit iure fideicomm. & ſic habebit locum iſta glo. & etiam glo. in l. precibus, aut non erat mater, vel alij venientes ab inteſta. & tunc valebit iure directo. Bartol. dicit, quòd de rigore iuris vera eſt opin. iſtius gl. quòd ſemper valeat iure fideicommiſſi, & pluries dicit ſe conſuluiſſe, & idem audiui ab antiquis Docto. Flor. ſed de equitate dicit, ſaltem in eo caſu, quando mater eſt in medio tenendam opi. Bartol. non ſic, quando alij venientes ab inteſtato, quibus hæreditas pupillo non eſt ita luctuoſa, ſicut matri: tu dic, quòd ſiue mater ſit in medio, ſiue non, tenenda eſt opinio. glo. quæ eſt in §. qua ratione. quòd infra pupil. ętatem valeat iure directo pupil. & poſtea iure fideicommiſſi, & dico de hoc eſſe caſum in l. precibus. vbi fuit facta per verbum commune ſecundum noſtros Doctor. & mater erat in medio, & tamen valet iure directo pupil. nec obſt. quòd ibi erat miles, nam idem ſi fuiſſet paganus, & in hoc non ſtat vis illius legis ſecundum Ioan. And. in d. c. ſi pater, & benè, qui etiam vltra dicit, quòd ſi ſit facta etiam per verba directa a pagano, prout loquitur illa l. ſecundum eum valet infra pupillarem iure pupillari, & poſtea obliquatur, ſed iſta ſententia non approbatur per noſtros Docto. vt dixi in l. verbis ciuilibus. quando autem per verbum commune, tene quod dicitur per illam l. & per c. ſi pater. vbi eſt etiam caſus, & licèt Bartol. conetur reſpõdere, ſuæ tamen reſponſiones non valent, vt dixi in illa l. precib,
a & iſtam opin. tenent mod. & Docto. & pluries ſecundum eam conſului, & a Modernis Docto. fuit cõſilium ſubſcriptum, & audio, quòd Do. Barth. de Saly. tenet iſtam opin. in qua ſemper fui etiam cum eram ſcholaris.

ADDITIO.

a Et iſtam opin. Adde, quòd hanc eandem opin. tenet Alexan. de Imo. in cõſi. 12. col. 4. in fin. in 3. volum. & adde quòd ipſemet Pau. de Caſt. in conſi. 142. in antiquis. incip. viſo teſtõ ſer Baſtiani. tenet opin. Bart. 9 Bart. tñ tenet idem Pau. de Caſt in conſi. 21. incip. primum vr̃ dicẽdum, in nouis, & hanc eandem opin. 9 Bar. tenet etiam idem Alexan. de Imo, in conſi. 17, volum. 3. ver. ſi diceremus. in 3. vol. Fran. Cur.

LEX XVI.

1 *In tab. pupil. poteſt reuocari legatum, quod erat relictum in tabulis paternis.*

1 SI quis eum. † In tab. pupil. poteſt reuocari legatum, quod erat relictum in tabulis paternis, hoc dicit in effectu. ¶ In text. ibi (quaſi legato adempto.) hæc ademptio ſortitur effectum demum, ſi exiſtat cõditio pup. ſubſtitutionis, & ſubſtitutus ex pupilla. adeat, a quo fuit libertas relicta, non ante, & hoc vult glo. j. per l. ſi ſeruus communis. in fin. infra eodem. interim ergo erit apud illum, cui fuit legatus in teſtamento paterno, & ita intellige primam glo. ſed glo. ſecunda ſentit, quòd ſtatim & purè facta ſit ademptio, quod non eſt verum per d. l. ſi ſeruus. in fin. vbi eſt caſus contra eam. ¶ In vltima glo. in fin. ibi, l. ſi mihi. §. fin. dic, quòd ibi præcedens voluntas continebat clauſulam derogatoriam: ideo non ſtatur vltimæ, niſi illius clauſulæ ſpecialiter pœniteat. hic vero debet intelligi, quando præcedens voluntas non continebat verba derogatoria, & ſic indiſtinctè ſtatur vltimæ.

1 *Teſtamentum paternum non rumpitur per pup. diuerſo tp̃e factum, ſed per aliud paternũ benè rumpitur, & ẽt pup. quod ab ipſo pendebat, niſi ſecundum ſit inutile, ſeu nullum, puta ratione præteritionis.*

2 *Teſtamentum patris, & filij nõ cenſentur vnum, ſed duo, & quòd etiam dicantur diuerſæ perſonæ.*

*Teſtamentum paternum, & pup. poſſunt fieri diuerſis temporibus, & ẽt diuerſis formis, vnum in ſcriptis, aliud per nuncupationem.*

3 *Si feci primum teſtamentũ, in quo Titium inſtitui, poſtea ex interuallo facio aliud, in quo inſtituo Sempronium ſub conditione, ſi Titius me viuo morietur, an primum teſtamentum ſtatim ſit ruptum per ſecundum, an iſtud ſecundum habeat vim ſubſtitutionis vulgaris.*

4 *Si actus durauerit per plures horas cõtinuatas, quam horam debebit ponere notarius, cum dicit actum, &c. ponet horam, in qua eſt conſummatus, ſi vult ponere horam.*

1 §. Si ſuo teſtamento. † Teſtamentum paternũ non rumpitur per pup. diuerſo tempore factum, ſed per aliud paternum bene rumpitur, & etiam pup. quod ab ipſo dependebat, niſi ſecundum ſit inutile, ſeu nullum: puta ratione præteritionis, hoc dicit in effectu.

2 ¶ † In text. ibi, (nihilominus idem ualebit.) in hoc ergo teſtamentum patris & filij non cenſentur unum, ſed duo, quia ſi eſſet unum, deberet fieri uno contextu, nec poſſet fieri diuerſis temporibus, hoc dicit glo. quę incip. (oppo.) & bene. Not. ergo quòd teſtamentum paternum, & pup. poſſunt fieri diuerſis temporibus, adde & etiam diuerſis formis, unum in ſcriptis, aliud per nuncupationem, ut infra de ſecund. tabu. l. ſi ita. §. fina. uel eadem forma, puta in ſcriptis, ut infra eodem l. patris & filij. & tunc requiritur duplex forma, id eſt, quòd iterum adhibeantur teſtes ijdem, uel diuerſi, debet tamen hoc caſu præcedere paternum, aliàs nõ ualeret pupilla. ut l. ij. §. prius. ſupra eodem. quod dic, ut ibi dixi. In text. ibi, (ratum manebit.) per hoc apparet, quòd teſtamentum pupillare non ſolum dicitur diuerſum a paterno, immo etiam dicuntur diuerſæ perſonæ, aliàs per ipſum tolleretur paternum, quia quando eadem perſona facit duo teſtamenta diuerſis temporibus, ſecundum tollit primum, ſed hic non tollit: ergo reputatur factum a perſona diuerſa. ¶ In text. ibi, (nam ſibi, & filio pater teſtamentum feciſſe, &c.) ſupple eodem tempore, uel diuerſis, ut conueniant præcedentibus. ¶ In text. ibi, (utrunque ſuperius rumpetur.) in hoc paternum & pup. cenſentur unum ratione dependentiæ, quam habet pupil. a paterno, aliàs per rupturam unius non rumperetur aliud penitus diuerſum, ſic ergo quo ad quid cenſentur unum, quo ad quid plura, quod dic, ut infra eodem l. patris, & filij. ¶ In text. ibi, (ſed ſecundum teſtamentum,) in hoc uer. ponitur caſus duobus modis, primo, quòd in primo teſtamento paterno filius pup. fuit inſtitutus, poſtea in ſecundo teſtamento ſimiliter paterno fuit prętęritus, & quidam extraneus inſtitutus ſub conditione ſi filius uiuo teſtatore deceſſerit, & ſic illa uerba, ſi uiuo. ſunt uerba teſtatoris, dicit hic, quòd iſtud ſecundum non ualet ratione præteritionis, & ſic non rumpit primum, & tunc uidetur hic caſus contra gloſ. in l. Gallus. in princ. de libe. & poſth. Nam iſta præteritio non eſt filio nociua, cum iſta inſtitutio non ſit facta, niſi in defectum primi teſtamenti, & nihilominus ipſa præteritio uitiat teſtamentum, cuius contrarium uult ibi Barto. ſed ipſe non tenet iſtam lectu. ſed tenet ſequentem, ut effugiat hoc contrarium. Sed propter aliud adhuc uidetur, quòd iſta lectu, non ſit bona: quia iſta uidetur quædam uulgaris ſubſtitutio facta filio, ſed quando filius eſt inſtitutus in primo gradu, poteſt prętęriri a ſecundo, ut ſupra de libe. & poſthu. l. ſi poſthumus. §. quòd uulgo. Sol. uolendo tenere iſtam lect. dic, quòd contrarium procederet, quando in eodem teſtamento ſubſtitutio eſſet facta, ſed hic fuit facta diuerſo tempore, unde magis dicitur ſecundum teſtamẽtum, quàm ſubſtitutio uulgaris, ideo uitiatur ex p̃teritione ſecundum Bald. qui hoc ſentit, & dic

eſſe

3 eſſe ſingulare,& menti tenendum.¶†Et ex hoc infero vltra Bald.
quòd ſi feci primum teſtamentum,in quo Titium inſtitui,poſtea
ex interuallo facio aliud,in quo inſtituo Sempronium ſub condi
tione,ſi Titius me viuo morietur, primum teſtamentum ſtatim
eſt ruptum per ſecundum,quia duo teſtamenta non poſſunt ſi-
mul ſtare diuerſis temporibus facta ab eodem, & nihilominus
inſtitutus in ſecundo non poterit eſſe hæres,niſi Titius viuente te
ſtatore deceſſerit,cum ſit inſtitutus ſub iſta conditione:ſed ſi hoc
ſecundum haberet vim ſubſtitutionis vulgaris,per ipſam non tol
leretur inſtitutio prima,& ſic Titius poſſet eſſe hæres,ſi non dece
deret viuente teſtatore,ſed hic erit ſecus,quod ꝑpetuo tene men
ti,& eſt extraneus,ſeu nouus caſus, quem nunquam reperij ta-
ctum per aliquem,ideo tene menti,quia poſſet de facili continge-
re. Alio modo ponitur caſus,quòd illa ſint verba iſtius l.non teſta
toris,& quod in ſecundo teſtamento extraneus fuit inſtitutus pu
rè,& filius præteritus,tunc non valet hoc ſecundum,nec recon-
ualeſcit,licèt filius viuo teſtatore deceſſerit,vt hic, & l. ſi filius,qui
in poteſtate.de lib.& poſth.ideo non tollit primum, in quo filius
erat inſtitutus pro parte,vel exhæredatus:ſi autem inſolidum,tũc
eſſet effectum irritum per mortem filij,vnde fruſtra dubitaretur,
an tollatur per ſecundum.Sed retenta iſta lect. opp. quòd immo
reconualeſcat,vt l.poſthumus,de iniuſt.teſt.Sol.ibi, quando fuit
pręteritus poſthumus,quo caſu diſtinguitur, an poſtea decedat
viuente teſtatore,vel poſt mortem,quando autem iam natus in-
diſtinctè non reconualeſcit,niſi fuerint inſtituti venientes ab inte
ſtato,& deceſſerit teſtatore viuente,vt in §.idem,& circa.in eadẽ
l.ſed licèt iſta diſtinctio adhibeatur quantum ad hoc, vt ſciamus,
an reconualeſcat,vel non,non tamen adhibetur quãtum ad hoc,
ut ſciamus,an tollat primum,vel non:quia indiſtinctè non tollit,
ſiue fuerit præteritus iam natus,vt hic,ſiue poſthumus,& poſtea
deceſſerit viuente teſtatore:quia reconualeſcat, tamen quia non
niſi de iure præto.nõ tollit primum validum de iur. ciu. hoc vult
hic gl.magn fi.in effectu,quæ per omnes reprehenditur inquan-
tum dicit,quòd quando eſt præteritus poſthumus primum non
tollitur,quia hoc eſt cõtra caſum in l.3.§.ſed ſi ſtante. de iniu.teſt.
nam ex iſto teſtamento potuit adiri hæreditas de iure ciui.ſi poſt-
humus non fuiſſet natus,& hoc ſufficit,vt primum rumpatur,li-
cèt natus fuerit,vt in l.cum in ſecũdo.eo.ti.innuit etiam glo.aliud,
ꝙ iſtud ſecundum reconualeſcat de iur.præto. & tamen non tol
lat primum,quod eſt falſum,immo non reconualeſcit, ſi a prin.
fuit nullum in præiudicium primi teſtamenti quod dic, vt dixi in
4 d.l.ſi filius,qui in poteſtate.& in d.l.cum in ſecundo.¶†In gl. quæ
inci.(oppo.)ibi,(reſpondent alia hora).ſ.continuata.Sed quæritur
ſi actus durauit per plures horas continuatas,quam horam debe
bit ponere notarius, cum dicit, actum tali &c. ſi vult ẽt ponere
horam dicit Bal.quòd horam,in qua conſummatus eſt actus,nõ
illam,in qua eſt inchoatus:quia tunc dicitur actus perfectus, cum
recipit vltimam conſummatioem,vt l.cõtractus.C.de fid. inſtru-
men.& alleg.Inno.in c.conſuluit.de offic.dele.hoc tene menti.

## LEX XVII.

SVbſtitui. Filio poteſt ſubſtitui etiam naſciturus
poſt mortem ipſius filij.h.d. gl. autem
vr̃ intelligere per contrarium. ſ. ꝙ poteſt inſtitui hęres
naſciturus poſt mortem ſubſtituti,quod nihil eſt, vnde dũ dicit,
ſubſtituti.dic immo filij inſtituti,vt s̃.e.l.2.§.ſi prius.in fi.& ad con-
trarium,quod format de l.qui plures. de vſufru. leg. Reſpondeo,
vt no.j.eo.l.ſi pater filium.circa fi.gl.magnę.ſecun.Dy.

## LEX XVIII.

1 *Seruus communis ſubſtitutus impuberi quando ſit neceſſarius, uel uolun
tarius.*
2 *Inſtitutio de ſeruo communi facta cum libertate ualet,ſecus ſi eſſet in to-
tum alienus.*

1 SI ſeruus. †Si ſeruus cõis ſubſtituat̃ impuberi ef-
ficit̃ ei neceſſarius,ſi ꝑ teſtatorẽ fuit re
dẽptus,ſecus ſi per impuberem, vel ꝑ ipſummet ſer-
uũ,tũc erit voluntarius.h.d.¶In tex.ibi,(ſi ſeruus cõ-
2 munis,)ſupple inter teſtõrem,& quendam tertium.¶† In tex.ibi,
(cũ libertate)no.ꝙ valet inſtitutio facta de ſeruo cõi cũ libertate,
ſecus ſi eſſet in totum alienus,vt s̃.in l.ſi alienum ſeruum. qđ dic,
vt l.ſed ſi in ditione §.ſi ſeruum cõem.eo.ti.per gl. ¶In text. ibi (a
patre ſa.fuiſſet redẽptus).i.quia ipſe teſtõr redemit patrẽ ſocij, ſi tẽ
pore mortis ſuæ erat eius ſocius inſolidum, vñ ſi potuit fieri ne-
ceſſarius ipſi teſtatori,ita & impuberi,vt l.ſed ſi plures.§.quos poſ
ſum.ſed in duob.caſib.ſequentib.ſecus,q̃a non erat ſuus inſolidũ
tpe mortis ſuæ.¶In gl.q̃ inci.(ſufficit)ibi,& no.quòd hodie eſt ve
rum in omni caſu.ſ.ꝙ vnus ex ſocijs poſſit dare libertatem ſeruo
communi,& redimere partẽ ſocij eo inuito, quod olim iure iſt o
non erat,niſi cum inſtituebatur,vel ſubſtituebatur cum liberta te
ꝑꝑ duplicem fauorem,ſcilicet libertatis,& teſtamenti, vt in ca ſu
huius l.hodie ſufficit fauor ſolius libertatis,& hoc vult dicere gl o.
in effectu per illam l.de ſeruo com.ma.

§.SI Titio. Si ſeruus legatus ſubſtituatur filio, vel inſt i-
tuatur cũ libertate,cenſet̃ legatum de ipſo fa
ctũ reuocatũ adueniente ꝯdõe ſubſtitutionis,vel inſtitutionis n õ
prius.h.d.adde,quod dixi s̃.eo.l.ſi quis eum.in prin.in j.glo.

## LEX XX.

1 *Teſtamentum patris, & filij quando habeatur pro vno.*
2 *Teſtamentum paternum, & pupillare, quando fiunt ſimul uno contextu
ex quib.reſpectib.dicantur unum, & ex quib.dicantur plura, & quid ſi
fiat in diuerſis ſcripturis, & temporib. & nu.4.*
3 *Teſtamentum uiri, & uxoris poteſt fieri uno contextu, & eodem inſtru
mento, & eadem forma, & diſpoſitione.*

1 PAtris, & filij. †Teſtũ pr̃is,& filij hr̃ ꝓ vno,
ẽt cũ fiunt in diuerſis tabulis,
& in diuerſa forma quantũ ad hoc, vt remota ſolen
nitate teſti pup.ſi non eſt remota de pr̃no remaneat
firmũ.h.d.ſ̃m intellm̃,quẽ puto verũ.Et ſic tota l.loquit̃, qñ facta
ſunt diuerſis tpib.aliàs non video,qualiter procederet ver.(nam
vr̃,)licèt gl.& Doct.vñr intelligere illũ ver.qñ in eodẽ tpe,& eiſdẽ
ta.& tunc oportet violare literã,vt patet ex gl.2.ſuꝑ verbo (reſi-
2 gnare.)†Dic ergo pro decl'one tex.& gl.ꝙ interdũ teſtũ pr̃num
& pup.fiunt ſimul in vno contextu.Interdũ tpib.diuerſis eadem
forma,vel diuerſa,qđ põt fieri,vt hic,& s̃.e.l.ſi quis eum.§. fin. In
primo caſu pñt dici vnũ ex trib.uel quatuor reſpectib.Primo dñr
vnũ reſpectu cãę efficientis,q̃a vnus,& idẽ teſtator facit vtrunq;
re vera,vt hic in gl.Secundo reſpectu ſolennitatis, q̃a ſufficit vna
ſolennitas teſtiũ,puta 7.teſtes:nõ aũt 14.Tertio rõne ſubſcriptio-
nũ,q̃a ſufficit,ꝙ teſtes in ſuis ſubſcriptionib.faciãt mentionẽ ſolũ
de pr̃no dicendo ſe fuiſſe præſentes,huic teſtõ Titij, abſque eo,
ꝙ de teſtõ pup.faciant mentionẽ ꝑ iſtum tex.dum dicit, (& ſep-
tem ſigna patris ſufficiunt, &c.) licèt nullus Doctor hoc tangat.
Sed ſi eſſent diuerſa teſtamenta contenta,ẽt in eadẽ ſcriptura, qđ
fieri põt,vt tenet hic Bar.poſt Dy.Cy.& Pe.& facit l.eo. q a mu
tis.C.ſi cer.pet.licèt ſeptẽ teſtes ſufficiant ad oĩa p̃dicta teſtamen
ta ſolennizanda ſ̃m eos ꝑ l.ſi quis ex argentarijs.§. ſi initium.s̃.de
eden.qđ eſt notandum,dico,ꝙ teſtes in ſuis ſubſcriptionib. debe
bunt facere mentionem de quolibet teſtõ per l.pen.s̃. de teſt.q̃a
ſunt teſtamenta diuerſa,ſed hic repreſentatur vnũ, & ita intelligo
3 quod no.Doct.licèt ipſi hoc non tangant.†& habui de facto, ꝙ
vir,& vxor fecerunt teſtũ eodẽ cõtextu,& eodẽ inſtr̃o, & eadẽ
forma,& diſpõne,& dubitabat̃,an illud potuerit fieri, & dixi, ꝙ
ſic,per id,qđ no.ꝑ Doct.Item & quarto dicunt vnũ rõne depen-
dentiæ,q̃a ſi teſtũ pr̃nũ,qđ eſt principale, ſit nullum a principio,
vel ex poſtfacto annullet̃ ipſo iure, ſimiliter & pup. reddit̃ nullũ,
vt l ſi quis eum.§.fi.verſi.nam ſi ſibi.Sed plura poſſunt dici alijs re
ſpectib.primo licèt re vera ſit vnus teſtator,fingunt̃ plures, quia
pup.fingit̃ factum a pupi.& hoc prodeſt ad id,qđ hr̃ in d.§. fi.ver.
& tñ patris.ut ibi dixi.Item ꝑꝑ duas hæreditates,ex quo ſequit̃,ꝙ
põt vna repudiari,& altera acceptari interdum,vt ſupra eo. l.ſi fi-
lius,qui patri.cum ſua materia.Sed ſi eſſet vna hæreditas ex vnico
teſtõ,non poſſet pro parte adiri,& pro parte repudiari ꝑ eundẽ,
vt j.de acq.hær.l.j.cum l.ſeq.& hoc voluit hic glo.magna in ulti.
uer.ibi,item q̃a inſtitutus.Item & tertio, q̃a expugnato paterno
pro parte ꝑ querelam,non propterea expugnatur pup. pro par-
te,ſed totum remanet firmum, quod non eſſet, ſi omnino eſſet
idem cum pr̃no,& hoc uoluit hic gl.in uerſi. item quia expugna
tio iure ciuili.Item quarto,quia expugnato pr̃no de iure p̃torio
tñ,non ciuili,& ſic in effectu non ipſo iure,non propterea expu
gnatur pup.ẽt de iure prætorio,uel in effectu, immo remanet fir
mum omni reſpectu,& hoc uoluit gl.in uer. item q̃a expugnato
4 teſtõ paterno.q̃ ita declara.†Secundo caſu qñ in diuerſis ſcriptu-
ris,& diuerſis temporibus,tunc dicuntur diuerſa,non ſolum p̃di-
ctis reſpectib.de quib.ſupra,immo etiã alio reſpectu, q̃a duplex
ſolennitas requirit̃,ut l.ſi q̃s per eum.§.fi.ſupra eo.dicunt enim ite
rum adhiberi teſtes,ſed adhuc tunc põt dici unum alio reſpectu,
q̃a facta ab eodẽ teſtõre,ut in prin.huius l.& q̃a ſi facta ſunt in di
uerſis ſcripturis,& in ſcriptis,licèt ſigna,ſeu ſigilla fuerint remota
de pu.ſi tñ non de pr̃no,remanet firmũ adhuc pu.ut in uer.(nam
ut Marcellus.)nõ ſic ſi haberent̃ ꝓ diuerſis omnino, ut C.de teſt.
l.ad teſtũ.§.ſi ſigna.& ex p̃dictis remanet glo. q̃ eſt hic declarata.

## LEX XXI.

1 *Subſtitutio pup.poteſt fieri ad minus tempus, quàm pup.ætatis. & ultra
illud non habebit effectum.*
2 *Subſtitutio facta uno tempore ad aliud non porrigitur, ſed facta uno ca-
ſu bene porrigitur ad ſimilem caſum.*
3 *Conceſſum uno tempore in alio eſt prohibitum.*

1 L. Si ita quis. †Sub ſtitutio pup. pōt fieri ad minus tē-
pus, q̃ pup. ętatis, & illud non habebit ef
2 fectum. h. d. ¶†Et ip allegaſ, ꝗ ſubſtō ſacta vno tpe ad aliud non
porrigitur, vt etiam no. ). eod. tit. l. ſi mater. §. fi. ſed facta vno caſu
bene porrigitur ad ſimilem caſum, vt l. Gallus. §. & quid ſi tantū,
3 cum ibi not. de lib. & poſth. †Item allegatur, ꝗ conceſſum vno tē
pore in alio eſt prohibitum, ad hoc ). de leg. 2. l. ſtatulib. §. Stichū.
¶In tex. ibi (bono poſ.) ſupple, nec etiam adire de iure ciu. No. er-
go, ꝗ licèt teſtator non poſſit ſubſtituere ad maius tempus pup.
ęta. vt l. in pu. §. eo. benè poteſt ad minus, & ſic non eſt eadem ra-
tio contrariorum. Item ſubſtituendo ad minus, quia non vtitur
licentia ſibi data a iure vſque ad annum 14. derogatur illi ſenten-
tiæ a iure datæ, quia ſubſtitutio non extendiſ vltra tempus ab ipſo
expreſſum & hoc vult dicere glo. hic, dum dicit, & no. ꝗ ſpecialis.
prouiſio, &c. ¶In fi. glo. ibi, (arg. contra de cond. ob cau. l. ſi extra
neus.) illa magis concor. quia caſus omiſſus non hr̃ ibi pro expreſ
ſo, ſed relinquitur diſpoſitioni iuris communis, ita & hic tempus
omiſſum a teſtatore non habetur pro expreſſo. ad ll. autem ſeq.
reſponde, quòd ib illis fuit facta ſpecificatio ſpecierum gratia exē
plificandi, non reſtringendi generalitatem, hic verò tempus fuit
expreſſum gratia reſtringendi ſubſtitutionem ad illum duntaxat.

## LEX XXII.

1 *Qui expugnat teſtamentum per contra tab. ſiue obtineat, ſiue ſuccumbat,*
*tanquam indignus priuatur commodo ſubſtitutionis pup.*

1 SIquis. aliàs. Is, qui. †Qui expugnat teſtm̃ per ꝯ-
tra tab. ſiue obtineat, ſiue ſuc
cumbat, tanquam indignus priuatur commodo ſubſtitu-
tionis pu. h. d. In gl. fi. ibi, (reſpondeo, nec ibi expugnatur,)
iſta eſt bona, tamen dat meliorem, ꝗ ibi fuit ſubſtitutus alius, non
ille, qui expugnauit, vñ qa contra ta. intentata poſt aditam hære-
ditatem non inducit rem ad cauſam inteſtati, nec facit hęredem
deſinere eſſe hęredem nomine, remanēt firmę tab. pup. propter
nudum nomen, vt ſ. e. l. ſi filius, qui patri. ſecus ſi fuiſſet intentata
ante aditam hæreditatem, & propter hoc hæreditas nō fuiſſet adi
ta, quia reduceretur res ad cauſam inteſtati, vt not. in l. liberis. C. de
colla. in prin. ſic irritarentur tab. pup.

## LEX XXIII.

1 *Spes ſubſtitutionis breuiloquæ quòd non tranſmittitur ad hæredes.*
2 *Subſtitutio etiam in perſona aliorum præfertur iuri accre. in perſona al-*
*terius.*
3 *Si teſtator aliquem ex hæredib. facit executorem, & ille repudiat hæredi-*
*tatem, poterit eſſe executor, ſi appellauit ipſum nomine proprio.*

1 QVi plurees. †Spes ſubſtitutionis breuiloquę
non tranſmittitur ad hęredes, &
in dubio cenſetur facta per nomina appellatiua, ideo
ſolum illi, qui ſunt hæredes, vocantur ex ea pro hr̃di-
tarijs portionib. h. d. cum l. ſeq. ¶In gl. quæ incipit (tantum,) ibi, (li-
cèt ſecus ſit in iure accreſc.) Iſta gl. innuit, ꝗ iſte, qui deceſſerit, bñ
tranſmittit ad ſuos hæredes ius accreſcendi pro parte, quæ ipſum
tangit de portione poſtea repudiata per alium cohæredem, ſed
hoc non eſt verum, qa tota illa portio pertinet ad ſuperſtites, vt
hic dr̃ in tex. illud aũt, quod gl. dicit procedere, ſi non eſſet datus
alius cohęres huic repudianti, q̃ ille, qui deceſſit: tunc enim, licèt
ſi ſuperuiueret, hr̃et portionem repudiatam tam a iure accre. q̃ a
iure ſubſtitutionis, qa ſunt ſimul coniunctę, vt l. ſi quis hæres in-
ſtitutus. de acq. hęr. & in l. teſtamento Centurio. eo. ti. cum ibi no.
Si tamen decedat, antequam portio repudieſ, tranſmittit ad ſuos
hæredes ius accreſcendi, non ſpeciem ſubſtitutionis, vt not. ). de
acq. hær. l. qui patri. Item ſi fuerunt plures dati cohęredes, tñ non
fuerunt inuicem ſubſtituti: tunc enim quilibet eorum decedens
poſt aditam hęreditatem tranſmitteret ad ſuos hæredes ius ac-
creſ. pro rata de portione, quæ poſtea repudiabitur, ſed ſi fuerunt
inuicem ſubſtituti, ille, qui deceſſit, nihil tranſmittit, nec ius accre-
ſcendi, vt quia illi iuri derogatur per ſubſtitutionem, in qua ſuper
ſtites ſunt potiores, nec vis ſubſtitutionis: quia illud non tranſmit-
titur ad hæredes, & iſte eſt caſus iſtius l. & l. ſed ſi plures. in prin. ſu-
2 pra e. †Et ſic no. ꝗ ſubſtitutio ēt in perſona aliorum præfertur iu-
ri accreſcendi in perſona alterius, vt hic patet, quod eſt ſubtile.
¶In glo. ibi, nec ergo repudians, ſed contra de l. ſi tu ex parte. ver
ſi. item ſi tu. de acqui. hęredi. Solut. ibi cohæres fuit ſubſtitutus ꝑ
nomen proprium, puta inſtituo Titium, & Seium, & ſi Titius nō
erit hæres, ſubſtituo ſibi Seium. tunc licèt Seius repudiet partem,
in qua fuit inſtitutus Titio poſtea repudiante, admittitur ex ſubſti
tutione vulgari ad partem ipſius Titij cum illa, tamen habebit par
tem ſuam repudiatam, quæ illi accreuit, vt ibi, & ſupra titu. primo.
l. liber homo. §. fi. hic fuerunt inuicem ſubſtituti ſine expreſſione
propriorum nominum, & ſic videntur ſubſtituti ſub nominibus
appellatiuis, & tanquam cohęredes, vnde niſi adeant ex inſtitu-
tione, non admittuntur ex ſubſtōne, vt hic in fi. & l. qui liberis. in
3 prin. ſupra eod. facit l. Lucius. infra de fideic. lib. †Et iſtud facit ad q.
ſi teſtator aliquem ex hæredibus facit executorē, & ille repudiat
hæreditatem, an poſſit eſſe executor? & videtur dicendum, ꝗ ſi
appellauit ipſum nomine proprio, poſſit, ſecus ſi ſub appellatiuo
tanquam hæres, vt d. l. Lucius. ¶In glo. ſeq. ibi, ſuam portionem
amiſerit. ſiue per repudiationem, vt in tex. præced. ſiue per mor-
tem, & hoc vult dicere iſte ver. quoniam. dum dicit in omnem
cauſam, ſm̃ glo. per hoc apparet, ꝗ iſte tex. non facit pro illis, qui
dicunt, ꝗ ſubſtitutio reciproca comprehendit etiam fideicōmiſ-
ſariam ſubſtōnem, & mouentur per iſtum tex. dum dicit, in om-
nem cām. exponunt, ſcilicet tam vulgarem, q̃ fideicom. ſed hoc
eſt falſum, quia non comprehēdit, niſi directas, puta vulgares, &
etiam pupi. ſi facta eſt inter impuberes, vt ſupra e. l. iam hoc iure §.
). niſi conferaſ in tp̄s mortis, & fiat ſub forma compēdioſa, puta
quandocunque deceſſeritis ſine liberis, vos inuicem ſubſtituo, vt
no. in l. Lucius. ). eod. in materia reciproca per Doct.

## LEX XXIIII.

SI plures. Summatur in præcedenti l. quæ incipit, qui
plures &c. ¶In glo. quæ incipit (videbitur.)
ibi, (& ſic remanent tres vnciæ vacantes.) certè ſi diuidanſ
illæ tres repudiatæ in 12. partes de quib. dentur 8. ei, qui fuit
inſtitutus in 8. & vna ei, qui fuit inſtitutus in vna, illæ tres, quæ ſup
ſunt accreſcunt eiſdem pro rata, & ſic tantum valet vna diuiſio,
quantum altera in effectu.

## LEX XXV.

1 *Primo loco ſubſtituti primo loco vocantur, & poſtea ſubſtituti vltimo*
*loco.*
2 *Licèt teſtator non opponat, niſi vnum verbum, ſi adiungit uerbum, inui-*
*cem videtur facere duos gradus ſ. inſtitutionis, & ſubſtitutionis, & ſi di*
*cat, nos inuicem inſtituo, vel vos inuicem ſubſtituo, quia vtroque caſu*
*videtur inſtituere, & ſubſtituere.*
3 *Subſtitutio quando fuit facta duobus ſub expreſſione nominis collectiui,*
*puta, ſi vterque vel ambo deceſſerint in pupillari ætate. tunc licet pri-*
*mus decedat, non vocatur ſubſtitutus. ſed cum alter poſtea deceſſerit, &*
*quid ſi fuit facta ſine expreſſione nominis collectiui.*
4 *Poſito, ꝗ ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, tamen inſtituti non fue-*
*runt inuicem ſubſtituti expreſſe, an cenſeantur per hoc tacite ſubſtitu-*
*ti ad inuicem, & ſic an poſſint alienare partes ſuas.*

1 SI pater. †Primo loco ſubſtituti primo loco vocanſ, &
poſtea ſubſtituti vltimo loco, h. d. ¶ In text. ibi,
(inuicem ſubſtituerit) & ſic continet vulg. & pup. ſubſtitutio
nes iſta reciproca. ¶In tex. ibi, (Titium) ſubaudi, & poſtea v-
nus ex fratrib. mortuus eſt in pup. ætate, q̃ritur quis vocabitur ad
hæreditatem eius, an Titius vnà cum fratribus? & videbatur, ꝗ
ſic, quia etiam Titius videbaſ ſubſtitutus primo, licèt fuerit ſubſti
tutus vltimo morienti, vt infra e. l. ſi Titius, ſed illud eſſet verum, ſi
fratres non eſſent in medio, ſed quia ſunt, illi præferuntur, quia pri
mo loco fuerunt vocati, & hoc eſt, quod ſequitur. ¶ In text. ibi,
(huius inſtitutionis) expone. i. ſubſtitutionis, quorum vnus fuit
ſubſtitutionis reciprocæ, alter ſubſtitutionis ſimplicis factę vlti-
mo morienti, ſi autem computares inſtōnem factā de impuberi
2 bus, non eſſent duo gradus, ſed tres, & hoc voluit gl. fi. ¶ †In glo.
vr̃, (eos inſtituere, & ſubſtituere breuibus uerbis. ¶No. iſtā glo.
diligenter, ꝗ licèt teſtator non apponat, niſi vnum verbum, ſi ad-
iungit verbū, inuicē. vr̃ facere duos gradus, ſcilicet inſtitutionis,
& ſubſtitutionis, vt ſi dicat, vos inuicem inſtituo, vel ſi dicat, uos
inuicē ſubſtituo. qa vr̃ utroque caſu inſtituere, & ſubſtituere, qđ
3 no. ¶†In fi. gl. ibi. C. eo. l. pe. illa l. non bñ probat id, quod dicit glo.
quia loquitur, qñ ſubſtō facta fuit duobus ſub expreſſione no
minis collectiui, puta ſi vterque vel ambo deceſſerint in pu. æta.
tunc enim, licèt primus decedat, ſubſtitutus non vocatur, qa nō
eſt adhuc verum, ꝗ vterq; deceſſerit, cum aũt poſtea decedat, al-
ter vocabitur, & ſic cenſetur facta vltimo morienti, ſed qō gl. lo-
quitur, qñ fuit facta ſine expreſſione noīs collectiui, vt ſi deceſſe-
rint in pup. ætate. vñ vr̃, ꝗ tunc ad hęreditatem primi morientis
nocet ſubſtitutus. qa illa pluralitas vr̃ reſoluenda in ſingularita-
tes, vt l. falſa. §. fi. de cond. & dem. vt perinde ſit, ac ſi cuilibet fuiſſet
iſte ſubſtitutus ſingulariter, quo caſu clarū eſſet, ꝗ admitteretur,
ut l. pe. ſupra de iniu. te. licèt illa loquatur in vulgari, ſed idē in pu.
& ꝑ hoc vr̃ tex in l. Lucius. §. Caio. infra ad Treb. ſed illa loquiſ in
fideicōmiſſaria facta duob. ſine expreſſione noīs collectiui. gl. ve-
ro loquitur in pup. quo caſu ideo non vocatur ſubſtitutus, qa ſu
pereſt frater, qui ex pręſumpta voluntate defuncti ꝑfertur ſubſti
tuto: quia credendum eſt teſtatorē ipſum magis prædilexiſſe, &
ſic eſt perinde, ac ſi fuiſſet appoſitum nomen collectiuum, hoc

vult iſta gl.ſing,Bar.in illo §.Caio.& l.hæredes mei.§. cum ita.eo. tit.& l.quidam teſtamento.ꝟ.eo. tenet, ꝙ idem eſſet in fideicommiſſaria facta duobus,uel plurib.filiis, etiam ſine expreſſione nominis collectiui, vt non admittatur ſubſtitutus, quouſq; ſupereſt aliquis ex filiis,qui ex præſumpta voluntate ſubſtitutum excludit, & non allegant hanc glo. Bar. vero in l.pe.ſupra allegata bene tenet hoc in pu.per hanc gl.ſed non in fidec.per illum §.Caio.qui loquitur indiſtinctè,& iſta magis placet,nam in pu. tractatur de hæreditate pu.vnde cēſetur in dubio voluiſſe reſeruare inter eos ius legitimæ ſucceſſionis,ut in l.pen.ſed in fideicom. tractatur de hæ-
4 reditate defuncti,in qua ceſſat ratio prædicta.¶† Vltimò pone, ꝙ ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, tamen inſtituti non fuerunt inuicem ſubſtituti expreſsè, quæritur an cēſeantur per hoc tacitè ſubſtituti adinuicem? hoc eſt magnæ importantiæ;quia ſi hoc eſt, nullus eorum poteſt alienare parte ſuas,ſi fuit ſubſtitutio fideicō. quia ſubiacent bona reſtitutioni ex illa tacita ſubſtitutione Ang. determinat hic,ꝙ non cenſentur tacitè ſubſtituti per l.vel ſingularis. ꝟ.eo.vbi colligitur.Sed in contrarium facit text.in l.Titio Seio, §.Seia.de leg.2.So.diſtingue,aut dixi ſic,Titium,& Seium hęredes inſtituo, & vltimo morienti ſubſtituo Caium in omnibus bonis meis.& tunc videor illos inſtitutos inuicem ſubſtituiſſe,quia apparet,quòd voluit ad ſubſtitutum omnia peruenire, & ſic portionē primi morientis ad ſuperſtitem, deinde vtranque ad ſubſtitutum vltimo morienti, & hoc per l.quidam teſtamento.ꝟ.eo.& ita probatur in d.§.Seia.& tunc neuter poterit alienare,niſi quatenus ſibi debetur pro legitima, vel Trebellianica. Aut ſimpliciter ſubſtitui
a vltimo morienti, & tunc videor ſubſtituiſſe duntaxat[a] in portione illius,& ſic nō videor eos inuicem ſubſtituiſſe, & ſic loquitur, & debet intelligi dictum Ang. vnde alienatio facta per primum morientem valebit: quia illa bona non ſubiacent reſtitutioni expreſſa ſubſtitutione,quia illa non eſt facta ſibi,ſed vltimo morienti,nec ex tacita,quia non cenſentur inuicem ſubſtituti.

ADDITIO.

a Dumtaxat.Adde,ꝙ hoc dictum Pau.de Ca.hic refert,& ſequitur d. Alex. de Imo.in cōſi.11.col.3.uer.probatur ēt,quo ad caſum.in 2.vol. F.Cur.

## LEX XXVI.

1 *Si poſthumus naſcitur eo caſu, quo reperiatur præteritus, teſtamentum rumpit,ſecus ſi reperiat ſe inſtitutum,licèt in ſecundo gradu,dum tamē ſubſtitutio ſit purificata.*

2 *Teſtamentum poteſt incipere a tacita uulgari,etiam ſi per aditionem alterius non eſſet confirmata.*

1 SI pater filium. † Si poſthumus naſcitur eo caſu, quo reperiatur præteritus, teſtamentum rumpit, ſecus ſi reperiat ſe inſtitutum,licèt in ſecundo gradu,dum tamen ſubſtitutio ſit purificata. h.d. in effectu, & eſt aliquantulum difficilis in tex.& gloſ. in poſitione caſus, ſed ponendus eſt in ſubſtitutione vulgari hoc modo, ſcilicet quòd inſtitui filium impuberem, vel etiam puberem, (non curo) inſolidum poſthumum autem non inſtitui,ſed ipſum ſubſtitui vulgariter illi inſtituto ſub duplici conditione, ſcilicet ſi ille inſtitutus me viuo deceſſerit, & ſi poſthumus poſt mortem eius naſcatur:poſtea poſthumus me viuo,q̃d erit de iſto teſtamento? Reſpondetur,quòd ſi natus eſt viuente filio inſtituto, teſtamentum rumpitur, quia reperit ſe præteritum, non enim fuit inſtitutus in primo gradu,& in ſecundo fuit ſubſtitutus ſub duplici conditione, quarum vna deficit, & ſic deficit ſubſtitutio.poſt quam ergo nec eſt inſtitutus, nec ſubſtitutus, ſequitur, quòd eſt præteritus,ergo teſtamentum rumpitur,ſi uerò filius inſtitutus me uiuo mortuus eſt, & poſt eius mortem natus eſt poſthumus,tunc ambæ conditiones ſubſtitutionis extiterunt, licèt ergo non fuerit inſtitutus in primo gradu,ex quo tamen cū naſcitur, reperit ſe inſtitutum,in ſecundo non poteſt dici præteritus, ideo teſtamentum non rumpitur, ſed ipſe ex ſubſtitutione vulgari hæres efficitur mihi. Saluando hoc dictum, videbitur, ꝙ iſta ſubſtitutio non prodeſſet, quia facta ſub conditionibus, quæ non erant in eius poteſtate,ſed certè iſtud nō ob.poſtquam tempore,quo naſcitur, ambæ ſunt impletæ,ut ſuprà de lib.& poſthu. l.cum poſthumis.iſte eſt verus caſus huius l. difficilis, quem gloſſ. cenſerunt.Iac.autem de Are.dicit, quòd iſte poſthumus fuit ſubſtitutus pu.Et retentis eiſdem terminis dicit, quòd in vltimo caſu admittitur ex tacita vulgari comprehenſa in expreſſa pu.& ſi dicatur hoc nō poteſt procedere,poſtquam ponitur, quòd filius pu. deceſſerit viuente teſtatore, quia ſicut expirat pu.& ita tacita vulgaris,ſecundum Dyn.qui hoc tenet per l.quòd ſi filius. de cap. de quo etiam per Bart.in l.lex Cornelia.infra eodem.in fin. dicit ipſe, quòd iſtud eſt uerum, quando eſſet ſubſtitutus extraneus, ſecus
2 quando filius teſtatoris,vt in hac l.quod no. † Et ſecundum iſtam lect.eſſet hic caſus,quòd teſtamentum poteſt incipere a tacita vulgari, etiam ſi per aditionem alterius non eſſet confirmata, cuius contrarium quamplures voluerunt per l.apud Iul.§. idem Iul. ad Trebel.quos Bar.reprehendit ꝟ.eo. l. lex Cornelia. & eſſet hic caſus,eo quia nullus hic adiuerat ex paterno, cum ille filius inſolidū inſtitutus deceſſerit uiuente teſtatore.

## LEX XXVII.

1 *Subſtitutus uulgariter uni,cenſetur etiam alteri ſubſtitutus, cui ille ſubſtitutus erat.*

2 *Si facti ſunt plures gradus ſubſtitutionum ſucceſſiuè,ille, qui eſt ſubſtitutus ultimo,cenſetur etiam ſubſtitutus primo,ut in aliis de medio ſubductis,antequam uacet portio primi,ſi poſtea uacat admitatur.*

redato fuit ſubſtitutus Seius, & iſte extraneus inſtitutus repudia-
uit hr̄ditatem, & tunc ſaluatur uerbum, deſtituto teſtō. quod eſt
j.ſ.per repudiationem: ſed quia non debet hoc nocere fideicom-
miſſario, ſi facit ipſum compelli ad adeundum, reſuſcitatur teſtm̄
iam deſtitutum cum omnib. in eo contentis, quia non ualuit re-
pudiatio in præiudicium ſubſtituti, ut l.nam quod. §. j. s̃. ad Treb.
Alij ponunt, ꝙ fuit inſtitutus filius impuberes, & grauatus de re-
ſtituendo hr̄ditatem paternam uni: & ſi decederet in pup. ætate,
fuit ſubſtitutus. Sed tunc ob.uerbum illud, deſtituo. quia licèt re-
pudiet hr̄ditatem, remanet hr̄s nomine, unde non deſtituiť teſtm̄
taliter, ꝙ infirmeť fideicommiſſum vl'e, qm̄ etiam illud confirma
tur per exiſtentiam ſui hr̄dis, ut l.ita tm̄.§.ſi pr̄.ad Treb. ad quid er-
go fuit neceſſaria hęc coactio, ut adiret pp hoc gl.quæ incipit, ua-
lebant. quæ tenet hanc lec.fatetur, ꝙ fideicommiſſum valebit pp
ſolam exiſtētiam ſui hr̄dis, ſed compellitur adire ad hoc, ut magis
ualeat. Alij timore huius dicunt, ꝙ hic filius habebat cohæredem
extraneum, pp quem exiſtentia ſui hr̄dis non confirmat fideicō-
miſſum, & hanc tenet Dyn.& Bar. quæ non placet pp uerbū de-
ſtituo. quia tunc multò minus eſſet deſtitutum teſtm̄ p repudia-
tionem filij, cum ſubſit cohr̄s per cuius aditionem pōt confirma
ri. unde tenendo, ꝙ loquať in filio plus placet, q̄a non haberet co-
hæredē. Et ad ꝯrium rn̄detur, ꝙ iſta coactio non erat neceſſaria,
tm̄ fuit utilis, q̄a reuelať ſubſtitutus ab onere probādi ſuitatē poſtq̄
expreſſè adiuit aliàs haberet neceſſe probare patriam poteſtatē
quod erit difficile: plus tamen placet lec.Iac.de Are.

LEX XXXIX.

1 *Emancipatus non poteſt pupillariter ſubſtitui, ſed eius inſtitutio poteſt admitti, & in tempus pubertatis, & fideicōmiſſum relinqui, quod tantum ualet quantum ſubſtituto pupillaris.*

2 *Prudens eſt teſtator, qui teſtatur de conſilio ſapientis, & non confidit de ignorantia notariorum.*

3 *Filius cum debeat habere iure inſtitutionis, an ſi relinquatur iure fideicōmiſſi uniuerſalis tantundē ualeat, & quid ſi ei ſimpliciter relinquatur, & non dicatur iure inſtitutionis.*

4 *Quod ille cui relinquitur pars hæreditatis per uiā legati, uel fideicōmiſſi, ſaltem in hoc habeatur loco hæredis, ut teneatur ad onera illius hæreditatis.*

1 CVm ex filio. †Emancipatus non pōt pupillari-
ter ſubſtitui, ſed eius inſtitutio p̄t
admitti, & in tp̄s pubertatis, & fideicommiſſum relinqui,
quod tm̄ ualet quantū ſubſtō pupillaris. h.d.ſm̄ Bart. Tn̄
ego neſcio uidere qualiter iſtud fideicommiſſum tm̄ ualeat, quan
tum ualet ſubſtō pupillaris. nam per iſtam ſubſtitutionem ſucce-
ditur ipſi filio, quod eſt ſibi fauorabile, ſed per iſtud fideicommiſ
ſum excludiť filius a ſuccedendo patri anteq̄ perueniat ad tp̄s pu
bertatis, quod eſt ſibi odioſum. ¶In tex.ibi, (cum ex filio.) ſubau-
di prædefuncto. ¶In tex.ibi, (duos nepotes impuberes habebat,)
ſubaudi ex diuerſis matribus, ut procedat id quod dicit gl. ꝙ ſi iſte
emancipatus fuiſſet inſtitutus, & grauatus de reſtituendo ſuam
dimidiam fratri, tranſmitteret ad ſuum hæredem, ſaltem quartā,
uidelicet ad matrem, quæ propinquior eſt, q̄ filius, nam hodie ſo-
la mater ſuccederet excluſo fratre ex uno tm̄ latere coniuncto.
Vel dic etiam ſi eſſet ex eadem matre, ſuccederet mater, & frater
ſimul, ut in auth. defuncto. C. ad Tertul. & ſic adhuc non ha-
beret teſtator ſuam intentionem, qui voluit illam dimidiam inte-
graliter ad fratrem redire & tūc erit fratris, & matris. ¶In text.ibi,
{ad alteram partem transferre.} ſubaudi integraliter, quod per fi-
deicommiſſum facere non poterat, quia non poterat prohibere
Trebellianicā hoc iure, vt l. ꝙ de bonis. §. j. ad l.Fal. hodie eſt ſecus,
ut no. per Bar. in l. Marcellus. ad Treb. & ſic iſtud conſilium eſſet
hodie neceſſariū, quia poſſet inſtituere emancipatum, & ſi dece-
deret in pup. ætate, ſuam dimidiam integraliter reſtituat fratri nō
detracta Trebellianica, & iſtud eſt melius conſilium, q̄ illud quod
2 ponit Bar. hic. ¶†In tex.ibi, (ex conſilio,) no. ꝙ prudēs eſt teſtator,
qui teſtatur de conſilio ſapientis, & non confidit de ignorantia
notariorum, qui multoties apponunt uerba, quorum ſignifica-
tus eſt contra intentionem teſtatoris. In tex.ibi, (cum in ſuam tu-

telam

telam veniſſet,legauit.)gl.ſupplet vnà cum fructib. interim perce-
ptis,ne ille emancipatus poſſit cõqueri de tali dilatione, ꝙ ſit ſibi
nociua ſaltem in fructib.certè ẽt ſi hoc non dixiſſet, ſi conſtat, ꝙ
dilationem appoſuit fauore filij, (quod in dubio præſumitur) dẽt
reſtitui cum fructib.interim perceptis,vt l.in fideicommiſſi. §. cũ
Polidius.de vſu.& l.ſi ita relictum. §. Pegaſus.de le.2.de annu.leg.
l.eum qui.aliàs incipit Iabolenus.ſed certè adhuc non põt negari,
quin iſte emancipatus poſſit conqueri,quia ſi fuiſſet inſtitutus,&
de reſtituendo grauatus,ſaltem quartam tranſmiſiſſet ad ſuos hæ
redes,ſed nunc nihil tranſmittet de iſto fideicommiſſo cõdõnali,
vt gl.hic dicit. Nec obſtat ſi dicatur:immo non eſt ꝯdõnale, ſed in
diem,quia tp̃s certæ ætatis appoſitum filio facit diem, nõ ꝯdõnẽ,
& ſic non impedit tranſmiſſionem,vt l.Seius Saturninus.ad Tre-
bel.quia verum eſt, niſi appareat de ꝯria intentione teſtatoris, vt
hic, quia volebat integram dimidiam redire ad fratrem, & ſic ad
illum nihil tranſmitteret,quia vr̃,ꝙ habeat querelam,vel contrat.
In gl.ibi,(ſed hodie puto contra)tenet ergo gl.ꝙ iſtud conſilium
non procedat hodie de iu. cod. quia remouetur dilatio per l. qñ
in priorib.nec de iure Auth.quia requirĩt ti.inſtõnis ẽt in emanci-
pato,vt in §.aliud quoq; capitulũ.Bar.tenet,ꝙ ẽt hodie procedat,
quia totum hoc fit in fauorem filij . vnde illa iura non vendicant
ſibi locum,vt no.in l.filius matrem.C.de inoff.teſt.& eo.mo.non
corrigitur l.multi non notæ.ſ. de lib. & poſth. quia qñ exhæreda-
tio fit fauore filij,non requirĩt cã.Mihi vr̃, ꝙ ẽt iure iſto cõſilium
iſtorum non fuerit bonum,ſi ſic diceret, licèt ſi bene conſideres,
non eſt verum,ꝙ iſtud fiat ad commodũ iſtius emãcipati, ſed ad
commodũ fratris ſui, ut dimidia emancipati integraliter maneat
penès fratrem,ſi emancipatus moriatur in pupillari ætate . vñ q̃d
ad emancipatum de fauore fratris ſui,poſtq̃ ipſe iniuriam recepit
tam in dilatione,quia interim nihil habet, q̃ tranſmittendo, quia
nihil tranſmittit?Præterea interim de quo alimentabitur,ſi non ha
bet alia bona, & reſtõ non venit ſibi fienda, niſi poſt pupillarem
ætatem?vñ vr̃,ꝙ ipſe habeat contrat.per l.ita tñ.§.rogatus. ad Tre
bel. Nec uideo qualiter iure iſto potuerit aliquid conſilium dare
huic teſtatori,per quod perueniret ad ſuam intentionem, ſed ho
die ſic. Certè nec hodie, quia licèt poſſit prohiberi Trebellianca,
3 non tñ lẽtima põt auferri.¶ † In gl.ibi,(item quæ ratio.)glo. mouet
duas qõnes,vnã cum filius debeat hr̃e iure inſtitutionis, an ſi re-
linquatur iure fideicommiſſi,vl is tantundem valeat? vr̃ ꝙ ſic, qa
pro hr̃de hr̃,vt l.ſi filius.ſ.quod cum eo.& hoc vr̃ tenere gl.hic,&
in §.cum aũt.in l.ſcimus. C.de inoffic. teſt. Cõiter tenetur contra-
rium per l.ita tñ.§.qui rogatus.ad Treb.vbi hr̃ pro præterito,& ha
bet contrat.Bal.tñ in l.fi. C.famil. erciſc.dicit,ꝙ ſi ſimpliciter relin-
quitur,licèt non dicatur iure inſtõnis, valet, & non dr̃ præteritus
de iure canonico, quia ſubintellr̃ ille tit.ſicut eſt neceſſarius in fi-
lio:& dicit eſſe caſum non diuinando in c.Rayn.de teſt.quod no.
ſed noſtri Doct.videntur cõiter dicere contrarium,vt no.in l.his
verbis.in prin. ſ. tit. j. & l.illa inſtitutio. per Bar.quia verbum com-
4 mune relatum ad certas res non importat inſtitutionem. ¶ † Alia
qõ eſt,an ille, cui relinquitur pars hæreditatis,per viam legati, uel
fideicommiſſi, ſaltem in hoc habeatur loco hæredis, ꝙ teneatur
ad onera illius hæreditatis.Et in hoc breuiter dicas,ꝙ ſic,vt l.ſi ſer
uum.§.fin.cum l.ſeq. & ibi plenè de hoc no. de leg.2.quia impor-
tat verbum hæreditatis de ſui natura, ſicut & alia ſignificantia vni
uerſitatem iuris,ut menſa,vel peculium.l.cum pater.§.menſæ. &
l.cum filius.§.Lucio.de leg.2.

1 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
2 *Dictio,alius.uerificatur etiã in duob,ſed regulariter requirit plures, & dictio,alter.quæ regulariter requirit duos, tamen uerificatur in plurib.*
3 *Vulgaris expreſſa non continet tacitam pupillarem,quando fuit pupillaris facta, nec econuerſo.*

1 **§.Filio.** † Expreſſum facit ceſſare tacitum . Item prouiſio
hominis tollit prouiſionẽ legalem . ad hoc ſemp
2 alle.de hoc in l.fi.C de pact.conuen.¶ † In text.ibi, ( alius. ) no. ꝙ
a iſta dictio, alius. [a] uerificatur in duob. ſed regulariter requirit plu-
res.Econtra dictio,alter. quæ rlr requirit duos,tamen verificatur
in pluribus ĵ.prox.§.& no.C.de fur.l.ancillæ.per gl. & adde quod
3 habetur in l.ſi ex toto . de leg. j. ¶ † Noto etiam, ꝙ vulgaris ex-
preſſa non continet tacitam pupillarem,quando fuit pupillaris fa-
cta,nec econuerſo, vt in gloſſ.

ADDITIO.

a Dictio,alius.Adde Cy. in auth.ſed neq; curialem.C.de epiſ. & cler.gl. in cle.ſi una.de reb.eccl.non alie.Io.And.in addit.Spe.in ti. de ſpon.

1 *Ius accreſcendi tranſit ad illũ,ad quem tranſit portio iure ſubſtitutionis.*
2 *In ſubſtitutum unius ex coniunctis, quòd tranſeat ius coniunctionis, & ius accreſcendi, & quando.*
3 *Quid in legatis.*

1 **§.Quidam.** † Ius accreſcendi tranſit ad illũ, ad quem
tranſit portio iure ſubſtõnis.h.d. ¶ In tex.
ibi,(unus ex illis,) melius diceret ille, cui non erat quiſquã ſubſtitu
tus,nã vnus tñ fuerat,vt ſ.dr̃ in tex.præter vnum mortuus eſt: er
go ille,cui non erat datus ſubſtitutus hæreditate non adita,& etiã
unus de illis,quib.erat datus ſubſtitutus ſilr̃ hr̃ditate non adita,cer
tum eſt,ꝙ portio illius deuoluitur ad ſuũ ſubſtitutũ.& eodẽ mo-
do portio portionis alterius,qui non habebat ſubſtitutũ,deuolui
tur ad illum ſubſtitutum per ius accreſcendi, quia ſicut ſi oẽs illi
tres adiuiſſent,portio illius,qui ſubſtitutũ nõ habebat, vacans per
mortem, vel repudiationem accreſcet illis trib.pro rata,& ita pro
rata,quæ tangit vnum ex eis,ſi non adiuit,& ſic peruenit ad ſubſti
2 tutum,accreſcit ſilr̃ pro rata.¶ † No. ergo ſm̃ Bal. ꝙ in ſubſtitutũ
vnius ex coniunctis tranſit ius coniunctionis, & ius accreſc. Tu
aduerte diligenter,ꝙ hic loquitur in hæreditate,in qua portio ac-
creſcit portioni etiam inter diſiunctos, ne quis decedat pro parte
inteſtatus,vt C.de cad.tol.§. is ita. & ĵ.de acq.hær.l. ſi ſeruus cõis
ab extero. quæ ſolet ad hoc allegari,vnde impropriè loquĩt Bald.
hic,dum dicit, ꝙ tranſit ius cõiunctionis, quia coniunctio in hoc
3 non attendĩt,ſed bene tranſit ius accreſcendi.† Quid aũt in legatis,
vbi non accreſcit,niſi inter coniunctos:pone,ego legaui fundum
Titio,& Seio in eadem oratione,& ſic ſunt re, & verbis coniun-
cti.poſtea in alia oratione ſubſtitui Titio Caium,Titius repudiat,
& ſic ſua portio venit ad Caium ſubſtitutum,poſtea repudiat Se-
ius,vtrum ſua portio accreſcet Caio,ſicut accreuiſſet Titio? & ui
detur,ꝙ non,quia ille Caius non eſt cõiunctus uerbis cum Seio,
quia non fuit poſitus in eadem oratione cum eo, tñ Iuriſc.uidẽt
determinare contrarium in l.ſicut in annos.§.hæc autem . in fin.ſ.
qui.mo.uſuſfr.amit.ſed ego intelligo illũ text. qñ ſaltem erat inter
eos coniunctio realis,quia ſubſtitutus in eõ. fundo, & ita ibi colli
gĩt,ſi bñ inſpiciaĩ,ſecus ſi nec realis, ut ſi fuit ſubſtitutus in portio-
ne,q̃ per concurſum peruentura erat ad Titiũ,& ſic non eſt uerũ
id,qđ dic.t Bal.ꝙ in ſubſtitutũ tranſeat ius coniunctionis, quia eſt
cõtra illum tex.ſi benè conſideretur. & Bal.de illo non meminit.

LEX XL.

**CAuſa cognita.** Subſtitutus impuberi, qui ſe ad arrogandum dedit, habet utiles actiones contra arrogantem,ſicut haberent alij uenientes ab inteſtato ex cautione interpoſita tempore arrogantis h.d.de materia iſtius l.dic plenè, ut in l.ſi arrogator. ſ. de adopt.per Cynum.

LEX XLI.

**COhæredi.** Principium iſtius l. idem dicit per oĩa quod l.Titius.ſ.eo. ¶ In tex.ibi,(ita deceſſit,)ſubaudi, & poſtea deceſſit cohæres hæreditate nõ adita.In tex.ibi, (utraq; portio.)dicit Dyn.ꝙ una iure ſubſtõnis,altera iure accreſcendi.ſ.eo.l.ſi Titius.ſed ille tex.facit in contrarium,ꝙ uterq; iure ſubſtõnis põt dici,& hanc puto ueritatẽ,ꝙ aut fuit ſubſtitutus primo cohr̃di ſuo, & poſtea quis fuit ſibi alius ſubſtitutus, & tunc iſte ultimus ſubſtitutus cenſeĩ ſubſtitutus in utraq; portione,& ideo ſi ambæ uacent, ambas habebit iure ſubſtõnis,& ita procedet,quod ibi dixi,aut fuit ſibi datus, anteq̃ eſſet ſubſtitutus cohæredi,& tunc ille non ur̃ ſubſtitutus,niſi in portione ipſius,& ideo portio cohęredis peruenit per ius accreſc. ut dicit Dy.& iſta diſtinctio probaĩ per ea,quæ in fi.no.C. de fideicõ. l.cum uirum.Nec ob. textus hic p̃cedens.dum dicit, ſiue añ ſubſtitutionẽ,ſiue poſtea ſubſtitutus ſit,&c.nã non refert quantũ ad hoc,ut habeat utranq; portionẽ, quia utroq; caſu habebit utranque,ſed bene refert quantum ad modum habendi,& ita inueſtigatio eſt magnæ utilitatis,& effectus,ut dixi in d.l.ſi Titius.

**§.Ex his verbs.** In ſubſtõne reciproca uocantur ſubſtituti pro hæreditariis portionibus.h.d.ſubaudi, & ita demũ ſi pro portionibus ſuis adiuerunt, ut ſ.eo.l.qui plures.cum l.ſeq. ¶ In tex.ibi,(pro modo ſibi.)gl.j.exponit.ſ.repudianti,ſed non eſt bona expoſitio, quia tunc oportet impropriare textũ,qui poſtea ſequĩ,quæſitę. & exponere.ſ.quærendæ. Dic ergo, ſibi,ſ.adeundi,ſi erat ſui iuris,uel ſi erat in aliena poteſtate, & ſic ſuã portionem acquiſiuit alteri pro modo illius portionis alteri quæſitæ.& hoc eſt,quod ſequitur,uel alij, &c.

1 *Quatuor differentiæ inter ſubſtitutionẽ pupillarem, et fideicommiſſariã.*
2 *Si non ualet teſtamentũ paternum,ſic non ualet pupillaris ſubſtitutio,ita nec fideicõmiſſaria,niſi expreſsè eſſet repetita a uenientib. ab inteſtato, Pupillaris ſubſtitutio nõ poteſt fieri in codicillis, ſed fideicommiſſaria ſic.*
3 *Si pupillus inſtitutus emancipetur,non euaneſcit inſtitutio,ſed pupillaris ſubſtitutio ſic.*
4 *Si dedit ipſum in adoptionem alteri,& ſic exiuit eius familiam, quòd hodie non euaneſcat ſubſtitutio.*

5 *Quòd etiam non euaneſcat, ſi exiuit patriam poteſtatem propter dignitatem*
6 *Si emancipetur, uel detur alteri in adoptionem, an euaneſcat etiam tacita uulgaris, ut ſic ſi poſtea repudiet ſubſtitutus, non admittatur.*
7 *Subſtitutus non poteſt capere propria authoritate, ſi habet recipere de manu reſtituentis.*
*Subſtitutio facta per uerba merè obliqua ei, cui poteſt fieri directa, non trahitur ad directam.*
8 *Trebellianica poteſt dici Falcidia.*
*Propter non confectionem inuentarij; cum lex dicat perdi Falcidiam, an perdatur etiam Trebellianica.*
*Filius etiam ſub conditione grauatus non detrahit, niſi unam quartã, & quid de iure canonico.*
9 *Si filius eſt grauatus reſtituere poſt mortem ſuam, licèt iſtud fideicõmiſſum non ueniat reſtituendũ ab eo, ſed ab hæredibus eius, non tamen reſtituitur tanquam relictum ab ipſis hæredibus, ſed tanquam relictum ab ipſo filio, & ſic in reſtitutione non ueniet legitima filij.*
*Quid ſi teſtator dixit, ꝙ poſt mortẽ filij bona ſua reſtituantur, uel perueniant ad talem, quòd tunc ueniet legitima, & detrahetur niſi Trebellianica.*
10 *Si teſtator dixit, ſi filius meus impubes deceſſerit, uolo, ꝙ bona mea perueniant ad talem. an illud uerbum. impubes. intelligatur, qui nunc eſt impubes, & ſic quandocunque deceſſerit, ſit loco ſubſtitutionis, an autem ſi deceſſerit impubes, ideſt in pup. ætate.*
11 *Per fideicõmiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur teſtatori, & nõ pupillo. Item eſt onus, non prouiſio, & quòd in ea non ueniat legitima filij, quæ reputatur de proprijs ſuis facultatibus.*

1 §. Cum filiæ. †In iſto §. j. ponit̃ vnũ dictũ in pupillari
ſubſtõne, vſq; ibi, (ꝙ ſi hr̃dem.) poſtea
ponunt̃ quinq; dicta in fideicõmiſſaria facta pupillo, de qua non
hr̃ hic in tit. q̃a iſte titulus tractat de directis ſubſtõnib. Ex illis quinque dictis collige quatuor dr̃ias inter pupillarẽ, & fideicommiſſariã. Prima, q̃a de fideicõmiſſaria detrahit̃ Falcidia, ſeu Trebellianica, vt hic in ver. (ꝙ ſi hr̃dẽ,) ſed de directa pupillari non, vt l. ſi quis
ad declinandã. de epiſ. & cle. & in c. ſi pr̃. de teſt. lib. 6. alia eſt, q̃a fideicõmiſſaria põt fieri pupillo ẽt poſt t̃pa pubertatis, vt hic in ver.
{nec aliud.} non ſic in pupillari, vt ſ̃. e. l. verbis. & l. in pupillari. Tertia eſt, q̃a fideicõmiſſaria non põt fieri in bonis pupilli, ſed duntaxat teſtatoris, vt hic in ver. (nec in fideicõmiſſo.) ſed pupillaris ſic,
vt ſ̃. e. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. Quarta eſt, q̃a fideicommiſſaria non põt fieri exhæredato, cui nihil eſt relictũ, ſed in eo, quod
eſſet relictũ, poſſet fieri, vt hic in ver. {& iõ ſi pr̃.} ſed pupillaris põt
2 fieri, vt ſ̃. e. l. j. §. ſubſtituere. ¶† Itẽ collige vnũ, in quo conueniunt
fideicommiſſaria, & pupillaris, quia ſi non valet teſtm̃ pr̃num, ſic
non valet pupillaris ſubſtõ, cũ non poſſit ex eo adiri hæreditas. vt
ſ̃. eo. l. 2. poſt princ. & in §. adeo. ita non valet fideicõmiſſaria, niſi
expreſſè repetita eſſet a venientib. ab inteſt. vt hic in ver. {quę ita.}
non ſic tñ poſſet repeti ab inteſt. pupillaris ſubſtõ, q̃a illa non põt
fieri in codicillis, ſed fideicõmiſſaria ſic, & iſta ſufficiant pro ſum
3 mariis iſtius ſingula. §. qui ſ ꝑ allegat̃, & multa bona ꝯtinet. ¶† Circa primũ caſum huius §. qui loquit̃ de pupillari, quærit̃, ſi pupillus
inſtitutus emancipetur, an euaneſcet inſtitutio? Reſpondeo non,
ſed ſolũ ſubſtõ pup. cui ꝯriatur emancipatio, nã non põt fieri, niſi
rõne patriæ p̃tãtis. Si ergo deficit, anteq̃ confirmet̃ per mortem,
euaneſcit ſubſtõ, quod no. ſed inſtõ non põt fieri ẽt emancipato,
& de quolibet extraneo, & hoc probatur ſ̃. de lib. & poſth. l. filio
4 quem pater. ¶† Item quæro, ſi dedit ipſum in adoptionem alteri,
& ſic exiuit eius familiam, & euanuit ſubſtõ, an reconualeſcat, ſi
poſtea moriat̃ in pu. æta. vr̃, ꝙ ſic per l. præce. cum ibi no. Tu dic
ꝯ, quia illa loquitur, qñ poſt mortem patris naturalis dedit ſe alteri
in arrogationem, & ſic non euanuerat ſubſtõ viuente patre naturali, quia non exiuerat eius familiam, ſed euaneſcit poſt mortẽ, cũ
dat ſe alteri ad arrogandũ, hic uero euanuit viuente patre naturali. Hic interponitur illa cautio, de qua ibi hodie fortè iſtud corrigitur, quia non tranſiuit in poteſtatem adoptantis, nec exiit, de po-
5 teſtate patris naturalis, vt C. de adop. l. cum in adoptiuis. ¶† Item
quæro, quid ſi exiuit patriã p̃tãtem ꝑꝑ dignitatẽ Rñdeo, nõ euaneſcit ſubſtõ, q̃a cenſet̃ non exiuiſſe quantum ad ea, quæ concer-
6 nunt eius commodũ, ut in Auth. conſt. quæ de digni. ¶† Vltimò
quærò, an euaneſcat etiam tacita vulgaris, ſi emancipetur, vel detur alteri in adoptionem, vt ſic ſi poſtea repudiet, ſubſtitutus non
admittatur? Reſpondeo ſic, quia facto teſtatoris extinguitur, vnde cenſetur, ꝙ nullus effectus ſibi remaneat, nam ſi uoluit tollere
expreſſum, fortius tacitũ, ar. ſ̃. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. &
quia qñ extinguitur per mortẽ filij contingentẽ in uita pr̃is, ſi pater habuit t̃ps prouidendi, & aliter non prouidit, ſil̃r extinguit̃ tacita uulgaris, vt no. Bar. ſ̃. eo l. lex Cornelia. in fi. & ita limitat dictũ
Dy. qui ſimpl̃r tenuit eũ expirare per l. ꝙ ſi filius. de cap. & mouetur Bar. per l. tractabat̃. ĵ. de teſt. mili. multo ergo magis, qñ facto
7 teſtõris extinguit̃. † Circa ver. {ꝙ ſi hr̃dem.} no. plura. Primo in ver
{reſtituere.} ꝙ iſtud verbum eſt obliquum, quia ſubſtitutus non
poteſt capere propria authoritate, ſed habet recipere de manu reſtituentis, not. in l. inter omnes. qui ſatiſ. cog. Item hic eſt caſus de
eo, quod no. glo. ſ̃. in l. uerbis ciuilib. videlicet, ꝙ ſubſtitutio facta
per verba merè obliqua ei, cui poteſt fieri directa, nõ trahitur ad
8 directam. Fallit in caſu l. Antonius. de fideic. li. ¶† Item no. dum di-
a cit, Falcidia. quod exponitur,[a] ideſt Trebellianica, quo põt dici Fal.
Vnde facit, ꝙ propter non confectionem inuentarij, cum l. dicat
perdi Falc. in auth. de hær. & Falc. §. ſi uerò non fecerit. perdatur ẽt
Trebellianica. quod tenuit Bal. in auth. ſed cum teſtator. ſed Iaco.
de Bel. diſputando tenuit contrarium, quem etiam Bald. ſequitur
in l. Marcellus. ad Treb. Io. An. in addi. Spec. de inſtr. edi. §. dicit̃, &
nunc habeo de facto. Et niſi (quia temerarium eſt a tantorũ deciſione deuiare) in conſiliis tenerem opi. Bal. per tex. quem ipſe allegat. Patet etiam ex iſto ver. ꝙ in ſingulari numero filius etiam ſub
conditione grauatus non detrahit, niſi vnam quartam, & iſta eſt
vera opi. de rigore iuris ciuilis, licèt iure canonico declaratum ſit
contrarium in c. Raynutius. & illa opin. de conſuetudine ſerua-
9 tur. ¶† Vltimo no. ſingulariter tex. ibi, dũ dicit, {vt adimplere, &c.}
ꝙ ſit grauatus filius reſtituere poſt mortem ſuam, icèt iſtud fideicommiſſum non ueniat reſtituendum ab eo, ſed ab hæredibus
eius, vt patet ſ̃. dum dicit, legitimum hęredem filij, &c. non tamen
reſtituitur tanq̃ relictum ab ipſis hæredibus, ſed tanq̃ relictum ab
ipſo filio, quod eſt multum ponderandum, quia ſic non veniet in
reſtitutione legitima filij, in qua ipſe filius grauari non potuit, vt
ĵ. ver. neque fideicommiſſo. ſed ſi eſſet relictum ab ipſis hæredib.
filij impuberis, bene ueniret legitima, quia illi bene poſſunt grauari in ea, vt no. Cy. in l. ex trib. C. de inoff. teſt. Intellige tamen quod
dixi verum, quando uerba grauaminis fuerunt directa ad ipſum
filium, vt patet in prin. huius §. ſi autem diceret, ꝙ poſt mortem
filij bona ſua reſtituantur, uel perueniant ad talem, videtur impoſitum grauamen hæredibus filij, & ſic veniet legitima, & ſic non
detrahetur, niſi Trebellianica ex perſona ipſorum hæredum. ita
limitat Bar. ĵ. l. proxi. per illum tex. quod perpetuo tene menti, q̃a
habui de facto, & vide quod no. Bar. in l. cum uirum. C. de fideic.
10 ¶† Quæro vnum circa illam partem, quod eſt pulchrum, teſtator
dixit, ſi filius meus impubes deceſſerit, volo, ꝙ bona mea perueniant ad talem. ipſe deceſſit pubes factus, quæritur, an ſit locus
ſubſtitutioni? dubium ſtat in hoc, qualiter ſumatur illud uerbum,
impuberes. an demonſtratiuè, an diſpoſitiuè. Nam primo modo
eſſet ſenſus, ꝙ filius meus, qui nũc eſt impubes, deceſſerit, ſupple.
quandocunque, &c. & tunc eſſet locus ſubſtõni. Secũdo modo
eſſet ſenſus, ſi deceſſerit, ſ. in pupillari ætate, & tunc nõ eſſet locus,
gl. quæ eſt hic ſuper ver. impubes, ur̃ tenere primã opi. & Io. An.
in c. ſi pater mouet iſtud dubium, & uidetur mihi, ꝙ teneat idem,
non tamen alle. iſtam glo. pro quo facit quod no. Bar. in l. Centurio. in tertia prin. q. de compẽdioſa facta per uerbum commune.
ver. quæro iuxta prædicta. per l. fi. §. Titia. ĵ. de lib leg. vbi uerba in
dubio præſumuntur appoſita demonſtratiuè magis, quàm diſpoſitiuè. Mihi videtur contrarium per iſtum text. iuncto uerſic. nec
b aliud.[b] nam ibi ponit caſum, qñ complectitur t̃ps poſt pupillarem
ætatem, & illum ad ſuperiora, vnde innuit, ꝙ in iſto primo, qñ dixit, ſi impubes diem ſuum obierit, &c. intellexit, ſ. ꝙ decedat in pupillari ætate. Preterea ſi aliud diceremus, illa conditio nõ eſſet propriè conditio, quia ſe non haberet ad eſſe, & non eſſe, ſed ad eſſe
tantum, quia certum eſt eum moriturum. quod in dubio nõ præſumitur voluiſſe, poſtq̃ conditionaliter locutus fuit, nam ſi ſolũ
intellexiſſet, ꝙ moreretur, non fuiſſet locutus conditionaliter, ſi
moreretur. ſed dixiſſet, cum morietur. vel quando; & iſta eſt uer-
11 tas ¶† In ver. (neque fideicommiſſo.) iſte verſic. allegatur ad plura. Primo, quòd per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſuccedi-
tur teſtatori, non pupillo. Item ꝙ eſt onus, non prouiſio. Item ꝙ
in ea non uenit legitima filij, quæ reputatur de propriis ſuis facultatibus.

ADDITIONES.

a Falcidia, quod exponitur. Adde Doct. in c. Rayn. de teſt.
b Mihi uidetur contrariũ. Adde, quòd hæc dicta refert, & ſequitur d. Alex. de Imo. in conſi. 21. col. pen. circa prin. in 2. vol. & in conſi. 1. col. 3. uerſi. confirmatur hoc. in j. vol. Cur.

---

1 *In ſubſtitutione reciproca primo uocantur coniuncti ad portionem deficientem, poſtea diſiuncti.*
2 *In ſubſtitutione reciproca, ſi deficit portio unius ex diſiunctis, an perueniat duntaxat ad alium diſiunctum.*
3 *Si pater inſtituit vniuerſaliter filios maſculos, & filiab. reliquit certam quantitatem pro dotib. & poſtea filios maſculos, & fœminas inuicem ſubſtituit, & deficiat portio unius ex maſculis, qualiter ueniant ad iſtã portionem deficientem.*
4 *Si teſtator habebat duos filios ex una uxore, & duos ex altera, uel ex duabus uxoribus, & eos inuitem ſubſtituit, an ad portionem unius ex primis duobus primo loco uocetur frater utrinque coniunctus, & in eius defectum cæteri.*

§. Qui

1 **§.Qui diſcretas.** †In ſubſtitutione reciproca primo vocantur coniuncti ad portionem deficientem,poſtea diſiuncti. h. d. notabiliter, & eſt pulcher caſus. ¶Quæro hic loquitur,q̃n deficit portio vnius ex coniunctis,quia illa tranſit ad alios coniunctos non obſtante ſubſtitutione reciproca facta de omnibus:ſicut tranſiret,ſi ſubſtitutio facta non eſſet,tunc tñ tranſiret ſolum per ius accreſcendi,nunc verò etiam iure ſubſtitutionis, quia ipſi videntur per prius inter ſe ſubſtituti,& poſtea oẽs ſimul,& ſic duæ reſultant ſubſtitutiones,
2 licèt fuerit vnicus conceptus verborum.†Sed quid ſi deficit portio vnius ex diſiunctis,vtrum perueniat dũtaxat,ad alium diſiunctum? vr̃, ꝙ ſic, vt ſit eadẽ ratio ꝯriorum.arg.ſ.eo.& ſi contra. in fi.Tu dic contrarium,ꝙ perueniret ad coniunctos: & etiã diſiunctos æqualiter,vt ſ.tit.j.l.hæredes ſine partibus. Intellige tñ æqualiter, vt oẽs coniuncti admittantur ad vnam partem loco vnius, quia ſicut fuerunt coniuncti in inſtitutione, ita videntur coniun-
3 cti in ſubſtõne.arg.ĵ.ad Treb.l. Lucius.§.pater puerum. ¶ † Item per iſtum text. determinat Bar.in l.Lucius.ĵ.eo. in ver.ſed quæro de pulchra queſtione.in vl.col.ꝙ ſi pater inſtituit vl'r filios maſculos,& filiabus fœminis reliquit certam quantitatem pro dotibus & poſtea dixit,ꝙ filios maſculos, & fœminas inuicem ſubſtituebat,ꝙ ſi deficiat portio vnius ex maſculis, vocãtur alij maſculi ex iſta ſubſtõne,& in eorum defectum vocant̃ fœminæ, etiã ſi fuerunt oẽs diſiunctim noĩati.quia ſaltem in vl'i ſucceſſione ſoli maſculi fuerunt vocati:ergo credendum eſt,ꝙ ad portionem hæreditatis vacantem ſolos maſculos prædilexerit. Hoc tñ ipſe limitat in l.j.ad Treb. ſingul'r ſi rõ recti ſermonis hoc patitur, aliàs ſecus, vt ſi inſtituit duos maſculos,& vni fœminæ reliquit certã quantitatem:poſtea dixit, ꝙ ſi contingat aliquẽ prædictorum decedere q̃ncunq; ſine liberis, ſubſtituebat ſuperuiuentes, & mortuus eſt vnus de maſculis ſine liberis, certè non vocabitur ſolus alius maſculus,quia tunc verbũ pluralis,ſiue numerus ſuperueniens,non ſeruaretur in ſuo proprio ſignificatu, quod eſſe non debet, ut in illa l.quia requiruntur plures, & ideo ẽt fœmina vocabatur unà
4 cũ maſculo.quod perpetuo tene menti.¶†Facit ẽt ad aliã qõnẽ.ſi teſtator habebat duos filios ex vna vxore, & duos ex altera, vel ex duab. vxorib. & eos inuicẽ ſubſtituit, ꝙ ad portionẽ unius ex primis duob. primo loco vocet̃ frater utrinq; coniunctus, & in eius defectũ ceteri.Cõtrarium determinat idem Bart.in l.Lucius. in pe.q.quia hic loquitur de illis, qui erant coniuncti coniunctione facta a teſtõre, ad quam ipſe teſtator cenſetur habuiſſe reſpectum. ſed in dicta qõne.erant coniuncti coniunctione legali, ad quam non cenſetur habuiſſe reſpectum, quia nõ plus diligit eos, quàm alios.& vide Bal.in l.in teſtamento.C.de teſta. mili.in 5.q.

---

1 *Generalis prouiſio non includit illos,uel illa,in quibus ſpecialiter eſt prouiſum.*
2 *Generalis prouiſio, non refertur ad ſpecificata.*
3 *Quid ſi generalis,& ſpecialis prouiſio,continuatur in diuerſis diſpoſitionibus?*
4 *Si reperiantur ſtatuta diuerſimodè diſponentia ſuper una materia, & unum ſpecialiter prouidet, aliud generaliter, debemus ſtare illi, quod ſpecialiter prouidet.*
*Quid ſi ſtatutum ſit ſpeciale,quo ad quædã,uidelicet, quantum ad perſonas,ſed generale,quo ad res,& aliud ſtatutum ſit econuerſo? remiſſiuè.*

1 **§.Qui patrem.** † Generalis prouiſio non includit illos,vel illa,in quibus ſpecialiter eſt
2 prouiſum.h.d.†Et ſemper allegatur,ꝙ generalis prouiſio non refertur ad ſpecificata.concor. de ver.obl.l. ſtipulationes commodiſſimum.& l.doli clauſula.de pen.l.ſanctio legum.de ali.lega.l.alimenta.§.Baſilicæ.& l.Stichus nutricis.& iſtas.ll.allegabat Bald. ſecundum magiſtrum ſuum Do.Ioan. Paiarenſem de Senis. ¶ In text.ibi, {patrem, & filium,}qui filius fortè erat emancipatus a patre,& non expediuiſſet eos inuicem ſubſtituere, quia portio filij acquireretur patri.& dic., ꝙ inſtituit iſtos duos coniunctim, ſed reliquos hæredes,puta tres,uel quatuor diſiunctim.¶ In text.ibi, {inuicem ſubſtituto.} ſubaudi, & poſtea vacauit portio unius ex diſiunctis per repudiationem. vnde erat quæſtio,an ille pater, & filius admitteretur vnà cum aliis ad illam portionem virtute vltimæ generalis ſubſtitutionis reciprocæ. Et breuiter dicitur, ꝙ non,ſed admittuntur duntaxat alij diſiuncti, quos duntaxat cenſetur uoluiſſe inuicem ſubſtituere in illa generali ſubſtitutione,nõ autem patrem, & filium prædictos cenſetur uoluiſſe immiſcere in hac generali, poſtquàm eos ſpecialiter inuicem ſubſtituerat. ¶Sed oppo.de §.præced. Sol.ibi uacauit portio unius ex coniunctis, unde uocatur coniunctus tantum, & non diſiuncti. hic uerò portio unius ex diſiunctis. ¶ Sed tunc oppo.de eo, quod ibi dixi,quòd uocantur tunc omnes per l.hæredes ſine partibus ſ. tit. j.Sol.fateor ſi coniuncti non fuiſſent inter ſe ſpecialiter inuicem ſubſtituti,& ita loquitur ibi, ſed hic fuerunt, unde de de illis non præſumitur cogitaſſe in generali ſubſtitutione.hoc tamen eſt uerum,ſi alij diſiuncti uolunt portionem uacãtem, aliàs uocabitur iſte pater, & filius: quia ceſſat cauſa propter quam in illa generali non comprehendebatur.ſ.fauor diſiunctorum: ideo incipiunt tunc comprehendi.ad hoc quod infra de ado.l.cum illa.§. quæſitum. circa fi. ubi in generali diſpoſitione incipiunt comprehendi ex poſt facto,quæ a principio non comprehendebatur ceſſante cauſa propter quam non comprehendebantur, ad quam etiam. ĵ.de ſolu.l.qui decem.§.Stichum.uerſic.ſed ei qui.& de leg.2.l.Lucius.in princ.& in c.ſi cui prouideri.de præben.lib. 6. Item limita, quod hic dicitur, niſi uerba non poſſent ſaluari patre illo, & ſilio non comprehenſis:ut ſi non fuiſſet datus,niſi unus cohæres:quia tunc uerba pluralis numeri hos omnes, &c. non poſſent uerifi-
3 cari in uno arg.ĵ.ad Treb.l.fi.& quod ibi per Bar.¶†Vltimò opp. ad illud generale, quia uidetur, ꝙ generalis prouiſio concurrat cum ſpeciali,& ſic comprehendat etiam illa, in quibus ſpecialiter fuit prouiſum,ut l.ſenatus.cum ibi no.infra.de accuſa. Solu. & tene menti, illud generale de quo ſupra dixi procedit quando in eadem diſpoſitione l.uel hominis continetur ſpecialis, & generalis prouiſio. ita loquitur iſte tex.cum ll.all. Si autem in diuerſis diſpoſitionibus,tunc eſt diſtinguendum, Aut loquimur in diſpoſitionibus legalibus, & tunc generalis concurrit cum ſpeciali, & econuerſo,& ita loquitur quod no.in l.contraria. niſi ſpecialis eſſet contra ius commune: quia tunc derogaret generali, ut not. Bar.ſecundum Dy.in l.j.§.dixerit.circa fi. ĵ.de pub. Aut loquimur in diſpoſitionibus teſtatoris, & tunc per generalem ſequentem cenſetur receſſum a ſpeciali, & ſic nec concurrunt, nec etiam ſpecialis ſtat in ſua ſpecialitate, licèt hic benè ſtet. & iſte eſt caſus in l. libertis quos.§.j. ĵ.de adi.leg. & ibi omnino uide per Bar.& quod
4 idem no. in l.j. §. hoc autem.de ope. nou. † Et no.diligenter iſta, quia reperiuntur ſtatuta diuerſimode diſponentia ſuper una materia, & unum ſpecialiter prouidet, aliud generaliter, cui debemus ſtare. Bald. hic uno uerbo ſe expedit, quòd ſpecialiter, per iſtum textum,ſed non perfectè loquitur, nec allegat illa quæ ſupra dixi. Quid autem ſi ſtatutum ſit ſpeciale quo ad quædam: puta quantum ad perſonas, ſed generale quo ad res, & aliud ſtatutum econuerſo, cui iſtorum ſit ſtandum? uide pulchrè, & plenè per Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, circa fin.ſuper uer.non obſtantibus.& quod no.Bald.in l.ordo. C.de execu. rei iud.in 3.col.

---

1 *Si portio grauata accedit non grauatæ,quando non contribuantur adinuicem,niſi accedat ex ſubſtitutione uulgari tacita,uel expreſſa.*
2 *Si eadẽ res relinquitur uni in paternis tabulis, & alteri in pupillaribus, qui dicantur re coniuncti,& collegatarij,& concurrunt adinuicem,cũ ſic ſit inter eos ius non decreſcendi.*
3 *Quando portio non grauata accedit grauatæ, quod in tribus caſibus contribuantur,ſed quando grauata non grauatæ,in uno tantum.*

1 **§.Cohæres.** †Quando cohæres pupilli ſubſtituitur pupillo, portio ſua contribuitur cum portione pupilli in ratione Falcidiæ deducendæ de legatis a ſubſtitutione relictis, ſecus ſi alius,quàm cohæres fuerit ſubſtitutus, hoc dicit in effectu.Et debes ſcire,quòd duplex eſt contributio,ſcilicet portionum hæreditariarum: item legatorum.Prima contributio fit ad finem impediendi detractionem Falcidiæ ſi ea facta, & ſolutis integraliter legatis reperitur penes hæredem remanere quarta pars totius hæreditatis, & ita loquitur iſte text. & multi alij text.ad l.Falcid.quos plenè recolligit Bartol. & etiam ſubtiliter in l.qui fundo.§. cohæredes. eod. tit. & ibi pleniſſimè uide per eum. Alia eſt contributio legatorum relictorum in primis, & ſecundis tab. & iſta fit ad finem oppoſitum, ſcilicet ut uideatur, quòd in ea facta tot ſint legata, quòd eis integraliter ſolutis non remaneret quarta,& ſic fit ad finem deducendæ Falc. quòd de iſta loquitur in ratione. §. quod uulgò. & §. quæſitum. qui ſunt ualde difficiles,& de iſta re uera non loquitur iſte ibi,licèt Bar.per inaduertentiam fortè uideatur dicere contrarium in ſuo ſummario. ¶ Contra primum caſum huius §. oppo. quòd iſtæ portiones non contribuantur.primo per text.in l.qui fundum.§.qui filium. infra ad l. Falcid. ſecundo per rationem, quia quando portio grauata accedit non grauatæ, non contribuuntur adinuicem, niſi accedat ex ſubſtitutione uulgari tacita, uel expreſſa ad idem. & l.ſi alterutro.in fin. Solu. contrarium procederet, ſi legata iſta fuiſſent relicta a pupillo, qui adiuiſſet hæreditatem, & ſic incepiſſet ab eo deberi cum detractione Falcidiæ: quoniam eis integraliter ſolutis, nihil de ſua dimidia remanſiſſet penes ſe. Si ergo poſtea ſua dimidia unà cum hæreditate peruenit ad cohæredem ſubſtitutum in ſubſtitutione pupillari, portio cohæredis non contribuitur cum iſta: immo iſta tranſit ad ſubſtitutum hæredem pupilli, cum eodem iure detrahendi Falcidiã, ſicut poterat pupillus, ſi ſic non adiuiſſet hæreditatem, ſed repudiaſſet; & ſic non incepiſſet ab eo deberi. nam tunc illa dimidia tranſit ad cohæredem ex ſubſtitutione uulgari tacita,& ab eo incipiunt legata deberi, unde cum tẽpore quo debere incipiunt,

reperiatur penès iſtum alia dimidia non grauata, non oritur ius
detrahendi Falc.& ita loquitur cōtrarium hic. Aut legata non fue
runt relicta a pupillo, ſed ab ipſo cohærede in ſubſtitutione, unde
ſubeſt eadem ratio, quæ in proxi. præcedenti caſu: quia tempore,
quo incipiunt deberi, reperitur penès illum vtraque dimidia tam
grauata, quàm non grauata, vnde non oritur ius detrahendi Fal.
ſed contribuuntur portiones adinuicem, ita ꝙ legatis ſolutis inte
graliter reperitur penes iſtum vna dimidia totius hæreditatis, ſi-
cut etiam contribuerent hoc caſu, ſi aliquis eſſet inſtitutus in vna
dimidia purè, & in altera ſub conditione, & in iſta ſecunda fuiſſet
grauatus, & poſtea conditio extitiſſet: nam in hoc caſu iſtius §. in
portione pupilli cenſetur inſtitutus ſub conditione, & hoc vult
2 text. vſque ibi, non idem. † Sed quæro, hic loquitur, quando por-
tio pupilli grauata in ſubſtitutione pupillari, aſcendit portionem
cohæredis non grauatam, quid econtra, ſi portio cohæredis fuiſ-
ſet grauata, & portio pup. non? Reſpondetur, tunc multo magis
contribuerentur, vt l. ꝙ ſi alterutro. & ita voluit gloſſ. quæ incipit,
nam hæc legata in effectu. vſque ibi, ſed contra. ¶ Ibi oppo. con-
tra fin. ꝙ illi, quibus eadem res fuit legata vni teſtamento paterno,
alteri in tab. pup. non dicantur coniuncti, nec collegatarij. §. qui.
mo. vſufruct. ami. l. ſub conditione. in fin. Solut. ibi quando in teſta
mentis diuerſorum, quæ non reputantur pro vno, relinquitur
eadem res diuerſis: hic verò paternum, & pup. reputantur pro
vno. Contra ſecundum caſum oppo. quòd alius ſubſtitutus, q̃
cohæres non poſſet detrahere Fal. quia tunc eſt detrahenda quan
do legata excedunt dodrantem totius hæreditatis, vt l. j. in princ.
infra ad l. Falcid. ſed hic non ſic, quia cum hæreditas valeret du-
centa, & in cētum fuit inſtitutus pup. & in aliis centum datus fuit
cohæres Titius, & Sempronius ſubſtitutus pupill. & grauatus in
centum, iſta legata non tranſcendunt dimidiam. Sol. contrarium
procederet, quando vnus tantum eſſet cohæres inſtitutus in hæ-
reditate valente ducenta: ſed ſi ſunt inſtituti duo, & vnus tantum
fuit grauatus in centum, poteſt detrahere Falcidiam ex ſua perſo-
na, quia licèt legata non excedant dodrantem totius hæreditatis,
ſatis eſt, quòd excedant dodrantem ſuæ dimidiæ, & iſte eſt caſus
in l. in ſingulis. ad l. Falc. ſicut ergo ſi iſta legata fuiſſent relicta ab ip
ſo pup. veniret detrahenda Falc. quia eis ſolutis nihil ſibi remane-
neret, ita & ſi ſunt relicta a ſubſtituto eius, qui non erat in aliquo
inſtitutus, quia ſubeſt ea. ratio, & perinde eſt, ac ſi fuiſſet datus co-
hæres illi cohæredi pupi. & hoc vult dicere text. in ver. {nam ille.}
dum dicit, quaſi plenè ſub conditione primis tabulis hæres inſti-
tutus, &c. nec debet ſibi nocere, quòd cohæres pupil. habeat inte
grum quadrantem, ſeu dimidiam, quia ſicut illa ibi non prodeſt
huic ſubſtituto, ita nec nocere debet, & hoc vult text. ibi. tametſi
maximè, &c. Et ſi dicatur, quō iſte ſubſtitutus pōt dici cohæres
illius cohæredis, & tanq̃ inſtitutus in primis tab. cùm ſit inſtitutus
3 in ſecundis, quæ ſunt diuerſæ? † Reſpondetur, quòd alibi in fin.
habemus, quòd ſi ea. res relinquitur vni in paternis tabulis, & alte
ri in pupillaribus dicuntur re coniuncti, & collegatarij, & concur
runt adinuicem, cum ſit etiam inter eos ius non decreſcendi,
quia reputatur teſtamentum vnius, ita & hic reputantur cohęre-
des quantum ad portionem, in qua pupillus fuerat inſtitutus: &
ideo detrahit Falcidiam ex ſua perſona, ſicut detraheret, ſi fuiſſet
in illa primo loco inſtitutus, vt in d. l. in ſingulis. & hoc vult text. in
4 verſic. nam, & cum. & ex iſtis remanent expeditæ aliæ glo. ¶ † Vl-
timò conclude, quando portio non grauata accedit grauatæ, in
tribus caſibus contribuuntur, ſed quando grauata non grauatæ,
in vno tantum, quos caſus tangam infra l. proxim. quæ etiam tra-
ctat de iſta materia, ſed hic loquitur de relictis in ſubſtitutione pu-
pillari, ibi verò de relictis ab vno pupill. ¶ Item gloſſ. quæ incipit,
nam hoc. ibi dum dicit, ꝙ fit contributio relictorum, melius dice
ret portionum, vt patet ex prædictis, nam tunc relictorum, quan
do quædam relinquūtur in paternis, quædam in pup. de quibus
in §. quòd vulgo. ſed in iſto §. ſolum in pupillaribus. in l. ſequen. in
paternis, vnde non cadit contributio relictorum.

---

1 *Subſtitutio facta vltimo morienti in pup. ætate expirat, ſi ultimus mori-
tur factus pubes, licèt primus mortuus fuerit in pup. ætate.*
2 *Si teſtator dixit, ſi filius meus impubes deceſſerit, uidetur dixiſſe, ſcilicet
in pupillari ætate.*

1 **§. Cùm pater impuberi.** † Subſtitutio fa
cta vltimo mo
rienti in pupil. ætat. expirat, ſi vltimus moritur factus pubes, licèt
primus mortuus fuerit in pup. æta. h. d. in effectu. Ratio eſt, quia
iſta ſubſtitutio cenſetur facta vni tantum ſub duplici conditione,
ſi deceſſerit vltimus in pupil. ætate, ſed hic in neutro iſtorum fue-
runt ambæ impletæ, ſed vnica tantum ergo &c. vt l. ſi hæredi
2 plures. j. titul. j. ¶ † In text. ibi, {quæ nouiſſimum diem ſuum ob-
a ijſſet.} non dicit in pup. ætat.[a] & tamen quia ſupra dixit impub.
filiæ cenſetur dixiſſe, vt colligitur ex ſi. & ſic facit pro eo, quod di-
xi in §. cum filio. ꝙ ſi filius meus impubes deceſſerit, videor dixiſ-
ſet. ſ. in pup. ætate, & verbum, impubes. non ſtat demonſtrati-
uè tantum. ¶ In tex. ibi, {irritam eſſe factam.} videbatur, contra-
rium, poſtquàm vna iſtarum effecta eſt pubes, antequam altera
impubes moreretur. Nam per hoc videtur, quòd illa, quæ primo
mortua eſt impubes, poſſit dici vltimò mortua in pup. æta. cum
non expectetur, ꝙ alia poſſit mori in illa ætat. per l. ex duobus. §.
eo. in princ. non ſic ſi tempore, quo prima mortua eſt impubes,
altera etiam eſſet impubes, & poſſet eodem modo mori: & iſta
fortè fuit ratio dubitandi, ſed non obſt. quia ſatis eſt, ꝙ ſuperſit
alia, quæ poſſet mori poſt primam, vt prima non dicatur vltimò
mortua. ergo nec dici poteſt vltimò mortua in pup. æta. quia vbi
deficit ſubſtantia, deficit accidens, vnde ſi non eſt mortua, ergo
nec in pup. æta. poteſt dici vltimò mortua.

ADDITIO.

a **In pupillari æta. Adde quid dicatur ætas pupillaris, vide in l. licèt. & ibi
Ang. in 1. no. de teſta. milit.**

---

1 *Subſtitutio facta per uerba directa in certa parte, uel re non dato conſub
ſtituto, trahitur ad uniuerſum, ſicut etiam inſtitutio.*
2 *Adiectio facta contra naturam actus illum uitiat, niſi milit. fauor teſta-
menti.*
3 *Si teſtator reliquit filiæ fœminæ certam quantitatem iure inſtitutionis,
& quandocunque deceſſerit ſine liberis talis ſit ſibi hæres in illa quan-
titate, & ipſa deceſſerit in pupillar. ætate, quòd ſubſtitutus ueniet ex
pupillari ſubſtitu. & habebit etiam omnia bona illius, puta materna,
uel undecunque obuenientia.*
4 *Quid ſi ſubſtitutio ſit facta per uerbum commune, puta quòd illa quan-
titas perueniat in talem.*

1 **§. Non videri.** † Subſtitutio facta per verba directa
in certa parte, vel re, non dato con-
ſubſtituto, trahitur ad uniuerſum, ſicut etiam inſtitutio. h. d. &
ſemper allegatur iſte §. ſecundum primam lect. & pone caſum, ꝙ
pup. fuit inſtitutus in certa parte, & ſi moreretur in pup. æta. fuit
alius inſtitutus per uerba directa in illa ea. parte, certè illa ſubſtitu-
tio eſt pup. & non ſolum trahitur ad illam partem, immo ad alia
bona impuberis, nec uitiatur ex illo uerbo, parte: quia trahitur ad
uniuerſum, poſtquàm eſt facta per uerba directa, ſicut etiam tra-
heretur ipſa prima inſtitutio facta etiam in certo fundo, ut l. j. §. ſi
2 ex fundo. §. tit. j. ¶ † In text. ibi, {cum uitio.} uidebatur facta condi
tio propter expreſſionem illius uerbi, {partemue eius.} quia appa
ret, ꝙ teſtator uoluit facere pup. ſubſtitutionem, dum dixit, {intra
pubertatis annos, &c.} de cuius natura eſt, ꝙ ueniant in ea omnia
bona impuberis, etiam aliunde quæſita, ut l. ſed ſi plures §. ad ſub-
ſtitutos: §. e. & propter iſtud uerbum, partem. uidebatur teſtator
uoluiſſe ſubſtituere, niſi in parte, q̃ ſibi relinquerat, & conſtat, ꝙ
adiectio facta contra naturam actus illum uitiat, ut l. cum preca-
rio j. de preca. ſed in contrarium eſt fauor teſtamenti, & directæ
inſtitutionis, ut potius uitietur illa adiecto, q̃ uitiet, & habeatur
pro non appoſita, ac ſi ſimpliciter ſubſtituiſſet ſibi, ut j. in uer. nō
magis exponendo uerbum ſibi. ibi appoſitum. ſ. pupillo. Poteſt
etiam exponi. ſ. teſtatori, & tunc eſt ſenſus, ꝙ ſic non eſſet ſubſtitu
tio uitioſa, ſi teſtator dixiſſet, ſi filius meus in pup. æta. deceſſerit,
talis ſit mihi hæres, quia nihilominus eſt pup. & per eam ſuccedi-
tur pup. & ipſo mediante etiam mihi, ut l. ſi ita. §. filio. j. de ſec. tab.
& dixi in l. j. §. eo. ita non eſt uitioſa per appoſitionem illius uerbi,
3 partem. † Et per iſtum text. determinat Bar. in l. Centurio. in j. q.
princ. de compendioſa facta per uerba directa circa fin. ꝙ teſta-
tor reliquit filiæ fœminæ certam quantitatem ti. inſtitutionis, &
quandocunq; deceſſerit ſine liberis, talis ſit ſibi hæres in illa quan-
titate, & ſi ipſe deceſſerit in pup. æta. ꝙ ſubſtitutus ueniet ex pup.
& habebit non ſolum illam quantitatem, ſed etiam omnia bona
illius, puta materna, uel undecunque obuenientia, quod perpe-
4 tuò tene menti. † non ſic ſi fuiſſet facta per uerbum commune,
puta, ꝙ illa quantitas perueniat in talem, quia uerbum commu-
ne adiectum certæ rei non importat inſtitutionem directam, ut
communiter dicunt Doct. per l. cog. §. regulariter. ad Trebell. &
hoc idem Bar. ponit in ea l. Centurio. in 3. q. princ. de compendio
ſa facta per uerbum commune. legitur alio modo in gloſſ. ꝙ hic
non præceſſerit inſtitutio filij, tamen tacitè uidetur præcedere,
quam lec. tenet Bartol. & dicit ſecundum eam eſſe hic caſum pro
ſua opin. quam ponit in l. Gallus. in princ. ſed non placet, quia ſua
opin. loquitur in ſubſtitutione uulgari, quo caſu non poteſt pro-
cedere, hic loquitur in pup. quo caſu non poteſt procedere, aliàs
non haberet locum id, quod dicitur in l. j. in fin. ſupra eodem. ꝙ
ad hoc, ut ualeat pu. requiritur, ꝙ teſtator faciat ſibi teſtamētum,
nam ſm illam lect. non requireret, quia cenſeretur ſemper ſibi fe
ciſſe, & filium inſtituiſſe, ſi ſufficeret ſubſtituere pupillariter, ſi de-
ceſſerit in pup. ætate, & per hoc uidetur tacitè filium inſtituiſſe.

## LEX XLII.

2 *Subſtitutio facta duobus cum expreſſione nominis collectiui cenſetur facta utrique, quando ſimul moriuntur, ſed ſi diuerſis temporibus cenſetur facta ultimo morienti tantum. & num. 1. & 7.*

3 *Quid in fideicommiſſaria facta duobus extraneis, ut ſi ambo deceſſerint ſine liberis.*

4 *Paria ſunt ſubſtituere ultimo morienti, uel ſubſtituere cuilibet cum expreſſione nominis collectiui, quia utroque caſu ſi moriantur, ſimul ſuccedit ſubſtitutus utrique ex ſubſtitutione.*

5 *Portio non grauata ſi accedit grauatæ, quando adinuicem contribuãtur.*

6 *Teſtator quando poſt factam ſubſtitutionem duobus dixit, quòd ſi contingat talem, puta, Titium decedere in pup. ætate legabat centum, quòd illud legatum non cenſeatur relictum ab ipſo pupillo, poſtquam hoc dixit expreſſè, ſed ab eius ſubſtituto.*

*Cum ſubſtitutio illi facta cenſeatur habere in ſe conditionem, ſi erit ultimò moriens, & primo moriatur, deficit conditio, & ſubſtitutio, & ſimiliter legatum a ſubſtituto relictum.*

1 QVi duos. † Subſtitutus duobus impuberibus cũ
expreſſione nominis collectiui ſuccedit vtrique ex ſubſtitutione, ſi vterque ſimul moriatur
in pup. ætate: ſi autem ex diuerſis temporibus, tunc
ſuccedit vltimo tantum morienti, licèt in illius hæreditate reperiat etiam hæreditatem primi morientis: & iſto caſu portio primi
morientis non cõtribuitur cum portione vltimi morientis quantum ad impediẽdam detractionem Falcidiæ de legatis ab vltimo
moriente relictis. Item legata facta in ſubſtitutione primi morientis euaneſcunt, ſicut etiam euaneſcit ſubſtitutio in perſonam primi morientis, hoc dicit, & eſt difficilis, & primo loquitur, quando ſimul mortui ſunt, vſque ibi, {ſed ſi diuerſis.} Secundò quando diuerſis temporibus. & iſta ſecunda ſubdiuiditur, quia primo
ponitur vnum dictũ vſque ibi, {in ratione.} ſecundo ponit duos
effectus illius dictl. primi vſque ibi legata. ſecundus uſque in fin.
¶ In text. ibi hæredes relinquerat, pone vt procedat omnia clara, & videatur ad quid eſt vtilis inueſtigatio huius l. ꝙ hæreditas
valebat ducenta, & ſic quilibet habet dimidiam, quæ valet centũ,
& vnum iſtorum, puta, Titium tantum onerauit legatis vltra dodrantem relinquendo ab eo centum, alterum verò non grauauit, certè ſi ambo ſimul moriuntur, dicitur ꝙ vtrique ipſorum
ſuccedit ſubſtitutus ex ſubſtitutione, & ſic ambas hæreditates habet ex iudicio defuncti, & ex hoc ſequitur talis effectus, ꝙ ambę
portiones contribuuntur adinuicem, poſtquàm ambæ reperiuntur penes ſubſtitutum ex iudicio defuncti, & ideo non detrahet
Falc. de dictis legatis, licèt ille grauatus ſi habuiſſet ſoluere, potuiſſet detrahere per l. in ſingulis. ad l. Falc. & iſte eſt caſus eod. tit. l. pater filiam. §. duobus. in primo caſu per quem ſuppletur iſte primus caſus: nam etiam ipſe grauatus ſi fuiſſet conſecutus portionem fratris ſui ex ſubſtitutione pupill. quia fuiſſet illi ſubſtitutus, &
ille primo fuiſſet mortuus, contribueretur portio illius cum ſua,
& eod. tit. l. qui fundum. §. qui filium. ver. quòd ſi extranei, eodem
modo debet contribuere ſubſtitutus eius, ex quo ad ipſum peruenit portio non grauata uirtute ſubſtitutionis, ſecus eſt in caſu
2 ſeq. † No. ergo hic, ꝙ ſubſtitutio facta duobus ſine expreſſione
nominis collectiui cenſetur facta vtrique, quando ſimul moriuntur, ſed ſi diuerſis temporibus cenſetur facta dũtaxat vltimo morienti, vt in caſu ſeq. & l. pen. C. eod. tit. ¶ In text. ibi, {ſed ſi diuerſis temporibus vita decedat.} Iuriſconſultus præſupponit iſto caſu, ꝙ ſubſtitutus non ſuccedat primo morienti, immo quantum
ad illum euaneſcit ſubſtitutio, ſed ſuccedit vltimo tantum, primo
autem morienti ſuccedit vltimo moriens ab inteſta. & ſic in illius
hæred. reperiat ſubſtitutus hæreditatem primi. ¶ Sed oppo. ꝙ immo etiam primo morienti debeat ſubſtitutus ſuccedere, nõ tunc
cum moritur, quia nõ eſt adhuc purificata conditio, ſi vterq, &c.
ſed cum poſtea morietur alter, ſed interim hæreditas primi ſtat in
pendẽti. Sol. fateor de rigore verborum, quia verba poſſunt hoc
pati, ſed non inſpecta tacita mente defuncti, quia per hoc quòd
appoſuit nomen collectiuum cenſetur voluiſſe reſeruare inter
3 eos ius legitimæ ſucceſſionis, vt d. l. penult. C. eod. † Et ex hoc in-
a fero,[a] quòd ſi eſſet facta duobus extraneis cum expreſſione nominis collectiui ſubſtitutio fideicommiſſaria, puta, ſi ambo deceſſerint ſine liberis, non haberet locum quod dixi ſupra, vt ſi diuerſis temporibus moriantur, cenſeatur ſolum facta vltimo morienti, quia cum inter eos non ſit ius legitimæ ſucceſſionis, non
poteſt dici, quòd teſtator voluerit illud reſeruare, vnde portio
primi decedentis ſine liberis ſtabit in ſuſpenſo, & penes hæredes
illius: & ſi poſtea alter decedat ſine liberis, ambas ſubſtitutus habebit ex ſubſtitutione. tene menti, quia hoc eſt ſubtile, & per
neminem declaratum. ¶ Adhuc etiam oppo quòd hæreditas primi morientis non poſſit reperiri in hæreditate vltimi morientis,
ſi per illum non fuit adita, vt l. quoniam ſororem. C. de iu. del. Sol.
fateor, & intellige hic, ꝙ adiuit ſecundum Doct. certè hoc poſſet
procedere, quando ex interuallo alter poſt alterum mortuus eſt,
ſed ſi eo. inſtanti vnus primo, alter poſt, hoc non poteſt procedere, & tamen text. in l. qui duas. ff. de reb. dub. dicit tunc idem eſſe, vt hæreditas primi morientis reperiatur in hæreditate vltimi
Iac. de Are. fatetur, ꝙ non poteſt dici adiuiſſe, tamen dicit, ꝙ vltimo morienti tranſmittit beneficium reſtitutionis in integ. quia
in articulo mortis lædit, ſicut in ſi. l. Pantonius. de acq. hęr. quam
opinio. ſequitur Bart. & communiter ita practicatur. tamen non
habemus text. benè probantem. & l. ſi infanti. ver. ſi vero. C. de
iu. delib. videtur expreſsè velle contrarium, dum dicit, ꝙ habetur
pro non relicta. Præterea tunc non reperiretur hæreditas primi
moriẽtis, ſed beneficium reſtitutionis, quod eſt valde diuerſum,
& tamen text. dicunt, ꝙ reperitur hæreditas. dom. Ang. dicit, ꝙ
iſte eſt caſus ſpecialis, in quo non tranſmittitur hæreditas non
adita. hoc placet, & aſſignat rationem bonam. nam nimis ſtatuitur hoc contra ſubſtitutum, ꝙ non vocatur ad hæreditatem primi morientis, immo penitus ab ea excluditur, quantum ad ſubſtitutionem, quia illa extinguitur, licèt rigor verborum hoc non
importet: immo ſecundum eum haberet ſufficere, ꝙ alter poſtea moreretur in pupillari, vt ſubſtitutionis verba uerificentur,
propter hoc aliud ſtatuitur pro eo, ut ultimo moriens illam hæreditatem tranſmittitur ad eum, licèt non aditam. Aduertendum
tamen, quia cum ultimo moriente admittetur, etiam mater communis ad hæreditatem primi morientis, & hoc uoluit gloſſ. in d. l.
qui duos. & tunc portionem tantum ſuam tranſmittit ad ſubſti-
4 tutum. † Ex prædictis[b] patet, ꝙ paria ſunt ſubſtituere ultimo mo-
a rienti, uel ſubſtituere cuilibet, cum expreſſione nominis collectiui. nam utroque caſu ſi moriantur ſimul, ſuccedit ſubſtitutus utrique ex ſubſtitutione, ut hic, iuncta l. ex duobus. in princ. s. eo. quæ
loquitur, quando fuit ſubſtitutus ultimo morienti: & ſi moriantur diuerſis temporibus utroque caſu expirat ſubſtitutio, quantum ad primum morientem, & ſucceditur ſolum ultimo, ut hic
in ſecundo caſu. & s. eod. l. ſingulis. nam cuilibet eorum cenſetur
facta ſubſtitutio ſub conditione, ſi erit ultimo moriens: & iſta inueſtigatio eſt utilis, ut ſciatur, an debeant portiones inuicem contribui, cum agitur de Falcidia detrahẽda de legatis ab ultimo moriente relictis, quia quando ſimiliter moriuntur, fit contributio,
quando diuerſis temporibus non, ut hic, & ff. ad l. Falc. l. pater. §.
5 duob ubi etiam plenius ponitur iſte caſus. ¶ † In tex. ibi, {ſed in ratione.} contra iſtum uer. oppo. ꝙ immo debeat fieri cõtributio,
quia quando portio non grauata accedit grauatæ, adinuicẽ contribuuntur, ut l. j. §. id quod. & l. ꝙ ſi alterutro. & l. qui fundum. §.
qui filium. uer. ꝙ ſi extranei. infra ad l. Falc. Sol. iſte uer. poteſt intelligi duo. mod. Primo ꝙ ille, qui non erat grauatus legatis primo
mortuus eſt, & tunc obſtat contrarium Sed reſpondetur, quòd
procedit, quando portio non grauata accedit grauatæ ex ſubſtitutione uulgari, ut in §. id quod. uel ex pup. ut in §. qui filium. uel
ex iure accreſc. ut l. ꝙ ſi alterutro. nam in omnibus iſtis accedit
ex diſpoſitione defuncti teſtatoris. ſecus ſi præter diſpoſitionem
eius, puta, ab inteſtato, ut s. eo. tit. l. j. §. ſi cohæredem. ſed hic hæreditas primi, & eius portio deuenit ad fratrem ſuum ab inteſt. unde ipſe frater habuiſſet ſoluere legata, ſi potuiſſet detrahere Falc.
non obſtante, ꝙ ad ipſum perueniſſet portio non grauata. eodẽ
modo poterit ſubſtitutus eius, qui conuenitur ex perſona pupill.
pro legatis a pup. relictis. quid etiam ſi fuiſſet relicta ab ipſo ſubſtituto? dic contrarium, quia in perſona pup. non fuit ortum ius detrahendi Falc. ſed incipit oriri in perſonam ſubſtituti eo tempore,
quo conſequitur hæreditatem ultimi morientis factam pinguẽ
ex eo, ꝙ ſuccedit fratri præmortuo, & tunc legata non reperiuntur excedere dodrantem hæreditatis pup. & pro hoc s. l. proxi. §.
cohæres. poteſt etiam intelligi iſte uerſic. ꝙ frater grauatus primo
mortuus eſt, quia tunc portio grauata accederet non grauatæ,
unde tunc minor eſt dubitatio, quia tunc nõ fit contributio, niſi
accedat ex ſubſtitutione uulgari, ut ibi in uerſ. ſi uero patri. uel ex
iure accreſc. ut l. ꝙ ſi alterutro. in fi. multo minus, quando ab in-
c teſt. Ex prædictis apparet, ꝙ gl. quæ incipit, q. a ſex uncias.[c] in uer.
non enim uidetur aſſignare bonam rationem, quare ſubſtitutus
non habet neceſſe contribuere, quia dicit, ꝙ ipſe non habet portionem primi morientis tanquam ſubſtitutus, quia dico, ꝙ hoc
non eſt attendendum, ſed qualiter habuit ipſe pup. a quo fuerunt
relicta, utrum habuit ex diſpoſitione defuncti tacita, uel expreſſa,
6 an non. ¶ † In text. ibi, {legata quoque.} in iſto uer. pone caſum
clarius, quàm gloſſ. ꝙ teſtator poſt factam ſubſtitutionem duob.
dixit, ꝙ ſi contingat talem, puta Titium decedere in pup. ætate legabat centum. Debes ſcire, ꝙ iſtud legatum non cenſet̃ relictum
ab ipſo pu. poſtq̃ hoc nõ dicit expſsè, ſed a ſubſtituto eius, ſed cõſtat,

### ADDITIONES.

a Et ex hoc infero. Adde Alex. de Imo. qui hoc etiam tenet in conſ. 11. col. 4. uerſic. & hoc procedit. in 3. vol. & in conſ. 91. col. 4. uer. & hoc idem. in j. vol. Franc. Curt.

b Ex prædictis patet. Adde d. Alex. de Imo. in conſi. 175. col. 4. circa princ in 5. col. Franc. Curt.

c Sex vncias. Adde Doct. in c. Raynutius de teſta.

ſtat, ꝙ ſubſtitutio illa facta cenſetur habere in ſe conditionem ſi
erit vltimò moriens, vt ſ.dixi ſi ergo primo moritur, deficit con
ditio, & per conſequens ſubſtitutio, & ſimiliter legata a ſubſtitu-
to relicta, & hoc intendit dicere iſte text. ¶ Sed tunc oppo. quòd
illa legata non cenſeantur relicta a ſubſtituto, ſed a pupillo, licèt
veniant ſoluenda poſt mortem eius, vt ſupra l.proxi.§. cum filio.
poſt princ. ibi, vt ab impubere fideicommiſſum. Sol. ibi graua-
men fuit collatum in perſonam pup. expreſsè, licèt poſt eius mor
tem, hic non, ſed ſimpliciter poſt mortem eius: vnde tunc cen-
ſetur relictum a ſubſtitutio, & ſi non haberet ſubſtitutum a ve-
nientibus ab inteſta. ipſius tex. eſt hic cum gloſſ. ſingu. ſecundum
Bar. & hoc eſt vtile: quia in primo caſu non uenit in grauamine
legitima filij, & eod.§. cum filio. ver. neque fideicommiſſo. Se-
cundo ſic, ſi filius mortuus eſt impubes, vt not. Cyn. in l. ex tri-
bus. C. de inoffic. teſta. & Dyn. in l. ſi fundum per fideicommiſ-
ſum.§.fin. de leg. j. & ſic non detrahitur, niſi Falcidia, vel Trebelli.
7 vt not. Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. ¶† Vltimò, quando
ſubſtitutio fuit facta pluribus cum expreſſione nominis collecti-
ui, aut extitit conditio in perſonam vtriuſque, & locum habet
ſubſtitutio, vel in perſonam cuiuslibet de per ſe, ſi ſimul repe-
riantur, vel in perſonam vltimi morientis, ſi diuerſis temporibus,
vt hic. Aut extitit in perſonam vnius tantum, & tunc aut primo
morientis, & euaneſcit ſubſtitutio quantum ad vtrunque, vt C.
eod. l. pen. & ſ. l. proxi. §. pen. licèt ibi loquatur, quando fuit facta
vltimò morienti, ſed idem eſt, vt ſupra dixi. Aut econuerſo exti-
tit in perſonam vltimi morientis, & deficit in perſonam primi, &
tunc de rigore euaneſcit ſubſtitutio de æquitate, & ex coniectu-
rata mente defuncti locum habet in perſonam vltimi tantum, in
qua extitit conditio, & iſte eſt caſus in l. hæredes mei.§. cum ita. j.
ad Trebellianum.

## L E X XLIII.

1 *Subſtitutio exemplaria finitur, ſi ille, cui facta eſt, incipiat poſſe teſtari, uel liberos ſuſcipiat.*
2 *Plures differentiæ inter ſubſtitutionẽ pupillarẽ, & exemplarẽ remiſſiuè.*
3 *Mutus poteſt contrahere matrimonium, nec tunc ſunt neceſſaria uerba. Eius eſt interpretari, cuius eſt condere.*
4 *Quando aliqua qualitas habens tractum ſucceſſiuum alicuius diſpoſitionis, eatenus durat diſpoſitio, quatenus durat illa qualitas, & quid ſi qualitas eſt merè uoluntaria.*
5 *Priuilegium, uel beneficium principis quando ex poſtfacto incipit eſſe iniquum, non eſt ei ſtandum.*
6 *Statutum, quòd mulier non poſſit facere teſtamentum ſine conſenſu uiri, non ualet tanquam iniquum.*
7 *Pater habens filium non legitimum, ſi fecit ipſum legitimari, ut ſibi ſuccedat, & poſtea cœpit uxorem, ex qua ſuſcepit naturales, & legitimos, ꝙ talis legitimatio facta per reſcriptum principis non cenſeatur præiudicare filijs naturalibus, & legitimis: & quid quo ad alios effectus, & quid ſi ille legitimatur per ſubſequens matrimoniũ, uel dationem curiæ.*

1 EX facto. † Subſtitutio exemplaria finitur, ſi
ille, cui facta eſt, incipiat poſſe teſta-
ri, vel liberos ſuſcipiat. h.d. vſque ad §. item quæro. &
2 in hac l. tractatur materia exemplariæ. † quia fuit in-
troducta ad exemplum pupill. quia ſicut illa eſt teſtamentum pu
pilli, ita, & iſta eſt teſtamentum filij, qui alia ratione, quam ætatis
poterat ſibi teſtari: vnde permittitur parenti, ꝙ ſibi teſtetur, & nõ
ſolum patri, ſed etiam matri, vt C. eod. l. humanitatis. & ibi etiam
colliguntur quamplures aliæ differentiæ inter pupillarem, & exẽ-
plariam, & iſtud non poterat fieri, niſi impetraretur a principe,
vt in princ. huius l. ſed hodie per illam l. fieri poteſt ſine impetra-
tione. Et diuide in tres partes, quia primo ponitur thema, & quę-
ſtio, vſque ibi, {oſtendit.} Secundo antequam reſpondeat al-
tius exordiendo materiam, ponit quædam ad euidentiam vſque
ibi {igitur.} Tertio ſoluit quæſtionem adducendo etiam ra-
tiones ſolutionis. Item ſecunda ſubdiuiditur, quia primo poni-
tur vnum dictum vſque ibi, {vt quemadmodum.} poſtea illud
probat per duos caſus ſimiles, & deducitur abſurdum, ſi aliud
diceret, partes de ſe patent, quia text. eſt multum clarus, & no-
tabilis, & pulcher, & in pluribus partibus allegatur. ¶ In text. ibi,
{quæro an rumpatur teſtamentum.} ideſt ſubſtitutio facta fi-
lio, quæ dicitur teſtamentum filij, & trahitur ad omnia bona ip-
ſius, etiam aliunde quæſita, quàm a patre, videbatur, quòd ſic,
quia ſi ipſe filius hic teſtamentum feciſſet per natiuitatem poſthu
mi, qui reperitur præteritus, rumperetur, eodem modo debet
rumpi teſtamentum ſuum factum a patre ſuo, ne ſit maioris effi-
caciæ, quam ſi factum eſſet a ſeipſo, ſed contrarium, quòd poſ-
ſit eſſe maioris efficaciæ: quia videmus in pu. ſubſtitutione, quòd
licèt mater ſit præterita, non habet querelam, nec poteſt dicere
nullum, ut l. Papin.§. ſed nec impuberis. de inoffi. teſt. & tamen ſi
illud teſtamentum factum eſſet ab ipſo filio facto maiore, ſecus
eſſet, quia mater, licèt poſſet conqueri de filio, qui tenetur iure na
turæ ſibi relinquere, non poteſt conqueri de marito, qui teſtatus
eſt pro filio, quia non tenetur ſibi aliquid relinquere, nec de pro-
priis bonis, nec de bonis filij, ut in illo §. ſed nec propter iſtam ra-
tionem emanauit hęc diſputatio, ſed certè nepos ex filio bene po
teſt conqueri de auo, qui teſtatus eſt pro filio, quã auus, etiam ne-
poti tenetur de iure naturæ, & ideo procedit determinatio, quæ
j. ſubijcitur, ꝙ iſte nepos rumpat hanc ſubſtitutionem, licèt ma-
ter pup. rumpere non poſſet: & ideo dico per hanc l. ꝙ ſi contin-
geret caſus ↄ communem curſum naturæ, ꝙ pup. ſuſciperet filiũ
per natiuitatem eius, benè rumperetur ſubſtitutio pup. quia poſ-
3 ſet conqueri de auo. † Not. in hoc prin. ꝙ mutus poteſt ↄhere ma
a trimonium, nec tunc ſunt neceſſaria verba, vt in c. tuæ. de ſponſa.
licèt quando poſſit loqui, ſint neceſſaria, & aliàs non valet matri-
monium, vt ibi not. & l. cum nouiſſimi. C. de præſcri. xxx. an. ¶ In
b tex. ibi, {ſolent interpretari.} no. quia ſemper allegatur, ꝙ eius [b] eſt
4 interpretari, cuius eſt condere, facit l. ab executore. de appe. ¶† In
tex. ibi, {quatenus filius in ea. valetudine, &c.} no. ꝙ quã aliqua qua
litas habens tractum ſucceſſiuum, eſt tñ alicuius diſpoſitionis, ea-
tenus durat diſpoſitio, quatenus durat illa qualitas. hoc verum, quã
qualitas erat neceſſaria ad diſpoſitionem, vt erat hic, & quã diſpoſi
tio non fuerat adhuc effectum finalem ſortita, vt etiam erat hic,
quia ſubſtitutio quouſque filius pendebat. Si autẽ erat merè vo-
luntaria, non neceſſaria, tunc licèt deficiat, non deficit diſpoſitio,
etiam quæ non fuerat effectum ſortita, vt j. ea. l.§. Iulianus. & ſ. e.
l. in ſubſtitutione. & l. cognatis. de reb. dub. Idem ſi erat neceſſaria,
ſed diſpoſitio fuit effectum finalem ſortita. pone exẽplum in ne-
gligentia, quæ eſt cauſa præſcriptionis inducendæ, nam ſi ceſſat an
te finitam. præſcriptionem, præſcriptio non finitur, ſed interrum-
pitur. Si autem poſt finitã, tunc non tollitur præſcriptio. & ad hoc
uide quod no. Dy. in c. factum legitimè. de re. iur. & Cyn. & poſt
5 eũ Bal. in l. generaliter. C. de epi. & cle. † In tex. ibi, {etenim iniquũ.}
no. ꝙ quã priuilegium, vel beneficium principis ex poſt facto inci-
pit efficí iniquum, non eſt ei ſtandum, quia non cenſetur eſſe de
uoluntate principis, ꝙ ei ſtetur cum præiudicio alicuius. facit ca.
ſuggeſtum. de deci. Item facit iſte tex. ad vnum, quod habui de fa
6 cto hoc anno. † ſi ſtatutum diſponit, [c] ꝙ mulier non poſſit facere
c teſtm̃ ſine conſenſu viri, ꝙ iſtud ſtatutum tanquam iniquum, &
auferens teſtamenti factionem non ualeat, ſicut nec beneficium
7 principis, quod ex interuallo auferret, vt hic. ¶ † In tex. (nec enim
d aut patrem.) iſte tex. allegatur ad quæſtionem, ſi pater [d] habens fi-
lium non legitimum, fecit ipſum legitimari. vt ſibi ſuccedat, poſtea
cępit vxorem, & ex ea ſuſcepit naturales, & legitimos, ꝙ legitima
tio rumpatur, & hoc tenuit Dy. Ray. ↄ, quia legitimatio eſt perfe-
cte facta, ergo non debet ex poſtfacto irritari, ſed certè effectus
ſucceſſionis non eſt adhuc ſecutus, ideo videtur, ꝙ ſibi tolli poſ-
ſit. Bar. tenet, ꝙ ille legitimatus ſuccedat unà cum legitimis, ſiue ſit
legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſiue per reſcriptum,
ſecus ſi per dationem curiæ. Mihi uidetur, ꝙ ipſe errauerit, quia
debuit dicere totum econuerſo, nam tex. quem allegat in Auth.
qui. mo. na. eſſi. ſui. §. illud. & §. generaliter. dicunt, ꝙ per reſcriptũ
principis non legitimatur filius, niſi quando deficiunt naturales,
& legitimi: quoniam intentio principis non præſumitur eſſe, ut il-
lis fiat aliqua iniuria, niſi appareat de ipſius contraria intentione,
quia fuit expreſſa mẽtio, ꝙ habebat legitimos, & naturales, & hoc
non obſtante legitimauit. Si autem non fieret expreſſa mentio,
non præſumitur in dubio uoluiſſe illis præiudicare, hoc eſt quan-
do habebat legitimos tempore legitimationis, ꝙ legitimatio non
ualeret tanquam obreptitia in præiudicium legitimorum: idẽ de-
bet eſſe, ſi ex poſtfacto incipiat habere. arg. huius l. non ſic quãdo
legitimatur per ſubſequens matrimonium, uel per dationem cu
riæ, quia tunc legitimatio fit ab ipſa l. unde latior eſt, ut patet in il-
lis tex. quantũ uerò ad alios effectus legitimationis, ut admitta-
tur ad honores publicos, quia hoc non tendit in præiudicium le-
gitimorum, fateor, ꝙ legitimatio non rumpitur, & ita reperio in
conſiliis Oldr. conſ. 170. quod inci. thema tale eſt, quidam Rex.

### A D D I T I O N E S.

a ¶ Mutus poteſt. Adde c. cum apud. de ſpon. Hoſt. in ſum. ti. de matrimonio. in §. quis poſt. Bald. in l. pen. C. qui teſt. fa. poſſ.

b ¶ Eius eſt interpretari. Adde l. omni nouatione. C. de ſacroſ. eccl. l. vlt. C. de leg. l. ſi quis intentione. ff. de iudi. c. inter alia. de ſen. excom.

c ¶ Si ſtatutum diſponit. Adde, quòd hoc dictum. Pau. de Caſt. refert, & ſequitur d. Ale. de Im. in conſi. ſuo 55. co. fi. verſi. in totum. in 2. vol. & in conſ. 55. col. fi. in 1. vol. Fran. Curt.

d Si pater. Adde Iac. de Zochis de Feraria in rep. c. per venerabilem. qui filij ſint legi.

1 *Specialis prouiſio in tempore derogat generali.*
2 *Si unus hẽt iuriſdictionẽ cognoſcendi uſq; in decem libras, & alius uſque in centum, quòd iſte ſecundus non poſſit cognoſcere de cauſa decem librarum.*

*brarum.*

3 *Si aliquis Baro conceſſit alicui monaſterio aliquam Syluam retento uſu uenandi, quòd etiam homines monaſterij poterunt ibi uenari, ſecus ſi eſſet tale, quòd non poſſet competere, niſi uni inſolidum.*

1 **§. Item quæro.** † Specialis prouiſio in tempore derogat generali.h.d.ſic in perſonis,vt
1 s̈.eo.l.cohæredi. §.qui patrem. Et inducitur iſte §. ad quæſtionẽ, ſi vnus habet iuriſdictionem cognoſcendi vſque in x. libras, & alius vſque in centum, quæritur vtrum iſte ſecundus poſſit cognoſcere de decem, quia quod plus eſt, vtique tanti eſt, vt l.cum furti.de in lit.iur.contrarium eſt veritas, quia vſque in x.libras videtur data iuriſdictio ſoli primo, & abinde ſibi ſoli ſecundo, caſus
3 eſt hic, tene menti. † Item pone, quidam Baro conceſſit cuidam monaſterio quandam ſyluam retento vſu venãdi? videtur, quòd non. arg. huius §. quaſi in hoc retento ſolus Baro habet ius propter ſpecialem prouiſionem, ſicut hic ſolus primus ſubſtitutus habet ius ad x.annos. ſed illud procederet, ſi iſtud retentum eſſet tale, quod non poſſet competere, niſi vni inſolidum, ſed iſtud eſt tale, quod poſſet competere pluribus inſolidum, vt l. ſi vt certo.§.ſi duobus.verſic.vſum autem. s̈. commo. & ideo poterunt venari, ſicut Bar.facit l.Lucius.de aqua quoti. & æſti. cum no. & de vſufr.leg.l.ſi alij.

1 **§. Lucius.** † Si filius ſit in primo gradu præteritus, in ſecundo inſtitutus, vel exhæredatus, incipit teſtamentum a gradu ſecundo.h.d.cum l.3.§.fina.de liber.& poſthum.ſed ibi loquitur ſolum, quando fuit exhæredatus a ſecundo, hic etiam quando inſtitutus, & hoc addit ad illum §. econuerſo ſi in primo eſſet inſtitutus, non eſſet neceſſe, quòd a ſecundo eſſet inſtitutus, vel exhæredatus, ut l. ſi poſthumus. §. quòd vulgo.de lib & poſthum.ſi uerò exhæredatus, tunc eſſet neceſſe, ꝙ etiam in ſecundo exhæredetur, aliàs non valeret, ut ibi, & l.ſi a primo.eod.tit.

---

1 *Qui ſemel fuit hæres, licèt ei, ut indigno auferatur hæreditas, uel ipſo iure hæres eſſe deſinat, uocatur tamen ad ſubſtitutionem per hæc uerba-quiſquis mihi hæres erit.*

2 *Indignitas non reddit quem incapacem ipſo iure, ſed in effectu, quia poteſt adire, & hæres effici, licèt ſibi auferatur, hæreditas.*

*An poterat repudiare, uel deſinere adire, ut fiſcus ſibi non auferat, ſed ueniat ad cohæredem.*

3 *Ille, cui aufertur hæreditas tanquam ab indigno, non deſinit hæres eſſe ipſo iure, ſed remanet ſibi nomen, quod ſufficit ad confirmationem eorum, quæ in teſtamento ſunt relicta, & debentur a fiſco.*

4 *Qualitas non neceſſaria, ſub qua fuit quis uocatus, licèt deficiat, non tamen deficit uocatio.*

5 *Debet quis puniri in eo, in quo deliquit, aliquando tamẽ punitur in plus ex cauſa legitima.*

*Delictum commiſſum erga rem illam non egredietur.*

*Si ille, qui effectus eſt hęres, poſtea perueniat in ſeruitutem hominis, quòd deſinat eſſe hæres ipſo iure, in tantum quòd ſibi non remaneat etiam nomen hæredis, quantum ad ius.*

1 **§. Iulianus.** † Qui ſemel fuit hæres, licèt ab eo poſtea fuit ablata hæreditas, tanquam ab indigno, vel etiam deſierit hæres eſſe ipſo iure, nihilominus admittitur ad ſubſtitutionem factam per hæc verba, quiſquis mihi hæres erit. hoc dicit vſque in fin.& multum allegatur iſte §.a pluribus. ¶ In text.ibi { partem. } ſupple ideſt partis ſuæ, in qua fuerat inſtitutus, puta dimidiam ſuæ dimidiæ. ¶ In text.ibi, { pro qua ſcriptus fuit. } puta pro tota dimidia, non autem pro dimidia dimidiæ, quę ſibi remanſit: & reſpondetur pro prima parte, quòd admitteretur ad integram dimidiam, licèt de hæreditate paterna non remanſerit
2 ſibi, niſi dimidia dimidiæ. ¶ † In tex. ibi (reſpondi, qui in fraudem, &c.) not. tex. qui ſemper allegatur, quòd indignitas non reddit quem incapacem ipſo iure, ſed in effectu, quia poteſt adire, & hęres effici, licèt ſibi auferatur hæreditas. Sed quid ſi non vult adire, ſed repudiat ad hoc, vt fiſcus ſibi non auferat, ſed ueniat ad cohæredem, uel ad uenientes ab inteſta. Reſpondeo nihilominus fiſcus eam aufert, quia eo ipſo, quòd eſt indignus, cenſetur repudiare in fraudem fiſci, qui non poteſt ſibi præiudicare, ita notatur in l.ſi ſequens. infra ad Syllania.per Docto.& fiſcus præfertur etiam ſubſtituto uulgari, non ſolum cohęredi, uel uenienti-
3 bus ab inteſtato, ut not.Bartol.in l.prima.ſupra eod. ¶ † Item not. quòd ille, cui aufertur hæreditas tanquam ab indigno, non deſinit hæres eſſe ipſo iure, ſed remanet ſibi nomen, & hoc ſufficit ad confirmationem eorum, quæ in teſtamento ſunt relicta: ideo debentur a fiſco ad quem tranſeant bona, ut infra ad Trebell.l.mater. §.fina. & adde quod notatur per gloſſ. in l. his conſequenter. §.j.ſeu in princ.s̈.famil.erciſcun. & authen.liberi: C.de epiſcop.au
4 dient. ¶ † In tex. ibi. (vnde ergo.) quòd licèt deficiat qualitas, ſub qua quis fuit uocatus, non deficit uocatio, quia ſufficit, quòd ſemel auferat, ſed contra de princip.huius legis. Solutio.ut ibi dixi, quia qualitas erat neceſſaria ad actum, hic non, poterat enim te-
5 ſtator ſubſtituere etiam illos, qui non eſſent ſibi hęredes. ¶ † In tex.ibi, (ſatis enim.) notatur, quia ſemper allegatur, quòd quis de-
a bet [a] puniri ſolum in eo, in quo deliquit, & delictum commiſſum erga rem illam non egreditur. concordat infra de his quibus ut indign.l.reſcriptum. commiſit hoc enim delictum ſolum in hęreditate paterna, in qua fidem tacitè accommodauit: unde non debet puniri in plus, quàm quòd tacitè accommodauit. Aliquando tamen quis punitur in plus ex cauſa legitima, ut l.ſi uendicari. C.de pœnis.eodem titu.l.præſes.& l.quid ergo. §. pœna grauior. de infam. ¶ In tex.ibi (in ſeruitutem redactus.) not.quòd ſi ille, qui effectus eſt hæres, poſtea perueniat in ſeruitutem hominis, quia uendidit ſe ad pretium participandum, deſinit hæres eſſe ipſo iure, intantum quòd ſibi non remanet, etiam nomen hæredis quantum ad ius, quia cum ſit iuris ciuilis, non cadit in ſeruo, qui habetur pro mortuo & pro nihilo reputatur, ut l. quod attinet. de regul.iuris.ex quo ſequitur, quòd ſi erat ſeruus à princip.cum adiuit iuſſu domini, non efficitur hęres quantum ad ius, ut ſibi acquirantur iura directa, ſed acquirunt ipſi domino immediatè. quod dicitur per Bartol. in l.cum filio. de legat. j. tamen bene remanet ſibi nudum nomen hæredis quantum ad factum, quia inſtitutus de facto: & iſtud nomen prodeſt ſibi, quia ſi poſtea efficiatur liber, admittitur ad ſubſtitutionem factam per uerba, quiſquis mihi hæres erit. ut eſt hic caſus, & ſupra eod.l.qui liberis. §.hæc uerba. Sed contra, quòd non admittatur, quia reputatur nouus homo, ut infra de condition.& demonſtratio.l.interdicitur. in fine. Solut.illud uerum, ſi eſſet effectus ſeruus pœnæ, ſecus ſi efficiatur ſeruus hominis, ut hic. Sed contra, quod etiam ſeruus pœnæ idem ſit, ut l.prima cum l.ſequen.infra de contratab.Solutio.illud quod ſupra dixi procedit, quando quis ſperabat admitti ad aliquod commodum ex diſpoſitione teſtatoris, tanquam hæres: quo caſu ſi ſemel fuit hæres, & poſtea deſinit, quia fuit effectus ſeruus: & poſtea recuperat libertatem, antequàm eueniat conditio, diſtinguendum eſt, ut ſupra. Si autem ſperabat uocari ex diſpoſitione legali, tũc indiſtinctè admittitur, dummodo poſtea non ſolum recuperat libertatem, ſed etiam recuperat gradum, quem perdiderat, antequam deferatur hæreditas, ut d.l.j in fi.cum l.ſequen.& uide omnino per Bart. ¶ In glo. quæ incipit ſic ſupra. ibi. (de acquir. hęred.l.ſi totam.) dic quòd ibi loquitur in iure accreſcendi, quod ſequitur portionem: ideo ſi quis perdat portionem, perdit etiam ius accreſcendi hic loquitur in ſubſtitutione, quæ concernit perſonam ſubſtituti. unde ſufficit, quòd ſemel habuerit portionẽ ratione, cuius fuerit uocatus, licèt poſtea ipſam perdiderit, ut non perdat ius uocationis.

ADDITIO.

a Quòd quis debet. Adde auth.omnes peregrini. C.ad l.Iul.de ui publ.uel priua.c.literas.de temp.ord.c.ſi.de imm.eccl.& c.inter.de tranſla.præla.

---

LEX XLIIII.

1 *Acceſſorium non confirmat principale.*

2 *Pupillus ſi repudiauit hæreditatem cum author.tuto.an ſubſtitutus poſſit adire ex tacita uulgari, ut confirmetur paternum: quòd ſic.*

1
a **EX pupillari.** † Acceſſorium [a] non confirmat principale, hoc dicit, facit l.quod per manus. C, de iure codicill. & l.ſi pacto. C. de pactis. ubi ſtipulatio pœnalis non ueſtit pactum principale: & pone exemplum hic, quòd inſtitutus in paterno non adiuerat adhuc hæreditatem, & ſic relicta in eo nondum incœperant habere robur: ſubſtitutus pupill. uolebat adire ex pupill. ad hoc ut confirmaretur paternum, & ea quæ in ipſo diſpoſita erant. certè hoc non poteſt fieri, ſed econuerſo fiendum eſt,
2 ut l.2.§. ergo. ſupra eod. † Sed quid ſi pupill. repudiauit hæreditatem cum authoritate tutoris, & ſubſtitutus uult adire ex tacita uulgari, ut confirmetur paternum, utrum poſſint? Docto. antiqui dixerunt, quòd non. pro quibus facit iſta l. quia dicunt, quòd illa tacita uulgaris requirit confirmationem, ſicut pupill. per aditionem alicuius alterius ex inſtitu per l apud Iulia. §.j. ad Trebell. ¶ In contrarium eſt ueritas, ut dixi ſupra eod. l.lex Cornelia. ubi Bart.ponit, & etiam l.j.

ADDITIO.

a Acceſſorium. Adde regulam acceſſorium de reg.iur.lib.6.

---

LEX XLV.

1 *Subſtitutio breuiloqua facta in perſonis imparib. continet ſolã uulg.uẽ,*

*ſi paribus continet etiam pupill. arem, quæ matrem excludit.*

2 *Breuiloqua ſubſtitutio alio modo uocatur reciproca, & quas ſubſtitu-*
*tiones contineat.*
*Filius naturalis, licèt exiſtente filio legitimo non poſſit inſtitui, niſi in*
*uncia, poteſt tamen uulgariter ſubſtitui legitimo, & naturali in totũ,*
*& quid in ſpurio.*
4 *Expreſſa uulgaris quando non contineat tacitam pupillarem.*
5 *Subſtitutione breuiloqua duobus impuberibus facta an expiret pup. quo*
*ad unum ſi primò factus eſt pubes, an etiam expiret quo ad alterum.*

1 LVcius. † Subſtitutio breuiloqua duobus im-
puberibus facta, quorum vnus eſt in
poteſtate, alter non, continet ſolam vulgarem: ſed ſi
vterq; eſt in poteſtate, continet etiam pupil. quæ ma-
2 trem excludit. h. d. vſq; ad §. fi. † Et in hac l. Bart. ponit materiã bre-
uiloquę, quę alio modo appellatur reciproca, & continet ſubſti-
tutiones directas duntaxat, niſi eſſent collatę poſt mortem inſtitu
torum, quia tunc cõtineret etiam fideicommiſſarias, vt dixi ſ. eo.
l. iam hoc iure. §. j. ¶ In tex. ibi, (inſtituit.) ſicut naturalem in vncia
tm̃, quia non in plus poterat inſtitui exiſtente legitimo, & natura-
li, vt l. 2, C. de nat. lib. & in reſiduo inſtituit legitimum, & naturalẽ,
& per hoc eſt expedita gl. 2 quę inci. vulgarem. ¶ In tex. ibi, (eoſq;
inuicem ſubſtituit.) iſta ſubſtitutio eſt vulgaris tm̃, vt ). patet, & iſte
3 tex. vult, ꝙ valeat. † Et ſic not. ꝙ licèt naturalis filius exiſtente filio
legitimo non poſſit inſtitui, niſi in vncia, poteſt tamen vulgariter
ſubſtitui legitimo, & naturali in totum, ſed cõtra de eo, quod no
glo. in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. in fi. quæ vult, ꝙ cum per vul
garem, & per fideicommiſſariam ſuccedatur teſtatori, ſicut per
inſtitutionem, ſicut non poteſt inſtitui, ita nec ſubſtitui vulgariter
vel per fideicommiſſum. Solu. ſi eſſet ſpurius omnino incapax, in
omnem caſum, & euentum procederet contrarium, ſed ſi eſt na
turalis, & ex concubina, qui eſt incapax, vltra vnam vnciam exiſtẽ
te legitimo, & eo non exiſtente eſt capax in totum ex teſtõ, vt in
auth. licèt C. eo. tit. ſicut poſſet in totum inſtitui non exiſtente le-
gitimo, ita & nõ poteſt ſubſtitui legitimo in caſu, in quo legitimus
nolit eſſe hæres, quia perinde eſt, ac ſi non eſſet in rerum natura,
& iſte eſt caſus hic, quem perpetuo tene menti ſecundum Bal. &
Ang. & tetigi in l. ſi is qui. ſ. eod. Sed contra, quia hic extabat vxor
teſtatoris, quę reddit ipſum incapacem, vt d. auth. licèt. Sol. ſecun
dum eundem Bal. verum eſt ab inteſtato, non ex teſtamento, qđ
etiam no. ſi ergo ipſe filius legitimus repudiaſſet hæreditatem, be
nè admitteretur iſte naturalis ex vulgari, ſed hoc debet intelligi, ꝙ
adiuit, vel ſaltem non repudiauit, & ſic eam tranſmittit iure ſuita-
tis ad matrem hęredem eius ab inteſtato excluſo fratre vulgari-
ter ſubſtituto. nam hic non fit mentio, ꝙ adiuerit, & de hæredita-
te iſtius non poterat eſſe quęſtio inter matrem, & fratrem natura
lem, niſi propter hæreditatem paternam, quę erat in ea, cum alia
bona non potuiſſet habere: & ideo eſt hic caſus, ꝙ datio ſubſtitu-
ti vulgaris, vel etiam cohęredis non impedit tranſmiſſionem hæ-
reditatis, quę fit ratione ſuitatis ſecundum Ange. licèt Bart. teneat
contrarium in l. j. ſ. eod. per illam communem opin. quia per talẽ
dationem tollitur exiſtentia ſui hæredis: quod non eſt verum, vt
dixi in l. ſi filius heres. de liber. & poſth. ¶ In tex. ibi, (ſi eiuſdem ęta
4 tis liberi.) ſubaudi in poteſtate conſtituti. ¶ † In gloſſ. ſuper verbo,
(duplex.) in fin. ibi (nec enim eſt hic tacita.) ſed contra, immo hoc
fit in primo caſu huius l. quædam tacita pupill. nam certum eſt, ꝙ
eſt vulgaris expreſſa, ergo & tacita pupillaris. ſed reſpondetur, ꝙ
immo hoc caſu expreſſa vulgaris non comprehendit tacitam pu
pillarem, quia facta fuit in forma reciprocæ, ſecus ſi nõ in hac for-
ma, ſed ſimplicis vulgaris: quia iſte naturalis fuiſſet ſubſtitutus vul
gariter legitimo, & naturali, tunc enim benè comprehenderet, vt
ſ. eod. l. iam hoc iure. verſic. (hoc itaque.) non tamen admittere-
tur contra matrem, ſed ſi mater non eſſet, benè vocaretur ſubſti-
tutus, & hoc caſu potuerunt iſti benè dicere, ſed quando fit in per
ſona reciproce perſonis imparibus, natura vulgaris comprehen
dit tacitam pupill. & vna determinatio reſpiciens plura determina
5 bilia pariter ea determinat. ¶ † In glo. ſeq. in fin. dummodo ambo
ſint impuberes. ſed quid ſi ille, qui habebat vndecim annos, effe-
ctus eſt pubes, & ſic expirauit pupill. quo ad eum, an expirat etiã
quo ad alterum? videtur, quòd ſic, quòd illud, quod impediebat
a princ. eam includi. ſ. maior ętas, debet ex poſt facto eam finire,
& hoc tenet Dyn. quia peruenit ad caſum, a quo non potuit inci-
pere, antequam ſortiretur effectum finalem, iuxta no. per eum in
cap. factum legitimè. de reg. iur. contrarium communiter tenent
Doct. quia ſufficit, quòd fuerit ęqualitas a princ. & ſic fuerit com-
prehenſum vtrunque, vnde inęqualitas ſuperueniens non vitiat,
ar. ſ. de duo. re. l. ea. §. ſi quis iuncta l. duobus. & C. de nup. l. pen. ſ.
de pac. l. ſi conuenerit. & ad Carb. l. 3. §. ibidem. hoc ſi ſuperuenit
inæqualitas ſine facto teſtatoris, ſecus ſi facto eius, vt ſi vnum ex
impuberibus emanciparet, nam faceret finiri ſubſtitutionem
quo ad ambos, arg. ). de adi. leg. l. alter. & ſi ſponte emancipauit,
ſecus ſi coactus fuit, ſicut in ſimili dicimus in l. fideicommiſſa. §. ſi
rem. de leg. 2. quando teſtator alienat rem legatam, & quæritur,
an videatur reuocaſſe legatum. nam diſtinguitur an ſponte, an
ex neceſſitate. ¶ In gloſſ. quæ incipit {hanc dicimus.} ibi {for-
tè.} ideo iſta ratio, licèt ſit bona, non tamen eſt neceſſaria in re-
ciproca, nec in compendioſa, poſtquam pup. comprehenſa in
iſtis dicitur expreſſa, vt ſupra dixit gloſſ. quod intellige, ſcilicet ver
bis generalibus: nam expreſſa pup. excludit matrem, etiam ſi fuit
ſubſtitutus penitus extraneus, vt l. Papinian. §. ſed nec impuberis.
de inoffic. teſt. ſed eſſet utilis iſta ratio in pup. omnino tacita com
prehenſa in expreſſa vulgari, quæ matrem non excludit regula-
riter, vt l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſecunda fit, quando ex conie-
cturata mente defuncti apparet de contraria intentione eius, &
inter aliàs coniecturas eſt æqualitas pſonæ ſubſtituti, quia eſſet fi-
lius teſtatoris, quem præſumitur magis dilexiſſe, quàm vxorem,
& hoc decidit gloſſ. in l. precibus. in fine ult. gloſſ. quam ſequitur
Bar. licèt Bald. videtur aliter ſentire, ſed præcedens opi. quaſi per
omnes approbatur, ideo ab ea non recedas propter verba Bal.
licèt viderim conſilia quorundam, qui attraxerunt opinio. Bald.
ad ſuam intentionem.

§. Paulus. Ex virtute ſubſtitutionis reciprocæ non admittuntur hæredes præmortuorum, ſed ſuperſtites tantum. h. d. ſecundum Bald. declara, vt dixi ſupra. eo. l. ſed ſi plures. in princ. ſecundum quæ intellige gloſſ. hic poſitam, dum loquitur de iure accreſcendi. in text. ibi, {ad eum ſolum.} uidebatur contrarium, quia ſi iſta ſubſtitutio reciproca facta nõ fuiſſet, hæredes præmortuorum venirent unà cum ſuperſtite ad portionem deficientem per ius accreſcendi, ut infra de legi. hęr. l. ſi ex pluribus. unde uidebatur, quòd non deberent eſſe deterioris conditionis ex eo, quòd mortui fuerunt ſubſtituti: quia ſubſtitutio nõ tendit ad derogandũ iuri accreſc. ſed potius ad roborandum, ut colligitur ex l. penult. uerſic. (ſed ſi ergo.) ſupra de iniuſt. teſt. & iſta erat ratio dubitandi, ſed non obſt. quia procederet, ſi illi uiuerent, & tunc haberent utroque iure, ut l. ſi quis hęres inſtitutus. ). de acquir. hęred. ſed quia ſunt præmortui, & non potuerunt tranſmittere ſpe ſubſtitutionis, cum ſuperſit unus, qui poteſt ex ſubſtitutione uenire, præfertur hæredibus præmortuorum, qui non poſſunt uenire, niſi per ius accreſc. quia ſubſtitutio illi iuri pręfertur, & in hoc ſtat deciſio huius §.

---

## LEX XLV.

1 *Conditio iſta, ſi mihi hæres erit. qualiter uerificetur.*
2 *Verba debent intelligi per prius, & non per poſterius, quando ſic poſſunt*
*intelligi ſanè, & potius immediatè, quàm mediatè.*
3 *Si egi petitione hæreditatis aſſerẽs me hæredem Titij poſtea probo, quòd*
*ego ſum hæres Sempronij, & quòd Sempronius fuit hæres Titij, ſufficit*
*mihi ad intentionem meam.*
*Verba libelli debent intelligi, prout mihi magis expedit.*

1 PAterfami. † Verba iſta, ſi mihi hęres erit.
uerificantur etiam, ſi efficitur
mihi hæres ex pup. ſubſtit. & ſic non immediatè, ſed
mediante pupil. qui mihi hæres extitit. h. d. & non eſt
alibi ſecundum Dyn. & id, quod reddit eam notabilem, patebit
ex ſequentibus. ibi, (mihi hęres erit.) iſta uerba faciebant dubiũ,
quia iſte frater fuerat ſubſtitutus poſthumo uulgariter, & pup. ut
patet ſupra dum dicit, ſibi uel filio, quia uerbum, ſibi, denotat
uulgarem. uerbum filio. pupill. & etiam patet ). dum dicit, ſibi
in utrunque caſum, modo uidebitur, quòd iſta uerba, ſi mihi hæ
res erit. referantur ad caſum uulgaris, quia per eam propriè effi-
citur hæres teſtatori, & immediatè, ſed iſte non ſucceſſit ex uul-
gari, quia poſthumus inſtitutus fuit hæres, ſed ſuccedit ex pup. &
ſic efficitur hæres primo teſtatori, non propriè, nec immediatè,
ſed mediante pup. per illam regulam. hæres heredis. per l. fin. C. de
2 hęred. inſtitut. & ſic non uidebitur impleta conditio, † quia uer-
ba debent intelligi per prius, & non per poſterius, quando ſic
poſſunt intelligi ſanè, & potius immediatè, quàm mediatè, ſed
contrarium determinatur, quòd immo conditio eſt uerifica-
ta, quia non refert, quamuis fuerit hęres immediatè, uel me-
diatè, ut in fin. & hoc procedit ex eo, quia de illo medio teſtator
cogitauit, cum ipſum pupillariter ſubſtituerit, & ſic eſt hæres pu-
pil. & in conſequentiam teſtatoris ex diſpoſitione ipſius teſtato-
ris: & in hoc fundatur deciſio huius l. ſecus ſi eſſet hæres heredis
nõ ex diſpoſitione teſtatoris, ſed illius heredis, uel ex diſpoſitione
legali, quia iſto medio teſtator non pręſumitur cogitaſſe; & ita
loquitur l. qui liberis. §. hęc uerba. ſ. e. ut ſi iſte frater fuiſſet ſub-
ſtitutus uulgariter tantum, & poſtea ſucceſſiſſet huic inſtituto ab
inteſtato, quia mortuus eſſet poſt pupillarem ęta. nam tunc con
ditio non eſſet impleta, quia non fuit hæres ex uulgari, nec ex pu
pill. expreſſa, uel tacita: unde tunc conditio non eſſet impleta, quia
uerba illa, ſi mihi hæres erit, debent intelligi ex teſtõ, ut l. ſi quis
teſtamento. & ibi no. ). ſi quis omiſ. cau. teſt. & tamen in hoc ſtat
nota-

notabilitas huius l.ſecundum ꝙ ſentiunt Doct.verba ergo illa,q.ſ.
quis mihi hæres erit. comprehendunt illum, qui eſt heres ex vul-
gari. vt ſ.eod.l. ex duobus. §.j. vel ex pupill. per hanc l.ſecus ſi alio
5 modo præter voluntatem defuncti,vt in §.hæc verba.†Item facit
iſta l.ſecundum Bart.in l.ſi quis filium.in fin.de acqu.hæred.quòd
ſi egi pet.hær.aſſerens me heredem Titij,poſtea probo,quòd ego
ſum hæres Sempronij,& quòd Sempronius fuit hæres Titij,ſuffi
cit mihi ad intentionem meam; quia verba libelli debent intelligi,
prout mihi magis expedit, vt l.ſi quis intentione.de iudic.& ibi no
ta.& l.inter ſtipulantem.§.j.de verbor.oblig.& etiam ibi not.& ſic
debent intelligi immediatè, vel etiam mediatè, ſecundum quòd
poſtea probauero.

## LEX XLVI.

1 *Spes ſubſtitutionis pupilla.non tranſit ad hæredem.*
2 *Spes ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredem, præterquam ad hære-
dem, ad quem tranſmittens habet ex iudicio defuncti.*
*Hæreditas non delata quòd non tranſmittatur.*
3 *Filiæ impuberi inſtitutæ, ſi fiat ſubſtitutio compendioſa,quandocunq; de
cederet antequam nuberet,an intelligatur,id eſt,antequam nubilis ſit.*
4 *Si prima ſubſtitutio fuit pupillaris,ſed ſecunda fideicommiſſaria,an defi-
ciente prima fiat locus ſecundæ.*

1 QVi habebat. †In hac l. verſic.{quæro.} ha-
betur duplex litera. nam qui-
dam habent (filia impubes.) quidam habent(pubes.)
ſecundum primam literam.h.d.ſubſtitutus mihi pup.
non propterea cenſetur tibi ſubſtitutus pupill.ergo pupill. ſubſti-
tutus eram, & ideo ſi prior ego deceſſi, licèt in pupillari ętate, &
ſic ille mihi ſucceſſerit ex pupill.ſi poſtea ſimiliter tu decedas, non
poteſt venire ad hæreditatem tuam,tanquam tibi ſubſtitutus,nec
etiam ex tranſmiſſione per me facta, quia ſpes ſubſtitutionis pup.
non tranſmittitur ad hæredem,etiam quem ſubſtitutus habuit ex
iudicio defuncti.h.d.notabiliter,& eſt difficilis & ſubtilis.In tex.ibi
{filiam eidem ſubſtituit.}iſta fuit prima ſubſtitutio pupil.facta filio
de filia exhæredata. ¶In tex. ibi {antequam nuberet.} gl.exponit.
i.nubilis eſſet,& bene,& ſic in pupill.ęta.nam cum iſta filia eſſet ex
hæredata.non potuit ſibi alia ſubſtitutio fieri,quàm pup. & ſic ne
ceſſariò illud verbum debet ſic exponi,& iſta fuit ſecunda ſubſtit.
pupill. facta filiæ exhæredatæ de vxore, & ſorore teſtatoris. ¶In
tex.ibi, {filia impubes prior deceſſit,} & ſic ibi ſucceſſit vxor,& ſo
ror ex pupillari.¶In fi.ibi,{iure ſubſtitutionis.}iſtud poteſt intelligi
dupliciter,primo an ſuccedatur ſibi antequam illi ſubſtitutæ,ſecū-
do an ſuccedant ſibi tanquam hæredes iſtius pupill.ex ſubſtōne ex
eo,ꝙ ad eos fuerit tranſmiſſa ſpes illius pupill. quam habebat pup.
quæ fuerat ſubſtituta pupill.& breuiter determinatur,quòd non,
& ſic neutro iſtorum modorum poſſunt iſti ſuccedere illi pupil-
lo,deuenit ergo hæreditas illius ab inteſ.ad proximiores,puta ma
trem ſuam,ſi erat ex alia vxore.Sed ꝯ,ꝙ immo iſta vxor,& ſoror
poſſunt venire primo modo tanquam illi pupill.ſubſtitutæ, poſt-
quam fuerant ſubſtitutæ pup.quæ erat illi pupill.ſubſtituta,vt j.eo.
l.cohæredi.in princ.& l.fin.Titius.Sed ibi reſpondetur,ꝙ ibi loqui
tur in vulgari,quæ fit in vna, & eadem hæreditate, vnde ſi habeat
portionem vnius neceſſario habet etiam portionem alterius, ne
ille decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,hic loquitur
in pup.quæ fit in hæreditate pup.vnde prima fuit facta in hæredita
te iſtius pupill. de filia exhæredata, ſecunda in hæreditate iſtius fi-
liæ exhæredatæ,& non eſt inconueniens, ꝙ iſta filia decedat teſta
ta,quia mater,& ſoror ſibi ſucceſſerint ex pupil.& pup. poſtea de
cedat inteſtatus,q̄a mater & ſoror non vn̄r ſibi ſubſtitutæ,vt no.
ſ.eod.l.quia duos.in 2.glo.fin. Item ꝙ poſſint venire ſecundo mo
do.ſ.ex iure tranſmiſſo videbatur,quia mater,& ſoror erant hære
des iſtius filiæ ex pupill.& ſic ex iudicio defuncti,vnde videbantur
melioris conditionis,q̄ ſi præter iudicium,arg.ſ. l.proxi.& ſic ſpes
ſubſtitutionis ad eas fuerat tranſmiſſa, licèt ad alios non tranſmit
tatur.l.Lucius.in fi. ſ.eod. ſed certè in hoc non ſunt melioris con-
ditionis propter naturam hæreditatis, quæ eſt, ꝙ adita non tranſ-
mittit, multò minus ſi non eſt delata, & hic nondum erat delata
huic filiæ,quando deceſſit,quia frater ſuus adhuc viuebat,& iſtud
additur per iſtam l.ad alias dicentes ſpem ſubſtitutionis non tranſ-
mitti ad hæredes, loquitur autem hic in pupill. quæ ſemel habuit
originem, quia iſta filia exhæredata erat in rerum natura, idē fuit
determinatum diſputādo,ſi nunquam habuit originem,vt ſi fuit
ſubſtitutus poſthumus naſciturus, & illi poſthumo fuit ſubſtitu-
tus Titius pupill.& non naſcatur, & ſic pupill. facta de poſthumo
nō habuerit originem, ſi poſtea decedat pupillo, cui poſthumus
erat pupill.ſubſtitutus, ille Titius non vocatur ad eius hæreditatē,
tanquam ſibi pupill.ſubſtitutus,vt refert Ioan.And.in addit.Spec.
de teſtam.§.primus qui.in addit.quæ incip.huic quæſtioni.p̄ hanc
l.quid autem in fideicommiſſaria? dic,vt not.in l.quandiu. de acq
hęre. per Bart. & iſtam primam lect.ſecundum iſtam literam im-
pubes,ſentit glo.ſuper verſi.pertineat,& etiam glo.ſequens ſuper
ver.pertinere.in princip. ſecundum aliam literam, quæ eſt pubes,
quam ſentit gl. quæ incip.igitur.& etiam glo.fi.in fi.clarum eſt, ꝙ
ſi iſta filia deceſſit pubes, tunc expirauit ſubſtitutio pupilla. vltima
facta ſibi de matre,& ſorore,nimirum ſi poſtea præfata mater, &
ſoror non vocantur ad hæreditatem filij maſculi poſtea deſcedē-
tis in pupillari ętate, quia cum expirauit pupill. in qua ipſæ fuerunt
ſubſtitutę filię, & ratione cuius videbantur admittendæ ad hære-
ditatem filij, vel tanquam ſubſtitutæ, vel iure tranſmiſſiuo,ſecun-
dum ea,quę ſupra dicta ſunt,non poſſunt vocari,quia deficit cau
ſa propter quam videbantur vocandę. ipſę enim non erant ſub-
ſtitutę dicto filio, ſed ipſa filia exhæredata: & iſta ſecunda ſubſti-
tutio videbatur, quòd faceret eas admitti ad hereditatē filij, quæ
tamen deficit: ergo &c. ſecundum hoc innuit a contrario ſenſu,
quòd ſi non defeciſſet,quia illa filia deceſſiſſet impubes, tunc be-
ne admitteretur iſta mater, & ſoror ad hæreditatem filij, & ita in
nuit glo.fin.dum dicit. Reſpōdetur,hic deficit conditio,qua vxor
& ſoror erant ſubſtitutæ, ergo a contrario ſi non defeciſſent, ad-
mitterentur,& ſic iſte intellectus eſt contrarius lect.præcedē.quę
vult,quòd non admittantur.Bart. tenet ſecundum, quòd admit-
tantur,non dico tanquam ſubſtitutę,ſed iure tranſmiſſo.†Nec ob
2 ſtant iura dicentia, quòd ſpes ſubſtitutionis non tranſmittitur ad
heredem: quia verum eſt, preterquam ad heredem,ad quē tranſ
mittens habet ex iudicio defuncti, & eſt ſubſtitutus pupil.ad illum
enim tranſmittitur, vt in hoc textu a contrario ſenſu, inquantum
habetur in litera,pubes.q.d.ſecus impubes,& aſſignat Bart.ratio-
nem, quia teſtator uoluit, quòd ſubſtitutus in hereditate illius fi-
lię exheredatæ inueniret etiam hæreditatem filij, quia cogitauit,
quod illa ſuccederet primo filio ex pupill.& poſtea ſibi ſuccedere
tur per matrem,& ſororem ſimiliter ex pupill.& ſic voluit eas ha
bere utranque hereditatem. licèt ergo non habuerint heredita-
tem filię, quia deceſſit pubes. ſ.ex pupill.ſubſtitutione, ſed ab inte-
ſtato habeant hereditatem filij,& ita reperio Bart.conſuluiſſe.Sed
iſta opin.non videtur mihi tuta,quia non debet hic ſumi argum.a
contrario ſenſu vbi repugnat iuris ratio, quæ eſt, quòd hereditas
non adita non tranſmittitur, multo minus non delata. tene ergo
3 præcedentem,quę eſt tutior.¶†Vltimò quęro,quid ſi filię impu-
beri inſtitutę fiat ſubſtitutio compendioſa, quandocunque dece-
deret antequam nuberet, qualiter intelligitur illud uerbum:& ui-
detur hic tex.cum glo.ꝙ intelligitur,ideſt antequam nubilis ſit, &
ſic ſolum uſque ad pupill.ętatem:ſi ergo decēdat poſt,ſubſtitutus
non admittetur ex fideicommiſſaria ſubſtitutione. contrariū dic,
quòd illud uerbum intelligitur,antequam de facto nubat,per l.fi.
C.de his,qui uen.ęta.imper.Nec obſtat, quia iſta filia erat exhere-
data,& ſic non poterat ſibi fieri ſubſtitutio,niſi uſque ad pup.æta.
nos loquimur,quādo erat inſtituta, & ſic poterat fieri etiam poſt
ſ.fideicommiſſaria.ſi ergo moritur,antequam ſit nubilis,ſuccedet
ſibi ex pup.ſi poſt.tunc ex fideicommiſſaria.ſi facta fuerit per uer
4 bum commune, ut l.precibus. C.eod.† Item quid ſi prima ſubſti-
tutio fuit pupill.ſecunda uero fuit fideicommiſſaria, an deficiente
prima,fiat locus ſecundę?uide omnino Bart.in l.quandiu.la terza.
j.de acq.hær.iſta enim loquitur,quando utraque pupill.& l.cohę
redi.& l.ſi Titius.ſ.eo.quando uulgaris.Iſta lex remanet benè de-
clarata in ſuis lecturis,quam non reperies alibi ita declaratam, ne-
que examinatam,&c.

## LEX XLVIII.

1 *Subſtitutio uulgaris,ſi pluribus ſit communis,quando habeat locum.*
2 *Si tu,& ego fuiſſemus inſtituti,& ſi hæredes non eſſemus,Mæuius fuiſſet
nobis vulgariter ſubſtitutus, qualiter inter nos habeat locum ius accre
ſcendi, ſi vnus repudiat.*

1 SEruum. †Quando ſubſtitutio uulgaris facta eſt com
munis duorum, uel plurium, locum habe-
re poteſt,ſi ſeruus iuſſu unius adiuit,& iuſſu alterius repudia
2 uit in portionē repudiata.h.d.¶†Opp.extra glo.ſi tu, & ego
fuiſſemus inſtituti, & ſi hæredes non eſſemus, Męuius fuiſſet no-
bis uulgariter ſubſtitutus,& tu adires,& ego repudiarem,non fie
ret locus ſubſtituto,etiam in portione repudiata, ſed accreſceret
tibi,quia ſubſtitutio cenſetur facta ſub nomine collectiuo, ſi neu-
ter noſtrum erit hæres, ut conſeruetur inter nos ius accreſcendi,
ut l.quamuis. C.eod. ſecundum communem intellectum. idem
ergo debet eſſe,ſi fuit inſtitutus ſeruus communis noſter, quia re
preſentat noſtras perſonas,& tamen hic dicitur contrarium. Sol.
iſta erat ratio dubitandi hic,& ideo eſt notabil.l.aliud eſt, quando
nos fuimus inſtituti,& ꝯiunctim fuit facta nobis ſubſtō,cenſet̄ fa-
cta cuilibet noſtrū ſeparatim,ut patet ex iſto tex.iuncta l.& Procu
lo.de leg.2.licèt.n.ſimus cōiuncti in dn̄io ſerui,q̄a tn̄ iſta cōiūctio
non prouenit a teſtatore,non attenditur,ſed cuilibet per ſe cenſe-
tur facta ſubſtitutio: ergo in perſona cuiuslibet poteſt ſortiri effe-
ctum,ut l.pen.de iniuſt.teſt.& l.Lucius.§.Caio.j.ad Treb.

1 *Quando idem inſtitutus eſt ſibiipſi ſubſtitutus vulgariter, ita demum ua-
let ſubſtitutio, ſi aliquam vtilitatem continet.*
2 *Teſtator,ſi inſtituit Titium in dimidia,& legauit ſeruū Męuio,& poſtea*

*illum ſeruum inſtituat in altera dimidia,& Titij cohæredes non adeat, legatum ſerui euaneſceret, & per conſequens etiam inſtitutio facta de ſeruo,& ſi Titius adeat, confirmatur legatum, & ſi ſeruus nollet adire iuſſu Meuij, accreſceret dimidia Titio adeunti.*

3 *Quid ſi ille ſeruus eſſet liber?*

4 *Quando quis ſubſtituitur ſibi ipſi, niſi ſubſtitutio contineat aliquam utilitatem, non ualet.*

1 **§. Titius.** † Quando idem inſtitutus eſt ſibi ſubſtitutus vulgariter, ita demum valet ſubſtitutio, ſi aliquam vtilitatem continet. h. d. vſque ad §.ſi pupillus. & concor. ſupra eod. l. ſed ſi plures. §. fin. dic, vt ibi dixi: & reputatur iſte §. difficilis,& ſcrupuloſus, cum modica tamen vtilitate,quem diuide in tres partes principales, quia primo ponit thema, ex quo reſultat quæſtio vſque ibi, {in hac quæſtione.} Secundo antequam reſpondeat, quædam præmittit ad euidentiam vſque ibi, {ſecundum hoc.} Tertio quæſtionem ſoluit. Item ſecunda diuiditur in duas, quia primo præmittit tertium vſque ibi, {igitur.} ſecundo illud tertium exemplificat trib.mod. Item tertia pars ſimiliter ſubdiuiditur in duas, quia primo loquitur, quando aliter non conſtabat de intentione teſtatoris, quo caſu ſubſtituendo cum libertate ſeruum,quem alteri legauerat,cenſetur voluiſſe ſtatim reuocare legatum ſerui,quia libertas præfertur legato, tanquàm magis fauorabilis,vſque ibi, {quid ergo.} Secundo quando conſtabat, quòd noluit reuocare legatum ſerui, ſed ita demum ſi iuſſu legatarij nollet adire hereditatem, & ita intelligit gloſſ.illum ver.

2 {quid ergo.} ſuper ver.præualere,quæ inc.{in dubio.} Et præmittе ad euidentiam, quòd iſto iure ſi inſtituebam ſeruum propriũ ſine libertate, vel inſolidum, vel pro parte, ſi non erat cui poſſet hæreditatem acquirere,non valebat inſtitutio, quia non videbat ſibi libertatem relinquere, & ſibi ipſi acquirere non poterat exiſtenti ſeruo,quia non erat capax hæreditatis, quæ eſt de iure ciſili,nec nominis hæreditarij, vt patet s. eo.l.ex facto.circa fin.hodie ſecus,quia hoc ipſo videor ſibi libertatem relinquere, vt l.cũ quidam.C. de neceſſ.ſer. ſed ſi erat cui poſſet hæreditatem acquirere, valebat inſtitutio, etiã iſto iure, puta ſi Titium inſtituo in dimidia, & ſeruum lego Meuio,poſtea in altera dimidia inſtituo illum ſeruum,ſi Titius adit,cõfirmat legatum ſerui, & ſi Meuius acceptat legatum,acquirit dominium ſerui,& ſic poteſt ſibi iubere, quòd adeat pro altera dimidia:& ſi adibit, acquiretur Meuio, & ſic ad eius vtilitatem cenſetur facta iſta inſtitutio de ſeruo, ſed ſi Titius cohæres non adiret,legatum ſerui euaneſceret,& per cõſequens etiam inſtitutio facta de ſeruo,quia Meuius legatarius non poſſet iubere,quòd adirent.Item ſi ſeruus nollet adire iuſſu Meuij, ſimiliter euaneſceret inſtitutio quo ad Meuium, & accreſceret Titio

3 adeunti. ¶ † His præmiſſis,& retento hoc themate, ꝙ inſtitui Titium in dimidia,& ſeruum legaui Meuio,& ipſum,poſtea inſtitui in altera dimidia,dubitatur in iſto §.quid ſi poſtea dixi,ꝙ ſi iſte ſeruus non erit heres ſad commodum Meuij, quòd ipſe eſſet liber, & hæres, & ſic ad commodum ſui, vtrum valeat iſta ſubſtitutio facta de ſeipſo ſibi ipſi? & hoc vſque ibi, {in hac.} ibi dicit tria eſſe præmittenda, primum eſt, an iſti ſint duo gradus, vel unus tantum, ſecundum eſt, an mutetur cauſa in hac ſubſtitutione idest

4 an contineat aliquam vtilitatem. † Tertium eſt,quia dat regulam, quando quis ſubſtituitur ſibi ipſi,niſi cauſa mutetur,ideſt ſubſtitutio contineat aliquam vtilitatem,non valeat;ſed ſi continet,benè valet,vſque ibi igitur. Tertio ponit tres caſus in quib. non continet utilitatem, & ſic non ualet, & unum, in quo continet, quos collige per text. uſque ibi, {ſecundum hæc ita} benè determinat quæſtionem, ꝙ in caſu noſtro ualeat ſubſtitutio. quia continet utilitatem,& mutatur cauſa: quia prima inſtitutio facta ſine libertate cenſetur facta ad utilitatem Meuij legatarij, ſed ſubſtitutio facta cum libertate facta eſt ad utilitatem ſui ipſius ſerui. Item dicit,ꝙ propter hoc cenſetur reuocatum legatum factum de ſeruo illi Meuio,quia libertas præfertur legato propter ſui fauorem, & per conſequens cenſetur etiam reuocata inſtitutio primo loco facta ſine libertate ad commodum Meuij.Et ex hoc ſequitur, ꝙ mortuo teſtatore ſtatim erit hæres, & liber in una dimidia, ac ſi fuiſſet unus tantum gradus factus,quia fuiſſet duntaxat inſtitutus cum libertate, & illa prima inſtitutio ſine libertate facta non fuiſſet, poſtquam eſt reuocata, & ſic habetur pro non facta; per quẽ reſpondetur ad primam, & ſecundam quæſtionem,quę formantur in primo, & ſecundo euidentiali, an ſit unus gradus,uel duo, quia eſt unus in effectu,& an cauſa ſit mutata, quia reſpondetur, quòd ſic. Et prædicta uendicant ſibi locum ſiue Titius cohæres adiuerit, ſiue repudiauerit,nam iſto caſu, non eſt uis,quando aliter de intentione teſtatoris non apparet, nam in dubio cenſetur ſtatim uoluiſſe reuocare legatum factum de ſeruo, & primam inſtitutionem, & reducere ipſum ſeruum ad primum gradum, Sed ſi poteſt conſtare de intentione teſtatoris, quòd noluit reuocare legatum factum ſerui, niſi cum recuſaret adire ex prima inſtitutione facta ad commodum legatarij.tunc eſſet diſtinguendo, an adiret cohæres pro parte ſua, an non: nam ſi non adiret, non poſſet confirmari legatum ſerui, & ſic fruſtra cogitaſſet teſtator: quia legatarius non poſſet ſibi iubere:unde adhuc locum habetur quod s. dictũ eſt,quia iſte ſeruus efficietur hæres ex ſubſtitutione,& liber,quia conditio impletur, ꝙ non eſt hæres ex primo gradu,cum non poſſit legatario acquirere: unde efficitur ex ſecundo cum libertate, & hoc dicitur in uerſic. quid ergo.ſed ſi Titius adiret, tunc quid iuris eſſet iſto caſu ( dic, ut in gloſſ. ſuper uerſicul. preualere. quæ hoc declarat ultra text. Et ex hoc remanent omnes glo.declaratæ,quæ ad nihil aliud tendunt, niſi ad declarationem literæ.

1 **§. Si pupillus.** † Ex cauſa de nouo ſuperueniẽte.quæ habeat originem de præterito, poteſt ille, quiſuit effectus hæres neceſſarius,effici uoluntarius,& hæreditatem repudiare. h. d. in effectu. Et pone hic caſum per l. pater filio. & quod ibi habetur in glo. ſupra tit.j.ubi omnino uide ſi uis intelligere iſtum textum.¶ In uigilia S. Antonij perfecimus legere tit.iſtum Paduæ.

---

LEX PRIMA.

1 *Conditio,uel modus impoſſibilis de natura, uel de iure reijcitur de inſtitutione, & remanet inſtitutio pura.*

2 *Conditio impoſſibilis quando uitiet inſtitutionem.*

3 *Dictio, aliud.quòd etiam exponatur, id eſt, contrarium.*

De conditionibus inſtitutionum. Rub.

1 **SVb impoſsibili.** † Conditio, uel modus impoſſibilis de natura, uel de iure reiicitur de inſtitutione, & remanet inſtitutio pura.h.d.Idem in legatis, ut l. obtinuit. ſ.

2 de condit.& demon. † Et hoc limita, quando teſtator ſciebat eã impoſſibilem, ſed ſi putabat eam poſſibilem. ſed uitiat inſtitutionem, ut l. ſeruo manumiſſo. cum ibi no.ſupra de cond.inde. & no.per Bart.in l.ab omnibus.§.j.de leg.j.Item procedit iſta l.in con

3 ditione † de futurò impoſſibili, ſed conditio de præterito, uel de præſenti impoſſibilis, ſi aliquando fuit poſſibilis, non reiicitur,ſed uitiat, quia dicitur potius falſa,quàm impoſſibilis, ut l. cum in ſecundo. de iniu. teſta. ſed ſi nunquam fuit poſſibilis, reiicitur ſicut illa, quæ eſt de futuro, quia dicitur nugatoria, ut l. ſi Meuia ſupra de hæred.inſtit.¶ In gloſſ.2.alio ideſt contrario impoſſibili, puta ſub conditione neceſſaria, ut ſi digito cœlum non tetigerit. ſicut enim affirmatiua non uitiat, ut ſi digito cœlum tetigerit: quia eſt impoſſibilis, ita nec negatiua: quia eſt neceſſaria, & habetur pro non appoſita,ut l.pen.§.ſub conditione.de noua.Et no. iſtam expoſitionem glo.aliud ideſt contrarium poteſt etiam intelligi text. ſecundum Ang. ut loquatur de modo impoſſibili, qui fit per ut, quia non uitiat, ſed reijcitur, ſicut & conditio, quæ fit per ſi.¶In gloſſ. ſeq. ibi, { uel ibi non fuit impoſſibilitas. } hæc uera, quia ibi potius fuit relictum factum ſub conditione neceſſaria. Et ſi dicatur, quare ergo non ualet in gloſ. præcedenti? Reſpondetur,quia ibi præceſſerat præceptum turpe, uel impoſſibile, & ſi non adimpletur, fuit hæres grauatus nomine pœnæ de dando quantitatẽ: & ſic potius in eius odium, quàm in fauore legatarij: ſed hæres non meretur pœnam, ſi non adimpleuit præceptum impoſſibile, ideo non ualet tale relictum, ut in contrario formato per glo. & l. primam. C. de his, quæ poe. nomine. Si autem præceſſiſſet præceptum poſſibile, & honeſtum, tunc ualeret relictum nomine pœnæ etiam iſto iure, ut l.prima.§.ſi iſta. ad l. Falc.& l. j. de pen. leg. & ſi nullum præceptum præceſſiſſet, ſimiliter ualeret relictũ ſub conditione neceſſaria, ut dixi in præcedenti glo.in glo.ibi,{ſolutio fauore onerati.} hæc non eſt bona, quia tunc eſſet idem quocunque ueniente ab inteſtato, ſed illa l.filius. denotat ſpecialitatem in filio. Vnde tene ſolutio.gloſſ.quòd ſpeciale eſt in inſtitutione facta de filio ſub conditione impoſſibili,ut uitietur,quia nõ poteſt inſtitui,niſi ſub conditione poteſtatiua,& iſta non eſt poteſtatiua, ſed an hodie reiiciatur, tangam in d.l.filius. ¶ In gloſſ.circa finem. ibi, { ſed in contractibus innominatis ſecus.} Tu dic idem: nam conditio ob cauſam, quæ datur in l.alleg.per gloſſ.nõ oritur ex contractu nominato, cùm potius detur ad reſoluendum,ſed oritur extra id, quod agitur, ut l.ſi is, qui.in fi.ſupra commoda. cætera uide hic per Bart. qui plenè proſequitur tres caſus principales, quando eſt impoſſibilis de natura, item quando ratione perplexitatis: quid autem ſi conditio ſit pro parte poſſibilis, pro parte non? dic, quòd debet impleri pro qua eſt poſſibilis, infra de dote præleg.l.qui dotem.

---

LEX II.

1 *Quod commune eſt meum eſt.*

2 *Si petorem tanquam mea,& poſtea ex proceſſu apparet, ꝙ uſuſf.non eſt meus*

*meus,ſed ad alium pertinet,ſed proprietas mea ſit,debet pro me ferri ſen tentia in proprietate,nec videtur libellus fuiſſe ineptus.*
*Si non probaui de directo dominio,ſed vtili,an debeat pro me ferri ſen-tentia.*
3 *Si petij rem tanquam meam,& poſtea non probem niſi de parte,debet fer ri ſententia pro me in illa parte,nec reputatur libellus fuiſſe ineptus.*
*Quòd in dubio videar dixiſſe ipſam rem totam meam.*
4 *Quod commune eſt,meum eſt impropriè.*
*An comprehendatur in ſtatutis facientibus mentionem de re alterius.*
5 *Qualiter reprobetur illa propoſito.ſ.duo,& tria ſunt quinque.*
6 *Statutum,ſi dicat,quòd bannitus in centum poteſt impunè offendi,& re periatur aliquis bannitus vno banno in quinquaginta,& alio ba nno in aliis quinquaginta,quòd talis non dicatur bannitus in centum.*

1 SI teſtamento. †Nō dicitur res deſinere eſſe mea, licèt alienauerim vſumf. retenta proprietate,vel etiam partem quotam,quia quod commu ne eſt, meum: eſt & pluralitas reſoluitur in ſingularitates.
2 hoc dicit iſta l.¶†No.ar.ex primo caſu ſecundum Bal. quòd ſi pe to rem tanquam meam, & poſtea ex proceſſu apparet, quòd vſuſfr.non eſt meus,ſed ad alium pertinet,proprietas verò benè eſt mea,debet pro me ferri ſententia in proprietate, nec videtur libellus fuiſſe ineptus.Sed quid ſi non probaui de directo domi-nio,ſed de vtili,an debeat pro me ferri ſententia? dicit idem Bald. quòd ſi in libello aſſerui me proprietarium,non debet ferri, quia videor dixiſſe me directum dominum, nam non reperitur pro-prietas,niſi directa:ad quod alleg.ſupra de vſuf. accre.l.ſi tibi pro prietas. ſed ſi dixi me dominum, tunc quia dominium reperitur directum,& vtile,videor vtrunque in iudicium deduxiſſe.l. ſole-mus.ſupra de iud.& ideo in quocunque ipſorum probem,debet ꝑ me ferri ſententia,& ſic debet intelligi quod no.Bar.poſt Dyn.
3 in l.ſi mater.§.eadem.de exception.rei iudicat.¶†Ex ſecundo ca-ſu not.ſecundum eundem Bald.quòd ſi petijt rem tanq̃ meam, & poſtea non probem,niſi de parte, debet ferri ſententia pro me in illa parte,nec reputatur libellus fuiſſe ineptus: in dubio tamen videor dixiſſe ipſam totam meam,vt no. in l. ſi rem.circa princip. in quadam parua glo.ſ.de rei vend.licèt contrarium no.in l.Pom
4 po.§.ſi is.de proc. ¶†Not. etiam illud vulgare,quod commune eſt,meũ eſt,quod eſt verum impropriè,ſed propriè loquẽdo nõ dicitur meum, niſi totum ſit meum.ita no. glo. in l.id quod no-ſtrum.de reg.iu.quod no.ad ſtatuta,quorum verba ſunt intelligẽ da propriè,non impropriè,ſi facerent mentionem de re alterius, ſi tamen diſpoſitio ſtatuti congrueret parti,ſicut toto,locum ha-
5 beret etiam in parte l.quæ de tota.de rei vend.†In glo.fi.ibi,& no. per hoc poteſt reprobari illa ꝓpoſitio, duo,& tria ſunt quinque. ſcilicet,quòd iſta eſt vna pluralitas,quæ reſoluitur in duas ſingula-ritates.ſ.duo ſunt quinque,& tria ſunt quinque,ſicut colligitur ex iſto text.ſed neutra iſtorum eſt vera, ergo nec iſta pluralitas duo, & tria ſunt quinque hoc eſt verum de ſtricto modo loquendi,li-cèt ex duobus,& tribus.ſimul compoſitis reſultent quinque & dicitur fallacia compoſitionis,& diuiſionis,vt no.infra de ver.ob.
6 l.quoties in ſtipulationibus.per quam determinatur quæſtio, † ſi ſtatutum dicat,quòd bannitus in cẽtum poteſt impunè offendi, ſi reperiatur aliquis bannitus vno banno in quinquaginta, & alio banno in alijs quinquaginta, an dicatur bannitus in centum: de-terminatum fuit,quòd nõ,per id,quod habetur infra de ſol.l. vbi fideiuſſor.in text.& gl.& per Doc.¶In fi.glo.ibi l.pe.dic,ꝙ in pri-mis duabus ratio inæqualitatis,in hac vltima ratio fraternitatis to lit contrarium ſecundum Iac.de Are.

## L E X III.

1 *Si ſtat per eum,in cuius perſona debet impleri conditio,quominus imple-tur,habetur pro impleta.*
2 *Quando quis offert alteri ad iſtum finem,vt ſtatim liberetur ab ea obli-gatione,qua ſibi tenetur,non ſufficit ſola oblatio,ſed requiritur conſi-gnatio,& depoſitio*
3 *Quid ſi ad finem,non vt liberetur ſtatim,ſed ſecuto interitu rei oblatæ, ꝙ ſola oblatio ſufficiat,& an liberetur a periculo.*
4 *Quid ſi ad finem,non ut ſe liberet,ſed vt actionem conſequatur, uel domi nium rei in ſe transferat.*

1 SI ita hæres. †Si ſtat per eum, in cuius perſona debet impleri conditio, quominus impleatur, habetur pro impleta.hoc dicit.concor.l.iure ciuili. de cond.
2 & demonſt.¶In glo.ibi,(ſufficit enim ſola obligatio.) † Tu aduerte in hoc paſſu,qui eſt notabilis, quòd interdum qui offert alteri ad iſtum finem,vt ſtatim liberetur ab ea obligatione,qua ſi-bi tenetur,& tunc non ſufficit ſola oblatio, ſed requiritur conſi-
3 gnatio,& depoſitio,vt l.oblatione.C. de ſolut.† Interdum offert non ad finem,vt liberetur ſtatim,ſed ſecuto interitu rei oblatæ,& tunc ſufficit ſola oblatio,& ſecuto interitu,ſi erat debitor ſpeciei, liberat ipſo iure:ſi quantitatis,vel generis, ope exceptionis.l.quæ decem.in prin.de ſo.& tunc etiam liberatur a periculo,quòd dic, vt l. ſi mora. ſol. ma. vbi tractatur a quo liberetur,an a culpa,an a
4 dolo.† interdum offert,non ad finem vt ſe liberet, ſed vt actionẽ conſequatur,vel dominium rei in ſe transferat, quod ſit,quando offert gratia conditionis implende,& tunc aut intendit actionem quærere contra alium,non contra illum,cui offert, & ſufficit ſo-la oblatio,vt in hac glo.iuncta cum tex.& l.pen. C.de cõdi.inſerr. aut intendit quærere contra illum, cui offert, & tunc requiritur conſignatio,& depoſitio,vt l.antepe.cum ibi no. C. de pac. inter emp.Ex quo ſequitur,ꝙ in l.Iul.§.offerri.ff.de ac.empti. non vide tur ſufficere ſola oblatio,quia intendit actionem quærere contra illum,cui offert,& vide Bar.in l.acceptam.C.de vſur. ¶In glo.ibi, (loco legatarij ſit.)ſ.poſſit petere ſibi dari,ſi ille non offerat: & dic, vt in glo.ꝙ non,niſi conditio dandi ſit appoſita ei,qui poterat gra uari,& ita loquitur text.in l.fideicommiſſaria. §. cum eſſet. de leg. 3.& not.in l.in ratione.§.tam ſi.in gl.ſuper ver. non eſt & infra.ad l.Falc.¶In glo.ibi,(item quod hic dicit.)pro declaratione iſtius gl. quæritur,ſi conditio habeat certum tempus, puta ſi fabricaueris domum infra annum,& ille,in cuius ſolo debeas ædificare,impe dit,& ſic conditio habetur pro impleta,vtrum debebit expectari lapſus anni ad hoc, vt commodum conſequaris? lex notabiliter diſtinguit inter inſtitutionem,& legatum. primo caſu non debet expectari, quia inſtitutio non poteſt conferri in certum tempus, vt l.hæreditas.ſupra de hæred.inſti.ideo conditione habita pro im pleta, ſtatim tempus reijcitur. Secundo caſu, ꝗa legatum poteſt conferri in certum tempus, debet tempus expectari,& antequã labatur, non poteſt petere, per l.in illa ſtipulatione ſi calendis. de verb.obl.fallit fauore libertatis,vt ſequitur in gloſſ.

## L E X IIII.

1 *Conditio appoſita inſtitutioni,quando veniat implenda ſuper rebus hære ditatis,qualiter impleatur.*
2 *Quando conditio affirmatiua non poteſt bene impleri,niſi cauendo, præ-ſtatur cautio ad ſimilitudinem cautionis mutianæ.*
3 *Societas licet non tranſeat in hæredem ſocij,& ſi fuit hoc expreſſe actum poteſt tamen grauare hæredem ſuum,ꝙ permaneat in illa ſocietate, & erit ſocietas noua.*
4 *Mandatum teſtatoris,ꝙ hæredes debeant ſtare ſimul vſque ad tantum tẽ pus,an oportet,ꝙ debeant ſtare in communione bonorum,ita ꝙ nõ poſ-ſint diuidere,an ſolum ꝙ debeant communiter viuere in eadem domo, & expenſas communiter facere remiſſiue.*

1 SI quis ita. †Quando conditio appoſita inſtitutioni venit implenda ſuper reb.hæreditatis,qua-tenus impleri poteſt ante aditam hæreditatem, debet imple ri,ſed quatenus reſtat implendum,implebitur poſt hæredita tem aditam.hoc dicit ſecundum intellectum, quem puto verum & notabilem.¶In tex ibi(permanſerit,) iſtud verbum importat primo,ꝙ contrahatur ſocietas.ſecundo,quòd in ea perſeueretur vſque ad tempus præfinitum a teſtatore.Primus actus poteſt ce-lebrari ante aditam hereditatem,quia poteſt contrahi ſocietas ſu per bonis in futurum obuenturis, & ſuper obuentura hæredita te,vt eſt hic tex notabilis.Secundus actus non poteſt impleri,niſi poſt aditam hæreditatem,quia non poſſunt permanere ſocij, niſi ſint domini.Dicitur ergo hic,ꝙ ſufficit implere primum actum, & dicetur impleta conditio:intelligo quantum ad hoc, vt poſtea poſſint adire,& efficientur domini,& ſic poſtea implebunt ſecũ dum actum, & de hoc faciendo ſibi adinuicem cauebunt ſicut in conditione negatiua, quæ impletur per cautionem,vt infra ꝑ
2 xi.§.& ita intelligit Iacob.de Are. ¶ †Et ſic not. ꝙ quando condi-tio affirmatiua non poteſt bene impleri,niſi cauendo, præſtatur cautio,ad ſimilitudinem cautionis mutianæ: ideo non ſine my-ſterio ſubijcitur ſequens §.ſecundum Iaco.prædictum,ſed gloſſ. quæ eſt hic,uidetur aliter intelligere.ſ. quòd debeant perſeuerare in iſta ſocietate,ſi ſit contracta pro 16.annis, antequàm poſſit adi re,& ſic implent eam de facto,non de iure quantum ad perſeue rantiam.pro hoc l.mulier §.primo.infra eo. Bart. idem uidetur ſe-qui,tamen dicit,ꝙ non erit iſta perſeuerantia meri facti, ſed cum adminiſtratione adiuncta,quia poterunt petere bo. poſ.ſecundũ tab.quę datur inſtituto ſub conditione ea pendente,ut l.ſecunda. §.ſi quis ſub conditione.& l ſub cõditione.infra de ſecun.tab.quæ bon.poſ.tribuit adminiſtrationem facti,in qua perſeuerabunt vſ-que ad tempus,ſed ſecundum hoc ſi aliquis eorum decederet an te finitum tempus , extingueretur inſtitutio,quantum ad eum, quia hereditas non adita non tranſmitteretur, ideo plus placet primus intellectus,licèt Barto.& alij ipſum non tangant, & ſic ꝑ uidebitur contra hoc in conſequens,quia tranſmittent heredita-tem ad ſuos hæredes,poſtquàm fecerunt in eorum vita quicqd potuerunt:& ſi eſta conditio quantum ad perſeuerantiam po-tius habebit uim modi,ſeu præcepti, quàm conditionis ut non impediat aditionem,& ita veriſimile eſt teſtatorem ſenſiſſe, licèt condi-

conditionaliter fuerit locutus. ¶In glo. prima, erat enim teſtator
ſocius: vel dic, quòd non erat ipſe ſocius alicuius, ſed inſtituit iſtos
hæredes ſub conditione futurę ſocietatis inter eos contrahendę,
3 & iſtam ſequitur glo. ſequens. ¶†Not. tamen ex iſta lec. quòd li-
a cèt ſocietas non[a] tranſeat in hæredem ſocij, etiam ſi fuit hoc ex-
preſsè actum, vt l. adeo. ſ. ꝓ ſocio, & l. actione §. morte. poteſt ta-
men grauare hæredem ſuum, ꝙ permaneat in illa ſocietate, & e-
4 rit ſocietas noua, & poterit hæres ad hoc compelli. † Quid autem
importat mandatum teſtatoris, quòd hęredes debeant ſimul ſta-
re vſque ad tantum tempus, an importet, ꝙ debeant ſtare in com
munione bonorum, ita quòd non poſſint diuidere: an ſolum de
beant communiter viuere in eadem domo, & expenſas commu
niter facere? Barto. conſuluit, & tangitur per eum in l. Quintus. in
fra de annu. leg. & l. Lucius. in prin. ). ad Treb. ¶In glo. ſeq. ibi, item
econtra. dic breuius, quòd videbitur inſtitutio inutilis ratione cu-
iuſdam perplexitatis, quia de natura conditionis eſt, quòd implea
tur ante aditam hæreditatem. l. qui hæredi. in fi. de condi. & dem.
& iſta conditio quantum ad perſeuerantiam non poteſt impleri,
niſi poſt hæreditatem aditam, quia non poſſunt ſtare ſocij, niſi ſu
per rebus proprijs, & ante aditam hęreditatem non ſunt proprię
ergo &c. argum. infra eodem titul. l. Titius. ſed ibi loquitur in per-
plexitate indiſſolubili: iſta verò poteſt diſſolui modo, quo hic dici-
tur in tex. & ſupra dixi.

ADDITIO.

a Societas non. Adde l. adeo. in §. verum. & l. ſi renunciauerit. in §. meritò. ff. pro ſoc. & in c. ſi. de arbi.

---

*1 Conditio negatiua impletur per cautionem mutianam, ſi ſubeſt perſona, cui præſtetur, aliàs habetur pro non appoſita.*
*2 Præceptum de non alienando, ſi non habet cohæredem, eſt nullum tanq̃ nudum, nec cenſetur factum in fauorem uenientium ab inteſtato.*
*Quid in conditione negatiua.*

1 §. Idem Iul. †Conditio negatiua impletur per cautio-
nem mutianam, ſi ſubeſt perſona, cui præ
ſtetur, aliàs habetur pro non appoſita. hoc dicit. & no. hoc vltimũ
in tex. ibi (ſub impoſſibili.) videbatur contrarium, quia iſta condi-
tio eſt de natura poſſibilis non alienare: ideo videbatur, quòd nõ
eſſet reijcienda: certè ſi non reijceretur, quouſque viueret, non
diceretur perfectè impleta, quia licèt non alienet hodie, poſſet alie
nare cras, quouſque viuit; & per conſequens redderetur inſtitu-
tio inutilis, quia non poſſet adire, quouſque viuit, & cum incipe-
ret mori, licèt tunc videretur impleri conditio: & ſic ipſo adhuc
viuente non poſſet adire, quia non cenſetur habere voluntatem,
vt infra quando dies leg. ced. l. final. poſtquàm ergo non habet co
hæredem, cui poſſet cauere, & ſic impoſſibile eſt implere eam per
modum inuentum a iure, tanquàm impoſſibilis reijcitur, & rema
net inſtitutio pura, vt l. prima. ſupra eodem. Sed contra, quia po-
teſt cauere, & debetur uenientibus ab inteſtato, vt infra de condi
2 tion. & demonſtra. l. is cui. So. †illud procederet in alia cõditionę
negatiua, non in iſta de non alięnando, quia pręceptum factum
de non alienando, ſi non habet cohæredem, eſt nullum tanquam
nudum, nec cenſetur factum fauore venientium ab inteſt. de le-
ga. j. l. filiusfa. §. diui. & ibi no. in glo. quæ incipit, (ſed nonne.) ita &
ſi per modum conditionis non eſt cauendum venientibus ab in-
teſt, in quorum fauorem non præſumitur appoſuiſſe conditionẽ
ita intelligit Bar. ſubtiliter.

---

LEX V.

*1 Ad veritatem copulatiuè requiritur concurſus, ſed ad veritatem diſiunctiuè ſufficit alterum, & nu. 2.*
*3 In conditionibus cuius ſit electio.*
*Quid in legatis.*
*Quid in actionibus.*

1 SI hęredi. † Quando plures conditiones apponuntur
copulatiuè, debent omnes impleri: ſi autem
diſiunctiue, ſufficit implere vnam, & eſt in electione imple-
2 re debentis. hoc dicit. †Et ſic ad veritatem copulatiuè requi-
a ritur concurſus, ſed ad veritatem[b] diſiunctiuè ſufficit alterum ad
b hoc alle. ¶In gl. ibi, (tunc ſecus.) quia tunc non eſſet in arbitrio im
plere debentis, ſed eſſet implenda vltima, vt dicitur in ll. allegatis in
3 gl. hic. ¶†No. ergo cuius ſit electio in conditionibus, ſed cuius ſit
in rebus legatis alternatiuè, dic, vt no. glo. melior, quę ſit in iure in
l. Lucio. de lega. 2. Item cuius electio in actionib. dic, vt l. cum fi-
lius. §. varijs. de lega. 2. & l. 3. de eo, quod cer. loc. ¶Sed oppo. ꝙ ſi
apponatur copulatiue, ſufficiat alterum implere, vt ſ. eo. l. 2. §. fin.
Sol. ibi erat ꝯdõ neceſſaria ad actum, vt ſi inſtitui duos ſeruos cũ
libertate ſub conditione, ſi mei erũt cum moriar. Nam iſtud erat
neceſſarium, etiam ſi non fuiſſet dictum, quia tunc ſi non ſunt
mei, quia alienaſſem, non poſſent effici liberi in præiudicium illius,
in quem eſt tranſlatum dominium: ideo tunc non requirit̃ con-
curſus, ꝙ ambo ſint mei, ad hoc, vt inſtõ ſortiat̃ effectum, ſed ſuffi
cit, ꝙ alter reperiatur meus, & ſortiet̃ effectum eius perſona, hic
verò in conditionibus non neceſſarijs, ſed merè voluntarijs, &
iſta eſt melior ſolutio, quàm illa, quam ponit hic Bal. poſt Cy. qui
vtitur multis verbis neceſſarijs.

ADDITIONES.

a Ad ueritatẽ Adde Bar. in l. ſi is qui ducenta. in §. utrum. ff. de reb. dub. Bal. in l. 1. ff. de iuſti. & iu. & in l. ſeq. & in l. pen. ff. de ver. ſigni.
b Ad ueritatem. Adde l. alienationi. §. ult. & in l. hæc uerba. ff. de ver. ſign. gl. in cle. 1. de conceſ. præb. Io. An. in c. uenerabilem. de elec.

---

LEX VI.

SI quis ita. ¶Impoſſibilitas reijcitur de inſtitutio-
ne. h. d. ¶In tex. ibi, (conditionem eua-
neſcere.) i. tempus in conditione appoſitum, quia illud in
ducit impoſſibilitatem, non autem euaneſcit conditio faciendi
monumentum infra tempus congruum, & hoc vult gloſſ. & be
ne probatur infra eo. l. quæ ſub conditione. §. quoties.

---

LEX VII.

*1 Conditio, ex qua reſultat præſumptio fraudis, reijcitur de inſtitutione.*
*2 Ex nimia, & ſuperabundanti cautela reſultat interdum præſumptio fraudis, quod facit contra contractus vſurariorum.*
*3 Illud, quod non poteſt fieri propter modum diſpoſitionis: puta relinquere incapacibus, non poteſt fieri per modum conditionis.*
*Si arbiter condemnauit partem in centum, ſaluo, ꝙ ſi prorogauerit compromiſſum, condemnatio habetur pro non facta, quòd condemnatio ſit nulla, etiam ſi compromiſſum non prorogetur.*
*4 Quando cã eſt illicita, promiſſio etiam ſcienter facta nõ obligat in effectu.*
*In generali diſpoſitione non ueniunt illicita.*
*Si hæres promiſit ſoluere oĩa legata, talis promiſſio reſtringitur ad licita.*
*5 Statutum imponens pœnam declinanti iuriſdictionem Poteſtatis non includit clericos.*
*Si prohibet alienari bona in perſonam non ſubiectam, non comprehendit eccleſias; contra quas non poſſet fieri.*
*6 Si diceres quòd debitor præſcribat ſpatio decennij debitum perſonale, ſi nõ fuerit ab eo petitum, debet reſtringi ad debitorem bonæfidei, qui ignorat ſe teneri, nec habet locum in eo, qui ſcit ſe teneri.*

1 SI quis. †Conditio, ex qua reſultat præſumptio fraudis,
reijcitur de inſtitutione. h. d. notabiliter, & ſemꝑ
allegatur. ¶In text. ibi, (redituros.) ſ. omnibus non adita dñia
perſonarum ſm̃ Iaco. de Are. & Bal. iſto caſu reſultat p̃ſum
ptio fraudis, de qua infra, ſi ergo ſimpliciter dixiſſet, ſi ſciuerint ſe
ſoluturos legata. videtur, ꝙ iſta conditio non ſit ita ſuſpecta, quia
poteſt intelligi de legatis ualidis, & licitis, uel dic, ꝙ etiam tunc hẽt
locum, qđ hic dr̃ per iſtum tex. qui ſimpliciter loquit̃, nam ſi teſta
tor intellexiſſet ſolum de validis, & licitis, nõ expediebat hęredes
arctare ad hanc cautionem, q̃a poterant conueniri, ẽt ſi non ca-
uiſſent: unde tñ ꝑꝑ cautelam redditur conditio ſuſpecta de frau-
de. Intelligo aũt iſtum text. qñ conſtabat, quòd aliqua erãt relicta
incapacibus, vel erat dubium: ſed ſi eſſet certum, quod oĩa erant
valida, & oẽs capaces, ceſſat iſta p̃ſumptio, quia in incertis non cer
tus locus eſt coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de uerborũ obli.
2 ¶†Nota ergo, ꝙ ex nimia, & ſuperabundanti cautela reſultat in-
terdum p̃ſumptio fraudis, quod iuducit g o. ad quæſtionem, &
facit contra ꝯctus vſurariorum, ꝙ licèt prima facie ſint in forma
licita, ꝑꝑ nimiam tñ, & abundantem cautelam p̃ſumuntur ſuſpe-
cti de vſuraria prauitate, vt nota. in cap. ad noſtram. de empt. &
3 vendit. & per Cyn. in l. prima. C. ſi q̃s in fraud. pa. in 2. oppo. ¶†Itẽ
nota, quòd illud, quod non põt fieri per modum diſpoſitionis,
puta relinquere incapacib. non poteſt fieri per modum conditiõ
nis: concord. l. Seius, & Augerius. ad l. Fal. per quod dicit Bal. ſe cõ
ſuluiſſe, ſi arbiter condemnauit partem in certum. ſaluo, ꝙ ſi pro
rogauerit compromiſſum, condemnatio habeatur pro non fa-
cta, ꝙ iſta condemnatio ſit nulla, etiam ſi compromiſſum non ꝓ
rogetur; q̃a non poterat per modum diſpoſitionis, & p̃cepti ar-
ctare partem ad prorogandum, ſi a principio non fuit actum, vt
l. non diſtinguemus. §. q̃ſitum. de arbit. & ideo illa condemnatio
cenſet̃ facta in fraudem, vt faceret ꝑ indirectum illud, quod dire-
4 cto facere non poterat per viam p̃cedentem. ¶†Item not. in fine
ꝙ quando cauſa eſt illicita, promiſſio etiam ſcienter facta non ob
ligat in effectu, & iõ licèt quis ſcienter promittat ſoluere vſuras,
non obligatur cum effectu, ſicut non noceret ſolutio, ẽt ſcienter
facta, niſi qñ non poſſet ſubeſſe alia cã, q̃ donationis, iuxta not. in
l. Neratius. de condi. inde. Vltimo alleg. quòd in generali diſpoſi-
tione non ueniunt illicita, q̃a ſi hæres promiſit ſoluere omnia le-

gata,

gata, talis promiſſio reſtringitur ad licita valida, & ſi petantur in-
ualida, obſtat exceptio, ad quod etiam alle.l.pater. de priui. credi.
5 & l.quæ in ꝓmiſſa.de rit.nup.vbi eſt bonus tex.†Idem ſi ſtatutū
imponat pœnam declinanti iuriſdictionem poteſtatis, non inclu
dit clericos, contra quos ſpecialiter tale ſtatutum non poſſet fie-
ri, & ſi prohibet alienari bona in perſonam non ſubiectam, non
comprehendit eccleſias, contra quas, ſi liceret, non poſſet fieri:
de hoc vide per Ioan. And. in nouel. in c.eos.de immu. ecc. lib.6.
6 †Similiter ſi diceret, ꝙ debitor preſcribat ſpatio decēnij debitum
perſonale, ſi non fuerit ab eo petitum, debet reſtringi ad debitorē
bonefidei, qui ignorat ſe teneri, vt eſt hæres primi debitoris, vt in
c.qui in ius.de regul.iur.non autem habet locum in eo, qui fecit
ſe teneri, quia ſtatutum ſpecialiter poſſet fieri, quòd talis præſcri-
beret, quia induceret peccatū: & in hoc ſtandum eſt iuri canoni-
co, vt in c.ſecundo.de regu.iur.li.6.& ibi no.& ita determinat Io.
And. in nouel. in c.2.de excep.eo.lib.

## LEX VIII.

1 *Conditio iuriſiurandi in vltima voluntate reijcitur per prætorem, non ꝑ legem ciuilem.*
2 *Auferenda eſt via periurij.*
*In caſibus, in quibus deuenitur ad iuramentum, ſi iudex perpendit aliquē eſſe pronum ad iuramentum, non debet ſibi deferre.*
3 *Qui timent non timenda propter conſcientiam dicuntur ſuperſtitioſi.*
*Lex prætoria, uel ciuilis loquens de vltimis voluntatib. comprehendit ēt donationem cauſa mortis, licet accedat magis contractui, quàm vltimæ voluntati.*
4 *Qui iurauit non uenire contra contractum venditionis, non poteſt præterea agere condictione ex l.2.C.de reſcin.ven.*
5 *Non ualet ſtatutum, in quo per indirectum tollitur appellatio, quæ de iure communi poſſet fieri ad ſuperiorem.*
6 *Sicut laici non poſſunt ſtatuere ſuper iuramento, ꝙ non debeat ſeruari directò ſtatuendo, an eodem modo nec per indirectum ſtatuendo, ꝙ præſumatur doloſè præſtitum, niſi interuenerit talis ſolennitas.*
7 *Qui tenetur aliquid facere, an poſſit compelli ad iurandum de faciendo.*

1 QVæ ſub conditione. †Conditio iu-
riſiurandi reij-
citur de vltima voluntate per ædictum pretoris. ſiue
ſit appoſita ſola, ſiue cum alia coniunctim, vel diſiun-
ctim, alia tamen remanet vſque ad §.quoties.& hoc in iureiuran
do de futuro, nō ſic ſi de præterito, vt in multis.ll.quas alle. gl. pro
contrarijs ſuper ver.interim. No. ꝙ iſta conditio reijcitur per præ
torem, non autem per l.ciuilem: & ex hoc ſequitur, ꝙ inſtitutus ſi
talem conditionem non adimplet, non poteſt adire hæreditatem
de iure ciuili, ſed petere bon.poſ.de iure prætorio, ſecus quando
reijcitur de iure ciuili, vt conditio impoſſibilis, vel turpis, vt ſupra
eodem.l.j.& ibi no.per Barto.etiam quædam aliæ conditiones, q̃
reijciuntur per pretorem, in l.facta.§.ſi in danda.ad Treb. in quib.
dicas idem, ſi autem vellet conditionem implere, poſſet, quia non
2 eſſet turpis, & tunc poſſet adire de iure ciuili. ¶†Item no.ibi (cùm
a enim.) ꝙ auferenda eſt[a] via periurij, & ideo in caſibus, in quib. de-
b uenitur ad iuramentum, ſi iudex perpendit aliquē eſſe pronum[b]
ad iurandum, non debet ſibi deferre, ne ſit author periurij, ſic &
3 C.de iud.l.j.vel 2. ¶†Item no.ibi, (alij per quam timidi. &c.) ꝙ illi,
qui timent non timenda propter conſcientiam dicuntur ſuperſti
tioſi, nam non eſt peccatum iurare, ſed periurare, & nimis frequē
tare iuramenta, nam & Deus iurat juxta illud, iurauit dominus,
& non pœnitebit &c.& Chriſtus iurauit, cum dicebat: amen di-
co uobis, vt habetur in c.& ſi Chriſtus.de iureiu. quando quis ha
bet nimis ſcrupuloſam conſcientiam debet cōſulere peritiorem,
& eam deponere, ſi ille ſic conſuluit, vt habetur in c.inquiſitioni.
de ſen. excom. aliàs ſi non deponeret ita, peccaret mortaliter fa-
ciendo contra conſcientiam ſcrupuloſam, ſicut ꝯ non ſcrupulo-
ſam, ſed rectam, vt ibi no. ¶Item no.in §.hoc edictum, ꝙ lex præ
toria, vel ciuilis loquens de vltimis voluntatibus comprehendit
etiam donationem cauſa mortis, licèt accedat magis contractui,
q̃ vltimę voluntati, quia conficitur, vel conſiſtit ex conſenſu pa-
tris: ſecus dicit Bald. in ſtatutis, quorum verba ſunt propriè intel-
4 ligenda. ¶†Vltimo no. in §.ſi quis.in fi.arg.ſecundum Bal.notabi-
liter, ꝙ ſi aliquis iurauit non venire contra contractum venditio
nis, non poteſt præterea agere condictione ex l.2.C. de rei vend.
alternatiuè, vt aut ſuppleatur pretium, aut reſcindatur venditio, li
cèt enim quantum ad primum non videatur venire contra con-
tractum, quia non venit, quantum ad ſecundum cenſetur facere
contra iuramentum ſic agendo alternatiuè, arg.hic, videtur tñ, ꝙ
poſſit agere ſaltem ad primum ſimpliciter, vt etiam colligitur ex
iſto tex. quia altera conditio firma permanet, licèt conditio iuriſ-
5 iurandi reijciatur. †Inducitur etiam per Bar. ꝙ non valeat ſtatutū,
in quo per indirectum tollitur appellatio, quæ de iure communi
poſſet fieri ad ſuperiorem: vt ſi dicat, ꝙ ſi pars ſenſerit ſe grauatā,
poſſit petere ſe exgrauari a talib. grauationibus: nam vr factum
in fraudem, ne appelletur ad ſuperiorem. vnde ſicut hoc nō poſ-
ſet fieri expreſsè, & directò, vt in c.veniētes de iureiur. ita nec per
6 indirectò, arg.hic. †Induco etiam contra id, quod tenet Barto. in
c l.omnes populi, quòd ſicut laici non[c] poſſunt ſtatuere ſuper iura
mento, quòd non debeat ſeruari directo ſtatuendo, ita nec per in
directum ſtatuendo, quòd preſumatur doloſè præſtitum, niſi in
teruenerit talis ſolennitas. licèt Bar. dicat ibi contrarium, quia ſi ve
rè eſſet præſtitum dolo, non eſſet ſeruandum, etiam de iure cano
nico, vt in c.2.de pac.lib.6. Sed ego fateor quando verè eſſet præ
ſtitum dolo, ſed ſtatutum non poteſt facere, quòd præſumatur
dolo preſtitum, quia videtur facere in fraudem eius, quod face-
re non poſſet directò. ſ. quòd ſimpliciter ſit ſeruādum: & ad hoc
facit regula cùm quid vna.de reg.iur.libr.6.& ſupra de excu.tut.l.
ſcire oportet §.j. ¶In gl.ſuper uer.(interuenit.) ibi, (nec placet.) Tu
dic, quòd immo eſt vera, quòd in contractibus non reperitur e-
dictum prætoris, vel aliqua l.quæ reijciat iſtam cōditionem: ideo
ſi promitto tibi aliquid, ſi iurabis aliquid te facturum, nō teneor,
niſi iures, vel niſi illud facias, ſed ſi reijceretur, antequàm faceres,
videretur, quòd deberet admitti: non tamen hoc credo verum ꝑ
§.quoties.infra ead.l.in vltimis autem voluntatibus diſtingue, an
7 de præterito, vel de futuro, vt infra ſubijcitur in glo. † An autem
ille, qui tenetur aliquid facere, poſſit compelli ad iurandum de fa
ciendo, vide quod no. Gul. in l.illicitas. §. ne potentiores. de offi.
preſi. Circa fi.glo. ibi, ſic dicimus de periurio, an ſit infamis. dic de
hoc melius, vt habetur per gl. in l.Lucius. ſupra de infa.

### ADDITIONES.

a Auferenda eſt. Adde l.ſecundā.& quod ibi no.C.de.indi.vidu.tol.l.1.C.ſi aduer. vendi.gl.in c.cum dilectus.quod me.cauſa.c.ex parte.de reſt.ſpo.c. ſi vero.& c.verum.de iureiu.
b Eſſe pronun. Adde tex.in c.ille, qui exigit.22.q.quinta.
c Laici non. Adde gl.ſing.ſecūdū Bart.in l.adigere.in §.fi.ff.de iure patronat. Ioan.de Imo.in c.quamuis.de pac.lib.6.Bal.in c.primo.de prob.Bal.in c. uenerabilē.de elec.Bal.in l.nō dubiū.C.de leg.Pet.de Anch.in repe.regulæ, ea, quæ.de reg.iur.lib.6.Pet.de Anch.conſi.215.inc.legitur in canone. Alexan.de Imo. conſi.38.incip.uiſa petitione.Ant.de Ro.in 4.vol.idem Alex.conſi.59.incip. viſo inſtrumēto, & ti.quæſtionis.in 1.vol.idem Ale. conſi.39.inc.uiſo ſtatuto, & themate.in 4.vol.Fed.de Sen.conſi. 272. inc. factum tale eſt.Fran.de Are.conſi.8.in c.abunde.

1 *Cum relinquitur ſub conditione iuriſiurandi, duplex eſt conditio, vna expreſſa, ſi iurabis te ſic facturum, altera tacita, ſi illud feceris.*
2 *Si decedat legatarius, antequam impleat, ꝙ nihilominus ad hęredem trāſmittat cum onere adimplendi illam tacitam.*
3 *Conditio poteſtatiua deficiens per caſum habetur pro impleta, niſi quis fuerit in mora implendi ante caſum, ſed conditio caſualis, uel mixta, ſi deficit per caſum, non habetur pro impleta, ſed pro defecta.*

§.Quoties. Li cèt iuramentum remittatur, id, quod ip-
ſius vigore fiendum erat, debet fieri. Item ꝯ
ditio poteſtatiua, uel modus deficiens per caſum non facit defi-
1 cere ſubſtitutionem, vel legatum.h.d.& ſemper allegatur. ¶†No.
quòd cum relinquitur ſub conditione iuriſiurandi, duplex eſt cō
ditio, vna expreſſa ſi iurabis te ſic facturum, & iſtam appoſuit te-
ſtator: altera tacita, ſcilicet ſi illud feceris: & iſta eſt potius legalis,
q̃a ſubrogatur ꝑ l.loco illius, & ita loquitur iſte §. & hoc eſt vtile,
2 quia iſta tacita cōditio nō impedit diem legati cedere, † & ideo ſi
decedat legatarius, antequam impleat, nihilominus ad hęredem
tranſmittit cū onere adimplendi, vt infra §.prox.cum ibi no. quod
3 eſt ſingulare. ¶†Item not. ꝙ conditio poteſtatiua deficiens per
caſum habetur pro impleta, quod eſt verum, niſi fuerit mora im
plendi ante caſum, vt C.de condi.inſer.l.fin.ſed conditio caſualis,
vel mixta, ſi deficit per caſum, non habetur pro impleta, ſed ꝓ de
fecta, vt l.in teſtamento.infra de cond. & dem. ratio diuerſitatis,
quia teſtator uidetur voluiſſe ponere illas in viribus fortunæ, ſed
poteſtatiuam non, ſed ſolum in voluntate implere debentis, vñ
ſufficit, quòd ſit impeditus caſu ſine ſui culpa, & iſto modo tollit
ꝯrium ſignatum in gl. ¶In gloſſ.in verſ.(qui fit per ut) non refert
an ſit merè poteſtatiuus, an etiam ſit mixtus, quia neutro caſu ſi
deficit, per caſum deficit relictum, ſed habetur pro impleto, de
primo eſt caſus hic ibi, dum dicit (ita lego, vt Stichum manumit-
tat.) de ſecundo eſt caſus in l. ſi fundum per fideicommiſſum.§.
Iulia.de leg.j.& de leg.2.l.Lucius.§.quiſquis.in gloſſ. q̃ incipit, im-
mo.ibi, tu dic, quòd fuit ab alio occiſus. hæc vera, & eſt ratio, quia
tunc habet regreſſum contra occiſorem ad æſtimationem lega-
ti, qđ perdit facto illius, ideo habetur pro defecta, ſed ſi moritur
morte ſua, non haberet regreſſum contra aliquem, ſi perderet le
gatum, ſi ergo occiſor erat non ſoluendo, eadem ratio eſt tunc,
ut non habeatur pro defecta, vt not.in l.contraria.

1 *Fruſtra precibus impetratur, quod à iure communi conceditur.*
2 *Quando per legem ſcriptam aliquid conceditur, non eſt neceſſe adire iudicem, vt amplius illud concedat.*

*Quando*

3 *Quando aliquid generaliter eſt diſpoſitum, non expedit ſpecialiter in ſingulis caſibus amplius diſponi.*

4 *Beneficium legis ſcriptæ prodeſt etiam ignoranti, & ſibi competit.*

*Statutum ſi dicat, quòd bannitus poſſit impunè offendi, & aliquis ignorans ipſum bannitum offendat, gaudet beneficio ſtatuti.*

5 *Beneficium conceſſum ab homine, an acquiratur abſenti, & ignoranti.*

6 *Licèt quis iurando obligetur Deo principaliter, pars tamen in cuius fauorem iuramentum illud præſtatur, poteſt ipſum remittere, & illam obligationem diſſoluere, etiam abſente, & ignorante debitore, qui iurauit ſoluere intra certum tempus.*

7 *Si appoſitum eſt aliquod onus legatario per modum conditionis, quod non eſt inhoneſtum, tamen non poteſt formaliter impleri, debet fieri commutatio in aliam cauſam.*

*Si legatarius, decedat antequam illam cauſam in qua fit cõmutatio adimpleat tranſmittit ad ſuos hæredes.*

8 *Quando aliquod teſtamentum eſt nullum, uel ſententia, uel contractus, vel aliquid aliud, poteſt ſuper hoc adiri iudex, non vt annullet, ſed vt declaret eſſe nullum, uel nullum, ſeu eſſe remiſſum.*

9 *Quo iure agi poterit.*

10 *Quòd in ſuo libello debeat agens exprimere cauſam nullitatis, quando agitur actione perſonali, uel mixta.*

*In ſententia nullitatis, an debeat exprimi cauſa, ſi iudex pronuntiat aliq̃ ſententiam eſſe nullam.*

11 *An quis habeat neceſſe petere declarari ſententiam, uel teſtamentum, uel contractum, aut aliquid aliud eſſe nullum.*

12 *Statutum ſi permittit hæredib. occiſi occidere occiſorem, & Titius occidit Mæuium, an poterunt hæredes Mæuij illum occidere, etiam antequam fuerit declaratus occiſor.*

*Si captus pro debito aufugit, an cuſtos carcerum conuentus poterit excipere, ꝙ captura erat nulla, antequam declarata ſit nulla.*

1 a **§. De hoc iureiurando.** †Fruſtra precibus[a] impetratur, quod a
iure communi conceditur. ad hoc ſemper all. concor. l. prima. C.
de theſau. lib. 10. & adde quòd talis impetratio non nocet impetranti, vt perdat quod a iure ſibi conceditur, vt l. forma. §. fi. infra.
de cenſibus. ¶In tex ibi, (non eſt neceſſe adire prætorem.) notab.
2 †quòd quando per l. ſcriptam aliquid conceditur, non eſt neceſſe
adire iudicem, vt amplius illud concedat. Sed contra, quia per edictum prætoris mortui conceditur reſtitutio minoribus, & etiam
maioribus ex iuſta cauſa, & tamen neceſſe eſt eam impetrare a
iudice, prætore uiuo. Solu. illa reſtitutio non conceditur ſimpliciter per edictum pretoris mortui, ſed ita demum, ſi ſubeſt iuſta cã,
vt patet in l. prima §. primo. de min. vbi remittit hoc diſcutiendum
prætori viuo, in quem dirigit verba, vt ibi, & l. ſi minor. §. fi. eo. tit.
ſed hic ſimpliciter conceditur, & vide hic bonam gl. quæ eſt in l.
3 de pup. §. ſi is. de ope. no. nun. ¶†In textu ibi, nec per ſingulos. no.
quòd quando aliquid generaliter eſt diſpoſitum, non expedit ſpecialiter in ſingulis caſibus amplius diſponi, quia tantum operatur
generalis quo ad omnes, quantum ſpecialis quo ad quoſdam, vt
4 l. ſi duo. de admi. tu. ¶†In tex. ibi, (etiam ignorante,) no. quòd beneficium l. ſcriptæ prodeſt etiam ignoranti, & ſibi competit: ideo
ſi ſtatutum dicat, quòd bannitus poſſit impunè offendi, & aliqs
ignorans ipſum bannitum offendat, gaudet beneficio ſtatuti, vt
ſit immunis: ad hoc vide quod no. in l. genere. ſupra de infam. per
5 Barto. & in l. inter omnes. §. rectè. infra de fur ¶†Sed quæro quid
de beneficio conceſſo ab homine, an acquiratur abſenti, & ignoranti? Reſpondetur, aut eſt tale beneficium, quod confertur in inuitum, puta iuriſdictio, nam munus iudicandi neceſſarium eſt, &
poteſt quis ad ipſum compelli, vt l. munerum. §. iudicandi. de mu.
& ho, & illud acquiritur ignoranti, vnde ſtatim, quòd aliquis delegatus eſt a ſuperiore, vel creatus Poteſtas, vel officialis in aliquo
loco, ſtatim acquiritur ſibi iuriſdictio, & poteſtas abſenti, & ignoranti, vt l. cum furioſus. ſupra de iu. licèt non habet exercitium
quouſque ſibi delegatio preſentetur, vel ingrediatur officium,
quod dic, vt plenè not. per Bar. in l. abſenti. de don & facit quod
no. gloſ. in cle. prima de proc. Et propter hoc idem dicendum eſt
in his, quę non conceduntur, ſed auferuntur, ſi poſſunt auferri ab
inuito: quia fortius abſenti, & ignoranti, vt patet in c. quia cunctis
de conceſ. præben. lib. 6. vbi aufertur per principem alicui poteſtas conferendi beneficium, vel iudicandi abſenti, & ignoranti, &
ſic ſi aliquis priuaretur epiſcopatu, ſtatim deſinit eſſe epiſcopus,
etiam ignorans, vt not. in mercurialibus per Ioan. And. de regu.
iur. in capitulo quod ob gratiam. facit quod not. in capitulo ad
apoſtolicæ, de cleri. excom. mi. vbi excommunicatur abſens, &
ignorans, quia poteſt inuitus excommunicari. facit l. quarta. §. primo. de fideicom. lib. ſexto vbi colligitur iſta ratio. Aut non confertur in inuitum, & tunc aut eſt tale quid, in quo voluntas requiritur vtriuſque partis, ſeu conſenſus, vt tranſlatio dominij, vel poſſeſſionis, vel alterius iuris, & tunc non acquiritur abſenti, & ignoranti, ſed poſtquam ad eius notitiam peruenit per nuntium, vel
epiſtolam, & ipſe conſenſit l. qui abſenti. de acquir. poſ. & in c. ſi tibi abſenti. de præbend. lib. 6. Aut eſt tale quid, quod dependet ex
voluntate vnius tantum, & tunc acquiritur abſenti, & ignoran-
6 ti, vt l. Labeo. ſupra de iureiur. †vnde ſi iuraſti te mihi ſoluturum
infra certum tempus, & ego remittam iuramentum abſenti, &
ignoranti, quia remiſſio dependet ex uoluntate remittentis tantum, ſicut renuntiatio, & repudiatio, acquiritur tibi liberatio, &
licèt non ſoluas intra terminum, non eris periurus, licèt ignores
remiſſionem, & credas ſe periurare, ſed hæc credulitas non nocet tibi, poſtquam adeſt voluntas mea, vt in l. finali. & in d. l. inter
omnes. §. fina. de fur. Illud autem conſtat, ꝙ licèt quis iurando obligetur Deo principaliter, pars tamen in cuius fauorem illud iuramentum præſtatur, poteſt ipſum remittere, & illam obligationẽ
diſſoluere, vt in capitulo primo de iureiuran. & quod no. Bartol.
in l. prima. §. item quæritur. de oper. no. nun. vbi omnino vide. In
gloſ. ſuper verſi. ceſſit. in fin. Dy. non approbat iſtam gloſ. quia cõditio tacita benè non erat neceſſaria ad actum, ſed ſi fuit voluntariè appoſita, ita ſuſpendit, & impedit diem legati cedere, ſicut expreſſa, vt l. prima de conditio. & demonſtra. licet ſecus ſit in illa,
quæ eſt neceſſaria, vt ſi adeatur hæreditas. nam illa ineſt etiam ſi
non exprimatur, ideo non ſuſpendit. ita intelligitur l. conditiones.
eodem titulo ſed iſta de qua hic non erat neceſſaria, quia potuit
relinqui purè. ¶Et ad iſtum tex. reſpondetur, quòd hic dicitur, ſi
deceſſit poſt diem legati cedentem, & iſte non eſt dies mortis, licèt gloſſ. hoc dicat, ſed poſtquam impleuerit illam tacitam conditionem, quia dederit, vel fecerit: nam antequàm det, vel faciat, actionem non habet, vt in §. præced. Hęc placet, & ad contrarium
Dyn. dicit, quòd quantum ad effectum petendi, non videtur dies
cedere antequam impleuerit, & ſic loquitur §. præced. ſecus quãtum ad effectum tranſmittendi, vt l. poſt diem. Item non ob. aliud
quod ſupra dixi. nam ſi conditio iuriſiurandi non remitteretur,
ſufficeretur iurare, & ſtatim poſſet legatum petere, antequàm daret, vel faceret id, quod iurauit ſe daturum, vel facturum, vt patet
in relicto libertatis facto ſub tali conditione, de quo non reijcitur
conditio fauore libertatis, vt facilius poſſit impleri ſolo iuramento, vt infra de manu. teſta. l. ſi quis libertatem, cum ergo in alijs
reijciatur conditio, ſubrogatur onus faciendi, vel dandi, & vbi primo ea non reiecta, videbatur potius onus per modum præcepti,
quàm conditionis. quia non impediebat agere, ita, & nunc quantum ad effectum tranſmittendi, licèt impediat agere, & ſic tenet
mediam viam. Per hoc videtur, quòd ſi vellet iurare ſpontè, non
propterea poſſet ſtatim agere, niſi daret, vel faceret, quia ſpeciale
eſt in libertate. in dicta l. ſi quis libertatem. vt poſſit implere ſolò
7 iuramento, ergo in contrarium eſt ius commune. †Et per prædicta dicit Bald. not. quòd ſi appoſitum eſt aliquod onus per modum conditionis, quod non eſt inhoneſtum, tamen ſi non poteſt formaliter impleri, debet fieri commutatio in aliam cauſam
ſecundum l. legatum. cum l. ſequen. infra de vſufru. lega. & cle.
quia contingit. de relig. do. puta ſi fecerit dici tot miſſas pro anima defuncti in tali eccleſia, & illa eccleſia eſt interdicta, & ſic fit
commutatio authoritate epiſcopi in aliam cauſam piam, quòd ſi
legatarius decedat antequam illam cauſam, in quam fit commutatio, adimpleat, tranſmittit ad ſuos hæredes, quod perpetuò tene menti, ſed ſi potuiſſet illa cauſa impleri, & nõ fuiſſet facta commutatio, ſecus, & hoc per iſtam gloſſ. & per l. quam Bartol. alleg.
8 ¶†Vltimò Bartol. tangit hic vnam materiam quando aliquod teſtamentum eſt nullum, vel ſententia, uel contractus, vel aliquid
aliud, vtrum ſuper hoc poſſit adiri iudex. Et plenius, quàm Barto.
dicit, quòd videnda ſunt quatuor breuiter. Primo vtrum poſſit
adiri, vt annullet, & eſt dicendum, quòd non, per iſtum tex. quia
poſtquam eſt nullum, amplius annullari per iudicem non poteſt.
l. nam & ſi ſub conditione. §. primo. de iniuſt. teſt. & hoc probat
iſte text. quia quod remiſſum eſt ab edicto prætoris, non remittitur amplius per iudicem. Secundo eſt videndum, vtrum poſſit
adiri, vt declaret eſſe nullum, vel nullam, ſeu eſſe remiſſum, & hic
dicas, quòd ſic, quia poteſt quis agere pro declaratione iuris ſui,
vt not. in l. ſi duo patroni. in principio. ſupra de iureiur. in gloſ. & l.
9 Aurelius. §. centum. de lib. le. & l. ſi contendat. de fideiuſ. ¶†Tertio eſt videndum, quo iure agere poterit? Reſpondetur, quòd
iſta nullitas poteſt deduci in iudicium agendo, excipiendo, & replicando. Primo caſu imploratur officium iudicis nobile ſuper
illa declaratione, ut in capitulo fina. & ibi per Inno. de offi. iud. &
ſupra de ſer. l. j. & quod ibi not. in ver. circa appellationem &c. aliquando tamen iure actionis hoc poteſt peti, vt ſi contractus eſſet
nullus ex conuentione partium, quoniam ageretur actione ex
eo contractu, ut l. ex empto. §. ſi quis virginem. cum ſeq. de actio.
empt. uel ſi eſſet nullus dolo patris, quia ageretur actione de dolo, iuxta

---

**A D D I T I O.**

a **Fruſtra precib. Adde c. quia fruſtra. de uſu. & in regula fruſtra de regu. iu. in vj.**

lo,iuxta ea,quę plenè habentur in l.eleganter.de dolo. Quando autem per viam exceptionis,tunc proponitur actio prima,vel petitio hæreditatis ab inteſt.& ſi opponatur de ſententia abſolutoria,vel teſtamento, replicabitur de nullitate: & ſic per modum replicationis,quando replicans non erat in poſſeſſione: ſed ſi erat, alius ageret ex teſtamento,vel ex ſententia excipiet de nullitate, & tunc ſuper nullitate naſcitur, ſed non pronuntiatur, quia incidenter venit, vt l. prima. de ord. iud. ſed quando per viam agendi: & tunc pronunciatur, quia principaliter deducitur, & eſt talis proceſſus ſuper nullitate ordinarius: & ſic conteſtatur,& fertur diffinitiua,vt no.Inn.in c.auditis.de procu.

10 † Et dicit hic Bald. vnum verbum notabile, quòd debet agens in ſuo libello exprimere cauſam nullitatis, quando agitur actione perſonali,iuxta no.in l.prima.in princip.ſupra de eden.& alleg.l.ſi pater. C. de ac. emp.¶Ego fui interrogatus iſtis diebus, ſi iudex pronuntiat aliquam ſententiam nullam, & non dicit ob quam cauſam, an iſta pronuntiatio valeat,& iſtud dictum Bald.facit, quod non: ſed in contrarium allegabam dictum Bar.in l. ſi expreſſim. de app. in l. prima.ante fi.C.quando prouo.non eſt neceſ.qui dicit, quòd iudicium ſuper nullitate habet ſimilitudinem cum iudicio ſuper reali actione:ſed conſtat,quòd in reali,cum quis agit rei vendicatione aſſerens ſe dominium,non tenetur in libello exprimere cauſam remotam,propter quam eſt dominus,licèt poſſit, ſi velit:ſed in proſecutione tenetur oſtendere cauſam, & tunc ſi fuit proſecutus vnam cauſam, & non probauit, facit ſibi præiudicium in omnibus alijs cauſis.ita dicit Barto. in iudicio ſup nullitate,quod eſt menti tenendum:& ſic videtur, quòd non tenetur exprimere in libello,licèt poſſit,ſi velit:& ſi exprimeret, & ſuccumberet, poſſet dicere nullum ex alia cauſa non expreſſa, vt l. ſi mater. §. primo.de excep.rei iud.ſecus ſi nullum expreſſit in libello, licèt in proſequendo vnam expreſſerit.tene mēti,legem antequam Bal. alleg.& non probat id,quod dicit ipſe.

11 ¶†Vltimò, & quarto vidēdum eſt, vtrum quis habeat neceſſe petere declarari ſententiam, vel teſtamentum,aut contractum,vel aliquid aliud, eſſe nullum? Reſpondeo,aut propter nullitatem vult aliquid conſequi a iudice quod aliàs conſequi non deberet: & tunc eſt neceſſe, quòd primo fiat iſta declaratio,vt ſi conſtet iudici de ſua poteſtate. facit l. eius qui delatorem.de iure fiſ.vide tamē circa hoc quod not.Bar. in l.cum quærebatur.de re iu.& l.ſi vt proponas.C.quomodo,& quando iudex:aut vult aliquid conſequi non a iudice, ſed iure cōmuni: & tunc non habet neceſſe petere declarationem, vnde ſi prima electio eſt nulla,poſſunt eligentes ad aliam electionem ꝓcedere,etiam illa non declarata nulla:vt in c.auditis. de ele. & eodem titulo cap.conſiderauimus.cum ibi not. quia hoc faciunt ex poteſtate a iure communi conceſſa.

12 † Et ex hoc determinatur,ſi ſtatutum permittit hæredibus occiſi occidere occiſorem, & Titius occidit Meuium,poſſunt hæredes Męuij ipſum occidere, et antequàm fuerit declaratus occiſor:quia faciunt ex poteſtate data a ſtatuto,non a iudice,licèt Ang.qui mouit hic iſtud dubium, dubitet:ſed non videtur mihi dubitandum.Dicit etiam ipſe,quòd cum quidam fuiſſet captus pro debito, & captura erat nulla,quia non ſeruata ſolennitate debita,& ſic veniebat relaxandus, ſi aufugit culpa commentarienſis,antequam eſſet declarata captura nulla,non tenetur commentarienſis,& ſi conuenitur, & poteſt excipere de nullitate capturæ ad ſui defenſam.arg.hic:ſed non placet hæc determinatio:quia poſito,quòd captura eſſet nulla, non poterat commentarienſis propria authoritate relaxare ſine iudicis mandato:quoniam erat merus executor, & non pertinebat ad eum cognoſcere de nullitate iuxta not.per Bart.in l.fi.§.diuus. ſupra de publi.& pro hoc l.final.de eo, per quem factum eſt.vbi ſi aliquis calumnioſè captus eſt a familia,nō poteſt alius priuatus eum eximere de manibus familiæ propria authoritate, & ſi facit, perinde tenetur,ac ſi iuſtè captus fuiſſet: videtur tamen,quòd minus ſit imputandum,ſi inceptum erat iudicium ſuper nullitate capturæ,ſi non adhibuit ita bonam diligentiam,ſicut circa alios,per ea,quæ not.in l.ſi pecuniam.§.fi.de condi.ob cau.

## LEX IX.

Onditiones. ¶Non ſummatur, nec aliquid habet,ideo vide per te.

## LEX X.

1 *Licèt in codicillis non poſſit dari hæreditas, poteſt tamen in eis inſtitutio facta in teſtamento declarari, & purificari.*

2 *Contenta in ſcriptura, ad quam fit relatio, cenſentur cōtineri etiam in ſcriptura, quæ ad illam refertur,*

3 *Confirmatū trahitur ad tempus cōfirmationis, ſed aliquādo cōfirmatio trahitur retro ad tempus confirmati.*

*Filius an poſſit inſtitui in codicillis.*

1 Nſtitutio. †Inſtitutio facta de nominando in codicillis fiendis,ualet, niſi ſit facta de filio in poteſtate, & eſt conditionalis,ſi nominabatur:ſed facta de nominato in codicillis iam factis ualet,etiam in filio,& non eſt conditionalis, ſed pura,ſi reperitur nominatus,hoc dicit.

2 ¶†In text.ibi,(ſcripſero.) expone, ideſt nominauero,quia inſtitutio fit in teſtamento,& ſic not.hic, quòd licèt in codicillis non poſſit dari hæreditas,poteſt tamen in eis inſtitutio facta in teſtamento declarari,& purificari. Item quòd contenta in ſcriptura,ad quam fit relatio, cenſentur contineri etiam in ſcriptura,quæ ad illam refertur.

3 †Item quòd confirmatum trahitur ad tempus confirmationis: ſed aliquando confirmatio trahitur retro ad tempus confirmati, vt l. qua in prouincia.§.diuus. de ritu.nupt.cætera vide hic per Bartol. ¶ Not. etiam hic ſecundum Bald.quòd filius non poteſt inſtitui in codicillis,licèt Bartol. tenuerit contrarium in l.militis codicillis. in prin. infra de mili. teſtamento.

## LEX XI.

1 *Conditio mixta dependens ex facto implere debentis, & alterius, habetur pro impleta, ſi non ſtat implere debentem: ſed per alium, in cuius perſona debeat impleri, quo minus impleatur.*

2 *Matrimonium ſicut debet eſſe liberū à timore pœnæ, an ita etiam adoptio.*

3 *Hæreditas paterna non dicitur lucrum, cum ſit debita.*

4 *Si filius vult expectare euentum conditionis mixtæ, de qua in hac l. vt habeat ex teſtamento, & non uult dicere teſtamentum nullum, poteſt hoc facere, & adueniente conditione valebit teſtamentum, etiam de iure ciuili.*

1 I quis in teſtamento. †Cōditio mixta dependēs ex facto implere debentis, & alterius,habetur pro impleta,ſi non ſtat per implere debentem, ſed per aliū, in cuius perſona debeat impleri,quominus impleatur. hoc dicit, ad hoc de condi.& demon.l.iure ciuili.& l.ſecunda C.eodem tit. de condi.inſti.ſed quando dependet ex facto implere debentis,& ex caſu fortuito,licèt non ſtet per implere debentem, ſed per caſum,non habetur pro impleta,ſed pro defecta. vt not. ſupra eodem.l.quæ ſub conditione.§.quoties.nam in primo caſu æquitas hoc dictat,ne ſit in poteſtate illius tertij,in cuius perſona debebat impleri,vt quis priuetur commodo hæreditatis, uel legati,quę ratio ceſſat,quando deficit per caſum.¶In text. ibi, (hæres eſto.) ex hoc,quòd habebat cohęredem,per cuius aditionem poterat iſta exhæredatio confirmari,ideo valuit teſtamentum, licèt fuerit inſtitutus,quòd in eius defectum fuerit exhæredatus : ſecus ſi non habuiſſet cohæredem ut l.filius a patre.de lib.& poſthum. ¶Opp. pro declaratione glo.ſecundæ,quòd iſte filius ſit hæres ex teſtamento.licèt non fuerit paratus implere conditionem:quia illa cōditio de adoptando tanquàm contra bonos mores reijciatur de inſtitutione:vt l.vxorem.§.hæres.de legat.tertio.glo. ſoluit duobus modis,& finaliter fatetur contrarium, & ad text. hoc addit maximè,certè ſi iſta conditio eſſet contra bonos mores,non reijceretur de inſtitutione filij,ſed tamen vitiaret, vt infra eo. l.filius.ſi licèt de inſtitutione extranei reijciatur,& non vitiet,vt l. conditiones.infra eodem.& ſupra l.conditiones.ideo dic, quòd in contrario onus de adoptando fuit appoſitum per modum diſpoſitionis,ſeu pręcepti,quia fuit grauatus hęres de adoptando aliquem, & in caſu,quo non adoptet,fuit priuatus hęreditate per teſtatorem.

2 †De legato dicitur ibi,quòd pręceptum de adoptando eſt inualidum:ideo licèt non impleatur,non incurrit pœnam, vt l. prima.C.de his,quæ pœn.no.& not.in l. prima. ſupra eodem. nam ſicut matrimonium debet eſſet liberum a timore pœnæ, ut l. Titia.de verbo.ob.ita & adoptio, quia non debet quis compelli timore pœnæ ad aliquem adoptādum.ſed hic fuit appoſitum iſtud onus per nomen conditionis,& ſub ſpe pręmij poteſt induci ad adoptandum,ſicut etiam ad matrimonium contrahendum, ut infra de condi.& demonſtratio.l.Titio centum. §. primo. & iſta ſol.quam etiam Barto.tangit,mihi placet.

3 † Vnum tamen ob. q̄a hæreditas paterna non dicitur lucrum, cum ſit debita, ut l.final. C.de codic.unde non dicitur inuitari ſub ſpe lucri, ſed potius metu,ne perdat debitum,ideo poſſet dici,quòd ſi intereſt ſua habere potius ex teſtamento,quàm ab inteſt. quia fortè erat inſtitutus in maiori partę,quàm ipſum tangeret ab inteſtato, & in reſiduo erat inſtitutus frater eius in poteſtate, eius eſt conditionem implere,uel paratum ſe offerre,ut habeat ex teſtamento, ſed ſi intereſt ſua magis habere ab inteſtato, & illam conditionem non implere,poterit dicere teſtamentum nullum, tanquàm illa conditio ſit contra bonos mores,vt infra eodem l.filius.& in d.§.hæres.& quòd non teneat exhæredatio facta in defectum illius conditionis per illum §.hęres.

4 †iſtud etiam eſt de mente Barto.quod no.pro eo,quod dicit glo.in l.ſi pater.in fi.magnæ glo. C. de inſti. & ſubſt.

& ſubſt.quę vult,quòd ſi filius vult expectare conditionis euen-
tum,vt habeat ex teſtamento, & non vult dicere teſtamentum
nullum quia fortè ſua intereſt potius ex teſtamento habere: po-
teſt hoc facere, & adueniente conditione valebit teſtamentum,
etiam de iure ciuili,quod Bald.tenet ibi,& hic,licèt eſſet omnino
præteritus,per approbationem eius ſolum reconualeſceret de iu
re prætorio ad vtilitatem alterius:ſed ad ſuam reconualeſcit de iu
re ciuili,tene menti.

## LEX XII.

1 *Conditio.ſi voluerit,in inſtitutione neceſſarij hæredis appoſita.facit eum voluntarium,ſed in inſtitutione voluntarij nihil operatur.*

2 *Conditio,ſi voluerit,an reijciatur de inſtitutione filij,& quid in alia conditione poteſtatiua.*

3 *Quid ſi apponatur in legato relicto extraneo.*

4 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, ꝙ nihil operetur.*

1 VErba hæc.†Conditio,ſi voluerit, in inſtitu-
tione neceſſarij hr̃dis appoſita
facit eum voluntarium, ſed in inſtitutione volunta-
2 rij nihil operatur hoc dicit.¶†In text.ibi,(conditio fa-
ciunt.)ſed an hodie reijciatur iſta conditio de inſtitutione filij,vi-
detur quòd non,quia non continet grauamen, & hoc tenuit Ia-
co.But.ſed Bal.in l.quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam.te-
net contrarium : quia immo continet grauamen, nam ſi non
fuiſſet appoſita,tranſmiſiſſet hæreditatem non aditam iure ſuita-
tis tanquàm ſibi per l.acquiſitam,vt hæredi neceſſario:vt l.ventre,
de acqui.hæred.nec propterea implicabitur oneribus hæredita-
rijs,niſi ſpontè ſe immiſceret:vt l.ſi filius,qui patri. ſupra tit.j.nunc
verò propter iſtam conditionem,cum ſit effectus merè volunta
rius,nō eſt ſibi acquiſita hęreditas per l. niſi declaret ſe velle, ſicut
nec legatum iſto modo relictum,vt l. ſi ita legatum.§. illi ſi volet.
de leg.j.vnde non tranſmittet,ſicut nec merè voluntarius hæres.
intereſt ergo ſua,quòd iſta conditio reijciatur,tene mēti.¶In tex.
ibi,(vt ſi nolit,hæres non exiſtat.)patet ergo hic,ꝙ fauore teſtato-
ris eſt hoc introductum,vt ſi filius, vel ſeruus ſit ſibi neceſſarius
hęres,vt decedat teſtatus:vnde poteſt teſtator huic fauori renun-
tiare,& facere ipſos voluntarios apponendo iſtam conditionem
ſi voluerit:continuatio vero dominij in filium,in qua conſiſtit ſui
tas,fuit introducta fauore filij,vt l.in ſuis.de lib. & poſth. tamen te
ſtator faciendo ipſum voluntarium,etiam iſtam cōtinuationem
impedit,quia non poteſt continuari in ipſum dominium, niſi tan
quam in hęredem,vnde ſi non eſt hæres, ergo nec dominus ex
3 continuatione.¶†Sed quæro,quid ſi fuit inſtitutus ſub alia condi-
tione poteſtatiua?Reſpondetur idem,vt antequā illam impleat,
non eſt neceſſarius hæres,ſed poſtquam impleuit, ſtatim efficitur
neceſſarius,ac ſi purè fuiſſet inſtitutus,vt infra de condi. & dem.l.
conditionibus pup.¶In text. ibi (fruſtra adduntur.) ſed in legato
etiam extraneo relicto:quia cum illud acquiratur ignoranti.l.cū
pater.§.ſurdo.de leg.2.ſi apponatur iſta conditio,ſi voluerit, non
acquiritur,niſi declaret ſe velle,& ſic iſta verba faciunt conditio-
nem,& interim decedens non tranſmittit,vt in d.§. illi ſi volet. &
4 l.ſi ita expreſſim.de condi.& demon.†Nec obſt. quòd expreſſio
eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur,l.3. de leg. j. quia verum
eſt,quando exprimuntur per eundem modum:ſed hic non ſic,
quia voluntas legatarij non requiritur ad primariam acquiſitio-
nem legati,cum illa fiat etiam ignoranti. licèt requiratur ad ſecū-
dariam,& irreuocabilem,vt no.j.l.proxi.per gl.ſed apponatur iſta
conditio,teſtator requiſiuit voluntatem legatarij,etiam ad prima
riam acquiſitionem,vt illa non fiat,niſi volenti.

## LEX XIII.

1 *Qui conditionem implet, non propterea videtur hæreditatem adire,vel legatū acceptare,ſed inſtitutionem, vel legatum purificare duntaxat.*

2 *Licet quis conſentiat in præparatorijs ad actum,non propterea cēſetur cō ſentire in actum.*

*Qualiter duplex ſit acquiſitio in legatis,ſcilicet primaria, & ſecundaria & quæ ſit irrepudiabilis.*

3 *Repudiatio propriè locum habet in iuribus nondum perfectè acquiſitis, & ex voluntate.*

*Renunciatio,ꝙ cadat etiam in perfectè acquiſitis, & in quibus iuribus conſtat renunciatio in ſola voluntate renuntiantis.*

4 *Qui in libello appellauit ſe hæredem,videtur dixiſſe, quòd adiuit hæreditatem.*

1 SI qui.†Qui conditionem implet, non propterea
vr̃ hæreditatem adire, vel legatum accepta
re,ſed inſtitutionem,vel legatum purificare dunta-
xat.h.d.De iſto articulo vide plenius in l. prima. §. ſi
parcendi.j.de conditio.ob.cau.ubi ponitur diſtinctio ad concor-
diam ll.hic allegatarum in glo.circa ſi.videbatur contrarium,quia
non propter aliud implet conditionem,niſi,vt hæreditatem,uel le
gatum habebat,ergo implendo vr̃ ipſe uelle,ſed hic implet, vt ha-
bere poſſit,non vt tunc habeat,ideo poſt implementum requiri-
2 tur alius actus,vt adeat,vel acceptet legatum.†Not.ergo ſecundū
Bald.ꝙ licèt quis conſentiat in pręparatorijs ad actum, non pro-
pterea cenſetur conſentire in actum,quod poteſt allegari ad plu-
ra.In gloſſ.ibi,(reſpondeo,loquitur hic.)Not. j. ex iſta gloſſ.ꝙ du-
plex eſt acquiſitio in legatis,ſcilicet primaria, quæ fit per legem ēt
ignoranti,& iſta dicitur commutabilis, quia ſola voluntate reſol-
uitur,ſi repudiat,& fingitur non facta,& ſic retrotrahitur,vt l.pro
inde.ſi cer.pe.cum alijs alleg.in glo.Quędam ſecundaria,& irrepu
diabilis,& iſta eſt illa,quę fit per acceptationem legati, & ſic ex ſo-
la voluntate,& ideo dr̃ irrepudiabilis, quia ſi poſt iſtam legatarius
repudiaret,non deſineret eſſe dominus,niſi haberet rem pro de-
relicto,ſed benè poſſet deſinere poſſidere,quod dic,vt l.ſi quis.in
§.differentia.de acq. poſ. nec trahitur retro, etiam ſi haberet pro
declarato,nec fingitur non facta acquiſitio a princ. ſed ex nunc
fingitur l.ſicut.in fin.& l.ſi ita ſcriptum.de lega. j. & ſupra de his,
quę in teſta.delen.l.j.ante fin.& adde quod not.Bart. in l.Pompo.
de neg.geſt.de iſta duplici acquiſitione, quarum vna fit per l.vo-
luntatem,& iſta nuda voluntate reſoluitur,& altera fit de volun-
tate eius,cui acquiritur,& iſta non reſoluitur nuda voluntate, vt
3 ibi habetur.¶†No.ex iſta glo.ꝙ repudiatio propriè locum habet
in iuribus nondum perfectè acquiſitis, & ex voluntate, ſed in de-
latis,& acquiſitis præter voluntatem, vt per legem, renuntiatio
verò cadit etiam in perfectè acquiſitis, vt ſi quis haberet ſeruitu-
tem perſonalem,vel realem,vel ius pignoris ſua voluntate ſibi ac
quiſitum,vel beneficium eccleſiaſticum,nam eis poteſt renuntia
4 re,vt in toto titu.de remiſ.pig. & extra de renun. per totum. † &
conſiſtit renun.in ſola volūtate renuntiantis in talib.iuribus, quia
per eam recipit libertatem,quod de facili fit, ſed dominium non
poteſt renuntiari ſolo verbo,quia hic ceſſat ratio,prædicta,ſed re-
quiritur,quòd perueniat ad actum facti,quod dic, vt not. in d.§.
differentia.In glo.j.quem conſtat non eſſe hæredem, niſi adeat.
No.iſtam gloſſ.propter vnum, quod iſto anno habui de facto,
nam aliquis hæres,tanquam hæres allegando ſe hæredem talis op
ponebat in calculo ferendę ſententiæ,quòd ipſe non approbauit
ſe hæredem,quia licèt eſſet inſtitutus hæres, non tamen videba-
tur hæres,niſi adiret,& hoc dicit iſta glo.vnde debuit producere
aditionem hæreditatis,quam non produxit, nec amodo produ-
cere poterat, quia concluſum erat in cauſa, ſed iſta allegatio eſt
merè calumnioſa,& contra ipſam retorquet iſtam gloſſ. quia ex
quo ipſe appellauit ſe hęredem,videtur dixiſſe, quòd adiuit hære-
ditatem,& poſito,quòd per prius non adiuiſſet, propter hoc ta-
men,quòd tanquam hæres egit,videtur tunc adire,cum aditio in
ſola voluntate conſiſtat,ad quod l.2. C.de iure delib., vbi ſoluen-
do debita hæreditaria,tanquam hæres cenſetur adire, ergo & agē
do tanquam hęres.

## LEX XIIII.

1 *Conditio continens aliquid a iure prohibitum,uel contra bonos mores reijcitur de inſtitutione extranei tanquam impoſſibilis,ſed inſtitutionem filii vitiat tanquam poteſtatiua.*

2 *Illud poſſumus,quòd de iure poſſumus.*

*Tria.ſeu quatuor requiſita,vt dicamur aliquid poſſe facere, ſcilicet,quod licitè,honeſtè,commode,& ſalua fama facere poſſumus.*

3 *Si ruſticus aggreſſus eſt militem,qui poterat commode aufugere,& ruſticum non offendere,an excuſetur a pœna de occiſo,ſeu de uulnere, cum fugere non poterat ſaluo honore ſuo.*

4 *Conditiones improbatę a iure dicūtur impoſſibiles,ſicut illæ,quæ ſunt impoſſibiles de natura.*

1 COnditiones.†Conditio continens aliquid
prohibitum, vel contra bo-
nos mores reijcitur de inſtitutione extranei tāquam
impoſſibilis,ſed inſtitutionem filij vitiat tanquam po
2 teſtatiua.h.d.cum l.ſeq.&c.¶†No.in l.filius. illud vulgare, ꝙ illud
a poſſumus,[a] qđ de iure poſſumus.l.nepos Proculo. de verb. ſign.
& dicit Inn.in c.accedens.de conceſ.pręben. ꝙ tria requiruntur,
vt dicamur aliquid poſſe facere, ſcilicet, quòd licitè, honeſtè,&
commodè facere poſſumus, adde, & ſalua fama. vt puta ex iſto
3 tex.dum dicit,æſtimationem,hoc inducit.†Bal.ſi ruſticus aggreſ-
ſus eſt militem,qui poterat commodè aufugere, & ruſticum in
nullum offendere,quia tamen hoc facere non poterat ſaluo ho-
nore ſuo,ſi ipſum vulnerauerit,uel interfecerit, non uolēs ipſum
aliter repellere,non puniatur de occiſo,tanquam egrediens mo-
deramen

ADDITIO.

a Iſtud poſſumus.Adde l.filius,qui fuit ff.de hære.inſt.gl.in c.faciat homo.
xxij.q.2.gl.1.c.ſciſcitatus.de reſcri.gl.in cle.ſępe.de ver.ſig.Car.Za.in ca.
ad audientiam.in 1.no.de eccl.ædi.

a deramen inculpatę tutelæ, [a] cum poſſet aufugere, vt l. vt vim. C.
vnde vi.quia non poterat hoc facere ſalua fama,& honore,ſecus
in alio pari,cui non fuiſſet verecundia aufugere,vt not.in d.l.pri-
ma.¶Vltimò quæro,vtrum ex iſta l.hodie oriatur: quòd condi-
tio turpis non vitiet inſtitutionẽ filij,ſed reijciatur per l.quoniam
in prioribus.Bal.in l.ſi pater.in fi.primę col.C.eodem tit.notabili-
ter tenet,ꝙ non corrigatur,ſed quòd etiam hodie vitiatur inſtitu
tio:nam iure iſto reijcitur regulariter de inſtitutione cuiuſcũque,
vt l.præcedenti.& tamen non de inſtitutione filij : ergo & hodie
licèt aliæ conditiones reijciantur iſta,non alias conditiones licitas
poteſt implere filius,ſi vult,& facere,quòd non reijciantur : vt di-
xi in l.ſi quis teſtamento.ſupra eo.ſed iſtas prohibitas non poteſt
implere:& ideo non eſt bona argumẽtatio de non prohibitis ad
4 prohibitas.¶†Not.etiam,quòd conditiones improbatæ a iure di
cuntur impoſſibiles,ſicut illæ,quæ ſunt impoſſibiles de natura,vt
l.j.ſupra eodem.

ADDITIO.

a Moderamen inculpatæ tutelæ.Adde Doct.in c.ſignificaſti.el.2.de homi.
Doc.in cle.ſi furioſus.eo.ti.

---

LEX XVI.

1 *Conditio continens in ſe perplexitatem,vitiat inſtitutionem.*
2 *Conditio continens in ſe perplexitatem quando nõ vitiet inſtitutionem.*
3 *Perplexitatis materia remiſſiuè.*
4 *An iſtæ conditiones negatiuæ,ſi Titius non erit, Seius hæres eſto,& ſi Se-
ius non erit,Titius hæres eſto contineant perplexitatem, uel contrarie-
tatem.*

1 SI Titius.†Conditio continens in ſe perplexita-
tem,vitiat inſtitutionem.hoc dicit.di-
citur autem perplexitas.i.quædam contrarietas,quæ
eſt interdum conditionis,& id,quod conditio conti
net,quia natura conditionis eſt,quòd impleatur ante aditam hæ-
reditatem:& id,quod continet conditio eſt tale, quòd non po-
teſt eſſe,niſi poſt aditam hæreditatem,& ideo odio teſtatoris,qui
talem contrarietatem ex verbis ſuis induxit, non vitiatur,ſed vi-
tiat inſtitutionem,ſecus in impoſſibilitate naturæ, vel iuris,q̃ non
continet contrarietatem:quia illa reijcitur, & remanet diſpoſitio
2 pura,vt ſupra eodem.l.prima.& l.conditiones.† Habet autem lo-
cum iſta lex,quando iſta perplexitas,ſeu contrarietas prouenit ex
verbis teſtatoris,ſi autem aliunde,ſeu ex accidenti præter propo-
ſitum teſtatoris non vitiat:ſed alio modo dirimitur, vt infra ad l.
Fal.l.qui quadringenta.in vlt.car.circa fin.ti. & ita ibi not.Item ha-
bet locum,quando iſta perplexitas nullo modo poteſt diſſolui, vt
erat in caſu huius l.ſecus,ſi poterat quoquo modo, vel implendo
de iure,quatenus poterat impleri ante aditam hęreditatem, & re
ſiduum reſeruando poſt aditam, vt ſupra eodem titu.l.quarta.in
princip.vel implet de facto infra eodem.l.mulier. §. primo.tamen
non poteſt impleri de facto,niſi quando implementum principa-
liter tendit ad commodum implentis,vt purificetur ſua inſtitutio
vt ibi,& l.Titius, & Seius. de verborum ob. vbi agendo de facto
purificat ſuam inſtitutionem alterius principaliter,& in conſequẽ
tiam ſuam,& in caſu huius l.ſi Titius hæres non erit, Seius hæres
eſto.nam ſi diceremus,quòd Titius poſſet adire de facto,hoc ten
deret ad purificandum inſtitutionem Seij per prius, & ea purifi-
cata,& Seio effecto hærede tenderet ad purificandum inſtitutio
nem ipſius Titij:& ideo nõ poteſt adire de facto, vt hoc fiat:quia
ſi poſſet,vitiaretur inſtitutio : & tamen hic dicitur contrarium,ꝙ
uitiatur.item habet locum,quando cadit perplexitas inter duo,q̃
merentur æqualem fauorem, ſecus ſi vnum eſſet fauorabilius al-
tero,quia nõ vitiaret,vt ſupra titu.primo.l.fin.§.Titius.circa fin.in
uerſicul.porrò.ſecundum Bar.qui ita no.in l.prima. ſupra eodem
certè in illo veſicu.porrò.non perpendo, quòd ſit aliqua perple-
xitas in uerbis teſtatoris,ponendo caſum,vt ibi poſui: ſed ideo ꝑ
cohæredem non fuit adita hæreditas, & ſic legatum factum de
ſeruo non fuit confirmatum,quia non potuit ſeruus adire ex in-
ſtitutione iuſſu legatarij , & ad commodum illius: ideo fit locus
ſubſtitutioni factę de ſeipſo cum libertate ad commodum ſuũ :
quia impletur conditio formaliter,ſi hæres non erit ad commo-
dum legatarij : quia verum eſt dicere, ꝙ non eſt hæres, nec eſſe
poteſt ad commodum legatarij,vnde re vera non eſt ibi perple-
xitas;quia quando eſt perplexitas,conditio exiſtere non poteſt,vt
3 hic dicitur in fin.& ibi formaliter exiſtit.†Et de materia perplexita
a tis vide quod no.Doc.in l.Arethuſa.de ſta.ho.in queſtione illa de
duobus ſeruis diuerſorum,quorum vni dixit dominus vade ſuꝑ
pontem,& ſi obuiaueris libero,liber eſto.ſi ipſi ſe inuicẽ obuiãt,
quis eorum erit liber,an neuter,an vterque & ſic eſt quæſtio de
puncto,nam in prima obuiatione quilibet reperitur ſeruus,& ſic
videtur,quòd primus,cui fuit dictum,ſi obuiaris ſeruo liber eſto.
efficiatur liber,& non alter,& econtra,quòd etiam alter,quia ſi il-
le efficiatur liber,& non alter,& econtra , quòd etiam alter: quia
ſi ille efficiatur liber,hoc contingit eodem inſtanti , qui obuiat ſi-
ne aliquo interuallo temporis:ergo verum eſt dicere, quòd alter,
cui dictum fuit,ſi obuiaueris libero,liber eſto,ſit liber: quia obuia
4 uit libero.dic,vt ibi no.per Petr.& Cyn. ¶ † Glo. hic in fin. format
queſtionem,quid ſi iſtę conditiones apponantur negatiuè, ſi Ti-
tius nõ erit,Seius hęres eſto,& ſi Seius nõ erit, Titius hæres eſto.
& tenet in effectu,quòd non teneant perplexitatem, nec contra-
rietatem,& ſic non vitiant inſtitutionem : quia poteſt altera ipſa-
rum impleri ante aditam hęreditatem,ſicut eſt de natura cõditio-
nis,quoniam continet tale quid, quod etiam hæreditate non adi-
ta poteſt euenire:ſed tunc eſt dubium,quando alter tantum futu
rus eſt hæres,non ambo,quis eorum erit ? In glo.ſunt duæ opin.
prima eſt,quòd neuter ipſorum poteſt adire , niſi altero per prius
repudiante,& ſic expectabitur repudiatio vnius,vt alter effici poſ
ſit:iſta non eſt bona,quia neutri ipſorum delata eſt hæreditas an-
te conditionem impletam, ergo neuter repudiare poteſt, ſicut
nec adire,vt l.is poteſt.de acquiren.hæred.Alia opin.eſt,quòd qui
libet eorum poſſit adire ſaltem de facto, & ſit locus præoccupa-
tioni, quia ſi vnus adit, claudit viam alteri adeundi. arg. de uerb.
ob.l.ſi Titius.ſed illa non facit,quia ibi ideo locus eſt præoccupa-
tioni : quia ibi illi duo ſtipulatores habentur tanquàm duo rei cre
dendi,inter quos eſt locus præoccupationi per lit. conteſt. infra
de duo.re.l.ex duobus. & iſta ratio ceſſat hic.Dic ergo tertio,ꝙ
neuter ipſorum poteſt adire,quouſque alter deſinat poſſe eſſe hę
res,quod poteſt contingere ſi moriatur naturaliter, uel ciuiliter ꝑ
damnationem in metallum ſine ſpe reacquirendi poſſibilitatem,
ſecus ſi cum ſpe,vt ſi caperetur ab hoſtibus.argu.de iniuſt.teſt.l.ſi
quis filio.§.ſed ſi pater.

ADDITIO.

a De materia.Adde an materia perplexitatis induceat confuſionem. vide p
Bal.in proœ.decre.in §.firmiſſimè.

---

LEX XVII.

1 *Inſtitutio facta de eadem perſona,& de eadem portione pluries ſub diuer
ſis conditionibus purificatur ex illa,quæ potius euenit.*
2 *Ex duabus cauſis ad idem tendẽtibus celerior conſumat effectum.*

1 SI plures. †Inſtitutio facta de eadem perſona,&
de eadem portione pluries ſub diuer-
ſis conditionibus purificatur ex illa, quæ prius euenit.
hoc dicit.Et pone hic caſum,quòd inſtitui te hæredem in triente,
ſi nauis ex Aſia venerit , & eodem triente,ſi Titius conſul factus
fuerit:euenit prius iſta ſecunda conditio,certè purificatur hęc ſe-
cunda conditio,& poteris adire non expectata conditione prio-
ris inſtitutionis,ſicut ſi fuiſſes primo ſub conditione. inſtitutus, &
poſtea purè:quia hæc ſecunda tanquam plenior abſorbet primã,
vt ſupra de hære.inſti.l.ſi te ſolum. nam inſtitutio pura a prin. uel
ex poſtfacto purificata pares ſunt,ut no. ꝑ glo.in Auth.de ſan.epiſ.
§.ſed hoc.ideo ſicut pura abſorbet conditionalem, tanquam ple-
2 nior,ita,& purificata.Not.ergo,quòd ex duabus cauſis†ad idem
tendentibus celerior conſumat effectum,& ſunt uerba Bald. cre
do,in l.prima.C.de ſer.fug.qui allegat ad hoc l.ſi quis ita ſtipuletur,
ſiue nauis.de uerborum obligat.¶Opp.de l.ſi hęredi plures.ſupra
eodem. Sol.ibi fuit inita inſtitutio ſub duplici conditione copulati
uè poſita,quia ſi ergo ambę copulantur ad vnum effectum. ſ.ad
purificandum vnam inſtitutionem , requiritur, quòd ambę exi-
ſtant:ſed hic fuerunt duæ, & quęlibet ſub ſua conditione,vnde
conditiones illæ non copulantur ad unum effectum , ideſt ad u-
nam inſtitutionem purificandam,ſed diuerſas: & ideo exiſtentia
cuiuslibet de per ſe purificat ſuam , licèt altera non extiterit,hoc
ergo caſu,licèt illę conditiones ſint poſitæ copulatiuè,vel ſolutè,
quod habet uim copulæ.ut l.triplici.de uerborum ſig. & no.in l.
cum duobus.§.ſi in coeunda.ſupra pro ſo.per glo.tamen cenſen-
tur poſitæ diſiunctiuè,ut ſufficiat alteram impleri.¶In glo.prima
ibi (uel dic,)hæc uera.Sed tunc opp.ꝙ non poſſint dici plures in-
ſtitutiones,poſtquam ambæ ſunt factę de eadem perſona , & de
eadem portione per l.cum queſtio.C. de leg. & ar. infra de leg.2.l.
Męuius.§.qui.in fi.Sol.contrarium procederet,ſi ambæ factæ eſ-
ſent purè,uel ſub eadem conditione, quia tunc non ſentiret ma-
iorem utilitatem ex pluribus,quàm ex una,hic uero loquitur,q̃n
ſub diuerſis conditionibus,& ſic poteſt ſentire utilitatem ex una,
cuius conditio extitit,licèt ex altera non, cuius conditio deficit,
ideo poſſunt dici plures.¶In glo.ſeq.in fin.ibi, & §. primo.melius
eodem.titu.l.liber homo.§.ſi ita ſcriptum. per quæ iura habetur,
quòd ſi iſtę inſtitutiones eſſent factæ in diuerſis portionibus , &
exiſteret conditio unius,ſi uellet etiam habere aliam portionem,
habet neceſſe expectare conditionem alterius inſtitutionis , ſi
habebat cohæredem , uel ſubſtitutum, ad quem alia portio erat
peruentura in totum, uel pro parte non exiſtente conditione
illius:

illius.quoties autem in omnem euentum erat habiturus etiam conditione defecta,non hẽt neceſſe expectare conditionis euentum,vt ibi patet cum §.ſeq.In glo.ſeq.in fi.Tu dic melius ſecundũ Iac.de Are.quòd contrarium loquitur,quando ex interuallo fuit facta ſecunda inſtitutio in eadem portione ſub diuerſa conditione,quo caſu videtur receſſum a prima, & ſic non purificatur,niſi ex euentu vltimæ conditionis.hic verò quando incontinenti, & eodem contextu vna poſt alteram, quo caſu per ſecundam non cenſetur receſſum a prima , & ideo purificatur, vel ex prima,vel ex ſecunda,vt l.quòd traditum.& l.nam ad ead.infra de conditio. & demonſt.vbi probatur hoc.

LEX XVIII.

1 *Conditio appoſita in inſtitutione cenſetur repetita in legatis factis eidem, etiam in defectum inſtitutionis.*

2 *Conditio appoſita in fideicommiſſo cenſetur repetita in ſubſtitutione uulgari facta de eodem.*

1 CVm ſeruus. † Conditio appoſita in inſtitutione cenſetur repetita in legatis factis eidem,etiam in defectum inſtitutionis. hoc dicit.Et primo loquitur,quando legatum fuit factum in defectum inſtitutionis,ſcilicet ſi hæres non erit, vſque ibi (hac ratione.Secundo non in defectum inſtitutionis : & iſte ſecundus caſus eſt clarus,& cum illo concordant l. auia. de condi. & dem.
2 & l.ſi.in §.pe.vel fi.de doli exce.† Debet tamen limitari,quando ab eodem gradu,aliàs ſecus , vt l. ab omnibus. §. cum quidam.& ibi per Bar. infra de leg.primo.ſic & conditio appoſita in fideicõmiſſo cenſetur repetita in ſubſtitutione vulgari facta de eodem, vt infra de lega. 2.l.latinus largus, & primus caſus eſt ſatis dubius. ¶In text.ibi(repetitam videri conditionem.) ergo ſi conditio deficiat,deficit inſtitutio,& etiam legatum , quando ergo habebit locum legatum? videtur,ꝙ nullo caſu,& ſic ſit nugatorium:quia ſi conditio inſtitutionis extat,erit hæres,ergo non eſt locus legato,quod factutu fuit,ſi hæres non erit: ſi deficit conditio , deficit inſtitutio,& etiam legatum,poſtquàm in eo cenſetur repetita cõditio,hoc eſt quod facit dubium . Sed reſpondetur, quòd immo in primo caſu poterit habere locum legatum , ponamus enim,ꝙ extitit conditio , tamen ipſe non vult hæreditatem adire,ſed potius vult legatum,certè poterit , & ſic illa verba, ſi hæres non erit hoc caſu intelliguntur ſolum,ſi hæres eſſe voluerit, non autem ſi noluerit,vel non potuerit propter conditionis defectum, ſecus quando apponuntur in ſubſtitutione vulgari: quia comprehendunt omnem caſum,quo non ſit heres , vt l. 3 .C.de hære.inſtitu. & etiam hic comprehenderent caſum,quo non poſſet eſſe hæres propter aliam cauſam,quàm propter defectum conditionis, vt ſi poſt euentum conditionis decederet hæreditate non adita: nam eam non tranſmitteret,ſed bene trãſmitteret legatum,quod in puncto mortis purificatur,vt infra quando di.le.ce.l.fin. & ſic ſoluitur iſta contrarietas,in qua dominus *Bald*.multum muſauit, & neſciuit ad eam reſpondere,videtur tamen eſſe de mente Bart. licèt ipſe obſcurè loquatur.Ange.autem dicit , ꝙ hic debet poni caſus in conditione poteſtatiua,vt ſi 10.dederit. nam poteſt eam non implere quantum ad hæreditatem, & quantum ad legatum poteſt eam implere,ſecus dicit,ſi eſſet conditio caſualis:ſed iſta eſt minima reſtrictio,ideo tene quod ſupra dixi. & per hoc remanẽt omnes gloſ.expeditę,quæ non declarant iſtum tex

LEX XIX.

1 *Conditio,ſi hæres erit.uerificatur etiam ſi coactus hæreditatem adiuit .*

2 *Compulſio unius ex hæredibus non nocet alteri,ſponte adeunti , quo minus poſſit detrahere quartam aduerſus fideicommiſſarium,ſed ipſi compulſo benè nocet.*

1 SI ita ſcriptum. † Conditio ſi hæres erit. uerificatur, etiam ſi coactus hæreditatem adiuit.h.d.¶ Contra opp.de l. qui in aliena.§.fi. de acquir. hære.Sol.ibi loquitur de coactione illicita facta priuato,quæ reddit aditionem nullã,vt ibi patet,hic loquitur de licita facta a iudice l.permittente ad inſtantiam fideicomiſſarij uniuerſalis , quæ non reddit aditionem nullam,immo ualet,& efficitur hæres,& acquiruntur ſibi directa iura hęreditaria,licèt apud eum non remanenant,ſed hoc non habet obſtare,vt l.ex facto.§.Iul.¶In text.ibi(Titius hęres eſto.) ſupple.in dimidia,& ſi hæres erit Męuius hæres eſto , ſcilicet in altera
2 dimidia.¶In fi.l.ibi,)& quartam retinere No. ꝙ compulſo unius ex hæredibus non nocet alteri ſponte adeunti , quominus poſſit detrahere quartam , aduerſus fideicom.ſed ipſi compulſo bene nocet,quia perdit omne cõmoddum , quod non fuiſſet habiturus,ſi hæreditatem non adiuiſſet,ut l. ita tamen.§.quæ ſuſpectã. ad Trebellian.In glo.ibi)ac ſi non adiuiſſet.)ſed hoc uerum quantum ad commoda , & incommoda, quę penès eum non remanent quantum ad nomen hæreditarij, quoniam efficitur hæres, & remanet hæres nomine,& etiam apud eum remanent iura directa , vt ſupra dixi , & hoc ſufficit quantum ad implementum conditionis.

LEX XX.

1 *Conditio de non petendo in ultimis uoluntatibus per acceptilationem impletur,& ſi non extat a quo peti poſſit habetur pro non appoſita.*

2 *Pactum,uel ſtatutum de lucranda dote locum habet etiam in dote non ſoluta marito,ſed promiſſa.*

*Quid ſi ſtatutum dicat,quòd lucretur dotem datam.*

3 *Verba,ſi non petierit.an intelligantur,ſcilicet nec de iure,nec de facto, & quid in vltimis voluntatibus? quod de iure tantum.*

4 *Hæredes uſurarij qualiter teneantur ad uſuras extortas, ſi non reperiuntur,illi,a quibus fuerunt extortæ.*

5 *Statutum,quòd incarceratus non debet relaxari, niſi datis fideiuſſoribus de repreſentando,& non reperiatur ad cuius inſtantiam quis fuit incarceratus,poteſt relaxari non datis fideiuſſoribus.*

1 MVlier. ¶† Conditio de non petendo in vltimis voluntatibus per acceptilationem impletur, & ſi non extat a quo peti poſſit, habetur pro nõ appoſita.h.d.vſq; ad §.ſi quis.in tex.ibi.debebat.(glo. dicit,ꝙ erat hoc propter pactum de lucrando,ſi mulier prædecederet,aliàs non habuiſſet, quia ſi fuiſſet ſoluta , debebat mulieri
2 reſtitui,vel eius hæredibus.¶†No.ergo,quòd pactum, vel ſtatutum de lucranda dote locum habet,etiam in dote non ſoluta marito,ſed promiſſa,ſic ſupra de condi. ob cau.l.ſi donaturus . in fi. & l.ſi ſocer.§.Lucius. & ibi no .ſolu.ma Sed quid ſi ſtatutum dicat, quòd lucretur dotem datã? dicas idem, ſi mulier fuit in mora dandi,aliàs ſecus propter verba ſtatuti.de hoc tangitur per Bat. in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſ.eccle. ¶ In tex.ibi , ſi eam pecuniam,&c.)not.ergo a contrario ſenſu , quòd ſi iſtam conditionem non appoſuiſſet,non videretur inſtituiſſe eum animo compenſandi cum iſto debito,& ſic potuiſſet maritus a cohæredibus exigere pro rata,ſed pro ſua portione confundetur obligao , ad hoc C.de hær.inſt.l.ſi compenſandi.& infra de leg.2.l.creditorem ¶In tex.ibi, (neque petijſſet , neque exegiſſet.)iſta conditio nega
a tiua, quę uidebatur implenda per cautionem [a] mutianam , cum perfecte non poſſit impleri quouſque uiuat , & licèt non petat hodie poteſt,petere cras, vt ſupra eo l.4.§.fina. ſed hic dicitur, ꝙ alio modo poteſt impleri. ſcilicet liberando cohęredes per acceptilationem , quia cum per eam omnis tollatur obligatio , & actiò , non poterit poſtea petere de iure , licèt de facto poſſit,ſed propter primum cenſetur impleta conditio .† Sed contra , quòd
3 non cenſeatur impleta , quia uerba illa debent intelligi, ſi non poterit de iure, nec de facto vnde cum poſſit adhuc de facto petere non cenſetur de facto : impleuiſſe , niſi caueat , per id , quod habetur in l. j.in fi. mag. gl. C. de pac. & tranſ.l. vbi pactum. & l. ſiue apud. So. illud eſt verum , quando iſta verba proferuntur in contractibus , ſed qñ in vltimis voluntatibus. intelliguntur, ſi nõ petierit. ſ.de iure,caſus eſt notabilis hic, & ꝓbatur infra vt leg. no.caue.l.licet.ſecundum Bar.not.¶In fi.gloſſ.ibi,(quia conditio
4 pro non ſcripta accipienda eſt.)†No.hic arg.ſecundum Bal. ꝙ hæredes vſurarij non tenentur reſtituere vſuras,ſi non reperiuntur, illi a quibus fuerunt extortę,ſicut hic non tenetur iſte offerre liberationem,ſi non reperitur qui recipiat,ſed hoc non placet immo debent compelli per epiſcopum,vt diſtribuantur inter pauperes, vt in c.cum ſit.de iudeis.in text.& glo.aliter nõ remitteretur pec-
5 catum,ut in regula peccatum. de re. iur. ¶ † Item no. ar.ſm eundem,ſi ſtatutum dicat,ꝙ incarceratus non debet relaxari, niſi datis fideiuſſoribus de repreſentando,ſed ſi nõ reperitur ad cuius inſtantiam quis fuit carceratus,poteſt relaxari non datis fideiuſſorib.arg.hic.de hoc vide per Bar. in l. interdum. §. qui furem. j.de fur. & in §. ſi fugitiuus. licèt Bal.non alleget.

ADDITIO.

a Per cautionem.Adde,cautio Mutiana habet locum in ultimis uoluntatibus uide in l.Mutianæ.& in l.cum fundus de cond. & demonſtr. & in l. cum filius.§.qui in Mutianam.de le.2.& an habeat locum in contractib. uide Bar.in l.1.C.de pact.Bar.Bal.& Doct.in l.ſiue apud acta. C. de tranſac.& an habet locum in dona.cau.mor.uide per Bal.in auth. cui relictũ. C.de indic.vidui.tol.

1 *Si conditio non poteſt impleri de iure ,ſufficit, ꝙ impleatur de facto.*

2 *Modus fit per vt,conditio uerò per ſi,& modus interdum pro conditione ſumitur.*

3 *Si teſtõr fecit plura legata,& dedit executores,& poſtea iuſſit, ꝙ inſtitutus non ſuccederet,quouſq; executio legatorũ eſſet facta , qũo poſſit fieri*

*iſta*

*vt iſta executio, ſi ille non adeat, & ſic antequam legata ſint confirmata.*

4 *Ad actionem conſequendam ſufficit aliquid fieri de facto, ſi non poſſit fieri de iure.*

*An idem ſit ad pœnam euitandam, & quid ad pœnam committendam.*

1 §.Si quis. †Si ꝯdõ, quæ venit implenda ſuper re hæreditaria, nullo modo poteſt impleri de iure adita
hęreditate, debet ſaltem impleri de facto ad hoc, ut inſtitutus poſſit eſſe hæres, & poſt aditam hæreditatem confirmabitur, quod
geſtum eſt, & ſortietur iuris effectum h.d. mirabilis tex. qui ſemper allegatur, & ſi quoquo modo poſſet impleri de iure debe-
ret eatenus impleri, & reſiduum implebitur poſt, ut ſupra eo.l. 4.
in prin. quando autem venit implenda non ſuper re hæreditaria,
ſi continet tale quid, quod ſortitur iuris effectum, debet impleri
de iure, nec ſufficit impleri de facto, vt ſi matrimonium contraxe
rit, vt l.hæc ꝯdõ.la grande. ꝟ. de condit. & dem. ſed ſi eſt tale quid,
quod non ſortitur iuris effectum, tunc ſufficit impleri de facto.l.
Męuius. eod. tit. ¶In text. ibi (iuſſus eſt manumittere.) ſubaudi
per modum conditionis: quia fuit inſtitutus ſub conditione, ſi
ipſum manumiſerit, ſi autem per modum præcepti, uel modi, nõ
expediret, quòd ante aditam hæreditatem manumitteret de facto, quia iſtud grauamen venit implendum poſt aditam hæredi-
tatem, iuxta not. in l.j. C.de his, quæ ſub modo. ¶Sed tunc opp.
quòd iſta conditio habeat potius vim modi, vel præcepti, quàm
conditionis, poſtquam id, quod continet non poteſt de iure impleri, niſi poſt aditam hæreditatem. arg. in l.Meuia. de ma. teſt. &
l.ſi ſocietatem. in prin. cum ibi no. ſ. pro ſoc. & tene menti: ibi lo-
2 quitur, † quando fuit appoſitum grauamen per vt, quę dictio ſignificat modum, & licèt teſtator dixerit, ſub hac ꝯditione. uerba
iſta non attenduntur, vt dicatur conditio, ſed potius illa dictio, vt.
& etiam natura facti, quod continet ille modus, & ſic exponitur,
ſub hac conditione.i.modo, nam & modus pro conditione interdum ſumitur, ut l.j. C.de his, q̃ ſub mo. hic vero debet intelli-
gi, vt ſ. dixi, quòd fuit appoſita per ſi, quæ dictio ſignificat conditionem, & magis inſpicitur illa dictio, quàm id, quod continet cõ
ditio, ut hic patet. ¶In tex. ibi. (nihil agi.) ſubaudi de iure, quia manumiſſio facta a non domino non ualet, benè tamen agit quan-
tum ad hoc, ut poſſit effici hæres, ut ſequitur, & requiritur, ꝙ ma
numittat de facto, vt hic innuitur, aliàs fruſtratorius eſſet iſte §.
3 & inducitur iſte tex. per Io. An. in addi. Spe. de inſtr. edi. §. nunc
uero aliqua ante fi. ſi teſtator fecit plura legata, & dedit executo-
res, poſtea quendam inſtituit, & iuſſit, quòd non ſuccederet, nec
caperet bona hereditaria, quouſq; executio legatorum eſſet facta, quomodo poterat fieri executio, ſi ille non ſuccedat, ideſt nõ
adeat hæreditatem, quia legata non ſunt confirmata, nec datio
executorum, & dicit ipſe per iſtum tex. quod fiat de facto, & po-
ſtea ſecuta aditione confirmabitur, uel aliter, & melius per illam
prohibitionem, quòd non ſuccedat non intelligitur prohibita adi
tio duntaxat verbalis, ſed realis per apprehenſionem poſſeſſio-
nis. poterit ergo adire, nec per hoc incurret pœnam a teſtatore
appoſitam, ſed non debebit tangere bona. quouſque executio
ſit facta, aliàs incurret pœnam & ita finaliter ipſe determinat. ¶In
fi. tex. ibi (conualeſcit.) Contra hoc opp. de l.ſi ſeruo. ꝟ. qui & a qui.
vbi non conualeſcit manumiſſio facta a non domino, licèt manumittens poſtea efficiatur dominus. Sol. ſecundum Bal. ibi facta
fuit ex mera uoluntate, hic ex quadam neceſſitate cauſatiua, uel
dic melius, quòd hic adeundo fingitur fuiſſe retro dominus, per
l.hæres quoque. de acq. hær. cum aditio trahatur retro ad tem-
pus mortis teſtato. ibi uero emendo non fingitur retro fuiſſe do-
4 minus, & pro iſta facit l.proinde. ſ. ſi cer. pe. ¶ † Vltimo allegatur
iſte tex. quòd ad actionem conſequendam ſufficit aliquid fieri de
facto, ſi non poſſit fieri de iure. An idem ſit ad pœnam euitan-
dam? dic vt l. quidam cum filium. de uer. obl. Item an ſit idem
ad pœnam committendam, ut committatur, ſi fiat de facto non
de iure. vide plenè per Bar. C.de tran. l.ubi pactum. ante fi. vbi plenè diſtinguit, & notabiliter.

§.Si quis te. Inſtitutus quis dicitur quocunque gradu ſit inſtitutus, & legatarius dicitur quantuncunque modicum ſit ſibi legatum h. d. Ratio dubitandi erat hic, quia ſi te inſtitui in primo caſu ſub ꝯditione ſi me inſtituiſti in tuo teſtamento, videbatur iſta conditio intelligenda, ſi me inſtiſtituiſti in primo gradu, ſicut & ego inſtitui te: nam inconueniens videbatur, quòd tu ex teſtamento meo ſtatim me mortuo poſſis effici hæres, & ego ex tuo non, ſed habeam expectare mortem, uel repudiationem inſtituti, tamen contrarium eſt inſpecto ſignificatu uerborum, quia verũ eſt dicere, quod tu me inſtituiſti, licèt in ſc̃do gradu, quia omnis ſubſtõ, eſt inſtitutio & licèt ſit conditionalis, tamen inſtitutio ſimpliciter poteſt appellari, ut colligitur ex iſto text. not. Simpliciter videtur inconueniens, ſi te inſtitui in magna hereditate, uel feci tibi magnum legatum ſub conditione, ſi mihi legaſti in tuo teſtamento, quòd iſta conditio cenſeatur impleta, ſi modicum quid puta 10. ſolidos mihi legaſti, tamen quicquid ſit, quia ſignificatus verborum hoc importat, dicitur impleta, tene menti, quia poſſet induci ad plura.

LEX XXI.

1 *Seruus alienus poteſt inſtitui, cum erit liber, ſecus in ſeruo proprio.*

2 *Ille, qui poteſt prouidere circa aliquem defectum, qui habet uitiare diſpoſitionem ſuam, debet prouidere, non autem debet conferre diſpoſitionẽ in tempus, quo per alium prouideatur, & an aliàs diſpoſitio ſit nulla.*

3 *Diſpoſitio facta tempore prohibito, ſi conferatur in tempus permiſſum, quando ualeat.*

4 *Habens poteſtatem legitimandi ſpurios, ſi inſtituat ſuum ſpurium conferendo in tempus, quo erit legitimus, ꝙ non ualeat inſtitutio, nec reconualeſcat, licèt poſtea legitimetur.*

5 *Si ſtatutum dicat, ꝙ Doctores collegij poſſint īterponere authoritatem in emancipationibus libertorum, an unus Doctor collegij poterit emancipare filium coram alio Doctore.*

1 SEruus. †Seruus alienus poteſt inſtitui cum erit liber, ſecus in ſeruo proprio h. d. cum l.
ſeq. quæ ſemper allegatur propter rationem, quam
ponit, quæ inducitur ad plura. Circa ſeruum alienum
conſiderat tres caſus, nam aut inſtituo ipſum ſimpliciter ſine libertate, & ualet & inſtitutio cenſetur facta ad commodum do-
mini, vnde dominus poteſt ſibi iubere quòd adeat: aut eſt facta
cum liber erit, & ſimiliter ualet, tamen cenſetur facta ad commo
dum ipſius ſerui: & ſic dominus non poſſet iubere, quòd adeat,
ſic intelligitur principium huius l. aut eſt facta cum libertate purè
data a teſtatore, & non ualet inſtitutio, vt l. ſi alienum. in prin. de
hære. inſtit. Circa ſeruum verò proprium nota alios tres caſus,
interdum inſtituo ipſum cum libertate: & valet inſtitutio, tam
olim, quàm hodie: interdum inſtituo ipſum ſine libertate, &
tunc olim non ualebat: & hodie ſic, uideor dare libertatem, vt
lege cum quidam. de neceſſ. ſer. C. Interdum inſtituo ipſum,
cum erit liber, uel efficietur liber, & tunc non valet inſtitutio: q̃a
cum poſſum ſibi dare libertatem, dare debeo ad hoc, vt mea diſpoſitio valeat, ſed inſtituendo ipſum hoc modo, non uideor
uelle dare libertatem de præſenti: & ſic non habet locum illa l.
cum quidam. quæ ſolum procedit, vbi alia coniectura in contra
rium non eſt: ſed hoc eſt, quod nolim dare de præſenti, cum con
2 feram in tempus futurum dationem libertatis. † Not. ergo, & ad
hoc allegatur iſta l. quòd ille, qui poteſt prouidere circa aliquem
defectum, qui habet vitiare diſpoſitionem ſuam, debet prouide
re, non autem debet conferre diſpoſitionem in tempus, quo
per alium prouideatur: aliàs diſpoſitio eſt nulla, text. eſt hic cum
gloſſ. intelligo, quòd nec reconualeſcat, licèt poſtea efficiatur liber: nam & ſi lego ſeruo meo ſine libertate, licèt poſtea manu-
mittam, non reconualeſcit legatum, per regulam Catonianam:
quia potui aduerſus defectum prouidere, vt plenè not. in l.j infra.
3 de regu. Cato. † Nec obſt. l. in tempus. de heredibus inſtituendis.
vbi diſpoſitio facta tempore prohibito, ſi conferatur in tempus
permiſſum, valet; quia illud debet intelligi, quando teſtator aduer
ſus defectum non potuit prouidere: ſecus ſi potuit, vt eſt caſus
hic cum gloſſ. ſingulari. Aduertendum tamen ad iſtum text. in
fin. dicit, in caſum a quolibet euenientem &c. quia innuit, quòd
ſi diceret, inſtituo te, cum efficieris liber a me. quòd inſtitutio va
leret: ſed ideo hic non valuit, quia videtur commiſiſſe in factum
alienum, cum dixit, liber eris. & iſtud etiam limitaret ea, quæ ſu-
4 pra dixi tene menti: quia hoc eſt ſubſtantiale. † Et ex iſtis patet,
a quòd ſi aliquis habet poteſtatem [a] legitimandi ſpurios, & ipſe inſti
tuat ſuum ſpurium conferendo in tempus, quo erit legitimatus,
non valet inſtitutio, nec reconualeſcit, ſi poſtea legitimetur,
quia erat in ſua poteſtate legitimandi per ſe ipſum: nam cum
hoc ſit voluntariæ iuriſdictionis, poterat hoc coram ſe ipſo
facere, vt leg. ſi conſul. de adop. & in cap. per venerabilem.
qui fil. ſint leg. imputetur ergo ſibi, quare non legitimauit, ſe-
cus ſi non habebat poteſtatem legitimandi, & ſic non pen-
debat ex ſuo arbitrio: nam tunc etiam ſi ſimpliciter inſtituiſ-
ſet, ſufficeret, quòd reperiretur legitimus tempore mortis
teſtatoris, per ea, quæ not. per Bar. in d. l. j. de reg. Cato. &
leg. non intelligitur. §. quando autem. de iu. fiſ. Et facit leg.
5 ſi deportati ſeruo. de leg. 3. † Vidi etiam allegari hanc l. quòd cũ
Florentiæ ſit ſtatutũ, quòd Doctores collegij poſſint interpone-
re

ADDITIO.

a Poteſtatẽ. Adde Ant. de Roſ. & Lu. de Sardi. ĩ ſuis tract. de legitimationib, Pau. de Caſt. j. ſuper Infor.

re authoritatem in emancipationibus liberorum, & vnus Doc.
colligi emancipauit filium coram alio Doctore collegij, quod non
valeret emancipatio, cùm potuiſſet emancipare corã ſemetipſo,
vt d.l.ſi conſul.de hoc vr̃ caſus in l.apud.§.apud.de ma.vin. & no.
gl.in l. eſt.receptum. de iur.om.iud.in j. gl. & hoc qñ coram pari:
ſecus ſi coram ſuperiore, vt Poteſtate, vt d.l.apud.

## LEX XXIII.

1 *Conditio, ſi eueniat appoſita in diſtributione portionum, qualiter fiat diſtributio.*

2 *Iura dicentia, quòd quando non ſtat per me quo minus conditionem impleam, ſed per illum, in cuius perſonam debeo implere, non habeatur conditio pro impleta, intelliguntur, niſi de uoluntate defuncti conſtet ex aliquibus coniecturis.*

1 VTer ex fratribus. †Si conditio appoſi
ta, in diſtributione
portionum eueniat, fit diſtributio ex ordinatione te
ſtatoris, ſed ſi non eueniet, uel facto alterius ex eius
perſona depẽdebat, uel caſu fortuito, remanet inſtitutio ſine par-
tibus, & ſic æqualiter admittuntur h.d.cum l. ſequent. ¶ In text.
ibi, (qui non duxerit ex quadrante, hæres eſto.) ſubaudi quæritur,
qualiter iſti erunt hæredes. Et reſpondetur, vt ſequitur, quia ſi
vnus duntaxat, alter non, tun quia impleta eſt conditio appoſita
in diſtributione partium, fiat diſtributio, ut teſtator diſpoſuit. Si
autem nulli nupſit, & ſic defecit conditio, defecit etiam diſtribu-
tio partium, cui fuit adiecta, ſed ſubſtantia inſtitutionis nõ defecit:
quia illi non fuit adiecta, prout in ſi.habetur in l.ſecunda.ſupra de
hæredib.inſtit.ideo erant hæredes æqualiter, hoc autem, quòd nul
li nupſerit poteſt pluribus modis contingere, primo, quia illa no-
luit.licèt per neutrum illorum ſteterit, & iſtum caſum ponit iſta
l.j.in verſicul.ſi neuter. alio modo, quia non potuit, quia morte
præuenta. & iſtum caſum ponit l. ſequen. Adde alios duos per
gloſſ.ſcilicet quando neuter illorum voluit, nam nec tunc deficit
ſubſtantia inſtitutionis. Item quando non potuerunt, nec illa po-
terat, quia fortè illa erat alteri nupta, vel iſti habebant alias uxo-
res. Sed tunc op. de rõne, quæ ponitur in fi.l.quia iſta conditio, ſi
nupſerit. intelligitur, ideſt per eum non ſteterit, quo minus ducat,
ergo in caſu, quem ponit litera, quando per iſtos non ſtetit, quia
per illam videtur, quòd iſta conditio habeatur pro impleta, ut ſu-
pra eodem.l. quarta. Solutio ſi fuiſſet appoſita circa ſubſtantiam
inſtitutionis, fateor quòd tunc nõ haberetur pro defecta, ſed pro
impleta, & eſſent hæredes, ſed quia fuit appoſita circa diſtributio-
nem, licèt per neutrum illorum ſteterit, non poteſt haberi pro
impleta, quia non eſſet ratio, quare magis vnus deberet admitti
ad dodrantem, quàm alter. Sed ſi poneremus caſum, quòd per
vnum non ſtetit, quia paratum ſe obtulit, per alterum verò benè
ſtetit, quia noluit, per quem non ſtetit, haberet dodrantem, ſicut
ſi eam duxiſſet, & alter quadrantem per iſtum text. in fine. & ſic
ſunt duo caſus, in quibus vnus vocatur ad dodrantem, alter ad
quadrantem, quorum vnus ponitur in text. ſcilicet quando vnus
verè duxit eam, & alter ponitur per gloſſ. quando verè nec du-
xit, nec paratus fuit ducere, & iſtum ponit gloſſ. & benè ad hoc,
ut ratio poſita in tex.in fine poſſit in aliquo caſu operari, & ueri-
2 ficari. † Nec obſt. primo caſui, quòd non ſteterit per alterum, qui
non duxit, cum etiam ille paratus fuiſſet ducere, ſed illa noluit, ſed
potius fratri nubere, quia cum non poſſet nubere duobus, vide-
tur fuiſſe de mente defuncti, quòd ſi nubat vni, alteri conditio de
ficiat, licèt per eum non ſteterit, & ita limitantur omnia iura dicen
tia, quando non ſtat per me, quo minus conditionem impleam,
ſed per illum in cuius perſonam debeo implere: non habeatur cõ-
ditio pro defecta, nam verum eſt, niſi de voluntate defuncti con
ſtet ex aliquibus coniecturis h.d.gl.hic poſita ſingulariter.

## LEX XXVII.

1 *Conditio continens inhumanitatem reijcitur de inſtitutione, & ex ſermonibus fatuis præſumitur potius non eſſe ſanæ mentis, niſi probetur contrarium.*

2 *Mandans corpus ſuum ſepeliri ſine ſolennitate, ſi priuauit hæredem hæreditate caſu, quo contrafaceret, non debet hæres priuari hæreditate, ſi ipſum ſepeliuit honorificè.*

3 *Quid ſi mandauit, quòd corpus ſuum portaretur cum tubis, & corneis ad eccleſiam, & quòd fierent nuptiæ, & quòd uxor indueretur pannis rubeis, quòd iſta ordinatio non ſit ſeruanda.*

4 *Laudandus eſt ille, qui põt facere aliquid turpe, uel inhoneſtum, uel illicitũ et impunè, ſi non facit, fortius quando facit honeſtè, & diligenter.*

5 *Sepeliri corpora defunctorum eſt opus pium.*

6 *Sicut ex ſermonibus fatuis præſumitur quis fatuus, ita et ex geſtis fatuis, & qualiter debeant teſtes deponere.*

*An ille, qui ſemel fuit fatuus præſumatur etiam hodie eſſe.*

*Sicut ex geſtis, uel dictis fatuis præſumitur fatuus, ita ex geſtis ab aliquo tanquam a domino præſumitur dominus, & quando agens debeat probare dominium, & quid in executione.*

7 *Si non poſſum probare niſi poſſeſſionem præteritam mei, & anteceſſorũ meorum, qualiter mihi prouidebitur, ſi tu hodie reperiris poſſidere, & non allegas aliquam iuſtam cauſam*

1 QVidam in ſuo. †Conditio continens in
humanitatem reijcitur
de inſtitutione, & ex ſermonibus fatuis præſumitur
potius non eſſe ſanæ mentis, niſi probetur contrariũ.
hoc dicit. vſque ad §. final. & ſic adde iſtum caſum ad alios, qui
ponuntur in l. conditiones.ſupra eodem. quibus conditio reijci-
tur de ultima conditione. ¶ In text ibi, (ſed hoc prius.) quaſi dicat,
propter quòd non impleuit conditionem, non debet expelli ab
hæreditate, quia de hoc potius eſt commendandus, quàm accu-
ſandus, ſed propter aliud poteſt dubitari, quia teſtator apponen-
do illam fatuam conditionem, præſumitur fuiſſe fatuus, & ſic
teſtamentum non ualeret.ut C.de teſtamen.l.furioſum & inten-
tio venientium ab inteſtato hoc aſſerentium, eſt eo ipſo funda-
ta, niſi per hæredem ſcriptum probetur contrarium, quòd ſanæ
2 erat mentis. ¶ † Et nota iſtum text.per quem dicit Ang.ſe conſu
luiſſe, cum quidam Florentinus diues mandauerat corpus ſuũ
poni in una floria, ſine pannis, & ipſum ſepeliri ſolum cum una
candela, & ſi contra fieret, priuauit hæredem hæreditate: hæres
autem ipſum ſepeliuit honorificè, quòd non debet priuari hære-
ditate, quia tales uoluntates ineptæ circa ſepulturam non ſunt ſer
uandæ, ut infra de legatis primo. l. ſeruo alieno. §. fina. ubi caſus.
3 ¶ † Nota etiam contra illud, quod ordinauit ille Doctor Padua
nus, qui fecit repertorium, quòd corpus ſuum portaretur cum
tubis, & corneis ad eccleſiam, & quòd fierent nuptiæ, & quòd
uxor indueretur pannis rubeis, aliàs priuauit hæredem hæredita
te, quòd iſta ordinatio non fuit ſeruanda, licèt de facto, ut audio,
fuerit ſeruata, & certè ſatis reſultat præſumptio, quòd fuerit inte-
græ mentis, cum eſſet Doctor, & benè ſciret iſtam legem, & ea,
4 quæ Docto. hic dicunt. ¶ † Nota etiam, quòd laudandus eſt ille,
qui poteſt facere aliquod turpe, uel inhoneſtum, uel illicitum, etiã
impunè, qui non facit ad hoc l.prima. §.penu.de per. & com. rei
uend.fortius quando facit honeſtè, & diligenter.l.diuus.la ſecun
5 da.de cuſto.reo. † Nota etiam pium opus eſt ſepelire corpora de
functorum, vnde & multi fuerunt, qui ſepelibant corpora mar-
tyrum propter pietatem, credentes ſe a Deo remunerari. Item
ſcias, quòd ſicut ex ſermonibus fatuis præſumitur quis fatuus,
ut hic, & in c.legitimus.93.diſtinctio.cum concor.alle.hic in gloſſ.
ita, & ex geſtis fatuis.l.ob quæ uitia.ſupra.de edil.edic. Qualiter au
tem teſtes debeant deponere, & an ille, qui ſemel fuit fatuus, præ
ſumatur etiam hodie eſſe, vide per Barto.infra de bon.poſ.fur.in
6 ſan.l.finali. †. Hic eſt una glo.fi.quæ ſemper allegatur in cauſa ſua,
a dum dicit, quòd ſicut ex geſtis, [a] uel dictis fatuis præſumitur fa-
tuus, ita ex geſtis ab aliquo tanquam a domino præſumitur do-
minus, ut ſi poſſidebat rem, & recolligebat fructus tanquam
dominus, & hoc probatur in l. filiæ. infra de ſol. & ideo procu-
ratores, & aduocati quando articulant, ſeruant iſtam gloſ. quia
dicunt, quòd talis tenuit, & poſſedit talem rem tanquàm domi-
nus, & fructus recollegit, & omnia geſſit ſicut conſueuerunt ve-
ri domini. In hoc tamen argumen. Bartol. hic diſtinguit, quòd
interdum dominium deducitur in iudicium agendo, interdum
excipiendo, primo caſu ſi quidem incidenter procedat iſta gloſſ.
puta ago contra te confeſſoria ad ſeruitutem debitam tali rei
meæ: nam principaliter deduco in iudicium ſeruitutem, ſecunda-
rio dominium rei meæ, nec poſſem obtinere in primo, niſi pro-
barem hoc ſecundum, quòd res eſſet mea, tunc ſufficit probare
dominium eo modo, quo dicit gloſſ. ut not. in l. ſicuti. §. ſed ſi
quæratur. ſi ſer. ven. & l. uti frui. §. primo. ſi uſusfru.pe. aut deduce
tur principaliter, ut cum ago rei uendicatione, tunc non poſſum
deducere poſſeſſionem de præſenti, quia poſſidenti non compe-
tit rei uen. ut in l. j. §. interdum. uti poſ. Sed ſi deduco poſſeſſionẽ
præteritam, quòd poſſedi tanquam dominus, hoc ſolum non
ſufficeret ad obtinendum, ſed debeo probare plenè dominium
de iure gentium, uel ciuili acquiſitum, quòd eſt difficile, ut nota.
in l. cum res. C. de proba. Sed ſi probarem cum hac poſſeſſione.
ẽt titulũ habilem ad tranſlationem dominij, & poſſeſſionẽ longi
temporis, his concurrentibus probaretur dominium, ut no. in
d.l.

## ADDITIO.

a Ex geſtis. Adde, quòd fatui, & inhabiles ponuntur in cathedra pp defectum ſapientum, & idoneorum, ſecundũ Cy. in l. prima. & ibi Pau. de Caſtr. in 2. no. C. qui & adu. quos.

d.l.cum res.aliquando tamen ſufficeret probare ſolam poſſeſſionem: vt ſi agerem contra ſpoliatorem rei vendi. non probata poſſeſſione obtinuerem in rei ven. ſicut in interdicto unde ui. per l.ſi quis emptionis. §. ſed hoc ſuper illis. C. de præſcri.xxx.an. qui tex. non eſt alibi ſecundum intellectum Doct. Idem puto ſi agerem contra illum, qui habet a me cauſam, puta commodatarium, vel depoſitarium rei uendi. & ad probandum dominium induco contractum depoſiti, vel commodati, & nihil aliud: nam ſicut obtinerem in actione commodati, uel depoſiti: quia non poteſt referre mihi quæſtionem dominij, iuxta ea, quæ plenè no. in l.ſi alienas.ſolu.mat. ita puto ſi egi rei uendicatione, licèt gl. uideatur dicere contrarium in l. ita vt ſi fur. ſupra commo. quam Doctores videntur ſequi. ſed non placet, quia ex hoc, ꝙ recepiſti rem a me, tanquam a domino, confeſſus fuiſti me eſſe dominum, ergo non potes poſtea mutare propoſitum, & quia denegando reſtitutionem videris me ſpoliare, ut l.colonus. ff. de ui & vi ar. ergo ſicut in caſu præcedenti obtineo contra ſpoliatorem,
7 ita in iſto, qui cenſetur ſpoliator. ¶ † Quid ergo extra iſtos caſus, ſi non poſſum probare, niſi poſſeſſionem preteritam mei, & anteceſſorum meorum, qualiter mihi prouidebitur, ſi tu hodie reperiris poſſidere, & non allegas aliquam iuſtam cauſam, nam tua poſſeſſio præſumitur clandeſtina propter meam, quæ præceſſit, ut l.improbata. C.de acquir.poſſ. hoc tamen in rei ven. non ſufficit, vt plenè, & pulchrè no. per Io. And. in nouel. in c.illud. de præſump. qualiter mihi prouidebitur. uide quod no. Inn. in c.ſæpe. de reſti.ſpol. & Bart. in l. rem quæ nobis. de acq. poſſ. Dico etiam, ꝙ ſi probarem poſſeſſionem longiſſimi temporis, ꝙ tunc quia illa etiam ſine titulo ſufficit ad præſcribendum cum bona fide, vt l. ſicut & quis emptionis. de præſcrip. 30. ann. hoc ſufficeret in rei uendi. Et uide quod no. Bal. in l.iudicia. & l. cum ſuper. C.de rei ven. Si uerò dominium deducatur in iudicium, excipiendo quòd agis contra me rei uen. ad rem, quam poſſideo, tunc ſi fundaſti intentionem tuam probando dominium, non poſſum eam excludere per ſolam poſſeſſionem, nec ex hoc præſumor dominus, niſi aliter probem: ut l. ſiue poſſidetis. C.de probatio. ſed ſi non probaſti dominium, ſufficit mihi, & præſumor dominus ſecundum Bart. in l.fi. C.de re iud. Tu dic, quòd benè ſufficit mihi, ut abſoluar a tua petitione, quam non probaſti: & hoc ſufficit mihi, licèt nullum ius habeam, vt l. j. poſt princ. ſi pars hære. pet. ſed non ſufficeret mihi quantum ad hoc, vt iudex debeat me declarare dominum, uel abſoluere adiecta cauſa: quia dominus, ut no. in l.circa. ff. de proba. eſſet autem hoc vtilius mihi, quàm ſimpliciter abſolui: quia actor non probauit iuxta ea, quæ plenè habentur in l. 2. de condi. inde.

## §. Hæredi, quem teſtamento.

Inſtitutione purè facta in teſtō, non poteſt adijci conditio in codicillis: quia in defectum conditionis cenſetur reuocata inſtitutio quod fieri non poteſt in codicillis. hoc dicit in effectu ſecundum uerum intellectum.

## LEX XXVIII.

2 *Filius in poteſtate poteſt hæres inſtitui ſub conditione poteſtatiua, & ꝙ tunc nō ſit neceſſe in defectum conditionis ipſum exhæredare. & nu. 1. Quid hodie ſi ſolum inſtitutus ſit in legitima ſub conditione poteſtatiua.*
3 *Conditio conſiſtens in facto non poteſt per alium impleri, quando factum cohæret perſonæ,*
4 *Conditio conſiſtens in dando pōt impleri pro alio, non tamen pro inuito.*
5 *Exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis ad quoſcunque hæredes.*
6 *Per dationem ſubſtituti uulgaris, ꝑ non tollatur exiſtentia ſui hæredis.*
7 *Quando factum eſt teſtamentum, tunc dicitur, quòd quis decederet inteſtatus, quando deſtituitur teſtamentum, & qualiter uenientes ab inteſtato ſuccedant.*
8 *Si filius, qui tenebat primum locum tempore mortis non fuit ſuus neceſſarius hæres: quia erat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, non prohibetur nepos effici ſuus hæres dudum poſt mortem aui.*
9 *Licèt non ualeat exhæredatio, ſi inſtitutio conferatur poſt mortem exhæredati, ualet tamen ſi conferatur tempore, quo incipit mori.*
10 *Quæ utilitas reſultet, ſi nepotes admittantur ex ſubſtitutione, filio adhuc uiuente, an demum eo mortuo.*
11 *Acquiſitio momentanea non attenditur, niſi afferat aliquam utilitatē.*

1 SI filius. †Inſtitutio ſub conditione poteſtatiua quæ vltimo vitæ ſpiritu non poteſt impleri decedente hærede, ea non impleta fit locus ſubſtitutioni vulgari, etiam eo adhuc viuente, ſcilicet cum incipit mori: & ſi non habebat ſubſtitutum, deſtituitur tunc teſtamentum, & fit locus cauſæ inteſtati, ad quam etiam ipſe moriens uocatur, ſi præcedebat in gradu, & efficitur ſuus hæres, ſi erat filius in poteſtate. & ſi tranſmittit hæreditatem, tanquam ſibi ab inteſtato quæſitam. ſed ſi erat conditio, quæ vltimo uitæ ſpiritu poterat impleri, non fit locus ſubſtitutioni, nec cauſæ inteſtati, niſi tempore perfectè mortuo, & ſic poſt mortem tantum: & tunc nō ipſe, ſed alij, qui tunc reperiuntur proximiores uocat ad cauſam inteſtati h. d in effectu iſta pulchra lex, quam Bar. dicit valde difficilem eſſe. Mihi videtur, ꝙ non ſit difficilis, licèt ſit ſubtilis, & pulchra, quoniam eius dicta ſunt omnia clara habentibus intellectum iuris, mirabilis tamen fuit iſta inueſtigatio: nam dubium eſt ad quem finem tendit, & Bart. dicit quòd propter id, quod quærit gl. quæ incipit, ſubſtitutos. in uer. ſed an, ut nepotes admittunt, &c. & primo ponit thema ex quo reſultat qō, vſq; ibi cum non. Secundo præmittit duo ad euidentiam vq; ibi: (nam ſuperior.) Tertio ſoluit qōnem cum diſtinctione bimembri. Ex primo membro infert ad alia duo. In ſecundo infert ad unum, & reſpondet tacitę obiectioni, & adducit caſum ſimilem. ſecundum membrum incipit in
2 ver. (altera.) ¶ † Not. primo in ſecunda parte, quòd filius in poteſtate poteſt hæres inſtitui ſub conditione poteſtatiua. adde quòd nec eſt neceſſe tunc in defectum conditionis ipſum exhæredare, ut infra de bon. lib. l.ſi libertus ſub condi. §. ſi libertinus etiam ſi ſit talis conditio, quæ ultimo uitæ ſpiritu non poſſit impleri, licèt cū incipiat mori deficiat inſtitutio, ſi conditio non erat impleta, & ſic reperit ſe nec inſtitutum, nec exhæredatum: non propterea vitiatur teſtamentum ratione præteritionis, ſi habeat ſubſtitutū, uel cohęredem, ſed illi admittuntur, ut hic. & ſupra de hæredibus inſtituend. l. ſuus quoque. §. ſed ſi filium. quia imputet ſibi filius quare ſe arctauit, & conditionem non impleuit: quia ſeipſum videtur excludere. hodie vero ſi eſſet inſtitutus ſolum in legitima ſub conditione poteſtatiua, clarum eſſet, quòd illa reijcietur in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam. ſed ſi ſit ſubſtitutus in ſolidum, uel in maiori parte, dicunt quidam contrarium, quòd non reijcitur, quia grauamine conditionis debet compenſare id, quod habet vltra legitimam: nam olim propter hoc non habebat querelam, nec alio modo poterat conqueri: vt hac l. ergo non habet locum l. quoniam. quę emanauit ad remouendum querelam. Contrarium eſt ueritas, quòd hæc compenſatio non debet fieri, niſi etiam quando eſt inſtitutus in ſolidum, ſi legatus eſt uſusfruct. omnium bonorum: aliter reijcitur hoc grauamen de legitima, & habet eam integram in proprietate, & vſufruct. vt not. in l. omnium. ſupra de vſufruct. & in l. uxori. de uſufru. leg. ergo idem in propoſito, quia legitimam debet habere ſtatim ſine aliquo grauamine: in reſiduo vero grauamen nō reijcitur ſi habet ſubſtitutum, uel cohæredem: quia conditione non impleta peruenit reſiduum ad ſubſtitutum in ſolidum, uel ad cohęredem pro parte per ius accreſcendi: ſed ſi non haberet, tunc non expectata conditione reſiduum ſibi accreſceret, vt ſupra de hæredibus inſtitu. l. liber homo. §. Titius. cum ſeq.
3 ¶ † Item nota, quòd conſiſtens in facto non poteſt per alium impleri, quod eſt verum, quando factum cohæret perſonæ, vt ſi capitolium aſcenderet, vel Alexandriam iret, quæ facta non ordinantur ad aliquod opus reſultans ex eis. ſecus ſi ordinarentur ad hoc, quia tunc non dicerentur cohærere perſonę, ut ſi inſulam fabricauerit, uel ſcripſerit, quia poteſt impleri per aliu m æqualis induſtriæ, vt C. de cad. tollen. l. ne autem. niſi eſſet dictum expreſsè contrarium, quod proprijs manibus, vt ibi habetur, & vide quod notat Dyn. in leg. ſi plures. de condi. inſer.
4 ¶ † Tertio not. quòd conditio conſiſtens in dando benè poteſt impleri per alium, quia ordinatur ad tranſlationem dominij, quæ talis eſt, ſi fiat per unum, ſicut ſi fieret per alium, & dicit hic Ang. quòd tunc poteſt impleri per alium, quando ille habet ad hoc mandatum adimplere debendi, vel quando ille ratum habet per l. Aretuſa. de ſtatu. ho. Tu dic hoc non requiri, ſed ſufficit, quòd nomine illius impleatur, vt hic, dum dicit, quæ conditio nomine filij per alium impleri poteſt &c. nam & alius nomine meo ſoluendo, etiam me inuito poteſt me liberare. vt l. ſolutionem, uel iudicium. infra de ſol. & de neg. geſt. l. ſoluendo. ergo & conditionem mihi implere, licèt poſſet dici, quòd non ſit eadem ratio: quia fauorabilior eſt liberatio, quàm quod mihi conditionem impleat, vt acquiratur mihi actio, ſed poteſt dici, quòd hic pro inuito non poſſit impleri ratione prædicta, ſed pro ignorante benè poſſit, etiam ſi de ratihabitione aliter non appareat, & ita benè quidem poteſt ſaluari dictum An-
5 gel. ¶ † Quarto no. bonam glo. ibi (legitimus patri hæres extitiſſe,) quia hic ſatis benè probatur communis opinio, quòd exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis ad quoſcunque hęredes, aliàs nihil prodeſſet, quia iſte filius in puncto mortis, poſtquam incœpit mori deſtituta inſtitutione efficeretur patri hęres legitimus ſupple, & ſuus ab inteſtato, quando non habeat ſubſtitutum, uel cohæredem, quoniam acquiſitio momentanea ex qua nulla reſultat vtilitas, non debet attendi, vt C. de bo. quæ lib. l. fi. in fi. & hic in gl. quę incipit, ſubſtitutos

dum allegat iſtam l. ex quo ergo dicitur quòd efficitur hæres
legitimus, dat intelligere, quòd hæreditatem tranſmittit, quod
etiam probantur in ver. argumento. in ſimilitudine, quam addu-
cit de legato facto ſi hæres non cedit, cuius dies cedit in articulo
mortis ſi decedat conditione non impleta. nam hæc ceſſio ad
nihil aliud ſit, niſi, vt tranſmittatur legatum, vt l. fina. infra quando
dies lega. ced. & ad prædicta facit l. ſi filius hæres. de libe. & po-
6 ſthu. ¶ † Quinto in verſi. (altera verò ſpecies.) ego induco. iſtum
tex. pro caſu contra communem opin. antiquorum, quòd
pro datione ſubſtituti vulgaris non tollatur exiſtentia ſui hære-
dis, quia iſte filius habebat hic nepotes ſubſtitutos vulgariter, &
dicitur hic: quòd ſi conditio poterat impleri vltimo vitæ ſpiritu
& ipſe decedat conditione impleta. nepotes ex ſubſtitutione uo
cantur demum eo mortuo, certè, ſi ſublata exiſtentia ſui hære-
dis uocarentur etiam eo viuo iſto caſu, ſicut in præcedenti quan
do non poterat impleri, quia poſito, quòd iſta poſſit impleri
poſtquam incępit mori, tamen nihil prodeſſet implementum
quantum ad hoc, vt filius efficeretur ſuus hæres per legem,
cum haberet ſubſtitutos vulgares, qui impedirent ipſum effici,
ſed eſſet neceſſària aditio, ſicut in extraneo, ſed ipſe amodo
non poteſt adire cum perdiderit voluntatem. ergo fruſtra expe
ctatur implementum conditionis, cum non poſſit ſequi effe-
ctum de quo ſupra nec vnquã vidi bonum reſponſum ad iſtum
tex. licèt quidam conentur reſpondere. ſed ſi benè inſpiciatur
non tollitur ratio mea per reſponſiones eorum, & ad prædi-
cta de l. fin. quando di. leg. ced. facit cum ſua glo. l. ab omnibus.
7 §. cum quidam. de le. primo. ¶ † Sexto no. circa fi. in verſi. (ne-
que enim.) quòd quando factum eſt teſtamentum, tunc dici
tur, quòd quis decederet inteſtatus, quando deſtituitur teſta-
mentum, quod eſſe poteſt dudum poſt eius mortem, & ideo
illi vocantur ab inteſtato, quia tunc reperiuntur tenere primum
locum: licèt ſi teſtamentum non eſſet factum, vocarentur illi,
qui tenerent primum locum tempore mortis, ſic ſupra de lib.
& poſt. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. in fine. & l. ſi quis filio
8 exhæredato. de iniuſto teſtamento. ¶ † Nota etiam: quòd
ſi filius, qui tenebat primum locum tempore mortis non erat
ſuus neceſſarius hæres, quia inſtitutus ſub conditione poteſtati-
ua, non prohibetur nepos effici ſuus hæres dudum poſt mor-
tem aui. & hoc vult iſte text. dum dicit, (neque enim filius vi-
9 detur obſtitiſſe.) ¶ † Vltimò nota in fi. in verſi. (quemadmo-
dum,) quòd licèt non valeat exhęredatio ſi inſtitutio confera-
tur poſt mortem exhæredati, ut l. ſi ita. §. fin. de lib. & poſth. l.
Gallus. §. in omnibus. benè tamen valet ſi conferatur tempore,
in quo incipit mori, & ſic ex eo viuente, vt ſi filium exhæredo,
& cum morietur nepotes inſtituo. Nam innuit iſte tex. quòd
ualet inſtitutio. Et alleg. hic ſi opp. de illis legibus, quia iſta ex-
hæredatio non poteſt confirmari uiuente exhæredato, & po-
nit multas ſol. ſed iſta eſt vera, quam glo. non ponit, quòd illi
fuit facta inſtitutio poſt mortem exhęredati. hic ſi morietur,
vnde poteſt confirmari in uita, quia cum incipit mori purifica-
tur inſtitutio, cum viuens dicatur mori. l. qui duos. de manu.
teſta. & poteſt in illo puncto adiri, vel nepotes efficientur ſui
10 hæredes, & ſic confirmabitur exhęredatio. ¶ † Vltimò pro de-
claratione glo. ſuper verſi. (ſubſtitutos.) in verſi. (ſed ante.) opp.
quòd inueſtigatio Iuriſconſulti fuerit inutilis, dum laborat in
oſtendendo, an iſti nepotes admittantur ex ſubſtitutione, filio
adhuc viuente, an demum eo mortuo: nam nulla vtilitas vide-
tur ex hoc reſultare, nec aliquis effectus, cum a tempore quo
incipit mori filius uſque ad mortem perfectam modicum ſit
11 interuallum. ¶ † Propter hoc glo. quærit utrum eo caſu quo uo
cantur filio adhuc uiuente acquirant iſtam hæreditatem ipſi filio,
poſtquam adhuc uiuit, nam ſi hoc eſſet iſta hereditas aui reperi-
retur in hæreditate filij. & iſti nepotes non potuerunt eam habe-
re, niſi tanquam bona filij, patriſque ipſorum, & ſic habebunt ne-
ceſſe adire hæreditatem paternam, ſi uellent bona aui. item ſi eſ-
ſent plures nepotes, & aliqui eſſent ſubſtituti, & aliqui non ſub-
ſtituti, poſt quam ea acquiſiuiſſent patri ipſorum non poſſent
poſtea ſoli habere, ſed vnà cum alijs ſuccedentibus patri com-
muniter. Sed ſi eam non acquirunt patri ipſorum: tunc ſecus
in utroque caſu. glo. arguit pro & contra, & non determinat,
& quòd non acquirant alleg. leg. fina. C. de bo. quæ lib. vbi non
attenditur acquiſitio momentanea. Sed iſta non eſt bona alle-
gatio, quia uerum eſt, niſi afferat aliquem fructum. l. ſi pecu-
niam, ſupra ſi cert. pet. ſed hic affert, quia ille tranſmittit ad ſuos
hæredes. & propter hoc non poteſt dici momentanea, ſed per-
petua, quia non finitur morte filij, ſed ſi finiretur benè ſic dicere-
tur momentanea, vt l. qui ſic. de ſol. ſed fortius facit pro iſta par-
te, quia iſto iure filius non acquirebat hæreditatem patri, niſi præ
cedente eius iuſſu. vt l. ſi quis mihi bona. in §. iuſſum. de acq. hæ-
red. tamen ad iſtam adhuc reſpondetur, quòd iſto caſu non re-
quiritur iuſſus, quia fit acquiſitio per l. nam ipſi nepotes efficiun-
tur ſui hæredes auo etiam ignorante, ſtatim quòd filius incipit
mori, & eodem inſtanti acquirunt ipſi filio, in cuius ſunt pote-
ſtate, & faciunt ipſum filium ſuum hæredem, ut eſt tex. in fin. qui
videtur hanc partem probare in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de
acquiren. hæredita. & ſic filius, qui non fuit effectus ſuus hæres,
per ſeipſum efficitur ſuus mediantibus nepotibus ex eo. Item
iſtis nepotibus potius eſt damnum, ſi fuerint uocati, filio uiuen
te, quàm ſi vocarentur poſt eius mortem, quia tunc non acqui
rerent patri iam mortuo, nec habent etiam neceſſe adire hæredi
tatem, & communicare cum fratribus non ſubſtitutis, & iſtam
partem, quòd acquirant, videtur ſentire glo. dum ultimo loco
allegat, uel arguit pro iſta parte l. placet. de acq. hære. nam in vlti
ma opp. communiter videtur gloſſ. reſidere, ut no. in l. qui filiũ.
§. Sabinus infra ad Trebel. & iſtam etiam partem tenet Bar. di-
cens, quòd non videt ad quem alium finem facta fuerit iſta in-
ueſtigatio. Alij contra, & ſpecialiter Bald. quia l. placet, cum ſi-
milibus loquitur in acquiſitione perfecta, & irreuocabili, quam
iſto iure faciebat filius, ſed iſta, quæ fit per ſolam exiſtentiam ſui
hæredis, non eſt perfecta, nec irreuocabilis, cum poſſit adhuc
repudiare beneficio prætoris, ut Inſti. de hęredi. quali. & diffe. §.
ſed his. unde non fit huic filio, & iſtis nepotibus, licèt ſint in eius
poteſtate, ſed ipſe Bald. non reſpondet ad §. interdum. ubi loqui-
tur de ſimili acquiſitione, & tamen ibi dicitur, quòd ſic & ad ra-
tionem Bald. poteſt reſponderi, quòd eo modo, quo iſta acquiſi-
tio fuit facta nepotibus cum poteſtate repudiandi, fiat filio, patri
que ipſorum, vnde fateor, quòd hæredes patris poterunt repu
diare, ſi ſunt plures, quàm iſti nepotes ſubſtituti: illis inuitis non
poterunt iſti ſubſtituti repudiare, & ſi repudiarent accreſceret
alijs, dico etiam, quòd alia utilitas poteſt ſubeſſe, quia ſi ſimul
morerẽtur filius, & nepotes, ſi uellemus tenere aliam opin. quòd
nepotes non quæſiuiſſent patri, poſſent iſti nepotes tranſmittere
ad eorum hæredes, quod non eſſet ſi non admitterentur, niſi
poſt mortem, præcedens tamen plus placet per illum §. inter-
dum. Omnes aliæ gloſſ. tendunt ad declarationem literæ exce-
pta ultima, quæ format contrarium, quod ſupra ſolutum eſt
in ultimo notabili.

---

1 *Hæreditas quot modis, & quibus, & ad quorum inſtantiam deferatur.*
2 *Terminus aſſignatus hæredi, ſi labatur, quando habeatur pro aditione, & quando pro repudiatione, & a quo aſſignetur.*

## De iure deliberandi. Rubrica.

1 ¶ † Quoniam hæreditate non adita creditores hereditarij non
habent quem conueniant, nec quis eis ſoluat, prouiſum eſt eis
per edictum prætoris, vt poſſint adire iudicem, & facere uocari
hæredem, & præcipi, quòd adeat, vel repudiet hæreditatem, vt
ſciant quid facturi ſint, & ſimiliter prouidit hæredi, ſi non vult in
conſultè adire, vel repudiare, ut poſſit petere terminum ad deli-
berandum, & iudex debeat ſibi concedere cum de hoc loqui-
2 tur iſte titul. ¶ † Et notandum, quod interdum hæreditas eſt pu-
rè delata. & ſcitur cui, & ille eſt pręſens, & tunc loquitur iſte titul.
Interdum ſub conditione, & tunc loquitur l. ſi quis inſtituatur.
ſupra de hæredib. inſtituen. Interdum ignoratur cui delata ſit, vel
eſt abſens, & ſic diu hæreditas præſumitur debere facere, tunc lo
3 quitur l. ſi diu. infra qui. ex cau. in poſſeſſio. ea. † Item debes ſcire,
quòd interdum terminus aſſignatur hæredi ad inſtantiam credi-
torum, & loquuntur iſta iura, & tunc lapſus termini habetur pro
aditione, ſi aliud non apparet, quia ſic expedit creditoribus. In-
terdum ad inſtantiam ſubſtituti vulgaris, & tunc loquitur l. quan
diu. la gran. infra de acquirend. hæred. & tunc lapſus termini habe
tur pro repudiatione, quia ſic expedit ſubſtitutioni. Interdum aſ-
ſignatur ad inſtantiam filij exhęredati uolentis intentare quere-
lam, & tunc loquitur l. ſancimus. §. final. C. de inofficioſo teſtamẽ
to, poteſt aſſignari & alijs modis, de quibus uide bonam gloſſ. in
l. quandiu. Item iſtud tempus aſſignatur a iudice, & eſt aliud tem
pus deliberandi, quod datur a lege, ſcilicet annus, & de hoc non
habetur in iuribus iſtorum, ſed in l. cum antiquioribus. C. eodẽ
titulo. & iſtud operatur tranſmiſſionem, ſi interim decedat hære
ditate non adita, quia tranſmittit illud ius deliberandi infra tem-
pus, quod ibi ſupererat, quod ibi habetur.

---

## LEX PRIMA.

1 *Hæreditas delata monacho poteſt adiri per abbatem ſine facto monachi, qui non habet uelle, uel nolle.*
2 *Inter ſeruos, & monachos non eſt omnimoda ſimilitudo.*
3 *Hæreditas ſi deferatur filioſa. tempus ad deliberandum debet aſſignari ſimul patri, & filio.*

Si ſeruus,

1 SI ſeruus. ¶†No. j. in prin. huius l. argu. quòd
ſi delata eſt hæreditas monacho.tem
pus ad deliberandum nõ debet aſſignari monacho,
2 ſed abbati. † quia iura, quæ [a] loquuntur in ſeruis, &
a dominis, locum hñt in monachis, & abbatibus, vt no.Inn.in c.
cum olim.de priui.& maximè, quia hæreditas delata mona.po-
b teſt adiri,per abbatem ſine facto monachi,qui [b] non habet velle,
vel nolle, vt no. Io. And.in nouel. in c.in præſentia. de prob. glo.
mag. in fin.licèt Bal. videatur tenere contrarium in l. j. C. qui ad-
mit.ad bo.poſſ.ſed precedens opi.ſemper mihi plus placuit,& ſm
eam pluries conſului,& fuit originaliter Iac. de Are. ſed dñs non
poteſt adire per ſe,ſed requiritur factum ſerui adeuntis, quia põt
nolle adire,vt l.2.C.de hær.inſt.& ). ſi quis omiſ.cau.teſt.l.j.§.quid
ergo.& ſic non eſt omnimoda ſimilitudo inter ſeruos,& mona-
3 chos.¶† Quid autem ſi deferatur hæreditas filioſa. dicit Bar.de-
bere aſſignari ſimul patri, & filio, quia filio repudiante pr̃ adire
poteſt,& non prius, vt l. cum non ſolum. C. de bo. quæ lib. & in
hoc etiam abbas plus iuris habet, quàm pater, quia poteſt adire
etiam monacho non repudiante. Bar. autem diſputat, cui magis
comparetur,in l. j.š.de vulga.& pupilla.tũ dic,vt š.dixi.

ADDITIONES.

a Iura,quæ.Adde Bar.in l. 1. in l.ſi ſeruus l.liber homo. & l. quod ſeruus.ff. de ſtipu.ſer.gl.in c.parochianos.de ſent.excom.Abb.conſi. 104. inci.pro euidencia quæſtionis.in 2.col.in 1.uol.

b Qui.Adde tex.in c.non dicatis 12. qõ.1.c.nolo.ea.cauſa.& q.1.& in c.religioſus.de elec.lib.6.

---

1 *Dilatio non eſt danda,niſi petenti.*
2 *Tempus quando nõ exprimitur a lege,uel ſtatuto, relinquitur in arbitrio iudicis.idem in pœna,& quid in actu explicando per partem.*
3 *Quando profertur ab homine,ut a iudice condemnante aliquem in exiliũ non ſpecificato tempore,de quo intelligatur,*
4 *Ad deliberandum non debet dari minus tempus centum dierum,& a centum ſupra eſt in arbitrio iudicis,ut quando datur annus.*
5 *Si aſſignauit hæredi minus tempus centum dierum,tunc quicquid fiat virtute huius aſſignationis,poterit irritari.*
6 *Quid ſi aſſignatur ad effectum, ut creditotes non cogantur tantum tempus expectare.*
7 *Si prima dilatio non ſufficit, debet aſſignari ſecunda cum cauſæ cognitione,ſi probat ſe fuiſſe impeditum in prima, & ſi fiat contrarium,an ualeat.*
8 *Legatario non datur tempus ad deliberandum, ſecus in fideicommiſſario uniuerſali,licèt hæres non confecerit inuentarium intra terminum a iure prefixum,fideicommiſſarius uniuerſalis poterit conficere poſt reſtitutam hæreditatem,ut ſibi proficiat:& incipiat ſibi tempus a die reſtitutæ hæreditatis,ſicut incipit hæredi a die aditæ.*
9 *Inuentarium confectum per hæredem,an proſit fideicommiſſario remiſſiuè?*

1 §.Ait prætor. †No.hic in prin. in ver.patet,ꝙ dilatio
non eſt danda,niſi petenti ſm Bal.Cer
tè immo iudex poteſt interdum dare non petenti, qñ ambę par-
tes ſunt præſentes,& iudex vult expedire cauſam intra tempus in
ſtantiæ,& partes, vel altera earum vadit protelando, vt inſtantia
pereat.ita determinat Bar. in l. j. C. vt q̃ deſunt aduo. partium.per
l.properandum.poſt prin.C.de iudi.& etiam in l.3.§.hoc aũt iudi-
2 cium.de dam.infec.¶† Item not. illud ad quod ſemper allegatur,
ꝙ quando tempus non exprimitur a l. vel ſtatuto relinquitur in
arbitrio iudicis.idem in pęna in l.j.§.expilatores.). de eſtrac.& ex-
pila.item hoc verum de tempore in actu explicando per partem
relinquitur in arbitrio patris. vt l. venditione.§. de tempore.). de
3 bon. au. iud. poſſ. ¶† Item quando profertur ab homine, puta,
ut iudice condemnante aliquem in exilium non ſpecificato tem-
pore, videtur intelligendum de decimo, vt ). de pœ.l. ſi non præ-
4 finito.¶† Item no. quòd ad deliberandum non dat̃ minus tem-
pus centum dierum.eſt ergo in arbitrio iudicis ſupra cẽtum dies,
non infra.Iſtud de centũ diebus procedit in extraneis hæredibus,
qui habent centum dies ad petendum bon. poſſ per aliud edictũ
prætoris, vt ). quis ordo in bo.poſ.ſerue.l.2. ſed ſui hæredes.i.de-
ſcendentes habent annum:ideo non debet concedi minus anno,
quia prætor viuus imitatur edictum prætoris mortui, in hoc,
ut l.ſi quis inſtituatur.š.de hære.inſt.poſt prin.ibi, & imitetur edi-
5 ctum prætoris mortui &c. † Et per hoc dicit Bar. ꝙ malè faciunt
aſſeſſores,& iudices,qui aliquando ad inſtantiam creditorum fa-
ciunt vocari ab hærede, ſi ſit aliquis, qui prætendat ſe hæredem,
debeat intra tantum tempus adire hæreditatem, & faciunt aſſi-
gnari minus tempus centum dierum, nam quicquid poſtea fiet
uirtute huius aſſignationis poterit irritari, quia non potuit iudex
iſtud tempus a iure præfixũ minuere.facit l.1.š. de ſer. ſed Bal.ſm
Iac.But. hic,& C. de ſuc.edic.ſuper rubrica dicit cõtrarium: quia
iſtud,quod hic dicitur,procedit, quando vellemus, quod per la
pſum termini haberetur pro adeunte, vel repudiante, ut tunc
6 non poſſint aſſignari minus tempus. Sed quantum ad alium effe
ctum, vt creditores non cogantur tantum tempus expectare,
poſſit aſſignari minus tempus: vt eo elapſo creditores mittan-
tur in poſſeſſionem bonorum, & ſi eorum credita ſunt liquida,
ſatisfiet eis,uel per iudicem, vel per procuratorem datum bonis,
maximè ſi prejudicium eſt in mora,& fiat ſolutio, ſecundum ea,
7 quæ habentur infra eod. le. Ariſto.§.j.& l.igitur. ¶† Vltimo no.in
l.nec no. ꝙ ſi prima dilatio non ſufficit, debet aſſignari ſecunda:
non tamen debet hoc fieri niſi cum cauſæ cognitione, ſi probat
ſe fuiſſe impeditum in prima.quod dic,vt l.fi.ſupra de ſer.Et ſi fiat
contrarium, an valeat, dic, vt ibi, & quod not.in c. vltra tertiam.
8 de teſt.¶† Vltimò no. hic glo. ꝙ legatario non datur tempus ad
deliberandum: quia non poteſt prætendere præiudicium, ſecus
ergo in fideicommiſſario vniuerſali, in quem tranſeunt omnia
onera,& per hoc dicit Barto. quòd licèt hæres non confecerit in
uentarium intra terminum a iure præfixum, fideicommiſſarius
vniuerſalis poterit conficere poſt reſtitutam hæreditatem, vt ſibi
proficiat,& incipiet ſibi tempus a die reſtitutę hæreditatis, ſicut
incipit hæredi a die aditæ, vt l.fi.§.ſi uerò poſtquàm. C.eod.tit.de
9 hoc vide per Bartol. in l. in ratione. §. ꝙ vulgò. infra ad l.Fal.† ubi
etiam tractat, an inuentarium confectum per hæredem proſit fi-
deicommiſſario. tunc ergo quando heres,vel fideicommiſſarius
faciunt inuentarium, non indiget iſto tempore ad deliberan-
dum: immo ſi peterent, non prodeſſet eis inuentarij confectio:
quia ſpectarent prouiſionem l.vt d. l. fi. §. ſed quia quidam.C.eo.
tit.¶Opponitur contra iſtam l. hec non. quòd poſtquam ſemel
eſt datum tempus, amplius non detur, ut d.l.fi.§.ſed quia.C.eod.
tit. Sol. iudex inferior a principe non debet dare minus centum
dierum vt hic, nec vltra nouem menſes, vt ibi. & ſi a principio
dediſſet nouem menſes, amplius dare non debet, ita loquitur
ibi,ſi aũt minus:tunc poteſt iterum dare ex iuſta cauſa,& ita intel-
ligitur hic,princeps autem dat vſque ad annum,ut ibi habetur.

---

LEX V.

1 *Hæreditatem quis antequàm adeat,quid fiendum.*
2 *Quando in termino dato, ut hic, exhibentur,ſeu producuntur originalia inſtrumenta, ꝙ illa non debeant remanere penès hæredem, licèt debeat ea uidere, ſed dabitur copia ſine die, & conſule, & originalia reportabuntur.*
3 *Pendente termino ad deliberandum poteſt hæres adire iudicem,& petere licentiam uendendi res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & quæ non.*
4 *Heres talia faciendo non facit ſibi præiudicium,ut uideatur per hoc adire hæreditatem,ſi hoc proteſtatus expreſſè, quòd non facit animo adeundi,& quid ſi erat conſtitutus curator.*

1 ARiſto. ¶†No. in hoc prin. ꝙ hæres, antequam
adeat, poteſt impetrare a iudice, vt mit-
tatur præconium, ꝙ quicunque prætendunt aliqua
habere ab hæreditate, compareant intra certum
terminum dicturi de iuribus eorum, ad hoc, vt hæres poſſit de-
liberare, an velit adire, vel repudiare: & ſi non comparuerint,
poſtea non audientur, vt hic iuncta l.j. §. cum igitur.). ſi cui plus
quàm per l.Fal.Et hoc prout iſte tex. intelligitur de inſtrumentis
2 creditorum hæreditariorum, vt debeat fieri de illis copia.† & hic
tamen not. quòd originalia inſtrumenta non debeãt penès hære
dem remanere, licèt debeat ea videre, ſed dabitur copia ſine
die, & conſule, & originalia reportabuntur, ut infra de Carbo.
edic.l.ſed is.§.penul. & C. de eden. l. procurator. poteſt etiam in-
telligi de inſtrumentis hæreditarijs, in quibus conſiſtunt credi-
ta hæreditaria, vt debeat ipſorum fieri copia, vt uideat, ſi hære-
3 ditas eſt locuples. ¶† Item not. in §. ſi maior. quòd pendẽte ter-
mino ad deliberandum poteſt hæres adire iudicem, & pete-
re licentiam uendendi res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,
uel que ſunt ſumptuoſa magis, quàm utilia, ut equi, & etiam ſol-
uendi debita hæreditaria pœnalia, uel uſuraria, in quibus pericu-
lum eſt in mora, & hoc eſt uerum, quando non fuit conſtitutus
curator hæreditatis:ſed ſi fuit conſtitutus, quod fieri poteſt, tunc
non habet neceſſe adire iudicem, ſed a ſe ipſo poteſt iſta uende-
4 re,& debita ſoluere, vt l.ſi quis conſtituatur, de hær.inſti.¶† Item
no. ꝙ talia faciendo non facit ſibi præiudicium, ut videatur pro-
pter hoc adire hæreditatem, quod eſt uerum, ſi hoc proteſtatur
expreſſè, ꝙ non facit animo adeundi. arg.l. 4.ſupra qui. mo. pig.
uel hypo.ſoluat.& ſi erat conſtitutus curator, non indiget prote
ſtatione, ſi facit ea, quæ pertinent ad officium curatoris: hoc in
maiore pupillo:ſed ſi eſt pupillus, etiam ſi conſtitutus eſt curator,
nihil poteſt minuere, niſi cum legitima iudicis, & hoc vult l.ſed ait
prætor. ut aliquid addam ad iſtos tex. ſecundum Bar.

## LEX VII.

1 *Qui non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium deducere.*
2 *Tutor poteſt alienare rem pupilli, etiam immobilem, parum tamen utilē pro emendo boues, ut alia poſſeſſio utilis non remaneat inculta.*

1 AT prætor. †No. hanc l. in uer. eſt enim. quæ ſemper allegatur, ꝙ qui non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium deducere. hoc eſt verum in eo, qui vult ꝓcedere nomine ſuo. Si autem alieno non ſequitur, non poteſt alienare rem alterius: ergo nec illam in iudicium deducere nomine illius, vt no. in l. j. C. pe. bo. mater. & vide Inn. in c. j. ne ſe. vacan. Item per iſtam l. cir-
2 ca fi. ibi, nam agri inculti ſint.† dicit Ang. ꝙ tutor poſſet alienare rem pup. etiam immobilem, parum tamen vtilem pro emendo boues, vt alia poſſeſſio vtilis non remaneat inculta, licèt tit. de reb. eor. velit, ꝙ non poſſint alienari, immobilia, niſi propter æs alienum exoluendum, & hic non ſubeſt æs alienum, tamen adde iſtam cauſam ad illum titu. ſecundum eum. quod tene menti.

## LEX VIII.

1 *Etiam poſt abſtenſionem ſuus hæres habet beneficium deliberandi, & ſe immiſcendi.*
2 *Si ſuus fuit excluſus per lapſum temporis, ut quia fuit ſibi datum tempus ad deliberandum ad inſtantiam ſubſtituti, quo caſu lapſus temporis habetur pro repudiatione, uel ſtetit per xxx. anno. quòd ſe non immiſcuit, an poſſit poſtea.*
3 *Si ſuus, qui abſtinuit, habebat ſubſtitutum uulgarem, qui poſt abſtenſionem adiuit, an liceat ſuo reuocare abſtenſionem, & auferre hæreditatē ſubſtituto.*
4 *Si ille, cui delata eſt hæreditas, non repudiat expreſsè, ſed dicit ſibi non expedire hæreditatē, uel ſe uelle eam repudiare, an iſta uerba habeant uim repudiationis.*
5 *Quid ſi dixit, nolo adire.*
6 *Quid ſi dixit, non ſum hæres.*
7 *Quid ſi nihil dixit uſq; ad triginta annos.*

1 SI quis. ¶†Etiam poſt abſtenſionem ſuus hæres habet beneficium deliberandi, & ſe immiſcendi h. d. ſecundum Bal. & non eſt alibi in corpore ff. rum, ſed benè habetur in l. fi C. de repu. hære. vbi Imperator allegat iſtam l. & illa ſupplet iſtam in tempore, quia poteſt vſque ad triennium. & quando incipiet currere diſtinguitur ibi, an erat maior annis xxv. tempore, quo repudiauit, & etiam exceſſerat quadriennium continuum, quod datur ad petendam reſtitutionem in integ. & ſic in effectu exceſſerat xxxix. annum, & tunc incipit currere a die repudiationis, vel abſtenſionis, aut illa tempora nō exceſſerat, & tunc incipit currere triennium poſt completum, xxix. ann. & eſt mirabilis determinatio iſtius l. Itē generalior eſt quam illa, nam illa videtur loqui ſolum in hæreditate paterna, iſta vero cum dicat generaliter, ſi quis ſuus hæres, &c. quod verbum, verificatur in omnibus deſcendentibus: vult ꝙ idem ſit in auia, & proauia: non ergo habet locum in hæreditate materna, neque in emancipato, quia non ſunt ſui hæredes, & ita loquitur
2 contrarium ſignatum in gl. de l. 2. C. de iur. & fac. ign. ¶† Quęro, quid ſi ſuus fuit excluſus per lapſum temporis, vt quia fuit ſibi datum tempus ad deliberandum ad inſtantiam ſubſtituti, quo caſu lapſus temporis habetur pro repudiatione, vel ſtetit per xxx. an. quòd non ſe imiſcuit, vt no. in l. j. C. e. ti. Reſpondeo, quòd nō habet locum iſta l. vt poſſit poſtea adire, quia fortior eſt excluſio, quæ fit per lapſum temporis, quàm per expreſſam repudiationem. Primo enim caſu eſt in negligentia, quæ magis eſt nociua. in ſecundo patet, quòd per inaduertentiam, & ad hoc ). ad Treb.
3 l. facta. §. ſi quis bonorum. ſecundum Bal. poſt Iac. de Are. ¶† Itē quęro, an ſit ſuus, qui abſtinuit, habebat ſubſtitutum vulgarem, qui poſt abſtenſionem adiuit, an liceat ſuo reuocare abſtenſionem, & auferre hæreditatem ſubſtituto? glo. hic vult, quòd non, ibi dum dicit, vel verius ibi erat ſubſtitutus, quaſi res tunc non ſit integra, quia bona fecerunt tranſitum in alium, ſicut ſi eſſent alienata, ſecus dicit gloſſ. ſi non habebat ſubſtitutum, licèt legitimus hæres. i. proximior poſt filium hæreditatem adiuiſſet. Mihi videtur, quòd etiam ſi habebat ſubſtitutum, non poſſit ipſe ſubſtitutus nec etiam legitimus adire, quouſque filius ſit excluſus perfectè ab hæreditate, & ſic etiam a beneficio huius l. quia repudiatio habetur pro non facta, quouſq; labatur triennium, quod patet, quia aſſignatur ſibi terminus ad deliberandum, ſicut ſi non repudiaſſet. vt hic, nam ſubſtitutio vulgaris fit in defectum inſtitutionis, & hic non eſt omnino defecta, quouſq; eſt ſine aliqua ſubſtitutione poteſt adire, ſecus ſi non poſſet, niſi mediante reſtitutione, quia tunc ſubſtitutus adire poſſet. & ſi ille reſtitueretur, non deſineret eſſe hæres nomine, licet ſibi auferretur hæreditas per reſtitutum, vt l. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. ). de minor. ſed hic non indiget reſtitutione, niſi quando bona eſſent alienata, & tunc non
4 concederetur, niſi eſſet minor, vt d. l. fi. circa fi. ¶† Vltimò quæritur, hic loquitur, quando ſuus abſtinuit. i. repudiauit expreſsè, quid ſi ille, cui delata eſt hæreditas, non repudiat expreſsè, ſed dicit ſibi non expedire hæreditatem, vel ſe eam repudiare, an iſta verba babeant vim repudiationis? dic, ꝙ ſic, ſi prolata ſunt poſt tempus ſibi datū ad deliberandum, vt infra ad Treb. l. ſed ſi aliud. §. j. ſed ſi non erat datum tempus, tunc cum lapſu trium menſium
5 habent vim repudiationis, vt l. fi. §. j. C. eodem titulo.† Sed quid ſi dixit, nolo adire? reſpondetur, ſi poſt tempus datum ad deliberandum, habent vim repudiationis, per d. l. ſi non erat datum tēpus, tunc cum lapſu habet vim repudiationis, vt l. filij mater. §. j. infra ad Tertu. quia per iſta verba nō ita conſtat de mente loquen-
6 tis, quòd nolit habere hæreditatem, ſicut per præcedentia,† quia dicendo, nolo adire. poteſt intelligi. ſ. pro nunc, quia volo adhuc melius deliberare, ſed dicendo, volo repudiare, vel hæreditas mihi non expedit. apparet, quòd eam non vult, ideo ſufficit minus tempus. Item quid ſi dixit, non ſum hæres, an iſta verba habeant vim repudiationis? dic, vt no. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. in glo. & per Doct. Si autem nihil dicit vſque ad xxx. annos, niſi datum fuiſſet ſibi tempus ad adeundum ad inſtantiam ſubſtituti, vt no. infra. de acq. hære. l. 3.

## LEX X.

1 *Quando ſunt plures gradus hæredum, cuilibet de per ſe aſſignatur tempus ad deliberandum.*
2 *Si termino aſſignato pluribus gradibus hæredum ad deliberandum, primus repudiauit, an ſtatim incipiat currere tempus ſecundum, an uerò debeat expectari, quòd primi centum dies ſint ex toto elapſi. & num. 3.*

1 SI plures. ¶† Quādo ſunt plures gradus hæredum, cuilibet de per ſe aſſignatur tempus ad deliberandum. hoc dicit intellige, quòd finito tempore dato primo dabitur ſecundo. poteſt etiam dari vtrique eorum eodem inſtanti. puta centum dies primo, & ſi infra illos non adiuerit, centum ſecundo, qui incipit poſt lapſum primorum, ita no. in l. quandiu. la grande. de acquirend. hęredi. quod no. quia ſecundum hoc poſſunt dari plures dilationes eodem inſtanti, ita quòd
2 ſecunda incipiat poſt lapſum primæ, vt ibi no. ¶† Sed quid ſi primus repudiauit infra centum dies, an ſtatim incipiat currere tempus ſecundo, an verò debeat expectare, quòd primi centum dies ſint ex toto elapſi. Dicit primam partem eſſe veram, vt eſt text. ſecundum vnam lect. in l. fin. C. qui admit. ad bon. poſ. nam ceſſante cauſa primæ dilationis, fuit deliberatio, quia nunc amplius non deliberaret, poſtquàm repudiauit, debet finiri dilatio, vt l. a filia. § alumno. infra ad Trebelli. qualiter prouidetur creditoribus; ſi ſunt plures gradus hæredum, & quilibet debet habere integrū tempus, nam hoc poſſet extendi in infinitum, & non eſt iuſtum, quòd tantum habeant expectare. glo. mouet hoc dubium ſupra
3 de ſuc. edi. ſuper rub. vbi vide Bal. † Sed Ang. dicit hic vnum bonum verbum, quòd iudex poteſt omnes vocare ſimul, & aſſignare omnibus ſimul vnum tempus ad deliberandum, nam cōmodè poſſunt omnes intra idem tempus deliberare, & poſtea vocabuntur, & ſi primus in fine termini deliberat repudiare, ſequens tenetur adire, vel repudiare incontinenti, quia ſatis deliberauerunt, & idem per omnia in tertio, & quarto, ad quod facit l. ſi maritus. infra de adul. vbi idem tempus currit marito, & patri, & tamen ſucceſſiue vocantur vnus poſt alterum, non ſimul, pro hoc etiam, quod no. Cano. in cle. prima. de conceſ. præben. in mēſe, qui datur impetrantibus. de ſtylo curię ad acceptandum à die vacationis beneficij, nam currit omnibus ſimul, licèt non ſimul veniant, ſed ſucceſſiuè. & ſic debent omnes acceptare intra eundem menſem, & ſi acceptatio primi valuit, excluduntur omnes ſequentes, vt in fi. ſupra de vulg. & pupil. l. quidam teſtamento, & ſi non valuit, tunc valebit acceptatio ſecundi, & ſi illa non poteſt valere, acceptatio tertij. Nec obſt. ea, quæ ſupra dixi, quæ locum habent, quando primum tempus non fuiſſet datum omnibus ſimul, ſed primo tantum gradui, nam tunc poſtea dabitur ſecundum tempus ſecundo gradui, vt hic, ſed ad inſtantiam creditoris, ne nimis habeant differre, pōt ſeruari practica, quam ſupra dixi.

## LEX XI.

1 *Appellatione filij continetur naturalis in ſeruitute conceptus, & in figura matrimonij.*
2 *Filius uerus dicitur ille, qui eſt legitimus, & naturalis, & cui conuenit diffinitio filij, ut l. filium. ſupra de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur.*
3 *Statutum faciens mentionem de uero filio, intelligitur de uero, & naturali.*

Qui fi-

1 QVi filium. ¶1 Appellatione filij,[a] continetur naturalis in ſeruitute conceptus, & in figura matrimonij.hoc dicit. De hoc plene infra ad Treb.l. ex facto.§.ſi quis.& neſcio quare iſta l.fuit poſita in iſto tit.q.a non tractat de eius materia, melius ſtaret in tit.præced.quia loquitur de exiſtentia conditionis,an dicatur extitiſſe, vel non extitiſſe.Erat hic ratio dubitandi: quia poſtquam teſtator inſtituerat iſtum filium libertinum, dicendo poſtea, ſi filius mihi nullus erit, qui in ſuam tutelam veniat. uidebatur ſentire de alio filio,non de illo, ſed ipſe nullum alium ſuſcepit:ergo uidebitur, ꝙ iſte ſeruus efficeretur liber,& hæres. Sed contrarium eſt: quia immo cenſetur ſenſiſſe etiam de illo, & voluiſſe in defectum illius ſi non peruenerit in ſuam tutelam,quia moriatur intra pup. ætatem,ſubſtituere ſibi pupi. cum libertate iſtum ſeruum: quoniam ille filius pup.& ſic poterit de ipſo intelligere. ſi ergo ille filius perueniat ad pubertatem, deficit conditio ſubſtitutionis, & no. tex. ibi dum
2 dicit eo loco, verum filium,&c. † ꝙ ille dicitur uerus filius.qui eſt legitimus, & naturalis, cui conuenit diffinitio filij. vt l. filium ſu-
3 pra de his,qui ſunt ſui, vel ali. iur. † Vnde ſi ſtatutum loqueretur de uero filio, deberet intelligi de legitimo, & naturali.idem in teſtibus.vt in Auc.vt lic.mat.& aui.§.ad hæc.colu.9.ſm Ia.de Are.

ADDITIO.

a ¶Appellatione filij.Adde an contineatur nepos, uide Bal.in l.liberorum. ff.de uerbo.ſigni.Lud.Ro.in l.ſi.uerò.in §.de uiro.in 33.fal. ff.ſo. ma.glo. in cle.j.de bapti. Io. An in c.ſtatutū.de hære.lib.6.in nouel.Anto.de But. in c.ad extirpandas.de fi l.præſ.Bal.cōſi.76. incipi.Agneſa.in 4. uolu.Lud. Ro.conſi.428.inci.in caſu præſentis conſulta. Alex.de Imo.in conſi.1.in cip.præſcri.pactis.in 4.col.in j.uol.

1 *Hæreditas,ius adeundi,& aditio qualiter differant, & in quo conſiſtant.*
2 *Hereditas eſt quædam ſucceſſio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis de iure ciuili inducta.*
*Quid ſi eſt adita.*
3 *Hæres,qui non confecit inuentarium, an in foro conſcientiæ non teneatur ultra uires hæreditatis.*
4 *Lex conſcientiæ obligat ad omne illud, ad quod obligat l.poſitiua, quando facta eſt ab habente poteſtatem.& nu.5.*
5 *Hæres uſurarij tenetur ad uſuras ultra uires hæreditatis, ſi non confecit inuentarium.*

De acquirenda hæreditate. Rub.

1 ¶† Præmitte,quòd tria ſunt, quorum vnum non eſt aliud.ſ.hæreditas.Item ius adeundi Item ipſa aditio.Primum eſt ius,quod acquirimus per aditionem. Secundum eſt ius, per quod acquirimus,ſeu mediante quo. Tertium eſt iſta acquiſitio. Item primū conſiſtit in iure,ut l.hæreditas. §.de pet.hære.nec de illa loquitur iſte tit. principaliter,ſed ille tit. de pet. hære. Secundum ſimiliter eſt quoddam ius, non autem facultas, vt patet in l.2.in fi.C.de inſti.& ſubſt.& ideo tollitur negligentia longiſſimi temporis.ut no. in l.licèt. C. de iu. delib. quod non eſſet, ſi eſſet mera facultas:vt l. viam publicam. ǰ. de uia publ.de hoc principaliter non tractatur in hoc tit. licèt incidenter ſic: poteſt tamen dici, ꝙ tractetur in l. uentre. vbi ponuntur caſus in quibus hæreditas non adita tranſmittitur: quia propriè loquendo non tranſmittitur hæreditas iure adeundi, cum tranſmittatur, vt quærenda,non quæſita, vt no. ǰ.eo.l.ſi quis filium.§.j. Tertium verò.ſ.ipſa aditio eſt potius facti, q̄ iuris:quia conſiſtit in declaratione animi, ut infra eo.l.pro hærede.§.j.quæ declaratio facti eſt,ſicut in fin. in l. conditio.§.j.de cur.fur.& de iſto tertio tractatur principaliter in hoc tit. qualiter, & per quos actus fiat aditio, quod plenè examinat Bar.in l.gerit
2 infra. eo.† Eſt autem hæreditas quædam ſucceſſio in vniuerſum ius,quod defunctus habuit tempore mortis. ut infra de reg.iur.l. nihil aliud.i ntellige de iure ciuili inducta ad differentiam bo. po. edictalis. quæ fuit inducta a iure prætorio, quæ ſimiliter diffinitur,ſed eſt introducta à iure preto. vt infra de bo poſſ.l.j.& 3.§. j. ubi hoc colligitur, & hoc eſt uerum, antequam ſit adita, poſtea uerò poteſt dici ius perſequendi, retinendiq; patrimonium,ſic ut bo.poſſ. defuncti, quæ eſt inducta ad huius ſimilitudinem, ut d. l.3.§.bo.poſſ.licet impropriè dicatur hæreditas,poſtq̄ eſt adita.ut no.infra eo.l.hæres per ſeruum. vt l. j §.veteres.de ac.po.quia hæreditas iacens eſt quædam perſona ficta repræſentans perſonam defuncti,vt l.hæreditas. de acq.re. do.poſtquam verò eſt adita, iſta repræſentatio transfertur in perſonam ueram: quia tunc hæres eſt ille,quem repræſentat: ideo ceſſat fictio,ſeu ficta repræſentatio.Fuit autem introducta hæc repræſentatio ficta per ius ciuile Romanorum;non autem per ius gentium, ſeu naturale,ut in l.lege obuenire.de verb.ſig.licèt.n.de iure gentium fuit introductū, quòd alter alteri ſuccedat, puta filius patri, non tamen fuit introductum, quòd hæreditas iacens repræſentaret perſonam defuncti, & quòd eſſet perſona ficta, & comprehenderet omnia iura actiuè, & paſſiuè, ſed totum hoc fuit introductum a iure poſitiuo,& propter hoc quis efficitur hæres adeundo, quia ſubrogatur in locum defuncti in omnibus,& per omnia, cum in ipſum transferatur hæreditas, quæ illum repræſentabat, & tranſeunt in eum omnia iura actiuè, & paſſiuè, & ſicut defunctus tenebatur creditoribus ſuis, etiam vltra vires ſuorum bonorum, ita & hæres adeundo, vt l.quæ dotis.ſupra ſolut.matrimo. & l. ſi re bonis.
3 C.de iur.deliberan.¶ † Ex prædictis infert Bald. quòd in foro con
a ſcientiæ hæres, qui [a] non confecit inuentarium, non teneatur vltra vires hæreditatis: quia in illo foro non conſideratur ſubtilitas iuris ciuilis, ſed potius naturalis, uel diuini, quibus non eſt inuenta hæc repræſentatio, nec ſubrogatio in locum defuncti,ſed ſolum in bonis,& quatenus ad eum perueniunt, quod etiam tenuit Hoſt.& Io.And.vt ipſe no.in c.quanquam. de vſur.libr.6. & in c.parochiano.de ſepultu. tenuit etiam Fed.de Sen. in conſi. 20,
4 & Bald.de iure deliberan.l.fi.in prin. in 6. q. † Ego ſemper dubitaui de hoc, quia l.conſcientiæ obligat ad omne illud, quod obligat l.poſitiua,quando facta eſt ab habente poteſtatem, ut dicunt theologi,& etiam Barto. facit de hoc fundamentum in alia materia in l. ſi quis pro eo.de fideiuſſ.dicens, quod qui facit contra præceptum l.poſitiuæ,peccat mortaliter per illud Petri: Eſtote ſubditi principi tanquàm præcellenti, &c. & etiam in alia materia in l. uectigalia.infra de pup. cum ergo l. poſitiua obliget hæredem non conficientem inuentarium inſolidum vltra vires hæreditatis,ſi creditores petunt eis ſatisfieri, non video quomodo confeſſor in foro pœnitentiæ poſſit dicere, non cures ſoluere,nec facias tibi de hoc conſcientiam,qui non teneris quantum ad Deū. quia ſic docet eum contemnere legem, & per conſequens peccare.Et idem ipſe Barto.in l.prima.de pri. delic.circa fi.videtur velle,quòd heres vſurarij teneatur ad vſuras vltra uires hæreditatis, ſi non confecit inuentarium, quia non tenetur actione deſcendente ex maleficio,ſed cōdictione indebiti,quæ deſcēdit ex quaſi contractu,quod etiam videtur ſentire gloſſ.in c.ex literis. de rap. dum dicit,quòd ſi confecit inuentarium,non tenetur vltra uires,
5 ergo ſi non confecit, innuit contrarium. ¶ † Aduerte tamen ad vnum,quia quod dixi,procedit, ſi habet de ſuis bonis, unde poſſit ſoluere creditoribus, aliàs procederet determinatio prædictorum Doc. quia lex conſcientiæ non obligat ad impoſſibile. Vnde fur, ſi non poteſt reſtituere rem, licèt ſit obligatus, ſi tamen habet bonam uoluntatem reſtituendi,non decidit in peccato mortali,& idem in vſurario, ſi uellet reſtituere vſuras, ſed non poteſt. probantur hæc in c.ſuper eo.de raptoribus.

ADDITIO.

a Hæres,qui.Adde Bar.in l.prima. C.de ſacroſan.eccl. Bald.in l.filiū,quē habentem C.fa.erc.Bal.in l.prima. C.de his,quę pęn.no.in 9.q.Inno.in c.q̄a plerique.de immu.ecc.Io.And.in c.quanquàm.de uſu.lib.6.Ant.de Bu.in c.fi.de ſol.Io.de Ana.in c.in literis.in 8.co.de rapto.

LEX PRIMA.

1 *Non poteſt quis hæreditatem ſibi delatam ſcindere adeundo pro parte & pro parte repudiando, etiam ſi per partes à teſtatore factas delata fuerit.*
2 *Habens cohæredem,uel ſubſtitutum in aliqua parte,qui eſt paratus adire, ꝙ non poſſit unam partem acceptare, & aliam repudiare.*
3 *Filius an poſſit acceptare hæreditatem uſque ad legitimam, quæ eſt deducto ære alieno,& reſiduum repudiare, ꝙ non,niſi habeat ſubſtitutum.*
4 *Aditio partis,ꝙ trahatur ad totum, & quid in repudiatione partis.*
4 *In contractibus,ut ſi donatarius acceptat dimidiam, quando perficiatur donatio in illa dimidia.*

1 QVi totam. ¶† Non poteſt quis hereditatem ſibi delatam ſcindere adeundo pro parte,& pro parte repudiando, etiam ſi per partes a teſtatore factas delata fuerit. h. d. cum l. ſeq. Et quia de una materia iſtarum legum multæ leges in iſto ti. tractant, quas Dyn. hic recolligit, Barto. melius, & plenius de omnibus fecit unam repet. quam poſuit in l. fi. ǰ. eo. ubi etiam examinauit gl. quæ eſt in l. quidam eulogio. C. de iur. deliber. ¶ In glo.j. ibi (. C. de impu. & ali.ſubſt.l. in teſtamento.) Et ſecundum iſtam lec.differt l.j.a l.2.quia in l.j.fuerunt delatę plures portiones eiuſdem hæreditatis eidem diuerſis tamen temporibus & diuerſis iuribus ſcilicet una iure inſtitutionis, altera iure accreſcendi,& ſubſtitutionis,& ſi adiuit primam, non poteſt repudiare ſecundam, immo ei etiam inuito accreſcit utroq; iure, ut in illa l.& ǰ.eo.l.ſi quis heres inſtitutus.In l.autem 2. fuerunt delatæ plures portiones eodem tpe, & eodem iure.ſ.inſtitutionis ponēdo caſum, ut ponit prima gl. illius l. quæ ſic aliquid addit l. 2. §. j. &

hoc vult dicere glo. in eo, quod ſequitur, vt aliquid videatur adde
re &c. ¶In gl. ea. ibi, (item pone in inſtituto ex aſſe.) iſta eſt magis
plana, & magis amica literæ l. j. & ſecundum iſtam differt l. j. a 2.
quia in l. j. non fuit facta ſciſſio hæreditatis à teſtatore, vnde ma-
gis clarum erat, ꝙ heres nõ poterat eam ſcindere pro parte adeũ-
do, & pro parte repudiando, cum ante aditam hæreditatem nul-
lum ius habebat in hæreditate, vt l. pretia rerum. circa medium.
ad l. Falci. ſed in l. 2. fuit facta ſciſſio ab ipſo teſtatore, cum inſtitue-
rit eundem ex pluribus portionibus, vnde videbatur, quòd hæ-
res poſſet vnam acceptare, & aliam repudiare: quia non ſcinde-
bat ipſe, ſed teſtator ſcinderat, tamen adhuc idem dicitur, quòd
vtrobique eadem eſt ratio, quando tota hæreditas eſt alicui dela-
ta, quo caſu loquuntur iſtæ ll. quia ſi poſſet pro parte adire, & pro
parte repudiare, ſequeretur, quòd quis decederet pro parte teſta-
2 tus, & pro parte inteſtatus, quod eſſe non debet. † Sed quid ſi
hoc non ſequeretur, quia habebat cohæredem, uel ſubſtitutum
in aliqua parte, & ſic portio repudiata poſſet peruenire ad ſubſti.
qui etiam eſt paratus adire, an poſſit tunc vnam acceptare, &
aliam repudiare? dic, quòd non: caſus eſt in l. ſi ſolus. infra eo-
dem. poſt prin. ibi, nec intereſt, &c. cum ſeq. ſubeſt ergo alia ra-
tio ne faciat contra intentionem teſtatoris, qui voluit ipſum to-
tum habere, vel toto carere, ne repræſentet eum pro parte, & pro
parte non, & ex hoc ſequitur, quòd ſi inſtituo te hæredem in di
midia, & Titium in altera dimidia, & tu vis adire tuam dimidiam
pro parte: puta pro dimidia, & pro altera repudiare, vt perueniat
ad cohæredem non potes hoc facere, vt in illa l. ſi ſolus. verſi. item
puto. licèt, iſtæ ll. loquantur, quando fuiſti inſtitutus in tota hæredi
3 tate, ſed eadem ratio eſt de parte quo ad partem. † Sed ponamus,
quòd eras filius, & ſic debebatur tibi legitima, quam ſine cauſa
non poterant tibi auferre, tu vis acceptare hanc hære. vſque ad le
gitimam, quæ eſt deducto ære alieno, & reſiduum repudiare,
vtrum poſſis? hic eſt maior dubitatio: quia legitima eſt tibi debi-
ta, ſed dic, ſi non habebas ſubſtitutum, adhuc idem, quod hic.
Sed ſi habebas, & ſic non facis me decedere pro parte inteſta-
tum; tunc poteris hoc facere vno caſu. ſ. ſi grauaſſem te per fidei-
commiſſum in aliqua re tua, ſicut videmus in ſimili in paterno,
ita in inſtituto, & grauato, infra de bo. lib. l. ſi libertus à patrono,
& ita determinat Bar. in l. gerit. infra eodem. in tertia col. & ſupra
de vulga. & pup. l. j. Item ſi repudiares primo hæreditatem ſim-
pliciter, & poſtea velles habere legitimam non poſſes, quoniam
illa non potes habere, niſi tanquam hæres: vnde cum per repudia
tionem abdicaueris à te hęreditatem, nec legitimam habere po-
tes, ita determinat Cy. de imp. & alijs ſubſti. l. hæres inſtitutus. &
1 in l. ſe. in glo. in fin. ¶ † Pro declaratione iſtius gloſſ. quæro ll. iſtæ
benè dicunt, quòd ille, cui, delata eſt hæreditas, ſiue ſimul, ſiue
per partes non poteſt pro parte adire, & pro parte repudiare, ſed
quid ſi faciat contrarium, quid erit? iſti text. non aperiunt, & ideo
hic gl. diſtinguit tres caſus. ¶Primus, quando adiuit pro parte, &
de alia parte nihil dixit. Secundus, quando adiuit pro parte, & al-
teram partem repudiauit. Tertius, quando incępit a repudiatione
partis, & de altera parte nihil dixit. ¶In j. caſu aditio partis attra-
hit ad ſe alias partes, ſiue ſint delatæ tempore, quo adit, ſiue tunc
non eſſent delatæ, ſed deferuntur poſt: nec eſt neceſſaria alia adi-
tio ſecundum glo. & benè probatur ſupra de hær. inſtitu. l. liber
homo. §. Titius pone exemplum, quando deferuntur poſt, per l.
teſtamento. C. de impu. & ali. ſubſt. vel ſi te inſtitui in dimidia pu-
rè, in altera ſub conditione, & in defectum conditionis dedi ſub-
ſtitutum, ſi exiſtat conditio, deficit ſubſtitutio, & ſi adiueras ex pu
ra prima, accedit hæc ſecunda ſine noua aditione, & intellige iſtũ
caſum gl. etiam ſi fuiſti proteſtatus contrarium, quia proteſtatio
tua non poteſt tollere diſpoſitionem iuris, niſi adiuiſſes partem
puram ſub conditione, ſi altera pars tibi non accreſceret: quia
tunc non ualeret aditio tua ſecundum Bar. pro quo facit infra de
condi. & demon. §. quid autẽ iuris. verſic. at ſi conditionaliter, &c.
& not. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. ¶In 2. caſu ſimiliter adi-
tio præualet tãquam fauorabilior. ¶In tertio caſu glo. vult, quòd
repudiatio non valet. nec attrahit ad ſe alias partes. Ratio diuerſi-
tatis, quia aditio eſt fauorabilis, cum faciat quem decedere teſta
tum: ideo ampliatur, repudiatio verò eſt odioſa. quia operatur
contrarium, ideo non recipit augmentum, & per ſe ſtare non
poteſt, quia ſi non attrahit ad ſe alias partes, ſi valeret repudiatio,
ſequeretur, ꝙ hęres poſſet adire pro partibus non repudiatis, &
portio repudiata ſibi non accreſcit, & ſic decederet pro parte te-
ſtatus, & pro parte inteſtatus. Item aditio eſt habitus, repudiatio
eſt priuatio; & habitus eſt aliquid, & ideo recipit augmentum, pri
uatio eſt nihil; ideo augmentum non recipit, ad hoc allegatur iſta
gl. ¶Sed contra ipſam oppo. de l. ſi ita ex parte. infra eodem vbi
incępit a repudiatione, & valet repudiatio in parte repudiata.
¶Solu. ſi duæ portiones deferentur mihi diuerſo iure puta vni
iure inſtitutionis, quia fuit inſtitutus in dimidia, altera iure ſubſti
tutionis, quia fui ſubſtitutus cohæredi meo, ſi repudio partem
meam, & de altera parte nihil dico, valet repudiatio, & non trahit
ad ſe alteram partem, & ſic poſſum alteram partem adire ſiue tẽ-
pore repudiationis erat delata, ſiue deferatur poſt, tamen adeun
do pro illa habeo etiam primam partem repudiatam, quæ illi ac
creuit, ita loquitur contrarium, ſed ſi ambæ portiones ſunt dela
tæ eodem iure, puta inſtitutionis, quia fui inſtitutus in pluribus
partibus, vt in exẽplo, quod ponit gl. præcedẽs: tunc ſi incipiam a
repudiatione vnius, & de alijs nihil dicam, non valet repudiatio,
ita intellige iſtam gloſſ. prædictam, quando delatæ omnes ſunt
mihi per me, ſed ſi vna per me, altera per filium, vel ſeruum tunc
ſi adeo primam, non efficior hæres in ſecunda, quia non poſſum
effici niſi mediante aditione filij, vel ſerui, ſed ſi primo filius, vel
ſeruus adiuit ſuam iuſſu meo, ſtatim mihi acquiritur mea, quam
poſſum pro libito voluntatis adire, & hęc habentur in l. ſi ego. &
l. ſi ſolus. infra eo. ¶Vlti. Bar. dicit, quòd quicquid ſit in hæredita-
te, vel legato, ſecus in contractibus, quia ſi dico, dono tibi hanc
pecuniam, vel hanc rem. & tu dicis, accepto per dimidiam. perfi-
citur donatio in illa dimidia, & in altera non. Ratio diuerſitatis,
quia inſtitutio, vel legatum habent ſuam perfectionem, etiam an
tequam acceptentur, cum pendeant ex voluntate vnius tan-
tum, ideo non poſſunt poſtea diuidi, ſed donatio non habet ſuã
perfectionem, antequam donatarius conſentiat, ideo poteſt per-
fici pro parte, & iſtud dictum Bar. tanquam pulchrum, & ſubtile
Bal. approbat, & commendat.

## LEX III.

1 *Subſtitutus non admittitur, quouſq; ſuus poteſt ꝑ beneficium l. ſuus. C. de iure delib. adire, licèt hæreditatem repudiauerit.*
2 *Ius adeundi durat xxx. ann. & non eſt facultas, ſed ius.*
3 *Si delata eſt hæreditas ex teſtamento ei, qui poterat ſuccedere ab inteſtato, poteſt adire uſq; ad xxx. annos ex teſtamento, ſi aliud tempus breuius non fuit ſibi aſſignatum per iudicem, quibus elapſis incipit habere alios annos triginta ſuper cauſa inteſtati.*

1 QVandiu. †Non ſummatur. ¶No. iſtam l. pro eo,
quod dixi in l. ſuus. de iur. deli. ꝙ ſi ſuus,
qui repudiauit hæreditatem, habeat ſubſtitutum vulga-
rem, quouſque ille ſuus poteſt beneficio illius l. adire
non obſtante repudiatione, ſubſtitutus non vocetur, & eod.
modo ſi inſtitutus decedat hæreditate non adita, & ſit aliquis ca
a ſus, in quo ſi non haberet ſubſtitutum, tranſmitteret [a] ad hære-
dem ius adeundi, non eſt locus ſubſtitutioni, quouſque hæres
poteſt adire ex iure tranſmiſſo, quia cenſetur facta in caſu, in
quo omnino inſtitutio deficiat: ſed non videtur defecta omni-
no in caſu prædicto, quod etiam tenet Bar. in l. prima. de vulg.
2 & pup. ¶† No. glo. hic poſitam, quòd ius adeundi durat xxx. ann
ideo no. in l. licèt. C. de iu. delib. ex quo ſequitur, quòd non eſt fa-
cultas, ſed eſt ius, quia ſi eſſet facultas, duraret etiam vltra, vt dixi
3 ſuper rubri. ¶ † Et aduerte ad vnum, quod notat Bart. in d. l. li-
cèt. quòd ſi delata eſt hęreditas ex teſtamento ei, qui poterat ſuc
cedere ab inteſta. poteſt adire vſque ad xxx. annos ex teſtamen-
to, ſi aliud tempus breuius non fuit ſibi aſſignatum per iudicem,
& lapſis xxx. annis excluſus eſt a cauſa teſtati, & incipit habere
alios xxx. annos ſuper cauſa inteſtati, in qua non potuit currere
tempus, anteꝗ̃ eſſet delata, & ſic vſq; ad lx. annos poterit habere,
b quod eſt mirabile, [b] & ſemel habui iſtum caſum de facto, quem
nota pro mulieribus negligentibus adire, ſed ſi expreſsè repudia
ret ſimpliciter, talis repudiatio traheretur ad cauſam teſtati, &
etiam inteſtati. glo. eſt ſing. quæ non eſt alibi, in l. j. §. videndum. j.
de ſuc. edic. quæ incipit. ſ. agnatis. & vide quod not. Cyn. C. qui ac
cu. non poſſ. l. accuſatione.

### ADDITIONES.

a Tranſmittere. Adde Alexan. de Imo. in conſi. ſuo 4. col. 7. in princ. q. Pau hic all. & ibi concor. in 2. uolum. Fran. Cur.
b Quòd eſt mirabile. Adde Ale. de Imo. qui hoc idem tenet, & refert Pau. hic in conſi. 90. col. 2. in 2. uolu. Fran. Cur.

## LEX IIII.

1 *Vbi deficit poteſtas, non poteſt adeſſe uoluntas, uel nolle.*

1 NOlle. †Nota hic, quòd ſi inſtitutus ſub condi-
tione pendente repudiauit, poteſt ea po-
2 ſtea exiſtente adire, repudiatio non valuit. ¶† Item
nota, quod vbi deficit poteſtas, non poteſt adeſſe vo
luntas, vel nolle.

## LEX V.

1 *Mutus, ſurdus, & prodigus, quibus bonis eſt interdictum, poſſunt hæreditatem adire.*

2 Aditio

2 *Aditio hæreditatis, licèt conſiſtat in ſola uoluntate, intelligitur tamen, quòd iſta uoluntas ſit declarata per aliquod factum, uel per aliqua uerba, uel per non facta.*
3 *Votum ex ſola deliberatione perficitur, & obligat uouentem, etiam ſi nõ proceſſit ad exteriora uerba, uel facta.*
4 *Verbum dicitur etiam illud, quod intra mentem concipitur, licèt ad exteriora non proueniat.*
5 *Notarius, quando rogatur de aditione muti, qualiter concipiet inſtrumentum.*
6 *Ille, qui interdicitur bonis, quando non poſſit hæreditatem adire.*
7 *Statutum, quòd minor, uel mulier non poſſint ſe obligare ſine conſenſu cõſanguineorum, ꝙ tunc non poſſint adire ſine eorum conſenſu.*
*Quid ſi in hæreditate non erant aliqui creditores, nec legatarij, an poterunt adire ſine eorum conſenſu.*
8 *Quid ſi ſtatutum uetat contrahere, an poterit minor adire.*
9 *Verè furioſus nec in acquirendo, nec in alienando, uel ſe obligando dicitur habere uoluntatem.*
*Quid in prodigo, & pupillo.*

1 MVtum nec. †Mutus, & ſurdus, & prodigus,
quibus bonis eſt interdictum,
poſſunt hæreditatem adire. hoc dicit. In hoc tamen
differunt, ꝙ primi duo poſſunt adire per ſe, ſi habent
intellectum, ſed ſi non habent, indigent curatore, vt l. ſeruo inuito. §. ſi pu. in fi. infra ad Treb. Sed prodigus non poteſt indiſtinctè
ſine curatore, quia fingitur non habere intellectum, vt l. is, qui. §.
fi. ſupra de tu. & cu. da. ab his. iuncta l. ſi is cui bonis. de verborum
oblig. cum non poſſit ſe obligare ſine curatore, vt ibi, & adeundo hæreditatem ſe obligat creditoribus, & legatarijs, cum quibus
videtur quaſi contrahere. l. hæc autem. §. fi. qui ex cau. in poſ. ea.
2 ¶ † In prima gl. ibi, (niſi voluntas declarata per.) ¶ No. iſtam glo.
iſtam glo. quæ ſemper allegatur, ꝙ licèt aditio hæreditatis conſiſtat in ſola voluntate: hoc tamen intelligitur, quòd iſta voluntas
ſit declarata per aliquod factum ſupple, vel per aliqua verba, vel
per non facta. & quæ ſunt illa facta, & quæ ſunt illa verba, vel iſta
non facta, ex quibus inducatur aditio, plenè examinatur per
Bald. in l. erit ſola ergò voluntas in mente retenta, & deliberatio
non inducit aditionem, & ſic non obligat, etiam in foro conſciẽ
3 tiæ. † Secus in voto,[a] quod emittitur Deo. nam ex ſola delibera
a tione perficitur, & obligat vouentem, & ſi non proceſſit ad exteriora verba, vel tacita. l. ſi rem. §. voto. de polli. non eſt ergo bona
comparatio de voto, ad aditionem hæreditatis, per quod poteſt
impugnari vna ratio, in qua ſe fundat Barto. infra in l. proxi. in principi. Quod autem dixi in aditione, vt requiratur, quòd proceſſerit ad verba, vel facta exteriora, intelligo. ſ. cum alijs geſta, vel prolata, ita quòd poſſint probari: ſed ſi intra ſemetipſum in camera
ſua diceret, adeo. iſta verba non magis importarent aditionem,
quàm ſi non fuiſſent prolata, cum ſibi ipſi non loquatur, nam tacendo, & deliberando ſibi ipſi tacitè loquitur, & tamen non indu
4 citur aditio. † dicitur enim verbum, etiam illud, quod in mente
concipitur, licèt ad exteriora non perueniat: ideo filius Dei dicitur verbum Dei iuxta illud, Eructauit cor meum verbum bonũ,
quia in mente Dei conceptum. ¶ In glo. ibi (eſt ergo opus, quòd
intelligat,) dic aliàs non valet aditio, vt in l. hic alleg. in glo. ſupple,
5 niſi interueniat authoritas curatoris, vt ſupra dixi. † Quid autem
ponet notarius in inſtrumento, quando rogatur de aditione muti: dic, vt ibi per Bar. qui tenet, quòd ſi notarius ipſum intelligit per
ſigna, ſufficit, quòd ſcribat, quòd ille adiuit, quod comprehendit
per quædam ſigna ſibi nota: nam ſtatur atteſtationi notarij: ſi autem non intelligat, adhibeat vicinos, vel attinentes, qui intelligant
tanquàm interpretes, & ſecundum relata ipſorum ſciebat. l. j. §.
fina. infra de verborum obl. quod idem Barto. no. in l. fina. infra
6 de bon. poſ. infan. & fur. ¶ † In glo. ſequen. in fi. ibi, manicheos. aut
ergo interdicitur alicui bonis propter ſuum delictum, ſeu culpã,
aut propter ſui fauorem. Primo caſu loquitur iſta glo. vt diſtinguamus, an interdictio fiat per per l. ſine facto iudicis, & non poteſt
adire hæreditatem, vt hæreticus, & criminoſus crimine læſæ maieſtatis, aut fit per iudicem authoritate legis, & tunc poteſt adire
cum authoritate tamen ſui curatoris, vt in hoc tex. ſed ſi fieret interdictio propter ſui fauorem: tunc etiam ſi fiat per l. ſine facto
hominis, non prohibetur adire, dummodo ſeruet ſolennitatem
a iure requiſitam, vt patet in pup. cui interdicitur per l. adminiſtratio bonorum ſuorum ſine tutore, vt l. iuſiurandum, quod ex
conuentione. §. primo. de iureiur. & tamen poteſt adire cum au
7 tho. vt infra l. pupil. ¶ † Item ſi ſtatutum diceret, quòd minor, vel
mulier non poſſent adire ſine illorum conſenſu, ſed cum eo ſic,
quia adeundo obligantur. Sed quid ſi non obligantur, quia in hæreditate non erant aliqui creditores, nec aliqui legatarij, an poſſint
adire ſine authoritate illorum? Ange. tenet hic, quòd ſic, quia ceſſat prohibitio legis, vel ſtatuti, & non tractatur, niſi de acquiſitione, in qua non requiritur illorum authoritas: ne quod introductum eſt in eorum fauorem, vertatur in odium, vt l. non eo minus. C. de procur. & dicit hoc eſſe notandum, ſi tales poſtea decederent relictis extraneis hæredibus, & oriretur contentio de illa
hæreditate inter alios venientes ab inteſtato illi defuncto, & inter
illos extraneos hæredes, quia ſi primi dicant aditionem factam
ſine authoritate illorum non valuiſſe, & ſic hæreditatem non fore tranſmiſſam, cauſa eſt, quòd hæredes articulent, quòd in hæreditate nulli erant creditores, vel legatarij, & ſic valuit aditio: quia
ceſſabat ratio ſtatuti. Ego ſemel conſuli Florentiæ pro iſta parte,
& non videram dictum Ange. Tamen non potui perſuadere
tantum, quod ſufficeret aſſerentibus contrarium per l. obligari. §.
pupillaribus. ſupra de autho. tut. vbi dicitur, quòd etiam lucroſam
hæreditatem pupillus non adit ſine tutore, & per id notat Cy. in
l. quod fauore. poſt prin. C. de legib. Sed non ob. quia poteſt hæreditas dici lucroſa, & nihilominus ibi ſint creditores, & legatarij, ſi
deductis debitis, & legatis multa ſuperſunt, vnde quia tunc ſaltẽ
obligatur, fieret contra prohibitionem ſtatuti, quod vetat obliga
8 ri. ¶ † Sed quid ſi vetat contrahere, an poterit adire? nam adeundo non contrahit, ſed quaſi contrahit. Bart. infra eodem. l. more.
tenet, quòd non, quia ſtatutum loquens de contractu, cum ſit
fauorabile, quia propter fauorem illorum inductum extenditur
ad quaſi contractum, vt l. omnem. ſupra de iudi. Contrarium determinat ipſe idem Bar. in l. hæc autem. §. fi. qui ex cau. in poſſ. ea.
& etiam Bar. & Ang. hic, licèt Bar. non alle. in illa l. primam partem
9 puto veriorem, & vidi ſeruari de facto. ¶ † In glo. ſeq. ibi, (ſecus
eſt in acquirendo.) dic, quòd verè furioſus nec in acquirendo,
nec in alienando, vel ſe obligando dicitur habere voluntatem.
hoc dicit l. furioſi. & l. in negotijs. de reg. iur. ſed prodigus, & pupillus, qui non ſunt uerè furioſi, licèt ei cõparẽtur, tractant merè
de acquiſitione, & dicuntur habere voluntatem, etiam ſine tutore, vel cura. vt l. is, cui bonis. in princip. de verborum obligationibus. aut tractant merè de diſſipando, vt cum donant ſine cauſa:
& tunc etiam cum authoritate tut. vel cura. non dicuntur habere voluntatem, nec valet donatio, quia non cadit in adminiſtratione illorum, vt de cura. fur. l. ab agnato. & de manu. ab ignoto.
& l. final. C. ſi maior factus. aut tractatur mixtim de acquiſitione,
& obligatione, vt in aditione hæreditatis, vel in alio contractu nõ
gratuito, & tunc dicuntur habere voluntatem interueniente authoritate tutoris, uel curatoris, vt hic, & in iuribus vulgaribus.

ADDITIO.

a In uoto. Adde tex. & ibi Doc. in c. magnæ. de uoto.

---

LEX VI.

1 *Aditio dicitur actus legitimus, qui non poteſt ſtare in pendenti.*
1 *Aditio facta ꝑ filiumfamilias nõ præcedenti iuſſu patris, ꝙ hodie ualeat, & obliget filium, & non patrem, & quid in bo. poſ. petitione. & nu. 1.*

1 QVi in aliena. †Exiſtens in aliena poteſtate non
poteſt hæreditatem ſibi delatam
adire ſine iuſſu illius, ſiue ſit delata ex teſtamento, ſiue ab
inteſtato, ſed bon. poſ. benè poteſt petere: & ſufficit,
quòd poſtea rata habeatur per illum, in cuius eſt poteſtate. hoc
dicit vſque ad verſicu. ſed ſi non adierit. Et primo loquitur in hæreditate delata ex teſtamento vſque ibi, (ſed pater.) Secundo in
bon. poſ. vſque ibi, (ſed & ſi.) Tertio in hæreditate delata ab inteſtato. In primo ergo, & tertio caſu requiritur quòd voluntas patris præcedat aditionem, aliàs non valeat, nec poteſt rata haberi:
ſed in ſecundo caſu ſufficit, quòd ſequatur, & rata poteſt haberi:
aliàs non differret ſecundus caſus a primo, vel tertio, ſed ſi non
habetur rata per patrem petitio, bon. poſ. efficeretur irrita. Idem
ſi haberetur rata poſt tempus bo. poſſ. petendæ, vt infra quis ordo. in bon. poſſ. l. fi. & l. bonorum. rem rata habere. ſed quę eſt ratio diuerſitatis inter aditionem, & bon. poſſ. Bar. hic laborat. Tu
2 dic melius ſecundum Bal. † ꝙ aditio dicitur actus legitimus, qui
non poteſt ſtare in pendenti, vt l. actus legitimi. de reg. iur. ſed ſi
poſſet rata haberi, ſtaret in pendenti. ¶ In gl. fi. ibi, (benè obligat hodie.) iure ergo iſto filiusfa. adeundo non præcedente iuſſu patris
nec obligat patrem, vt hic in tex. quia non poterat, nec etiam ſe,
quia non intendebat ſe obligare, ſi aditio erat nulla: hodie verò
valet, & obligat ſe, non autem patrem, nam ſi poteſt adire patre inuito, fortius eo ignorante, vel tacente, vt l. cum non ſolum. C. de bon. quæ lib. iuncta l. qui poteſt. infra de reg. iur. &
ſic iſta l. eſt correcta ſecundum Dy. inquantum requirit iuſſum,
ſeu voluntatem patris in hæreditate filij. ¶ Sed oppono, quòd
etiam iſto iure poſſet adire ſine iuſſu, vt infra ea. l. verſ. Iulia. aliàs
eſt lex. Sol. ibi re vera erat ſui iuris, quia pater erat mortuus, licèt
ipſe de hoc eſſet incertus, & dubitaret, hic verò viuebat, &
3 ſic erat in illius poteſtate. ¶ † Item adhuc oppo. fortiter quando adit ſine iuſſu patris, videbitur habere animum ſe obligandi
non patrem, vt in dicto verſic. Iulia. ſed conſtat, quòd poterat ſe
obli-

obligare, cum filiusfa. ex omni cauſa, preterquam ex mutuo & uoto, poſſit ſe obligare. l. filiusfa. de actioni. & obliga. ¶ Dicit Bar. quòd aditio hæreditatis aſſimilatur uoto: quia conſiſtit in ſola uoluntate, unde ſicut uouendo nō poterat ſe obligare, ita nec adeūdo: quæ ratio non uidetur bona, quia non eſt omnimoda comparatio, ut dixi in l. præcedenti. ideo dic melius, & ſubtilius, quòd contrarium procedit in obligatione, quę eſt abſtracta ab acquiſitione, ſed in aditione hæreditatis interuenit obligatio, & acquiſitio, & ille debet obligari, cui hæreditas acquiritur, ſed huic filio non acquirebatur olim hæreditas, quia non erat capax, ergo erat inconueniens, quòd obligaretur, hodie uerò ſi acquiritur tanquam aduentitium quantum ad proprietatem, ergo & ipſe obligatur, ut in hac gloſſa.

---

1 *Ex diuturnitate temporis cum patientia præſumuntur omnia ſolemniter acta.*
2 *Si pater fecit aliquem actum, qui non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, uel econuerſo filius, an ex ſolo actu ſine curſu temporis præſumatur aditio, & quid in bonorum poſſeſſio.*
3 *Præſumptio iuris, & de iure recipit probationem in contrarium per conceſſionem partis.*
4 *Seruus habens cauſam diſcontinuā, ut itineris, ſeu quæ non pōt p̄ſcribi ēt longiſſimo tempore, ex quibus fundamentis probetur eſſe conceſſio,*

1 **§. Sed & ſi non adierit.** † Ex diuturnitate tēporis cum patientia præſumuntur omnia ſolenniter acta h. d. Et loquitur hic, quando pater poſſedit longo tempore hæreditatem delatam filio ſciente, & patiente filio, nam præſumitur, quòd filius adiuerit patre iubente, & ſic præſumitur ſubſtantia aditionis, & etiam ſolennitas. ſic econuerſo, ſi filius ſciente, & patiente patre per longum tempus poſſidet, licèt de aditione facta iuſſu præcedente aliter non
2 conſtaret, ut eſt caſus in l. ſi filius. C. de peti. hæs. ¶ † Et dicit hic Bartol. quòd ſi pater feciſſet aliquem actum, qui non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, uel econuerſo filius, quòd ex ſolo actu ſine curſu iſtius temporis præſumeretur aditio per id, quod no. glo. in fi. in l. 2. C. de dot. promiſſ. pro hoc uidetur caſus in l. filio. C. de iu. deli. ſed de iſto dicto ego dubito, quia poſſidere bona hæreditaria tanquam ſua non poterat fieri citra ius, & nomen hæredis, & tamen hoc non ſufficit niſi cum curſu decennij, ut hic patet in dictione, diu, ut l. ſi fideicommiſſaria. §. Ariſto. de fideicō. liber. Dicit etiam hunc §. licèt loquatur in aditione, locum habere in bō. poſſ. ita tenet gloſſ. in l. prima. C. qui admit. ad bon. poſ. Nec ob. ſi dicatur bonorum poſſeſſio non poteſt haberi rata, niſi intra tempus, quo poteſt peti, puta centum dies, uel annum, ut l. bonorum. rem ra. habe. ergo poſſeſſio decennalis non uidetur ſufficere. Reſpondetur, ꝙ immo ſufficit, quia facit præſumi, quòd ab ipſo principio interuenerit uoluntas patris, quia ratificauerit infra tempus, non enim iſte lapſus temporis inducit ratificationem, ſed inducit præſumptionem iuris, & de iure, quòd interue
3 nit uoluntas patris a princip. uel ex poſtfacto intra tempus. † hoc intellige uerum, quando pater hoc allegat, & aſſerit, & ad hoc ꝓbandum inducit poſſeſſionem longi temporis cum ſcientia, & patientia filij, ut in ſimilibus habetur in l. cum de in rem uerſo. ſupra de uſur. Sed ſi fateretur ſe nunquam fuiſſe, uel filium non adiuiſſe, præſumptio iſtius §. ſibi non prodeſſet, quia qui uult aliquid, præſumi debet illud allegare, aliàs non prodeſt, ut dicit Bar. in l. cum quid. ante finem. ſi certum pet. l. ſi adulterium. §. idem Pollioni. de adul. nam & præſumptio iuris, & de iure recipit probationem in contrarium per confeſſionem partis, ut no. in auth. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nu. per Cy. & in corpore unde ſumitur per glo. Et poteſt intelligi iſte uerſic. ꝙ pater mortuo filio allegabat iſtam hæreditatem fuiſſe aditam per filium iuſſu ſuo, & ſic ſibi acquiſitam contra uenientem ab inteſtato contrarium aſſerentem, & quòd non poterat amodo adiri, & ſic erat deuoluta ad cauſam inteſtati, poteſt intelligi econuerſo, quod allegabatur hoc ꝯ patrē per creditores hæreditarios uolentes patrem conuenire tanquam effectum hæredem, ſed pater contradicebat, & non poterat probari aditio alio modo, quàm per præſumptionem, de qua hic, quæ ſufficit. † Et ideo Bar. inducit iſtum tex. per
4 gloſſ. quæ eſt in l. ſeruitutes. la grande ſupra de ſerui. titu. generali, in gloſ. magna circa finem, quæ dicit, quòd licèt ſeruitus habens cauſam diſcontinuam, ut itineris, uel uiæ, non poſſit præſcribi ēt longiſſimo tempore, ut in illo tex. niſi tantum tempus, cuius contrarii memoria non exiſtat, ut l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quo. & æſti. ſi tamen quis non fundat ſe in preſcriptione, uel in ſolo uſu temporis, ſed in conceſſione dicens fuiſſe ſibi conſtitutam ſeruitutem per aduerſarium, & ad probandum inducat uſum lōgi temporis, ꝙ per decennium iuit illo ſciente, & patiente, ꝙ ex iſtis duob. probatur conceſſio pręſumptione iuris, licèt aliter nō probari poſſit, & hoc tenet ibi glo. per l. cum de in rem uerſo. ſupra de uſufr. Vltramontani contra in l. ſi certis annis. C. de pac. dicentes, quòd l. cum de in rem uer. loquitur in faciente. ſ. in ſoluente uſuras per longum tempus, contra quem reſultat pręſumptio obligationis ſortis, ſi allegatur, licèt aliter probari non poſſit, ſed gl. loquitur in eo, qui nihil facit, ſed paſſus, eſt contra quem non reſultat præſumptio, aliàs ſequeretur, quòd ſi te ſciente, & patiente tenuiſſem rem tuam, tanquam meam, poſſem poſtea allegare, quòd illam rem mihi uendidiſti. Et ad hoc probandum ſufficeret poſſeſſio, & patientia prædicta, quod eſſet abſurdum, & deſtrueret materiam præſcriptionū. Barto. ſuſtinet dicens, quòd in his, quæ ſunt magni præiudicij, ut in acquiſitione dominij, uerum dn̄t ultramontani, ſed in his, quæ ſunt parui præiudicij, ut in acquiſitione ſeruitutis, uerum dicit gl. ut reſultet præſumptio contra non facientem, ſed patientem. Et allegat glo. in l. pen. C. communi diui. vbi præſumitur diuiſio, quæ non eſt magni præiudicij. Item allegat iſtum text. & l. ſi filius. C. de pe. hære. Tamen iſte text. parum uidetur facere pro Bar. ponendo caſum, quòd hic allegabatur præſumptio contra patrem per creditores, nam non aliter contra patientem, ſed contra facientem, quia pater poſſedit & filius paſſus eſt preteritionem, hic agitur de magno præiudicio ſcilicet, ꝙ obligetur hæreditati. Item ſi ponatur caſus primo modo ſupra relato, quòd ſcilicèt pater allegabat per ſe, ſimiliter non facit, quia non alegabat hoc contra filium patientem, ſed contra uenientes ab inteſtat. qui non fuerunt paſſi. dictum Bar. ſatis placet per authoritatem illarum gl. & uide, quod no. Canoniſtæ in c. peruenit. de cenſi. ſuper iſto articu.

---

1 *Qui credit ſe eſſe in aliena poteſtate, cum non ſit. & eius iuſſu adeat hæreditatem nec illi, nec ſibi aciquirit.*
2 *Si mandaui tibi, ut emeres mihi talem rem, & accepiſti mandatum, & ita emiſti de tua pecunia, & non dixiſti, ꝙ emeres nomine meo, ſed ſimpliciter, qualiter agere potero.*
3 *Quòd tunc dominium illius rei fuerit tibi acquiſitum, & per actionem mandati tenearis in me transferre.*
*Quòd ſi dixiſti nomine meo, ꝙ tunc recta uia dominium cum poſſeſſione mihi acquiratur.*

1 **§. Si is, qui.** † Qui credit ſe eſſe in aliena poteſtate, cum non ſit, ſi adit hæreditatem iuſſu illius, nec illi acquirit, quia non poteſt: nec ſibi, quia non pręſumitur hoc voluiſſe, hoc primo. Sed ſi ſcit ſe non eſſe, licèt olim fuerit, & etiam iuſſus illius interuenerit, facit hæredem ſe eſſe, quia poteſt, & etiā uelle præſumitur, hoc ſecundo. Idem ſi credat, uel dubitet ſe eſſe: tamē adit ſine iuſſu illius, quia præſumitur, quòd noluerit illi quærere, ſed ſibi, ideo ſibi quærit, ſi poteſt, licèt ignoret ſe poſſe, hoc tertio, & ultimo. uſq; ad §. interdum, & ſic ſunt tria dicta, ſeu tres caſus, ut glo. dicit. Secundus ibi, (quanquam.) Tertius ibi, (ut Iul.) incipit, nam eum, qui dubitauit, omnibus iſtis caſibus erat ſui iuris, & ſic poterat ſibi acquirere, ſed dubitatur, an uoluerit. Et in primo caſu, quia adiuit iuſſu alterius: quem iuſſum putabat ualere, præſumitur, quòd noluerit, ſed ſolum illi, quoniam adiuit contemplatione iuſſus. ¶ In ſecundo caſu, licèt olim fuerit in poteſtate, & iuſſus illius interuenerit: hodie tamen erat, quia mortuus erat pater, & ipſe hoc ſciebat, & ſic ſe eſſe ſui iuris, & iuſſum illum eſſe finitum: unde pręſumitur uelle ſibi quærere, ſecus ſi ignoraret patrem mortuum, quia tunc eſſet idem, quod in primo. In tertio uerò caſu ſimiliter præſumitur uoluiſſe quęrere ſibi, licèt crederet ſe eſſe in aliena poteſtate, uel dubitaret, poſtquam adiuit ſine iuſſu illius: ideo ſi in poteſtate illius non eſt, quia concurrit poteſtas, & uoluntas, licèt ignoraret ſe poſſe, acquirit ſibi. Sed contra, quia aditio uidetur non ualere, poſtquàm dubitat de potentia adeundi, quia ſi credit, uel dubitat eſſe in poteſtate alterius, ſcit, uel ſcire debet, quòd non poteſt adire ſine illius iuſſu, & quòd aliter faciendo non ualet aditio, ut in princip. huius l. ergo aditio eſt nulla, ut infra eo. l. hæres inſtitutus. Sol. illud eſſet uerum, ſi in aliqua parte dubitationis nullo modo poſſet adire, ſecus ſi in utraque parte adire poteſt: licèt aliter, ut l. quod ſi dubitet. infra eodē. ſed hic, ſi non erat in illius poteſtate poterat adire ſine iuſſu, ſi erat, poterat cum iuſſu, ideo dubitatio nocet, poſtquam adeſt potentia, & uoluntas. ¶ In gl. mag. circa prin. ibi, (in tertio uiuo, uel mortuo.) iſta gl. inquantum dicit, uiuo, non bene dicit, quia in tertio caſu, ſi ille, in cuius poteſtate dubitabat ſe eſſe, quia ignorabat, an uiueret, uel mortuus eſſet, erat pater legitimus, & narturalis, ſi re uera uiueret adeundo ſine iuſſu illius, non faceret ſe hæredem, nec etiam patrem, quia non poterat, ut in principio illius l. oportet ergo intelligere tertium caſum, quòd ille pater uerè mortuus erat, & ſic poterat adire ſine iuſſu, & acquirere ſibi: tamen ipſe hoc ignorabat, uel dubitabat: ſed ſi poneremus, quòd ille nō erat pater legitimus, ſed naturalis tantum, poſſet procedere glo. ꝗa ſiue ille uiueret, ſiue mortuus eſſet, poterat iſte filius adire, & ſibi acquirere ſine iuſſu illius ¶ In eadem gloſſ. ibi, (dic ergo ex

his,

his, quæ ſequuntur.) in gl. colliguntur tres opiniones, prima eſt
de primo caſu ad tertium, quia primo caſu non acquiritur ſibi,&
tamen poterat acquirere,q͂a non erat in alterius poteſtate, ſed in
tertio bene acquirit ſibi, poſtquàm poterat, quia pater mortuus
erat. Gl. ponit tres ſol. Prima quòd primus caſus loquitur in er-
rante,qui applicat mentem ſuam ad partem falſam.Tertius loqui
tur in dubitante,qui non applicat plus ad vnam partem,quàm ad
alteram:iſta non eſt bona,quia ſicut ceſſat voluntas in errante,ita
in dubitante. Et ideo licèt verum ſit, quòd primus caſus loqua-
tur in errante: idem tamen ſi dubitaſſet,an eſſet in illius poteſtate,
vel non,& eius iuſſu adiuiſſet, & licèt ſit verum,quòd tertius lo-
quatur in dubitante, tamen idem eſſet in errante, ſi adiuiſſet ſine
iuſſu illius,in cuius poteſtate putabat ſe eſſe. Alij dicunt,quòd pri-
mus loquitur in errante in facto. tertius in errante in iure, ſed nec
iſta eſt bona, quia error iuris,ita impedit conſenſum, & volunta-
tem,ſicut error facti,vt l. ſi per errorem.de iur.om. iud.Tertia er
go ſolutio ( & iſta eſt bona,)quod in primo caſu adiuit iuſſu illius,
in cuius poteſtatę putabat ſe eſſe, & ſic putabat iuſſum valere, &
durare, tertius verò caſus debet intelligi licèt in tex. non dicatur,
quòd adiuit ſine iuſſu illius, ideo videtur ſuæ intentionis acquire
re ſibi ſi poterat,licèt potentiam ignoraret, ſi ergo poteſt, acqui-
rit, & hoc vult gloſſ. in verſicul. vel melius.vſque ibi,(cur ergo.)
iuncto verſicul. & fortè. ideo hic diſtinguit vbi gl. melius aperit,
quàm ſupra fecerit. Secundum contrarium collige ex gloſſ. in
verſicul. cur ergo. de l. homo liber.in princip. infra.de acquirend.
rerum domini. & iſtud contrarium re vera venit ad ſecundum
caſum. vbi dicitur, quòd acquirit ſibi,ſi ſcit ſe eſſe ſui iuris,& ibi di
citur,quòd acquirit ei,cui bona fide ſeruit, ſi hoc vult,& ſcit eſſe
ſui iuris,& adit ſine iuſſu illius,licèt ſecus,ſi cum iuſſu, & neceſſita
te ſeruili. Sed reſpondetur, quòd hic acquirit ſibi, & non alteri,
quia non erat cui poſſet acquirere,nec volebat ſibi acquiri,cui ſer
uiebat bona fide,quia volebat, & poterat propter poſſeſſionem
illius,& propter ſeruitium, q͂d impendebat illi, quoniam habeba-
tur quantum ad hoc pro ſeruo, poſtquàm dicebat conditionem
ſuam, & voluit illi acquirere. Tertium contrarium eſt dicta l.is
qui putat. infra cod. per quam videtur, quòd in tertio caſu pro-
pter dubitationem ſibi non acquireretur. Sed ſolue, vt in gloſſ.
quòd ibi dubitat in alio, an eſſet neceſſarius hæres, vel volunta-
rius in hæreditate ſibi delata,hic ſciebat ſe non neceſſarium,& du
2 bitabat cui acquireret. ¶ † Vltimò Bart. inducit primum caſum
ad quæſtionem notabilem. mandaui tibi, vt emeres mihi talem
rem,& accepiſti mandatum,poſtea emiſti de tua pecunia,& tunc
non dixiſti, quòd emeres nomine meo,ſed ſimpliciter ago con
tra te actione mandati, vt eam mihi tradas offerens pecuniam,
quam ſoluiſti, tu dicis te emiſſe pro te,& non vis reſtituere,quid
iuris? & dicit ipſe,quòd propter præcedens mandatum cenſeris
emiſſe pro me,& contemplatione illius mandati,ſicut hic cenſe-
tur adire contemplatione iſtius præcedentis. Egò dico eſſe ca-
ſum de hoc in l.ſi ita quis.§. Scia.de verborum obliga. & in l.ſi res
3 ex mandato de acquirend.rer.dom.¶† Notandum tamen,quòd
hoc caſu poſtquàm tempore emptionis non dixiſti, quòd eme-
bas nomine meo,acquiritur dominium tibi,& per actionem mã
dati teneris in me transferre,vt in illis iuribus, ſed ſi dixiſſes, quòd
meo nomine,tunc recta via dominium cum poſſeſſione acqui-
reretur mihi,vt l.per procuratorem. C. de acquirend. poſſeſſion.
& vide omnino tex.& id,quod ibi not.Bartol. expreſsè ad pro-
poſitum in l. is qui. §. ſi ab ignoto. verſicu. quod ſi is. infra de
manumiſ. & quod idem Barto. not. in l.poſt dotem. ſol. matri.
in tertia lectu.

rium, ſine aliquo iuſſu. ſecus ſi aliter erat neceſſarius hæres h.d.
2 vſque ad §. Celſus, & eſt mirabilis caſus in primo dicto.¶ † No.
primo,q͂ licèt quando filius præcedit tempore mortis patris,ſiue
ſit inſtitutus, ſiue exhæredatus, iura ſuitatis non ſint apud nepo-
tem,quando nepos fuit præteritus, vt ſic poſſit dicere teſtamen-
tum nullum ratione præteritionis tanquàm ſuus, vt l. ſi quis po-
ſthumos.§.ſi filium.ſupra.de libe. & poſthu. & l.ſi quis filio exhæ
redato.de iniuſt. teſt. vt hic ſuccedat contra uoluntatem defun-
cti. Quando tamen eſt inſtitutus nepos, benè ſunt apud eum iu-
ra ſuitatis,vt poſſit ſuccedere ſuus ſecundum voluntatem defun
cti,caſus eſt hic,& fortè non eſt alibi, & licèt hic loquatur, quan-
do filius erat exhæredatus,idem puto ſi erat inſtitutus in parte, &
nepos in alia parte, vt vterque ſit neceſſarius, quia eadem eſt ra-
tio. Nam apud nepotem filio præcedente iura ſuitatis ſunt in ha-
bitu, non in actu,vt patet in l. Gallus.§.nunc de lege.ibi,ſi quis ex
ſuis hæredibus &c. ſed ſi inſtituatur, habitus deducitur ad actũ
quando autem pater decedat inteſtatus, tunc quia tota hæredi-
tas deuoluitur ad filium iure ſuitatis,nepos non eſt ſuus hæres.Et
per iſta remanet expeditum vnum contrarium, quod format gl.
3 ſuper ver.neceſſarius.de §. ſui.Inſtitu.de hære. qua. &.dif.¶† Item
no.q͂ iſto caſu ſicut hæreditas acquiritur nepoti per l. ipſo iure.ita
& per eum acquiritur filio,in cuius poteſtate ipſe nepos non rein
cidit per mortem aui, abſque aliquo iuſſu ipſius filij, eiuſdemq́;
patris,& ſic fallit regula, quæ ponitur.in princ.huius l.& hoc vult
glo. infra eodem modo non requiritur authoritas tutoris in hæ
reditate, quæ per legem acquiritur pup. vt infra eod. l.more.ver-
ſicul.de ea.Et aduertendem, quòd iſta acquiſitio non poteſt tali-
ter fieri patri nepotis, quòd ſit apud ipſum nepotem.ſ.cum bene-
ficio repudiandi, ſicut in hærede ad quem tranſmittitur,ut infra
proximè. Ex quo patet, quòd acquiſitio etiam repudiabilis, quæ
olim fiebat filio acquirebatur patri, cuius contrarium uoluit Bar
to.in l.fi.ſupra de condi. inſt. ſed contra ipſum allegaui iſtum tex.
4 †Idem videtur probari per iſtum tex. q͂ exiſtentia ſui hæredis,
etiam ſi adhuc non eſt ſecuta immixtio, confirmat exhæredatio-
nem, nam hęc hæreditas acquiritur filio tanquàm filio exhære-
dato, non ex perſona ſua, ſed mediante perſona nepotis inſtituti,
& tamen hic non erat ſecuta immixtio, quod patet, quia in illa
cum obliget effectualiter,requireretur iuſſus patris,& ſic non in-
teruenit.Sed ſi exhæredatio non eſſet confirmata, non poſſet iſta
acquiſitio fieri hoc modo, ſed acquireretur ſibi ex ſua perſona.
¶ Quid autem ſi exiſtentia ſui hæredis ſit eliſa per abſtenſionem,
& ſic remanſit nudum nomen, an illud ſit ſufficiens ad confir-
mandam exhæredationem? tetigi in l.ſi filius qui patri.de vulgar.
5 & pup. † Item no.illud ad quod allegatur, quòd talis hæres ha-
beor,qualis eſt is,per quem hæres efficior, quia nepos per quem
filius exhęredatus efficitur hæres, erat ſuus hæres auo,& eodem
6 modo filius,qui mediante nepote efficitur. † Et hoc facit ad quæ
ſtionem not. per,gl.in l.prima ſupra.de pet.hęre.ut ſi tu es mihi hæ
res ex teſtamento, & Titius eſt tibi hæres ab inteſt. & per conſe-
quens eſt etiam hæres mihi, quòd quantum ad me dicatur mihi
hæres ex teſtamento,ſicut & tu,mediante quo ipſe mihi hæres ef-
ficitur,licèt tibi ſit abinteſtato.

---

1 *Si filiusfa. efficiatur alteri neceſſarius hæres, facit patrem ſimiliter neceſſa rium ſine aliquo iuſſu. ſecus ſi aliter erat neceſſarius hæres.*

2 *Quando filius præcedit tempore mortis, ſiue ſit præteritus, ſiue exhæreda tus, licèt iura ſuitatis non ſint apud nepotem præteritum in teſtamento tamen quando nepos eſt inſtitutus, benè ſunt apud eum iura ſuitatis.*

*Quid ſi filius erat inſtitutus in parte, & nepos in alia parte.*

3 *Quid in caſu de quo hic, ſicut hęreditas acquiritur nepoti per l. ipſo iure, ita & per eum acquiratur filio in cuius poteſtate ipſe nepos reincidit per mortem aui, abſque aliquo iuſſu ipſius filij, eiuſdemq; patris.*

*Quòd eodem modo non requiratur authoritas tutoris in hæreditate, quæ per l. acquiritur pupillo.*

4 *Exiſtentia ſui hæredis, etiam ſi adhuc non eſt ſecuta immixtio, confirmat exhæredationem.*

*Quid ſi exiſtentia ſui hæredis ſit eliſa per abſtenſionem.*

5 *Talis hæres habeor, qualis eſt is, per quem hæres efficior.*

6 *Si tu es mihi hæres ex teſtamento, & Titius eſt tibi hæres ab inteſtato, q͂ per conſequens ſit etiam hæres mihi.*

1 **§. Interdum.** †Si filiusfa.. efficiatur alteri neceſſarius
hæres, facit patrem ſimiliter neceſſa-

---

1 *Proteſtatio facta ſuper actu dependente à mera uoluntate proteſtantis, reddit actum ſequentem illi contrarium ipſo iure nullum.*

2 *Timens compelli ad faciendum aliquem contractum, uel promiſſionem, re medium eſt, q͂ clam coram teſtibus, & notario proteſtetur, q͂ ſi contingat eum facere, uult haberi pro non facto, quia facit ex timore, & q͂ tũc contractus poſtea factus ſit nullus, an hoc procedat.*

3 *In actu qui dependet ex uoluntate proteſtantis, & alterius, ut eſt contra ctus, non ſufficit proteſtatio clandeſtinè facta, ſi aliter non apparet de metu, & uiolentia ſubſecuta.*

4 *Metus ſolus, an remoueat voluntatem ab actu, & uide plures ſpecies coactionis.*

5 *Actus an reddatur nullus per proteſtationem, uel metum.*

6 *Quãdo coactio ſit a iudice licitè in caſu permiſſo à iure, non dicitur actus factus per metum, nec uitiatur, niſi quantum ad utilitatem illius qui permiſit ſe cogi.*

7 *Confeſſio extorta in tormentis, ſi præceſſerunt legitima indicia, & in ea perſeueretur, dicitur, ſpontanea, ſecus ſi indicia non preceſſerunt.*

2 **§. Celſus.** † Proteſtatio facta ſuper actu dependente à
mera uoluntate proteſtantis, reddit actum ſe
quentem illi contrarium ipſo iure nullum. hoc dicit. Et gloſ. in-
telligit etiam ſi facta fuit proteſtatio clam, & occultè, nec perue-
nerit in notitiam patris, quod eſt notandum: adde & etiam ſi nõ
continet aliquam cauſam, quia ſufficit pro ratione uoluntas in
his, quæ dependent ex mera uoluntate ut l. quia poterat ad Treb
quando autem non dependebat actus ex mera uoluntate prote
2 ſtantis, ſed ipſius, & alterius, dicam ſtatim ſuper gl. ¶ † In gl. 2. ibi
(clam

(clam coram quibuſdam.)per hanc gl. cum tex. dicit Dyn. quòd ſi aliquis timet compelli ab aliquo ad faciendum aliquem contractum, vel promiſſionem, remedium eſt, quòd clam coram teſtibus, & notario proteſtetur, quòd ſi contingat eum facere, vult
a haberi pro non facto, quia facit ex timore,[a] & tunc contractus poſtea factus erit nullus. Bar. reprehendit: quia iſte tex. loquitur in aditione hæreditatis, quia dependebat ex mera voluntate pro-
3 teſtantis, † ſed in actu, qui dependet ex voluntate ipſius, & alterius, vt eſt contractus, non ſufficit proteſtatio clandeſtinè facta: immo debet fieri præſente illo, & tacente, quo caſu videtur conſentire proteſtationi, ſecus ſi eo ignorante, vel contradicente, vt l. j. §. item ſi prædixerit. ſupra nau. cau. ſta. Nam dicto caſu per actũ ſubſequentem contrarium cenſetur recedere a proteſtatione, vt l. cũ plures. §. locat. horrei. ſ. loc. Bal. autem dicit dictum Bar. procedere, ſi aliter non apparet de metu, & violentia ſubſecuta, quia per illam proteſtationem non probatur metus, vt l. metum. C. quod metus cau. & hoc etiam innuit Bartol. in verbis ſuis, ſed, ſi metus, vel violentia probaret ſubſecuta, dicit procedere dictum Dyn. ſed contra Bal. arguo, quia ſi apparet metum ſubſecutum,
4 inutile eſt dictum † Dyn. quia tunc, etiam ſi proteſtatio facta non fuiſſet, actus reſcinderetur per tit. quod met. cauſa. So. tenementi, fateor hoc, non tamen eſſet contractus nullus ipſo iure, quia metus non remouet voluntatem ab actu, immo dicitur vo
b luntas, licèt coacta,[b] vt l. ſi mulier. § fi. quod met. cauſa. ſed quando præceſſerit proteſtatio, tunc illa remouet volũtatem ab actu, & ideo erit nullus ipſo iure concurrente proteſtatione, & etiam metu, licèt proteſtatio facta fuerit occultè, & actus ille non dependeant ex mera voluntate proteſtantis, & ita intelligatur dictum Dy. & Bal. quod eſt ſingulare. ¶ Sed adhuc oppo. quòd ſufficiat ſolus metus, & ꝙ ille ſolus remoueat voluntatem ab actu, vt in c. maiores. de baptiſmo. Sol. coactio præciſa bene remouet voluntatem ab actu, vt ſi aliquis infidelis violenter immergeretur in aqua baptiſmi, quia non efficeretur Chriſtianus, cum deficiat omnis eius voluntas, ſecus in coactione conditionali, ſeu cauſatiua, & iſtam diſtinctionem ponit tex. notabiliter in c. ſacris. quod met. cauſa. & dicitur conditionalis, quando dico, niſi feceris hoc, te interficiam: nam videris velle facere, ut non interficiã, ſed quando capio te per perſonam, & cogor aliquid facere, illa dicitur præciſa, quæ non poteſt interuenire in caſu iſto, quia nullus poteſt compelli loqui, ſi non vult loqui. ¶ In glo. ſeq. ibi, (ſo. hic fallens.) i. quia premiſit proteſtationem, ibi non, & hæc vera. ¶ In glo. ibi, vnde etiam ſi nullus fuiſſet metus non tenuiſſet. Not. iſtam gloſ. quòd licèt hic loquatur, quando interuenit metus verborum, idem tamen ſi non interueniſſet, poſtquam interuenit
*Si poſſum habere portionem cohæredis mei iure accreſcendi, & iure ſubſtitutionis, quia fui ſibi ſubſtitutus, an poſſim repudiare ex uno, & amplecti ex altero.*
5 *Qui vult vnum, cenſetur etiam velle aliud, ſine quo illud velle non poteſt.*
6 *Ad deſtructionem conſequentis ſequitur deſtructio antecedentis, ſine qua prima ſtare non poteſt.*
*Hæreditas non deuoluitur ad cauſam inteſtati, niſi perempta ſit cauſa teſtati.*
7 *Hæreditati nondum delatæ repudiari non poteſt.*
*Non cenſetur quis repudiare ius, quod ignorat ſibi competere.*

1 **§. Hæres inſtitutus.** †Qui repudiat cām teſtati, non vr̄ repudiare cām inteſtati, idem econuerſo, ſi cām teſtati ignorabat, ſecus ſi ſciebat. h.d. Sunt ergo tres caſus, in primo, qn̄ repudiat cām teſtati, excluditur ab illa, nō a cā inteſt. In ſecundo, qn̄ repudiat cām inteſtati, & ſciebat cām teſtati, excluditur ab vna, quia non vult, id eſt velle non p
2 ſumitur, poſtq̄ ignorabat, ab alia non poteſt, licèt velit. †No. ex primo caſu duo, primo, q̄ qui eſt excluſus ab uno iure, non repellit̄ ab alio iure, a quo non reperitur excluſus. vide ad hoc optimum tex. in l. ſi filius qui patri. ĵ. de bon. lib. circa prin. facit l. vendicantē. cum l. ſeq. de euic. & l. j. §. ſed videndum. de ſucceſ. edict. de adult. l.
3 miles. §. ſexaginta. ſm̄ Cy. & Bal. †Item no. q̄ qui poteſt vocari ad aliquid duplici iure diuerſo, per repudiationem vnius excludit̄ ab alio iure, qn̄ poteſt ſtare repudiatio illius abſque eo, q̄ attrahat ad ſe aliud ius. facit l. ſi domus. de ſer. ru. præd. Intellige hoc, qn̄ repudiatio fuit reſtricta ad illud ius, ſecus ſi fuiſſet facta in rem, q̄a tūc extenderetur ad omnia iura, ex quibus poſſet habere illam rem, vt ſi diceret, repudio talem hæreditatem. gl. eſt in d. §. ſed videndū. facit l. ſi duo. §. ius. de iureiu. Et iſtud primum dictum gl. hic indu
4 cunt in ar. ad duo. †Primo, q̄ ſi aliquis poſſit cōſequi aliquam hæreditatem de iure ciui. & de iure prætorio, ſi repudiat alterum eorum pōt admitti ex altero. h.d. vt hr̄. C. de impu. & ali. ſub. Secundo inducunt, q̄ ſi poſſum habere portionem cohæredis mei iure accreſcendi, & iure ſubſtitutionis, quia fui ſibi ſubſtitutus, poſſum repudiare ex vno, & amplecti ex altero. ɔ̄trium determinat gl. ĵ. e. l. ſi quis hæres. dic, vt ibi dicam, & no. in l. teſtō. C. de imp. & ali. ſub.
9 Ex ſecundo dicto no. illud ad quod allegatur, q̄ † qui vult vnum, cenſet̄ ēt velle aliud, ſine quo aliud velle non poteſt. ſic ĵ. e. l. illud. non enim poteſt repudiare cām inteſtati, niſi fiat illi locus, vt in fi. & non fit illi locus, niſi deficiat cauſa teſtati, ut l. quandiu. ſ. cod. cū ergo ſit in poteſtate ſua repudiare cām teſtati, & ſic facere locum cāæ inteſtati, ſi ſcit cauſam teſtati. repudiando cauſam inteſtati, cēſetur ēt illam repudiaſſe, vt valeat repudiatio cauſæ inteſtati, & ſic excluditur ab illa per repudiationem expreſſam, & a cauſa teſtati
6 per tacitam. †No. etiam ſm̄ Bal. q̄ ad deſtructionem conſequentis, ſequitur deſtructio antecedentis, ſine qua prima ſtare non poteſt. ¶Ex tertio, & ultimo dicto not. in fi. q̄ hæreditas non deuoluitur ad cauſam inteſtati, niſi perempta ſit cauſa teſtati. Item q̄ hę
7 reditatem nondum delatam repudiare non poteſt. † Item q̄ non cenſetur quis repudiare ius, quod ignorat ſibi competere, ut ſ. de tranſ. qui cum tutoribus.

## LEX XVIII.

2 *Primogenitus ſi ex conſuetudine ſuccedat regno, & contingat q̄ primogenitus decedat viuēte nepote ex eo, poſtea d̄cedat Rex relicto illo nepote, & etiam ſecundogenito, quis eorum ſuccedat in regno.*
3 *Quæ requirantur, ut hæreditas poſſit adiri. & nu. 1.*
4 *Quæ requirantur, ut ſit delata alicui.*

1 **Is poteſt.** ¶†Hic ponit̄ r̄la affirmatiua, q̄ exemplificatur in l. ſeq. qui hr̄ditatem. alia r̄la negatiua ponitur ſ. eo. l. 3. & l. is qui. ver. hoc ita verum. & illa ſp eſt vera, ſed affirmatiua non ſp, qm̄ potentia adeundi poteſt ſumi trib. modis. Primo, pro illa quam hēt quilibet liber homo, & capax hæreditatis, nam de ipſo poteſt dici: iſte p̄t hæreditatem adire, capiendo pōt, pro poſſibili eſt ſi ſibi deferatur, vt in ſimili in l. q̄ Seruius. de condi. ob cau. & iſta potentia non eſt q̄d ſeparatum a libertate, vnde ſicut non pōt a ſe libertatem abdicare: ita nec hanc potentiam, & iſta non eſt reſpectu certæ hæreditatis. Eſt alia q̄ habet quilibet, qui poteſt ab inteſtato ſuccedere: nam de ipſo pōt dici, iſte poteſt adire hæreditatem ſui conſanguinei, ēt illo viuente, & iſta potentia non eſt quid ſeparatum a conſanguinitate, ideo ſicut non poteſt a ſe abdicare conſanguinitatem, ita nec hanc potētiam, l. iura ſanguinis. de regu. iur. ſ. de pac. l. ius agnationis. & in iſtis duabus potentijs, non habet locum regula hic poſita. Dicit tn̄ Bar. vnum quod eſt notabile, q̄ potentia quàm habet filius in ſuccedendo patri, bene eſt quid diuerſum a filiatione, quod patet, q̄a filio præcedente in vita patris, nepos ex eo ſuccedat in potentia, licèt non ſuccedat in filiatione, quæ cum perſona extinguitur.
2 ¶†No. iſtud dictum pro iſta ardua qōne, ſi conſuetudo eſt, q̄ primogenitus ſuccedat in regno,[a] & contingat, q̄ primogenitus decedat viuente nepote ex eo, poſtea decedat Rex relicto illo nepote, & ēt filio ſecundogenito, quis eorum ſuccedet in regno, & vr̄ nepos, quia ſuccedit in ius primogenituræ, q̄ pater eius habuit ēt viuente Rege, ſm̄ iſtam doctr. Bar. licèt nō ſuccedat in filiatione, quia non dr̄ primogenitus de quo loquitur ɔ̄ſuetudo: ſed nepos ex eo, & pro iſta parte conſuluit, vel allegauit ſolenniter Oldradus t̄pe Regis Roberti coram eo in Auinione, ut refert Io. An. in addi. Spe. in ti. de feu. qui ēt vr̄ adhærere huic parti, & ego ēt conſului[b] Hiſpania de curia Romana. noſtri autem Doc. Legiſtæ videntur determinare ɔ̄trium pro ſecundogenito, vt no. Cy. in l. ſi viua matre. C. de bo. mat. Bar. in auth. poſt fratres. de leg. hr̄. Bald. ſuper hoc variauit, & plenè de hoc diſputat in l. cum antiquiorib. C. de iure deli. licèt multi non habent in ſuis lec. tangit ēt in l. liberti. liber t̄q̄. de ope. lib. Eſt & tertia potentia reſpectu certæ hæreditatis iā mortui, & ſic eſt in rerum natura: & in illa procedit regula hic poſita, ſed non eſt ſemper vera, ſed habet locum, qn̄ illa potentia poteſt deduci ad actum, nam poſſibile eſt, q̄ quis habeat potentiam
3 adeundi, & tn̄ non poteſt adire, quia illa potētia eſt impedita. † Eſt ergo aliud potentia adeundi: aliud poſſe adiri: quæ autem ſint illa, quæ requiruntur, vt poſſit adiri gl. hic vſq; in ver. (item ſibi numerat ſex.) & poſtea in ver. (item ſcire debet,) addit ſeptimum. deinde in ver. (item) ibi: quia ſ. dixerat requiri delatam eſſe hæreditatem, ponit quędam neceſſaria, vt dicatur delata. poſtea tertio. in uer. ſed regula. ponit fallentias, & ſic gl. vide in l. illud. ſ. ſi pars hære. pe. Tu melius, & intelligibilius dic, tria tantum eſſe neceſſaria. ſ. q̄ hæreditas ſit delata: & in hoc ſtat potentia adeundi. Item q̄ ſciat ſibi delatam. Item q̄ ſciat ex qua cauſa ſit delata, ex teſtamento, vel
4 ab inteſt. & in his duobus conſiſtit poſſe adire. † Ad hoc autem ut ſit delata multa requiruntur: q̄ ille de cuius hæreditate agitur, ſit mortuus. Item ſi eſt hæreditas ex teſtamēto, q̄ illud valeat: & nō ſubiaceat rupturæ. Item q̄ ſit inſtō pura, vel purificata. Itē q̄ nullus præcedat in gradu, & idem in ſucceſſione inteſtati: ſcientia aūt non requiritur perfecta, ſed ſufficit eam habere per cōem opinionem per relatum alterius, ita q̄ pp eam vehemens opinio eius ɔ̄currat cum ueritate: vt ĵ. eo. l. cum quidam. §. quod dicitur. cætera proſequere, ut hic ſubtiliſſimè, & vtiliter per Bar.

### ADDITIONES.

a Quòd primogenitus ſuccedat in regno. Adde Pe. de Anch. in c. licet. de uoto. Do. in c. grādi. de ſup. negli. pla. lib. vi. Cy. Bal. & Sal. in l. ſi vna. C. de bon. mat. Bal. in l. liber. In vj. col. C. de ope. lib. Bal. in l. 3. C. de ſuis, & legi. Bal. in l. ex hoc iure. vj. q. ff. de iuſti. & iur. Bal. in c. j. de filijs natis ex mr̄imonio ad morgā. in vſib. feu. Old. cōſi. 94. inci. elegāter circa negotium, Petr. de Anc. cōſi. 78. inci. dicta facinoratio. Abb. cōſi. 96. inci. in p̄ſenti q̄ſtione. in vj. vol. Pa. de Ca. cōſi. 158. inci. in p̄ſenti cā. Fran. de Are. conſil. 163. inci. diligenter, & maturæ diſcuſſis.

b Ego ēt conſului. Vide eundem Pau. de Caſtr. conſi. 165. inci. in cā præſenti, q̄ uocatur maioricæ hoſpalenſis. in j. parte conſiliorum nouorum. vbi fecit pleniſſimum conſilium, & refert, & ſequitur Do. Ale. de Imo. conſi. 4. col. fi. in 4. volu. Fran. Cur.

## LEX XX.

1 *Aditio hæreditatis per quos actus inducatur, & quando requiratur proteſtatio, q̄ quis non facit aliquid tanquam hæres. & nu. 2.*
3 *Sepelire defunctum, uel paſcere iumenta hæreditaria, uel claudere domū, non eſt adire, etiam ſi non præcedat proteſtatio.*
*Per alienationem rerum hæreditariarum, vel ſi quis conueniat debitores hæreditarios videtur induci aditio.*
4 *In locatione, uel fulctura rerum hæreditariarum, ſtandum eſt declarationi gerentis cum iuramento, an hoc fecerit tanq̄ hæres, vel tanq̄ cuſtos.*
5 *In his quæ dependent ab animo, ſtatur iuramento gerentis.*
6 *Verbum, pro hęrede, quot modis ſumatur remiſſ.*
7 *Dictio, tam, & quàm, quid importent.*
8 *Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem.*
*Facta ad vnum finem, non inducunt alium finem diuerſum.*
9 *In dependentibus ab animo principaliter inſpicitur animus, et intentio.*
*In dependentibus ab animo vtilis eſt proteſtatio ad declarandum animū, & dicitur proteſtatio declaratoria.*

1 **Pro hærede.** †Qui aliquid facit tanq̄ hæres, cenſetur hæreditatem adire, ſecus ſi facit non tanq̄ hr̄s: & quo animo fecerit ex proteſtatione eius cognoſcitur: ideo vtile eſt proteſtari. h. d. vſq; ad §. ſi quid tn̄, & hucuſq; Iuriſcō. tractauit de illis, qui poſſunt adire, uel repu
2 diare: in hac l. tractat de ipſa aditione p̄ quos actus inducat̄. ¶†Notandum, q̄ quædam eſt aditio expreſſa, ut cum quis dicit, adeo, vel cognoſco hr̄ditatem, vel aſſumo, uel apprehendo, uel gero ꝓ hærede, quæ oīa ſunt verba diſpoſitiua: & de iſtis non eſt dubium q̄ ſtatim inducitur aditio, ēt ſi nihil hæreditarium tangat, ut ĵ. eo. l. gerit. Quædam eſt aditio tacita, qn̄ nō proceſſit ad verba, ſed ad facta, & iſta inducitur, qn̄ aliquid facit tanq̄ hæres: & tunc dr̄ pro hr̄de gerere, quod non differt ab aditione: quia aditio expreſſa cōſiſtit in animo, & verbis. iſta vero tacita quæ dr̄ actio pro herede

conſiſtit in animo,& facto,& vtrobiq; non ſufficit ſolus animus,
ſed requiruntur verba,vel facta,vt no.ſ.eo.l.mutum.licèt glo.hic
ſecunda innuat ɔ̃rium,q̃ tenent vltramontani in l potuit.C.eo.ſed
Bar.tenet gl.in l.mutum.quod eſt vtile in foro conſcĩæ, vt ibi teti
gi.Procedit autem hæc l.in illis qui poſſunt adire iure ciuili : nõ in
illis,qui non poſſunt,ſed habẽt venire de iure prætorio , quia licèt
gerant actum tanquàm hr̃des,non efficiunt̃ hæredes,niſi adeant
iudicem,& tunc efficiuntur bonorum poſſeſſores , & iſte eſt ca-
ſus in l.j.C. de iure delib. Item procedit iſtud principium in caſib.
certis,qñ conſtat quo aĩo geſſerit. Quid aũt in dubio? Iuriſconſul
tus tradit doctrinam in §.Pap. ĩ.ead.l.in fi.ꝙ ille actus in dubio in-
ducit aditionem,qui non poteſt geri citra ius, & nomen hæredis,
aliàs aditionem non inducit , ſed qũo hoc cognoſcatur , eſt valde
dubium,& ſuper hoc ſunt duæ gl.hic,vna ſuper verſi.teſtari,quæ
recitat diuerſas opi.inter Rog.& Hug.ex parte vna, qui dicunt,ꝙ
in dubio non præſumitur aditio,ẽt ſi non fuit proteſtatus, & ꝙ ꝓ
teſtatio fit ad abundantem cautelam. & Io. & Azo ex altera par-
te, qui dicunt econuerſo,ꝙ in dubio inducitur aditio. alia eſt glo.
quæ incipit.i.aliquid,quæ refert opi.eiuſdem Azo.variantis, & po
ſtea dicentis, ꝙ ex diuerſitate caſuum , & qualitate perſonarum ,
& actuum,& rerum debet perpendi , q̃ verba ſunt magis obſcu-
ra,q̃ verba Iuriſcon.& ideo Bar. ſuper hoc compilauit pulchram
repetitionem in l.gerit. ad declarationem iſtorum verborum di-
ſcurrens per ſingula verba,& facta.dic ut ibi . Diuide autem iſtud
principium,quia primo loquitur , qñ actum geſſit tanq̃ hæres vſ-
que ibi(& gñaliter.)Secundo qñ geſſit non tanq̃ hæres , vſque ibi,
{pro hęrede,}vt colligitur ex dictione demum.Tertio aſſignat ra
tionem vtriuſq; dicti,vt ibi,(& ideo.) Quarto conſuluit actũ gerẽ-
ti,ſi non vult adire,ꝙ proteſtetur,ꝙ facit non animo adeundi, vſ-
3 q; ibi,(vt puta.) Quinto adducit plura exẽpla,& plura geſta.†Quo
rum quædam tendunt principaliter ad actum pietatis , vt ſepelire
defunctum. Quædam ad actum cuſtodiæ,vt paſcere iumenta hæ
reditaria,vel claudere domum,& in iſtis in dubio dicas, ꝙ non in
ducunt aditionem,quia pñt videri geſta alio animo : iõ in eis pro-
teſtatio eſt ex abundanti,& in iſtis poteſt ſaluari opi. Rog. & Hu.
Quædam ſunt,q̃ non pñt fieri ab hærede,vt alienare res hæredita
rias,vel conuenire debitores hæreditarios , & in iſtis dic , ꝙ in du-
bio præſumitur aditio,quia hẽt locũ doctrina Iuriſc.in §.Pa. ꝙ nõ
poſſunt geri citra ius,& nomen hæredis,& in iſtis procedit prima
4 opi.Io.& Azo.†quidã verò ſunt actus indifferentes,vt locare res
hæreditarias,vel fulcire,nam poteſt hoc facere tanq̃ hæres,vel tã-
q̃ cuſtos,nec magis ordinantur ad vnum,q̃ ad alterum, ſicut or-
dinantur primi actus,& in iſtis locum habet ſecunda opi. Ioan. &
Azo. Iac. aũt de Are.dicit ſtandum eſſe declarationi ſuæ,cũ iurõ,
quo aĩo fecerit,quia rl'r in his,quæ dependent ab aĩo , ſtatur iurõ
5 gerentis,†vt no.per gl.Inſt.de actio.§.aliæ.Tu dic melius per Bart.
in d.l.gerit.&c.¶In tex.ibi,(pro hærede gerere)i.pro dño.ita expo
nit gl.in l.potuit.C.eo.& probatur ĩ.eo.l.duo fratres. in fi.in verſ.
6 dominationem interponeret,ſ'm Bald.ibidem. † Sed tu limita,ſ'm
Bar.pro dño.ſ.ex cã hæreditaria:ſecus ſi tanq̃ dñs ex alia cauſa, vt
ĩ.dum dicit , ſed quaſi alio iure dñs , & quot modis ſumatur hoc
verbum pro hærede.vide bonã gl.in l.pro hære.in prin.ſ. de petit.
hære.¶In tex.ibi qui aliquid,quaſi hæres gerit, ẽt ſi nihil hr̃ditariũ
attingat,ut ĩ.eo.l.gerit.& l.ſi quis extraneus.§.j.Vnde dicit Ange.
ꝙ ẽt ſi lignum tangeret,& diceret ſe tangere tanq̃ hæres efficitur
hæres,pone aũt hoc exemplum,ſi egit ɔ̃ debitores hr̃ditarios,tan
7 q̃ hęres narrando ſe hęredem in libello.†In tex.ibi,(tam facti, q̃ a-
nimi.)gl.hic dicit,ꝙ iſta dictio.tam,& q̃,ponitur electiuè , quia nõ
eſt facti,ſed animi duntaxat,& ſ'm hoc ſufficeret animus in men-
te retentus abſq; eo,ꝙ procederet ad aliquod factum.Contrariũ
vult gl.in l.multum.& illa vera ſ'm Bar.ideo ipſe dicit, ꝙ ponitur ɔ
paratiuè.& ꝙ triplex eſt comparatio,quod dic,vt hic per eum, &
intendit dicere,ꝙ eſt animi,& facti,licèt magis animi, q̃ facti , vtrũ
que tñ requiritur.Tu dic,prout ſentit Bal. ꝙ nec electiuè, nec cõ-
paratiuè ponantur,ſed intendit dicere,ꝙ aditio hęreditatis non ɔ-
ſiſtit in facto abſtracto ab animo,ideo licèt aliquem actum gerat
circa res hęreditarias,ſi tamẽ non vt hęres,non inducitur aditio ,
quia non debemus inſpicere nudum factũ, ſed quo aĩo fiat.Not.
8 ergo †ꝙ actus agentium non operantur veram intentionem agẽ
9 tis,ſed ſ'm illam regulantur,vt l.non oẽs.ſi cert.peta.† Item ꝙ facta
ad vnum finem non inducunt aliũ finem diuerſum.Item ꝙ in de
pendentib.ab aĩo principaliter inſpicitur aĩus,& intentio. ¶In tex.
ibi,(& ideo.)No.ꝙ in dependentib.ab animo vtilis eſt proteſtatio
ad declarandum animum,& dicitur proteſtatio declaratoria.

1 *Verbum tanquam hæres.quomodo exponitur.*
2 *Operæ liberti concernentes patrimonium,ut ſcriptoriæ,uel pictoriæ tran-ſeunt ad quoslibet hæredes,etiam extraneos.*
3 *Operę officiales,quæ concernunt perſonam patroni,ut ſeruire ſibi in menſa tranſeunt ad filios tantum,etiam ſi non ſint hæredes , & quando creditores hæreditarij poſſint petere ſe inueſtiri de iſtis operis, et ſi filius petat eas,vt hæres,an efficiatur hæres,*
4 *Quid in feudo,quod tranſit in filium,ut filium.*
5 *Quid in operis obſequialibus,quæ non ſunt propriæ operæ.*
6 *Quare petitio iſtarum operarum denegatur hæredi extraneo,& non creditoribus hæreditarijs.*
7 *Creditores poſſunt mitti in poſſeſſionem iuris,ꝙ habet debitor ſupra liberas perſonas,& ſic in iure ſuperioritatis,vel iuriſdictionis.*
8 *Si aliqua cõitas,uel dominus negligit mihi forenſi facere iuſtitiã de ſubdito ſuo,cum ex hoc efficiatur debitrix,uel debitor meus, poſſim a meo ſuperiore impetrare repreſalias generaliter contra omnes ſubditos eius.*
9 *Feudum quando tranſeat ad filium,vt filium.etiam ſi non ſit hæres .*

1 §.Si quid. † In his quę ex perſona defuncti tranſeunt ad
filium,vt filium,ẽt ſi non ſit hæres,ſi aliquid ge
rat filius tanq̃ hæres, vel ẽt ſimpl'r , non efficitur hęres, quia illud
verbum tanq̃ hæres,exponitur.i.tanq̃ filius,qui p̃t dici hęres lar-
go modo ꝑꝑ ſolam filiationem,ẽt ſi aliter non ſit hęres.Et ex p̃di
ctis,quæ tranſeunt ad filium,vt filium,ẽt ſi non ſit hæres , credito-
res hr̃ditarij pñt manus apponere, & inueſtiri pro eorum credi-
tis,ſi alia bona deficiant,licèt non dicantur iura hæreditaria, poſt-
q̃ non tranſeunt ad hæredes extraneos . h.d. iſte ſingulariſſimus .
§.ſic limitatus per fi.gl.mag.inquantum dixit creditores ſolum in
defectum bonorum hęreditariorum poſſe manus apponere. Et
primo loquitur,qñ filius in prædictis aliquid geſſit tanq̃ hęres,di-
cendo ſe gerere,vt hæres patris ſui,vſq; ibi, (ſed & qui.) Secundo
qñ geſſit ſimpliciter,nam ſi primo caſu non efficitur hæres mul-
to minus in iſto.& pro hoc ſumitur a ɔ̃rio ſenſu tex. qui loquitur
de ſepulchro hæreditario:nam ſecus innuit in non hr̃ditario , ſed
2 familiari,in quo filius ẽt ſi non ſit hæres,põt ſepeliri.†Et præmitte,
ꝙ q̃dam ſunt operę liberti concernentes patrimonium,vt ſcripto
riæ,uel pictoriæ,quas gl.dicunt operas certas , & fabriles,ſed ego
non curo,ſi ſint certę. i. ſpecificatæ r̃pe ſtipl'onis, vel non, quia ſi
ſtipulatur a ſcriptore,vel pictore x.operas, cẽſetur ſtipulatus illas ,
quas ſcit facere. & iſtæ operę,quia concernunt patrimonium trã
ſeunt ad quoſlibet hęredes ẽt extraneos,& ad filios non trãſirẽt,
niſi eſſent hæredes,ſicut nec p̃rimonium. & de iſtis non loquitur
iſte tex.& creditores de iſtis pñt ſe inueſtire , ẽt non in ſubſidium ,
ſicut de alijs rebus hr̃ditarijs,& de iſtis loquuntur ll.hic allegatę in
3 gl.†Quædam ſunt operæ officiales,quæ concernunt perſonã pa-
troni,&c.vt ſeruire ſibi in menſa,vel in camera, de quib.gl.nõ po-
tuerunt hr̃e notitiam,ſed ſolus Bal.& gl. vñr appellaſſe operas in-
certas:ſed non eſt curandum,& iſtæ non tranſeunt ad extraneos
hæredes,ſed ad filios tñ,ẽt ſi non ſint hæredes,quia operæ,q̃ con
ueniunt perſonæ p̃ris,cenſent̃ conuenire perſonæ filii, non ſic ex-
tranei hr̃d s.de illis loquitur tex.in l.ſi operarum iudicio. ĩ.de ope.
lib.cum gl.& ẽt iſte tex.qui vult,ꝙ ſi filius mortuo patre iſtas ope
ras petat a liberto,& dicat ſe petere,ut hæres patris ſui, non cenſet̃
per hoc hæreditatẽ adire.Nec ob.principium huius l.quia loquit̃,
qñ iſtud verbum profert̃ ab illo, vel in tali materia , in qua non p̃t
verificari,vel ſaluari,niſi tanq̃ in vero hærede , ſed hic profertur a
filio,& in tali materia,in qua põt verificari,& ſaluari in ſola filiatio
ne,cum verbum,hr̃s,vel hæredes ſumatur pro filijs. l. ex facto. §.
fi. ĩ.ad Tre.& in feudorum materia,ut in tit.de alie.feu.§.& ſi cliẽ-
tulus.& in emphyteuſi eccleſiaſtica,ut no.in l.ẽt.in prin.ſolu.mat.
Et ſi dicatur poſtq̃ iſtæ operæ non tranſeunt ad filium,tanq̃ hęre
dem,ſed tanq̃ ad filium,ẽt ſi non ſit hr̃s,non poſſunt dici res hære
ditariæ,tñ poſtquàm petit eas,vt hæres, vr̃ ꝙ efficiatur hæres per
l.gerit. ĩ.eo.Iuriſconſultus oſtendit ɔ̃rium, quia creditores hęredi
tarij pñt petere ſe inueſtiri de iſtis operis, & tñ non efficiuntur hæ
redes,ergo & filius tanquàm ſit creditor hæreditarius, ut hic glo.
tñ ſupplet iſtud,ſi deficiant alia bona hęreditaria, tunc.n. quia tra-
ctant creditores de dãno vitando,& filius de lucro, & habet hoc
a patre,conuenientius eſt,ꝙ creditores habeant,q̃ ꝙ filius deficiẽ
tib.alijs,ſed ſi non deficerent,ſecus , poſtq̃ non ſunt res hæredita-
4 riæ,licèt filius habeat a patre.†Et per hoc patet idem in feudo , q̃d
a tranſit in filium,[a] ut filium,cum deficientib.alijs bonis , ſi filius nõ
ſit hæres creditores poſſint petere ſe immitti in poſſeſſionem,ſal-
tem commoditatis illius feudi, non dico in proprietatem , ne do-
minus cogatur habere vaſallum, quem non vult. ſi ãt filius adiret
hæredita-

A D D I T I O.

a ¶Idem in feudo,ꝙ tranſit in filium.Adde an tranſit ad fęminam.uide Speti.de feu.in §.qm̃.ver.25.& ver.21.& ibi Io.An.in add.Bal.in l.quoties.de ſuis,& legi.Cal.conſ.3.in tit.de feu.inci.an fęmina.Raph.Cu. conſil.138. inci.conſultis,& ĩ.ſcriptis.Raph.Ful.conſi.320.inci. nobiles de Forcitate.Lu.Ro.conſi.33.inci.viſo inueſtituræ tenore.Ang.conſ.242.inci. punctus talis eſt.Pe.de Anch.conſi.173.d,Lazarus.Bal.conſ.385.inci. factum tale.in 3.vol.Pau.de Caſt.conſ.59.inci.q̃q̃ multa ſcripta fuerunt.Alex. de Imo.conſi.30.incip.oẽ datum.in 2.col.in j.vol.idem Ale.conſi.1.inci. põderatis his quæ.in 8.col.in 5.vol.Pet.Phil.Cor.conſi.16.inci.aperta fronte.in 2.col.in 1.vol.idem Pet.Phil.conſi.116.incip.circa præſentem conſultation.in 2.vol.Soc.conſ.19.inci.pro deciſione prædicta.in 1.uolu.idẽ Socy.conſi.257.inci.viſis inſtrumentis Romanor.in 2.vol.Fran. de Cur. conſi.48.inci.Dux Mediolani Philippus.in 7.col.

hæreditatem patris: tunc quia incipit obligari creditorib. poſſunt
illi petere ſe inueſtiri, ēt non in defectum aliarum rerum: & ſicut
de alijs bonis ipſius filij, & ſicut in creditoribus clericis de fructi-
bus beneficij, vt in c.2.de fideiuſſ. & hoc ſi non confecit inuenta-
rium, aliàs eſſet idem, quod ſi non adiiſſet, vt in l.fi.§.in computa-
5 tione.de iur.deliber.† Operæ vero obſequiales non ſunt propriæ
operæ, ſed obſequia, vt in ti. de obſequi. & ideo non tranſeunt ad
extraneos hæredes, nec etiam creditores poſſunt petere ſe in illis
immitti, & ideo de illis non poteſt loqui tex.& hoc vult gl.j. ſeu 2.
ſuper verſi.non potuit.quæ incip.vt quia,&c.Pro declaratione ad
iſtas operas tanq̃ hæres efficiatur hæres, licèt iſtæ operæ non poſ-
ſint dici res hæreditariæ, poſtq̃ non tranſeunt ad hæredes extra-
neos, vt ĵ.eo.l.gerit.& ĵ.l.proxim.§.j.in prin.huius l.quidam faten
tur ɔ̃rium dicentes, ꝙ in tex.non debet eſſe affirmatiua ibi, (pro
hærede cum geſſiſſet,&c.) tunc ver.ſequens(cum petitio earum,
&c.) venit hoc modo: quia poſſet opponi, ꝙ ex hoc non inducit̃
aditio, cum dictæ operæ non ſint res hęreditariæ.Sed rn̄deo, ꝙ ēt
poſſunt dici omnino hæreditariæ, quod patet, quia creditores hæ
reditarij non poſſunt inueſtiri de iſtis operis, ſicut de aliis rebus hę
reditariis, loquitur ergo etiam de creditoribus hæreditariis, nam
de propriis creditoribus ipſius filij non eſt dubium, quia cum illi
habeant filium obligatum, poſſunt inueſtiri de ipſis operis perti-
nentibus ad filium, ſicut de aliis rebus ipſius filii, ſed de hæredita-
rijs creditoribus erat magis dubium, quia ipſi non habent filium
obligatum, & ideo antequam adeant hæreditatem, non poſſunt
petere ſe inueſtiri de iſtis operis, quæ non ſunt hæreditariæ, ſed ſi
dicamus, ꝙ petendo uideatur adiuiſſe, tunc quia incœpit filius eis
obligari, & ſic tenetur eis ſatisfacere, etiam de proprijs facultatib.
ſi hæreditarię non ſufficiunt, poſſunt petere iſti creditores ſe inue-
ſtiri, & hoc vult tex.in ver.maximè futurarum.i.poſt aditam hęre
ditatem, ſ̃m glo.illa tamen dictio, maximè, innuit, ꝙ idem ante eā
aditam, ſed hoc eſt verum in ſubſidium tantum, vt in ſeq.lect. ſed
poſt aditam etiam non in ſubſidium, & ita intellige iſtam gl. & dū
dicit, quaſi hoc faciendo approbet ſe teneri.expone, ꝙ incipit ob-
6 ligari creditoribus hæreditariis, ꝙ ante non erat.† Sed quæritur,
quare petitio iſtarum operarum denegatur hæredi extraneo, &
non denegatur creditoribus hæreditariis? gloſſ. dicit, quia hæredi
extraneo obſtat filius, ad quem tranſeunt tanquam ad filium, ſed
ſi filius eſt effectus hæres, non poteſt obſtare creditoribus hære-
ditariis, quibus incœpit obligari per aditionem. Iſtud nihil eſt di-
cere.pone enim, ꝙ non extat filius, ſed ſolus hæres extraneus ad-
huc ſibi non competit petitio iſtarum operarum, & tamen ceſſat
ratio glo.Item pone, ꝙ filius nondum petijt iſtas operas, & ſic nō
eſt effectus hęres, nec eſt obligatus creditoribus hæreditarijs, vn-
de poteſt eis obſtare, & tamen ſi non ſuperſunt bona hæreditaria
nihil obſtat, quominus iſti creditores inueſtiantur de iſtis operis,
vt in ſeq.lec.in fi.gl.Dicas ergo, ꝙ rō diuerſitatis eſt, quia hæres ex
traneus tractat de lucro captando, creditores vero de damno vi
tando: ideo cōceditur eis, quod extraneo hæredi denegatur.Bre-
uiter iſta lec.non eſt bona, quia communiter in tex. habetur litera
negatiua non geſſiſſe.Item quia in prin.§.ponitur diictio aduerſa-
tiua, tn̄.& ſic aduerſatur prin.huius l.vbi dicitur, ꝙ regulariter qui
aliquid facit tanq̃ hæres, efficitur hæres: fallit tn̄ in hoc caſu. Item
quia in ſeq.ver.ſed qui in ſepulchrum.dicitur, ꝙ non efficitur hæ-
res ſepeliendo in ſepulchro hæreditario, ergo idem in caſu præce-
denti, quia ponitur aduerſatiua, ſed, cum copulatiua, & quæ ſigni-
ficat diuerſitatem in facto non in iure, ut l.ſed & ſi lege.in prin. de
pet.hær. Ad ɔ̃rium rn̄detur ſ̃m gl. ꝙ dum text.dicit, ꝙ petit quaſi
hæres, debet intelligi, non ꝙ in libello dixerit, peto tanq̃ hæres. q̄a
tunc efficeretur hæres, ſed dixit, peto tanquam filius non exhære
datus.quia ſi eſſet exhæredatus petere non poſſet. Sed hoc eſt de
ſtruere tex.ideo dic, ꝙ ita dixit in libello, peto tanquàm hæres. Et
ad ɔ̃rium rn̄detur, vt ſ.dixi, ꝙ illa iura procedūt, qn̄ illa verba pro-
feruntur ab illo, vel in illo caſu, in quo non poſſent verificari, niſi
hæres efficeretur, ſed in his, quæ ex perſona patris tranſeunt ad fi-
lium, vt filium, illa verba poſſunt verificari in ſola filiatione. Sed
tunc oppo.tenendo iſtam lect.ſi non efficitur hæres, ergo credi-
tores hęreditarij non poſſunt de iſtis operis inueſtiri, cum non ha
beant filium obligatum, & iſtę ſunt res hæreditariæ.Soluitur trib.
modis in gl.Primo ꝙ loquatur tex.de crediroribus ipſius filij, qui
habent eum obligatum, & tunc non eſt dubium, ꝙ poſſunt inue-
ſtiri de iſtis operis, ſicut de aliis bonis ipſius filij, & quid vult dicere
maximè futurarum.expone, ut in glo. Vel dic ſecundo, ꝙ loquat̃
de creditoribus hęreditarijs, ſed tunc in uer.(cum petitio earum.)
debet intelligi, ꝙ mutet caſum, quia ſ.de operis, quæ non tranſeūt
ad extraneos hæredes, hic de illis, quæ tranſeunt, & ſic illa dictio,
earum.non facit propriam relationem, quia non intelligitur de il-
lis, de quibus ſtatim dixerat, ſed de alijs, quæ tranſeunt: & ideo dū
dicit, earum.includūtur ſub eodem genere operarum, iuxta illud,
mulier damnauit, quæ ſaluauit.Vel dic melius, & notabilius, ꝙ nō
mutat caſum, & ꝙ loquatur de creditorib.hæreditariis, & de ope
ris, quæ non tranſeunt ad extraneos hæredes. Et ad ɔ̃rium rn̄det̃,
ꝙ procederet, ſi ſupereſſent bona hęreditaria, quæ ſufficerent eis
ſed deficientibus illis in ſubſidium pn̄t apponere manus ad iſtas, li-
cèt non ſint res hr̄ditarię, vt filius eas habeat ab ipſo patre debito
re ex cāulcratiua, ſecus eſſet de alijs, quæ non hr̄et filius ab ipſo
pr̄e, & hoc vult glo.in effectu in fin.licèt valde obſcurè loquatur,
7 & eſt valde difficilis glo.& malè declarant Doc. ¶ † Ex hoc not. ꝙ
creditores pn̄t mitti in poſſeſſionem iuris, qđ hēt debitor ſupra li
beras perſonas, & ſic in iure ſuperioritatis, vel iuriſdōnis, ſicut hic
in iure, qđ habet ſ.liberum.Et hoc inducit Bar.ad m̄ām repreſalia
8 rum.† Si aliqua cōitas, vel dn̄s negligit mihi forenſi facere iuſtitiam
de ſubdito ſuo, cum ex hoc efficiat̃ debitrix, vel debitor meus,
poſſum a meo ſup̃iore impetrare repreſalias general̃r ɔ̃ oēs ſub-
ditos eius, de hoc 23.q.2.c.dn̄s noſter.Item aduerte in eo, quod ſ.
dixi, creditores mittēdos in poſſeſſionem feudi, ſeu comitatus
feudi, quod tranſit ad filium: ſi bona hæreditaria non ſufficiunt,
intelligas, ꝙ ipſe filius præſtabit ſeruitia dn̄o, licèt creditores ha-
beant commodum feudi, vt no.Bar.in l.ſi finita §. ſi de vectigalib.
de dam.infec.& alle.l.commodiſſ.ĵ.de iudi.C.de exce.rei iud. l. ſti-
pendia.& adde quod no.in Spe.de primo, & ſecundo decreto. §.
reſtat. ver. quid ſi reus non habuit. tunc aūt feudum tranſit ad fi-
lium vt filium, etiam ſi non ſit hr̄s patris, qn̄ fuit receptum a patre
pro ſe, & heredibus ſuis filijs, ſeu liberis. ſi aūt ſimpliciter, vel ꝓ ſe,
& hæredib.ſuis, vel pro ſe, & liberis, & hęredibus, tunc ad liberos
non tranſit, niſi ſint hęredes, & ita debet intelligi ti. an agnatus, vel
filius.in vſibus feu.& ita limit. ibi Barto.not.quòd ēt vr̄ fuiſſe de
mente Cy.licèt Bal.non alleget in l.2.C.de li. & eorum lib. & tene
menti hanc limitationem ad illum tit.an agnatus, vel fi.hoc ēt for-
tè ſentit Bar.in l.2.ĵ.de int.& releg.vbi oīno uide.Item quod ſ. di-
xi operas fabriles tranſire ad extraneos hęredes eſt uerum, niſi pa
tronus fuerit ſtipulatus ſibi, & liberis, quia tunc idem in obſequia
lib.vt tranſeant ad liberos tanq̃ liberos, etiam ſi non ſint hæredes,
& hoc voluit gl.2.quæ inc.vt quia.in princ. & quod dixi de obſe-
quialibus, vt tranſeant ad liberos, vt liberos, non ad extraneos hæ
redes, eſt uerum, niſi ſint deductæ in eſtimationem, quia tūc eſſet
idem, quod in fabrilib.& hoc vult hic gl.mag.ante fi.dum dicit, ꝙ
pecunia erat deducta in condemnationem. vbicunq; aūt iſtæ gl.
loquuntur de operis certis, intellige.i. de fabrilib. non concernen-
tibus perſonam, ſed patrimonium.nec curo, an ſint deductæ in ſti
pulationem certę, vel incertæ, cum veniant certificandæ ex quali
tate perſonæ, & econuerſo vbicunq; loquitur de operis incertis,
intellige de officialibus, & concernentibus perſonam patri de q̄-
bus gl.notitiam non habuerunt, ſed Bar. ita intelligit in §.libertus.
& bn̄, nec eſt curandum, an ſint certæ, uel incertæ rōne, de qua ſ.

---

2 *Datio cohæredis extranei non facit de neceſſario voluntarium, & quare.*
3 *Duo requiruntur ad hoc, ut gerendo quis aliquem actum videatur hæredi
tatem adire. ſ. ꝙ ille actus non poterit geri citra nomen hæredis, item ꝙ
non potuerit geri citra ius.i.effectum hæreditatis. & nu. 1.*

1 **§. Papinianus.** † Filius, ſi ſe abſtinuit recipiendo cā cō
ditionis implendę a legatario, cenſet̃
abſtenſionem reuocaſſe, & ſe immiſcuiſſe, ſi erat ſolus inſtitutus,
vel non habebat cohęredem, qui adhuc nō adiuerat, ſecus ſi adi
uerat.h.d.in effectu.Ratio primi, & ſecundi dicti eſt, quia ſic reci-
piendo cenſetur uelle, ꝙ legatarius habet, ꝙ ſibi relictum eſt, ſed
hr̄e non pōt, niſi legatum confirmetur per aditionē, ergo uīr adi-
re, quia qui vult vnum, vult aliud, ſine quo illud velle non pōt, vt
ĵ.eo.l.illud.ſed in tertio caſu confirmatum eſt per aditionem hę-
redis, vnde non eſt neceſſaria aditio recipientis, ideo non inducit̃,
quia ceſſat ratio, de qua ſ.Et procedit iſte §.qn̄ ſtatuliber. vel lega-
tarius fuit iuſſus dare filio noīatim, & ſic nō vt hęredi, ſed ut filio.
Si autem hęredi, vt hęredi, non poteſt recipere, niſi ſit hęres, vt ĵ.
de cond.& demon.l.ſi in diem.in prin.& argu.ſ.de uulg. & pupill.
l.qui liberis.in prin.& ideo indiſtinctè recipiendo vīr velle eſſe hę-
res, & hoc vult gl.j.iuncta ēt alia gl.quę incipit, tunc enim quæ aſſi
gnat rationem primi, & ſecundi dicti.¶ In tex.ibi, (qui ex defuncti
voluntate accipitur.) Iſta non eſt ſufficiens ratio ad inducendam
aditionem, nam etiam ſi habet cohæredem, qui adiuit, locum ha-
bet iſta ratio, tamen aditio non inducitur, vt ĵ.in text. eſt ergo ra-
tio illa, q̃ ſ.dixi, & quàm ponit gl.quæ incipit, (tunc enim.) ¶ In tex.
ibi, (& ſi non abſtinuit.) ſupple, & multo magis, quàm ſi abſtinuit.
¶ In tex.ibi, (& cohæres adijt.) ideſt adiuerat tempore, quo reci-
pit, & ſic iam erat confirmatio libertatis, ſecus ſi tūc adiuerat ad-
huc, licèt poſſet adiri per cohæredem, quia recipiēdo videtur vel-
le, quòd ex nunc confirmetur, non autem quòd expectetur adi-
tio cohæredis.¶ In tex.ibi, (nam cum.) reſpondet tacitæ obiectio
ni, quæ poſſet fieri, quòd etiam ſi habeat cohæredem, qui adiue-
rat, non poſſit recipere, quin efficiatur hæres, cum ipſe ſit ſuus, &
neceſſarius hæres per l.12.tabu.Sed reſpondet, quòd habet bene-
ficium abſtinendi a prætore, propter quod cenſetur volunta-
rius, ſicut emancipatus, unde non eſt hæres effectu, niſi ſe im-
miſceat: poteſt ergo tunc recipere abſque eo, quòd ſe immiſcuiſ-
ſe uideatur, ſi nominatim, non autem tanquam hæres iuſſus

erat ille date,& hoc eſt,quod ſequit.vnde expone, dũ dicit ). non hæredi dando.i.non exiſtenti hæredi in effectu,licèt ſit noĩe. ¶ Et no.iſtum tex.cum quo concordat l.nam nec emancipatus. de legi.ideo ſicut ꝯ emancipatum non eſt fundata intentio creditorũ, niſi probent aditionem,ita nec ꝯ ſuum,niſi probent immixtionẽ.
2 ¶†No.ẽt ex hoc,ꝗ datio cohæredis extranei non facit de neceſſario voluntarium,qa tunc abſtineret de iure ciuili,& hic dr̃,ꝗ abſtinet de iure pretorio,& ita allegabant Doc.Papienſes iſtum tex.
3 in materia ſuitatis.¶†In tex.ibi,(itaq;.) no.iſtam regulam,quæ melius ponit hic,ꝗ̃ alibi,& non eſt procurator,qui eam neſciat, duo ergo requiruntur ad hoc,vt gerendo aliquem actũ videaẽ hr̃dita tem adire.ſ. quod ille actus non potuerit geri citra nomen hr̃dis. Item quòd non potuerit geri citra ius,id eſt effectum hr̃ditatis:ſi ergo potuit geri pp ſolum nomen abſq; effectu, non inducitur aditio,& iſte eſt caſus in §.præced.ad cuius limitationem venit iſte & idem ſi poteſt geri pp ſolum effectum abſq; noĩe, & vide per Bar.qui exemplificat:hic aũt in primo,& ſecundo caſu,qñ nõ haberet cohæredem,vel habebat,& non adiuerat,& nõ poterat recipere citra nomen,& citra ius,ideo inducitur aditio, ſed in tertio caſu,qñ adiuerat, poterat recipere citra nomen,& citra ius.¶Sed oppo.fortiter,ꝗ ẽt in præcedentibus caſib. poterat recipere citra ius,quia datio libertatis confirmatur pp nudum nomen hr̃dis,vt l.cum quaſi.§.ſed & ſi quis.de fideic.liberta. vnde non videbatur neceſſaria immixtio,ad hoc,vt confirmaretur datio, ſed vr̃ ſufficere ſolum nomen hæreditarium,ideo vr̃,ꝗ non inducatur,vt in §. præced.Iſta eſt valde difficilis oppoſitio,ꝗ̃ Bart. pertranſit, & non rñdet ſufficienter. Poſſumus dicere, quòd ſi nullum actum gereret filius,bñ confirmaretur pp nudum nomen, ſed gerendo hũc actum vr̃ velle,ꝗ non confirmetur pp ſolum nomen. Nec obſt. §.præced.quia ibi poterat gerere per ſolum nomen filij,poſito ẽt, ꝗ non eſſet hæres nomine, vt quia erat emancipatus, ſed hic pp ſolum nomen filij,licèt per hoc dicatur hæres largo modo, ſi nõ eſſet ſuus heres noĩe,non confirmaretur datio libertatis,ideo facilius inducitur aditio. Aliud eſt ergo in actu, qui poteſt geri per filium tanꝗ̃ filium, etiam ſi non ſit hæres noĩe, vt emancipatus,ut ibi. Aliud in actu,qui non poteſt geri,niſi ſit ſuus heres nomine,vt hic:quia tunc facilius tranſit in ius, & in effectum.

1 *Filius,qui facit uindictam de morte patris,uel fecit pacem,& aliquid recepit pro pace,non videtur ſe immiſcere hæreditati paternæ.*

§.Si ſepulchri. Qui agit actione perſonali competente ad vindictam, licèt pro re hæreditaria,non cenſetur gerere pro herede.h.d.†Et allegatur,ꝗ filius qui facit vindictam de morte patris,vel fecit pacem,& aliquid recepit pro pace,non videatur ſe immiſcere hæreditati paternæ ſm Dy.de hoc per Bar.in l.pen.de ſepul.vio. Vel dic,ꝗ ratio in iſto §. eſt.quia filius tanꝗ̃ filius, licèt non ſit hæres, habet ius ſepeliẽdi in ſepulchro non ſolum familiari,ſed hæreditario,ẽt ſi non ſit heres, vt l.vel ꝗ.§.j.de religio.& §.§.ſed ſi quid tñ.in fin. iõ proſequendo iura ſepulchrorum non efficitur hr̃s,quia proſequitur, ut filius,ẽt ſi ſit emãcipatus,ut illo §.ſed ſi qd tñ.¶In tex.ibi,(quia nihil.)iſta ratio non eſt ſufficiens,ut dr̃ in l.gerit. ).eod.& ).l.prox.§. interdum. nec ẽt ſequens vr̃ ſufficere,ꝗ intentat actionem competẽtem ad vindictam,nam & actio iniuriarum competit ad vindictam, vt l. 2.& ibi no.de col.bõ. & tñ ſi tranſmiſſa eſſet ad heredes, quia defunctus fuiſſet litem conteſtatus, ꝓſequendo quis litẽ ſuper ea videreẽ hr̃ditatẽ adire,quia non põt proſequi,niſi vt hr̃s,ſed hic põt proſequi,ut filius,licet non ſit hæres,& iſta eſt maior ratio.

LEX XXI.

1 *Qui intendit delinquere,non intendit contrahere, uel quaſi contrahere.*
*Si quis dicat,cum reuerentia loquendo tu mẽtiris,quod propter primum uerbum non excuſatur a dolo,*

SI quis extraneus. Attingens ẽt rem hereditariam non tanquam hæres adire non vr̃,ſed attingens rem, ẽt non hæreditariam tanquam hæres adire vr̃. Item nec aditio,nec repudiatio va
1 let,niſi hereditas delata ſit.h.d.vſq; ad §.ſciendum.†In tex.ibi,(nam admiſſum.)i.delictum,& no. tex. ꝗ qui intendit delinquere non intendit ꝯhere,vel quaſi ꝯhere,& allegatur per Dy.ꝗ ſi aliquis di-
2 cat, cum reuerentia loquendo tu mentiris.ª ꝗ propter primum verbum non excuſatur a verbo iniurioſo, tu mentiris. quoniam ex hoc apparet,ꝗ non intendit reuerentiam deferre, & ſic ironicè,& deriſiuè videtur dixiſſe,cum reuerentia loquendo.unde poterit agere contra eum actione iniuriarum.

ADDITIO.

a ¶Tu mentiris. Adde quando dicatur mentiri Deo vide per Card. Alex. in c.ꝗ interrogaſti.in 14.no.27.diſt.

1 *Error in quota, vel ignorantia exiſtentiæ conditionis non impediunt aditionem.*
2 *Inſtitutus ad hoc,ut poſſit adire,non eſt neceſſe, ꝗ interfuit teſtamento, vel ꝗ viderit,aut audiuerit ipſum legi,ſed ſufficit, ꝗ relatu fide dignorũ audiuerit ſe inſtitutum.*
3 *Hereditas poteſt hodie adiri clauſis tabulis.*
*Ignorantia quotæ partis quando vitiet inſtitutionem.*

1 §.Sciendum eſt. †Ignorans portionẽ ex qua inſtitutus eſt, adire non prohibetur. hoc primo.Itẽ ſi ſciat ſe ſub condõne inſtitutum, & ipſam ꝯdõnẽ extitiſſe.hoc ſecundo.Idẽ ſi neſciat eã extitiſſe, ſed vehemẽter opinetur.hoc tertio.Idẽ ſi ſciat partem ſibi purè delatam, licèt aliam delatam ignoret.hoc quarto,& vlti. Scđs caſus ibi, (qđ ẽt caſus.)
2 tertius ibi (quid tñ.)Quartus ibi,(quemadmodũ.†No.ex ).pacto, ꝗ inſtitutus ad hoc,vt poſſit adiri,non eſt neceſſe,ꝗ interfuerit teſtõ,vel ꝗ viderit,aut audiuerit ipſum legi, quia ſi hoc eſſet nõ poſſet ignorare ex quota portione erat inſtitutus, ſed ſufficit, ꝗ relatu ſide dignorũ audiuerit ſe inſtitutum & ita ſit & ipſe credat, ita ꝗ opinio ſua concurrat cum veritate,licèt non ſit certus per proprium ſenſum:qđ ẽt tenet Bar.in l.is põt.ſ.eod.& probat quia hodie clauſis tabulis pt adiri hr̃ditas,vt C. de cad.tol.§. in nouiſſimo.
3 †Sed opp.ꝯ iſtum primum caſum, ꝗ ignorantia quotæ partis vitiat inſtõnem,vt ).eo.l.ex ſemiſſe.gl.hic diſtinguit.Tu dic plenius, aut ſcio me inſtitutum,ſed ignoro in quota parte,& non applico aĩum meum plus ad vnam,ꝗ̃ ad alteram,& poſſum adire, quia videor velle adire ex illa parte, in qua inſtitutus ſum, & ita loquitur iſte tex. Aut credo me inſtitutum in vna, & ſum inſtitutus in alia, & ſic applico mentem ad partem falſam, tunc ſerua diſtinctionẽ gl.ꝗ aut conſtat,ꝗ volui effici hæres, ſiue ſim inſtitutus in illa, in qua putabam,ſiue in alia,& efficior hæres indiſtinctè,aut ꝯſtat de ꝯrio,ꝗ nolebam effici, niſi ex illa ex qua putabam, & indiſtinctè non valet aditio.Aut ſumus in dubio, & tunc ſi putabam me inſtitutum in maiore,cum eſſem inſtitutus in minore,& non pr̃ſumor velle effici hæres in minore,& ſic non valebit, aut econuerſo,& tunc valet,quia ſi volui effici hr̃s in minore, præſumendum eſt,ꝗ voluerim fortius ẽt in maiore,& ita no.in l.ex ſemiſſe. & ꝓbatur per l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandauit. ).eod.¶Circa tertium caſum in ver.quid tñ.opp.ꝗ ſi ignoro extitiſſe conditionem ſub qua fui inſtitutus,non poſſim adire hæreditatem,vt ). de condi.& dem.l.multum.Gl.fi.ſoluit multis modis.tene vltimam, ꝗ ſi ignoro,tñ credo, & vehementer opinor eã extitiſſe,tunc non nocet ignorantia,& ita intelligatur hic, & probatur in l. cum quidã. §.quod dr̃. ).eod. Aut credo eam non extitiſſe,vel etiam dubito: & tunc non poſſum adire,vt in ꝯrio,aut ergo conditio nondum extiterat,& clarum eſt,ꝗ adire non poſſum,licèt credam eam extitiſſe,quia hæreditas adhuc non eſt delata,vt patet in preced. text. dum dicit,ſi tñ extiterit a ꝯrio ſenſu.aut conditio extiterat,& tũc aut ſciebam eam extitiſſe,& poſſem adire ſine dubio, vt in ſecundo caſu §.aut ignoro eam extitiſſe, & tunc in tribus caſibus valet aditio.Primus ſi vehementer opinabar eam extitiſſe, vt in hoc tertio caſu ſm intellectum glo.fi.Secundus eſt,qñ eram inſtitutus in aliqua parte purè,in alia ſub cõditione,quę extiterat,ſed ego ignorabam,& adiui ex pura, nam efficior heres ex conditionali, vt in vltimo caſu huius §.& in ſecunda ſol.in ver.vel ſm Io. Tertius eſt, quando putabam inſtitutionem fuiſſe purè factam, cum tñ eſſet facta ſub conditione,quæ iam extiterat, & ego ignorabam extitiſſe,nam adhuc non nocet ignorantia, poſtquam credebam inſtitutionem fuiſſe puram:licèt non fuerit, ex quo tamen eſt purificata,& iſte eſt caſus in l.ſed ſi de ſua.in fi. ).eo. Extra iſtos caſus nõ poſſum adire,ſiue credebam eam non extitiſſe, ſiue dubitem, & iſte eſt caſus in l.multum.Et prædicta in conditione facti, ſed ſi eſt conditio iuris ignorantia circa illam non habet vitiare, ut dicta l. multum.

LEX XXII.

1 *Ignorantia circa cauſam ex qua delata eſt hæreditas, vitiat aditionem.*
2 *Qui agit ut hæres tenetur reſpondere,an ſit hæres ex teſtamento,uel ab inteſt.ſi reus petat eum interrogari.*
3 *Si ago contra te petitione hære. & interrogo te,an poſſideas pro hærede, & reſpondeas ꝗ ſic,& poſtea interrogo,an tanquam ex teſtamento,uel ab inteſtato,an tenearis reſpondere.*
4 *Gerere pro hærede eſt dicere,id eſt pro domino.*
*Qui tenet,& poſſidet tanquam dominus præſumitur dominus.*
5 *Falſa cauſa in iudicium deducta non ſuſtentatur ex vera,licèt ex prolata.*
6 *Sententia lata ex falſa cauſa in ea expreſſa non poteſt reformari ex uera, & debet retractari,& ꝗ debeat ab ea appellari.*
7 *An in cauſa appellationis poſſit confirmari ex uera cauſa.*
8 *Si non fuit appellatum,an ille contra quem lata eſt,poſſit petere aduerſus eam reſtitutionem in integrum.*
9 *Quando proceſſus,vel ſententia eſt nulla,non cadit reformatio.*
10 *Ad iudicem appellationis deuoluuntur ea, quæ fuerunt coram primo iudice,non alia penitus diuerſa.*
11 *An iudex habeat neceſſe exprimere cauſam propter quã mouetur ad ſententiam ferendam.*

12 *Si eam non exprimit,& ex proceſſu colliguntur plures cauſæ, ſemper in dubio cenſetur ſe fundaſſe in illa,quæ reddit ſententiam validam, & æquam,niſi probetur contrarium,& ſi ex actis non apparet, niſi una,cenſeretur ex illa ſe mouiſſe.*

1 SI is,ad quem. †Ignorantia circa cauſam, ex qua delata eſt hæreditas,
vitiat aditionem.h.d.Vel ſic. Qui credit hæreditatem
vel bona ſibi delata ex vna cauſa, cum ſint delata ex
altera,ſi adit,non efficit̃ hæres,nec ex putatiua, quia non poteſt,
nec ex vera,quia non vult,licèt poſſit.h d.¶Et ponit quatuor exē
pla.In primo exemplo putabat bona eſſe ſua, cum non eſſent.In
ſecundo putabat hæreditatem ſibi debitam,cum non eſſet, licèt
eſſet delata.In tertio putabat ſibi delatam ab inteſt.cum eſſet dela
ta ex teſtō.In quarto econuerſo.Et gl.etiam addit aliud exemplū
ſi credebat delatam ex inſtitutione,cum eſſet delata ex ſubſtitutio
2 ne,vel econuerſo.†Et per iſtam l.dicit Bald. ꝙ ille, qui agit,vt hæ-
res,tenetur reſpondere,an ſit hæres ex teſtamento,vel ab inteſta.
ſi reus petit eum interrogari,quia intereſt ipſius rei, nam ſi reſpō-
derit ex teſtamento,poterit reus probare contrarium,& venit ab
ſoluendus:licèt ſit talis,qui poſſit etiam ab inteſt.ſuccedere.Nam
per hoc non iuſtificabitur ſua reſponſio, vt hic: hoc idem tenet
3 Bal.in l.2.C.de ſuc.edic.& dicit eſſe opi.Mar.de Fano.† Quid autē
in reo, ſi ago contra te peti. hære. & interrogo te,an poſſideas
pro hærede,& reſpōdes,quòd ſic,poſtea interrogo,an tanquàm
ex teſtamento,vel ab inteſt.an tenearis reſpondere? habui de fa-
cto,& dixi,quòd non,quia ex prima reſponſione fundata eſt in-
tentio mea:ſufficit enim,quòd teneas tanquàm hæres, quia pote
ro probare,quòd non ſis hæres,ſed ego: & hoc mihi ſufficit,nec
de iſta interrogatione fit mentio in alijs interrogationibus, quæ
ſunt fiendæ,cum agitur pet.hære.vt no. in l. cogi. C. de pet.hære.
ſed ſi agam actione perſonali,tanquàm contra verum hęredem,
teneris reſpondere, ſi mea intereſt, vt l. ſi defenſor. §.illud.de iur.
act.¶In text.ibi,(ſcire debet.)ſaltem vehementi opinione, vt not.
4 ǰ.l.proxi.in glo.2.ſ.quod dixi in §. præced.¶† In tex.ibi,(quamuis
omnia pro domino fecerit.) not. iſtum text. pro glo. quæ eſt in l.
potuit.C.de iur.delib.quæ dicit, quòd gerere pro hærede eſt dice
re,ideſt pro domino,nam hæres grecè idem eſt, quod dominus,
ut l.item Mela. §.legis.ad l.Aqui.No.etiam arg.quòd ille,qui tenet
& poſſidet tanquàm dominus,prȩſumitur dominus, dic vt l.pe.
5 de condi.inſti.Item†facit iſta lex, [a]quòd ſi egi contra te ad aliquā
a rem ex cauſa commodati, tamen non probaui commodatum,
ſed depoſitum,licèt conſtet iudici de iure meo, quia tamen illud
in iudicium non deduxi,non prodeſt mihi probatio, & venis ab-
ſoluendus ex cauſa in iudicium deducta: quia non probata, nec
ex probata venis condemnandus,quia non deducta. facit l.habe
bat.in prin.de inſti.& no.Inn.in c.j.de lit.cōteſ. & adde quod not.
in addi.Spe.de ac.ſeu pe.§.ſequitur iubere.facit l.non poſſumus.ſ.
ſi pars hęre.pe.falſa ergo cauſa in iudicium deducta non ſuſtenta
tur ex vera, licèt probata, ſicut hęc aditio facta ex falſa cauſa non
ſuſtentatur vera,licèt illa ſubeſſet, nam in omnibus exemplis hic
poſitis ſuberat vera cauſa, ex qua poterat adire,tamen ex illa non
adiuit,ſed ex putatiua.¶Sed oppo.fortiter cōtra tertium, & quar
tum exemplum de l.ſi quis mihi bona.§.pe.infra eo.qui incipit,a-
liter atque Solu.error circa cauſam teſtati in adeunte vitiat aditio
nem,vt hic,ſed in mandante,vel iubente, an vitiat iuſſum? dic ut
ibi:debet ergo intelligi,quòd licèt eſſet error in iubente, non erat
6 in filio adeunte.¶†In glo.fin.quæ ſemper allegatur ibi,non valet
ſententia cum effectu.vult ergo gloſ. quòd ſi iudex exprimat fal-
ſam cauſam in ſententia,quòd mero iure valeat ſententia, ſed nō
in effectu,quia debet retractari,& ſic vult, quòd non poſſit refor
mari ex cauſa vera,ex qua potuiſſet eam ferre,ſi voluiſſet. Pone
exemplum,condemnauit reum adiecta cauſa,quia intentio acto
ris erat probata per teſtes,& iſta cauſa erat falſa, quia nulli erāt te-
ſtes recepti,ſed benè erat probata per inſtrumentum, vel dixit,
quòd erat probata per tales teſtes,cum per illos non eſſet proba-
ta,ſed per alios,valet nihilominus ſententia, quia non eſt contra
ius conſtitutionis,ſed contra ius partis,ergo &c. vt l.preſes.de iu-
di.ſecus ſi contra ius conſtitutionis, vt ſi pronuntiauit teſtamen-
tum valere adiecta cauſa,quia pupillus poteſt teſtari,tunc ſenten-
tia eſſet ipſo iure nulla,vt l.j.§.item cum contra ſacras. quæ ſen.ſi-
ne app. reſcin. & l. ſi expreſſim. de appel. debet ergo appellari ab
iſta ſententia,de qua ſupra primo loco dixi,ex quo eſt valida me-
ro iure,vt in glo.& ſi non appellatur,tranſit in rem iudicatam, vt
not.Inno.in c.quoniam contra falſam.circa fin.de prob.& etiam
7 Io.And.†Si autem appellatur,quæritur,an in cauſa appellationis
poterit iſtam ſententiam confirmare ex vera cauſa? iſta gloſſ. in-
nuit,quòd non,Bartol.tenet contrarium, per l. Titianus. ſ. quod
cum eo. Bald.in l.prima. C. de condi. indebiti. dicit illam l. Titia-
nus loqui, quando cauſa non erat falſa,ſed minus idonea: quan-
do autem eſt falſa,locum habet iſta gloſ.vt non poſſit reformari
ex uera,quod dicit eſſe not.dignum,hic vero aliter loquitur Bald.
& melius,quòd ſi fuit appellatum,poterit reformari ex vera cau-
ſa,vt in illa l.Titianus.non dico, quòd iudex debeat confirmare
eam ex cauſa vera,ſed debet dicere,reformamus.quoniam atten
ta falſa cauſa expreſſa deberet illam ſententiam irritare: & poſtea
ex eiſdem actis deberet reum condemnare,ſicut prius fuerat cō-
demnatus,ut in capitulo cum dilecti.de emp. & uen. & dicendo,
reformamus,hoc verbum importat illa duo, & ita eſt de more iu
8 dicum, quia dicunt,reformantes.† Si autem non fuit appellatum,
tunc tenet ipſe ſecundum Dy.quòd licèt tranſeat in rem iudica-
tam,poterit tamen ille,contra quem lata eſt, petere aduerſus re-
ſtitutionem in integrum propter expreſſionem falſæ cauſæ, &
tunc non poterit iudex,coram quo petitur reſtitutio, ipſam re-
formare ex vera cauſa,& ita intelligit hanc glo.quod eſſet notabi-
le valde,ſi eſſet verum,ſed Bar.de hoc non facit mentionem, ꝙ
poſſit peti reſtō propter hanc expreſſionem factam a iudice, &
idem vr̃ eſſe de mente Inn.in loco ſ.alle.qui dicit, quòd debet ſibi
imputare pars,ſi non appellauit,quòd nō prodeſſet ſibi inſpectio
proceſſus,ex quo apparet manifeſtè de falſitate illius cauſȩ, ſed ſi
poſſet petere reſtitutionem,vt dicit Bald.non eſſet ſibi imputan-
dum,& iſtam partem puto tutiorem. Nec obſt. c.ſi ex fal.inſt.per
totum.& l.diuus.de re iud.quia ibi loquitur, qn̄ pars fuit vſa falſis
allegationib.ſ.inducendo falſos teſtes,uel falſa inſtr̄a, quo caſu in
duob.caſib.ſnīa eſt nulla.Primus qn̄ contra minorem, vt C. ſi ex
fal.inſt per totum.Secundus,qn̄ duo concurrunt, quòd doloſè
hoc fecerit,& quòd lata ſit ſnīa contra abſentem,vt l.ſi prætor.§.
Marcellus.ſ.de iudi. Altero vero deficiente, ſeu extra iſtos caſus
pōt peti reſtitutio in integ.per illa iura.nos loquimur, quādo pars
non fuit vſa falſitate,ſed ipſe iudex ſe fundat in falſa cā, vnde non
debet nocere parti,pro qua lata eſt,q̄ non fuit in dolo, uel culpa,
poſtq̄ altera pars non appellauit,ſed permiſit eam tranſire in rem
iudicatam,nam ſi appellaſſet, non obtinuiſſet victor eam refor-
mari ex cā vera,nunc autem hoc obtinere non poſſet ſ̃m eos,&
ſic malitioſè omitteret appellare,ne poſſit reformari, qđ non eſt
permittendum,ne malitijs aperiatur via l.in fundo. de rei vend. &
7 iſtam partem puto veriorem.¶†Vltimo ſcias, quòd quando pro
ceſſus,vel ſnīa eſt nulla,non cadit reformatio. ita vult Bald. nota-
biliter in l.2.in 14.opp.C.de reſcin.uen.nec etiam pōt reformari
ex cā in iudicium non deducta, ut in exemplo quod ſ. poſui, de
illo,qui deduxit in iudicium cām commodati, & ſuccubuit:nam
non poſſet in cā apell'onis deducere cām depoſiti, quæ non fuit
10 in primo iudicio deducta:nam†ad iudicem appell'onis deuoluū
tur ea,quæ fuerunt coram primo iudice, non alia penitus diuer-
ſa,ut plenè no.in l.per hanc. C. de tem. ap. maximè per eundem
Bald.licèt viderim aliquos in hoc vehementer errare.Et vide bo-
num text.pro iſta gl.in l.qui teſtamento.de exc.tuto. vbi eſt caſus
quòd inſertio falſæ cauſȩ reddit ſnīam inutilem, licèt ſubeſſet ve-
ra cā,propter quam iudex potuiſſet idem pronuntiare. Item ꝙ
ſnīa ex hoc non reddatur nulla,uide expreſsè per Inn.in c. in præ-
ſentia. de renun.qui etiam dicit vnum verbum notabile, quòd ſi
exprimantur duæ cauſæ,quarum vna ſit falſa in iure, puta quòd
b pupillus potuit teſtari,[b]altera ſit vera,vel falſa in facto, tamen ſnīa
non erit nulla.quia potius attenditur ſecunda cauſa,quàm prima,
quæ reddit nullam,quod vr̃ eſſe falſum, quia quando concurrūt
duæ cauſæ,quarum vna nocet,altera ꝓdeſt,inſpicitur illa,quæ no
cet,vt l.ſi quis in graui.§.fin.cum l.ſeq. ǰ. ad Silla. niſi quando illa,
quȩ prodeſt,abſorbet illam,quȩ nocet,vt l.aufertur.§. ſi quis palā.
de iure fiſ.Solu.dico dictum Inno.eſſe verum, quando cauſa illa,
quæ non erat falſa in iure,ſola erat ſufficiens ad ſententiam feren
dam,tunc enim iudex in qualibet earum cenſetur ſe fundaſſe, &
licèt fundamentum in prima non ſit bonum,& reddat ſententiā
nullam,fundamentum in ſecunda eſt bonum,uel eſſe poteſt, ſi eſ
ſet cauſa vera,& hoc ſufficit,ſecus ſi altera illarum cauſarum per
ſe ſufficeret,quia tūc videretur ſe fundaſſe in vtraque ſimul, ideo
viciſſim vnus ſufficeret, & pro iſta diſtinctione allegabo unam
11 glo.quæ eſt in c.1.de reſcr.& Cy.in l.cum te.C.de proba. ¶ † An
c autem iudex habeat neceſſe exprimere cām, [c]propter quam mo
uetur ad ſnīam ferendam?dic,quòd non,quantum ad hoc,vt va-
leat ſnīa,quia valet ſine exp̄ſſione cauſæ.tex.eſt in c.ſicut. de ſent.
& re iu.immo cauti iudices non debēt eā exprimere ſ̃m Ia.Bur.
ne incidant in dubium iſtius glo.ſed quantum ad alios effectus,
puta ad releuandum partem ab infamia,vel ad infamandum, vel
ad alium

### ADDITIONES.

a Item facit iſta l.Adde in hoc do.Alex.de Imo.in cōſi.121.col.2.ver.inſup comprobatur.in 1.vol.qui hoc refert,& ita ipſum ſequitur Fran. Cur.

b Quòd pupillus potuit teſtari.Adde an pupillus poſſit teſtari de his, quæ uidit in pupillari ætate.uide per Hoſt.in ſum.in tit.de teſtib.in §.quis poſſit eſſe teſtis.uerſi.ſed nunquid pupillus.

c Iudex hēt exprimere cām.Adde Cy.in l.properādum.§.fi.C.de iud.Bar.in l.nec p̃tori.§.ignominiæ.ff.de his,qui no.inſ.Hoſt.in c.ex parte.de cōceſſio.præb.Car.Zab.in c.j.in 29.not.de poſthu.prælat. Idem Card. in c.cū ſuper.in primo not.de conceſ.prȩb.

ad alium effectum, bñ habet neceſſe exprimere, ne ꝯ intentionẽ
12 ſuam aliq̄d ſequat̃, vt l.2.§.ignominiæ.& ibi no.š.de infa.†& ſi nõ
exprimit,& ex proceſſu colliguntur plures cauſæ,ſp in dubio cen
ſetur ſe fundaſſe in illa,quæ reddit ſnĩam validam, & æquam,niſi
probetur contrarium,vt eſt caſus in l.pe.C.ſi ex fal.inſt. & in c.cũ
l.& A.de re iud.probari autem poteſt per verba iudicis prolata,
etiam aliter,q̃ in ſententia.glo.eſt š.de iud.in l.ſi prætor.§. Marcel-
lus.quam no.& ſic ex actis non apparet,niſi vna cauſa cẽſetur ex
alia ſe mouiſſe,vt no.ĵ.de exce.rei iud.l.ſi quis ad exhibendum.&
š. de eui.l.ſed & ſiquid. & vide bonam glo.in c.ſi confirmatio-
nem.de elec.lib.6.in vlt.glo.

LEX XXIIII.

**L. Fuit quæſtionis.** Illud,quod fit ad vnum ef-
fectum,non inducit effectũ
contrarium.hoc dicit.

LEX XXV.

**SI quis mihi bona.** Seruus alienus bo-
na fide poſſeſſus,
vel vſufructuarius adeundo hæreditatem ſibi dela-
tam iuſſu poſſeſſoris,vel fructuarij non acquirunt il-
lis,ſed vero dño,vel proprietario.h.d. Rõ eſt, quia illi non acqui-
runt,niſi ex re illorum,vel ex opera ſua,ſed hæc acquiſitio nõ eſt
ex re illorum,nec cõſiſtit in opera.& hoc probat̃ in l.aditio.ĵ.eo.
ſi tamen eſſent inſtituti contemplatione poſſeſſoris,vel vſufru-
ctuarij,cenſeretur ex re illorum prouenire,vt l.ſed ſi plures.§.in
arrogato.in fin.š.de vul.& pup.& iõ videretur tunc,ꝙ pñt adire
iuſſu illorum,& eis immediate acq̃rere.glo.tñ volunt contrariũ,
ꝙ immo debeant adire iuſſu veri dñi,vel proprietarij,tamen illi
tenentur reſtituere poſſeſſori,vel vſufructuario,hoc vult glo.in
l.ſi ſerui.š.de vſuf.quam vltima glo.allegat pro contraria,& Barto.
hoc tenet per l.ſeruus dotalis.š.ſol.ma. non ſic in libero homine
bona fide poſſeſſo,& inſtituto contemplatione poſſeſſoris, quia
ſi ſcit ſe eſſe liberum,põt adire iuſſu illius, & ſibi acquirere, vt d.l.
aditio. ver. & quod a quibuſdam. & hoc vult hic gl. 1. & quæ ſit
ratio diuerſitatis dic,vt in ead. ¶In glo. 1.ibi,(ſol.ibi loquitur.)Vel
dic melius,ꝙ hic,qñ non fuit inſtitutus contemplatione poſſeſſo
ris,vel fructuarij, ſi autem illorum contemplatione,tunc loqui-
mur in ſeruo alieno bona fide poſ. vel in quo habeo vſumfru.&
tunc adhuc adibit iuſſu ueri dñi,vel proprietarij, ſed tenebitur mi
hi reſtituere:aut loquimur in libero homine bona fide poſſeſſo.
& poteſt adire iuſſu meo,ſi ſcit ſe liberum,& vult mihi acquirere,
qñ habet voluntatem,& illa iuncta cum mea poſſeſſione,& bo-
na fide, ſufficit ad acquirendum mihi, ſed ſeruus alienus, vel in
quo habeo uſumfru.non habet voluntatem,ideo non ſufficit,ꝙ
velit mihi acquirere,ſed ſi dominus, vel proprietarius cõſentiret,
ꝙ adiret iuſſu meo,eſſet idẽ quod in libero homine. & hoc vult
iſta glo.quæ loquitur obſcurè,dum dicit,non mea tñ, ſed mea,
& dñi,&c.¶In gl.ſeq.ibi,(ſed mihi reſtituit.) intellige hoc ſanè, qñ
fuit inſtitutus mei contemplatione,aliàs non reſtituit mihi.¶In fi.
glo.ibi,(ſed legatum,quod mihi quæritur)intellige,qñ fuit relictũ
mei contemplatione: & tunc acquiritur mihi ſine aliquo iuſſu,
vñ non expedit tunc vti circuitu.nec requiritur, ꝙ voluntas veri
dñi,vel proprietarij adſit,licèt ſecus in aditione hæreditatis, ut di-
ctum eſt,ſed ſi non eſſet relictum mei contemplatione, non acq̃-
reretur mihi,quia non conſiſtit in opera, nec ex re mea, ſed acq̃-
ritur vero domino,vel proprietario.

**§. Seruus.** Si ſeruus inſtitutus manumittatur, uel aliena-
tur,antequàm adeat iuſſu domini, non perdit
ius adeundi,ſed poterit adire pro ſe in primo caſu, uel iuſſu noui
dñi in ſecundo caſu.h.d.cum gl.¶In tex.ibi,(uel curiæ,)idem ſi eſ-
ſet alicuius priuati,cum ſit eadẽ rõ.¶In tex.ibi,(hæres inſtitutus.)
non contemplatione priſtini dñi: ſi aũt eiuſ contemplatione an
ſit idem,reſpondetur,ꝙ ſic,ut poſſit adire iuſſu noui dñi,uel a ſe-
ipſo,ſi eſt manumiſſus,ſed an tenebitur reſtituere priſtino dño,
puto ꝙ nõ,& imputet ſibi quare manumiſit,uel alienauit, anteq̃
iuberet illum adire.nam uſ̃ iuri,quod habebat in iubendo quodã
modo renunciare,non ſic in caſu p̃cedenti,ubi non eſt,q̃d ſibi im
putet̃,hoc ſi ſciebat ipſum inſtitutũ,aliàs ceſſaret hæc rõ, & puta-
rẽ tunc illos teneri ad reſtituendum.ita intelligo iſtum text. cũ gl.

1 *Differentia quæ ſit inter hæreditatem opulentam,& lucroſam.*
2 *Pupillus licèt non poſſit adire lucroſam,uel locupletem hæreditatem ſine tutore,quòd tamen poterit adire opulentam.*

1 **§. Si ſeruus fiſci.** †Non ſummatur. ¶Not. hic unã
gl.quæ non eſt alibi ſ̃m Ang. quæ
facit dr̃iam inter hęreditatem opulentam,& lucroſam,quia opu-
lenta dr̃, que habet vtilitatem ſine uexatione, quia nulla ſunt ibi
2 debita.† ſed locuples dr̃,q̃ habet utilitatem cum uexatione,& idẽ
in lucroſa,&.iõ licèt iura dicant, ꝙ pupillus non poſſit adire ſine
tutore ẽt lucroſam,uel locupletem hr̃ditatem. ut l. obligari.§.pu-
pillus.š.de aut.tu.non ſequitur, ergo nec opulentam ſic uidemus
in procura.fiſci, qui poteſt hanc adire,& non illam.

1 *Inſtitutio facta de illo,qui eſt ſeruus pœnæ eſt pro non ſcripta,nec poteſt ille adeundo acquirere fiſco,quia non eſt ſeruus fiſci.*
2 *Damnatus ad ſecurim,uel ad ſagittas non efficitur ſeruus pœnæ,nec teſtamentum eius rumpitur,cum talis pœna non debeat imponi.*
3 *Non poteſt quis condemnari,ut ſerretur, uel diuidatur per medium,niſi ſtatutum hoc diſponat.*

1 **§. Si quis planè.** †Inſtitutio facta de illo, q̃ ẽ ſeruus
pœnæ, eſt pro non ſcripta,nec põt
ille adeundo acquirere fiſco,quia nõ eſt ſeruus fiſci.h.d.pertinet
ergo ad uenientes ab inteſt.l.ſi in metallum.de his,q̃ pro nõ ſcrip.
haben.¶In gl.j.ibi,(non ſic in deportato.)ſ.vt efficiatur ſeruus
pœnæ,quia non perdit libertatem, licèt p̃dat ciuitatem,ſed iſti,de
quib.hic.perdunt ẽt libertatem, ſed in alio eſt idẽ, quia ſicut inſtõ
iſtorum,de quib.hic,eſt pro non ſcripta,& ipſo iure nulla, ita &
inſtõ deportati ſ̃m ueram opin.no.in l.j.C.de hær.Inſti. Et ſi dica-
tur,quid ergo habet plus commodi deportatus? Reſpondeo, ꝙ
ſi ante aditam hr̃ditatem q̃s deportaretur: licèt inſtõ efficeretur
caduca,ſi poſtea reſtitueretur in integ.reconualeſceret, & inhabi
litas medij tp̃is non noceret, ſi fuerit habilitas tribus tp̃ibus,ut l.
ſed ſi in ꝯdõne.§.ſolemus.de hære.inſti.non ſic recõualeſceret,ſi
damnatus in metallum reſtitueret̃ in integ. quia cenſeretur no-
uus homo:ſed deportatus,qui retinuit ciuitatẽ, nõ cenſet̃ nouus
2 homo:& hæc probantur in l.interdicit.ĵ. de condi.& dem.¶†In
gl.ibi,(non alio ferro.)ſupple inconſueto, puta ſecuri, uel ſagittis:
talis enim pœna non debet imponi, ut quis occidat̃, ſicut bos, ut
eſt caſus notabilis in d.l.aut damnũ.§.j. ĵ. de poe. & ſi fiat contra-
rium, ẽt ſi ſnĩa executioni mittat̃, non efficitur condemnatus ſer
uus pœnę,nec teſtm̃ eius rumpetur:quia non eſt ltĩmè condem-
3 natus ſ̃m Ang.q̃d no.†& ſic non põt quis condemnari, ut[a] ſerre
a tur,uel diuidatur per medium,niſi ſtatutum aliq̃d hoc diſponeret
& iudices qui ꝯrium faciunt,dicuntur homicidæ, & habent red-
dere rõnem Deo.¶In gloſ.ibi,(hodie nemo benè natus,&c.)ſup
ple efficitur ſeruus pœnæ.quod intellige,ut dixi l.eius qui.§.j.š.de
teſt.in illis,qui habent ſuperuiuere nãliter: non in his, qui hñt ſta
tim mori ſ̃m cõem opin.¶In glo.ſeq.ibi,(ſiue primo fuit damna
tus,& poſtea inſtitutus,ſiue ꝯ.)primũ dictum eſt uerum indiſtin
ctè,ſed ſ̃m qñ primo fuit inſtitutus,& poſtea fuit condemnatus:
& hoc accidit uiuẽte teſtatore,inſtõ non dr̃ pro non ſcripta, qñ
habuit principium, ſed efficitur caduca, & ſic non acquirit̃ fiſco
hæreditas.ſi uero poſt mortem teſtatoris, & ſic poſtq̃ ibi fuit ac-
quiſitum ius adeundi:tunc dic,ꝙ aut ſumus in caſu, quo potuiſ-
ſet tranſmittere ad extraneos hæredes hæreditatem non aditam,
qui notant̃ ĵ.eo.l.uentre.& tunc tranſmittet̃ ẽt ad fiſcum, qui lo-
co extranei hæredis hr̃:aut non tranſmittetur ad extraneos hære
des:& tũc nõ tranſmittet̃ ad fiſcum,ſed deuoluet̃ ad ſubſtitutum,
uel coheredẽ:& ſi eos nõ habeat,ad ueniẽtes ab inteſt.& hoc,qñ
hr̃ditas nõ erat adita tp̃e condemnationis:aliàs ſicut alia bona ſua
confiſcant̃,& iſta hr̃ditas:& adde,quod not.in l.ſeq. ĵ.ad Sylla.

ADDITIO.

a Et Adde etiam,ꝙ cõdemnatio ad moriendum in tormentis, uel ut plantetur non ualet ſecundum Flo.in l.qui occidit.ad fi.prin.eo.l.Aquil.

1 *Tria requiſita ad hoc,ut iuſſus patris, uel domini valeat.ſ. ꝙ præcedat aditionem,& ꝙ fiat ſpecialiter,puta de hæreditate talis, & ꝙ fiat ſup̃ hæreditate iam mortui.& nu.2.*
*Iuramentum generaliter præſtitum a minore, ꝙ non ueniet contra aliquẽ contractum,quem poſtea faciet, quòd non valeat.*
3 *In caſibus,in quibus requiritur ſpeciale mandatum,ut ad petendam reſt. in integ. ſufficit generaliter dici,quòd poſſit petere reſti.in inte.in omni cauſa,in qua conſtitutus eſt?*
*Aditio non poteſt fieri ſub conditione,nec per procuratorem,ſed iuſſus poteſt fieri per nuntium,uel epiſtolam.*
4 *Differentiæ inter iuſſum,& authoritatem,& nu.6.7.*
*Authoritas qualiter poſſit interponi in perfecto negotio.*
*Quòd non poſſit interponi per nuncium,uel epiſtolam.*
*Quid in conſenſu patris,qui hodie requiritur in aduentitijs.*
5 *Statutum,ſi dicat,quòd mulier,uel minor non poſſit agere, uel contrahere ſine conſenſu conſanguineorum,an illi poſſint præſtare conſenſum per nuntium,uel epiſtolam.*
*Decretum,an habeat interponi ante,uel poſt, & ꝙ non poſſit interponi p̃ nuntium,uel epiſtolam.*
*Authoritas ſemper debet interponi pura,etiam ſuper contractu conditionali,ſed iuſſus poteſt interponi conditionaliter.*
*Authoritas debet formaliter interponi p̃ hæc verba,authoritatem interpono,vel interpoſui.non alijs verbis,& an ſufficiat uerbum, conſenſus. uel licentia,ſed in iuſſu ſufficiunt quæcunque uerba.*
8 *Præceptum,uel permiſſio,an debeant actum præcedere.*
*Quid in uerbo,conſcientia,quæ importat idem,quod conſenſus.*
9 *Quid in verbo,conſilio,uel conſenſu,& aſſenſu.*

§.Iuſſum.

1 §.Iuſſum. †Vſque ad fi.iſtius l.tractat de materia iuſſus
patris,vel dñi, qui requiritur in aditione filii,
vel ſerui. Et diuide in quatuor partes.Quia primo ponuntur tria,
quę requiruntur ad hoc,vt iuſſus valeat vſque ibi,(ſed quid ſi mã
dauit.)Secundo ponit per quæ verba inducatur iuſſus vſque ibi,
(ſed ſi mandauit.)Tertio declarat,quando in iubente fuit error,
an hoc habeat vitiare iuſſum,& an valeaat aditio non ſeruata for
ma tradita per errorem,vſque ibi,ſed poſtea.Quarto & vlt. decla
rat, an iſte iuſſus poſſit reuocari re integra, expreſsè,vel tacitè.
2 ¶†No.tria,quæ requiruntur ad hoc,vt iuſſus valeat.Primo quòd
pręcedat aditionem,& ad hoc,vt dicatur pręcedere ſufficit,quòd
non appareat ſecutum eſſe,vt ſ.eo.l.is qui.in fi. & ibi dixi ſm Bald.
& Ang.in hoc differt ab authoritate,quæ ẽt ſi apparet,ꝙ ſit ſecu
ta,dum tñ incontinenti non vitiat actum.ita intellige iſtum text.
cum glo.¶Secundo requiritur,quòd fiat ſpecialiter , puta de hæ-
reditate talis,& non ſufficit generalis iuſſus, & per hoc dicunt qui
dam,quòd conſenſus patris,qui hodie requiritur , cum filius agit
ſuper aduentitijs per l.cum non ſolum. §. neceſſitate. de bo. quæ
lib.non poteſt præſtari generaliter,puta conſentio , quòd agas in
quacunque cauſa,quam contiget moueri per te,vel contra te.vt
not.in d.§.neceſſitate.facit ad quæſtionem not. in authen. ſacra.
quòd non valeat iuramentum generaliter præſtitum a minore,
quòd non veniet contra aliquem contractum , quem poſtea fa-
3 ciet.Item allegatur quòd in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale
mandatum,puta ad petendam reſtitutionem in integrum , non
ſufficit generaliter dici,quòd poſſit petere reſtitutionem in inte-
grum in omni cauſa,in qua reſtitutus eſt,ſi fuit cõſtitutus ad oẽs
lites,ſed debeat dici in cauſa,quam habeo cum tali. Bart. tñ tenet
contrarium in l.filius. ʃ.de dona.& ſ. de lib. & poſthum. l. Titius.
¶Tertio & vlt.requiritur,ꝙ fiat iuſſus ſuper hæreditate iam mor
tui,vel illius,qui dicebatur,& reputabatur mortuus, licèt non eſ-
ſet,& valet tunc iuſſus,non quòd poſſit adiri hæreditas , antequã
ille moriatur,ſed ſortitur effectum poſtquam ille mortuus erit,
& non requiretur nouus iuſſus,ſed ſi ſciebatur viuere,non valet,
& requiritur nouus iuſſus.ex his apparet differentia inter iuſſum,
& aditionem,quia aditio non poteſt fieri de hæreditate viuentis,
etiam ſi putetur viuere,vt ʃ.eodem.l.neminem.ſecus in iuſſu. Itẽ
aditio non poteſt fieri ſub conditione,quia eſt actus legitimus,vt
l.actus.de reg.iur.ſed iuſſus ſic,vt in fin.iſtius primæ partis ibi,(vt ſi
ſcripſit cum appareat.)& in ſequenti parte ibi,(quod ſi mandauit.
& ibi,ſi communia &c.)Nec poteſt fieri aditio per procuratorẽ,
vel per alium. ʃ.eodem l.Paulus.ſed iuſſus poteſt fieri per nuntiũ,
4 vel epiſtolam,vt in prin.§.huius.¶†Not.etiam hic in prin.duas dif-
a ferentias inter iuſſum,& authoritatem.[a] Prima, quia authoritas in
terponitur perfecto negotio.intellige interponitur, ideſt interpo-
ni poteſt.nam in prin.interponitur.ideſt, ante actum perfectum,
vt infra eodem de vſuc.l.nunquam.& etiam in ipſo actu, vt l.ob-
ligari.§.tutor.infra de auth.tut.& etiam poſt actum , vt dummo-
do eodem contextu,& incontinenti tam in primo caſu,quàm in
vltimo totum fiat,& ita intelligunt hic glo.& Doct. ſed iuſſus sẽ-
per debet interponi ante,vt hic,quod intellige etiam, ſi actus po-
ſtea ex interuallo fiat,vt patet infra in verſic.plenè cum glo. & in
§.ſed quid.circa fin.vel ſimul cum actu ſupra,eodem l.is qui hęres
in fin.licèt poſt actum non , etiam quòd incontinenti , vt innuit:
aliàs non eſſet differentia inter authoritatem & iuſſum , licèt qui-
dam dixerunt contrarium,vt hic not.glo.2.in ver.Item no.quod
Cy.dixit,ſed non eſt verum,licèt glo.tranſeat , & ſic notarius de-
bet eſſe cautus,cum conficit inſtrumentum,vt apponat verba ta
liter,quòd non appareat actum primo celebratum, & iuſſum po
ſtea interueniſſe etiam incontinenti.Nec haberet vim ratificatio-
nis,quia aliud eſt ratificare,aliud iubere:nam ratificatio prodet in
actibus,in quibus neceſſarius eſt conſenſus.vt l.fi.C. ad Macedo.
non in his,in quibus requiritur iuſſus.Alia differentia eſt,quia iuſ-
ſus poteſt interponi per nuntium,vel epiſtolam,vt hic:ſecus in au
thoritate,vt in gloſ. 4. ſuper ver.fieri poſſe.quæ incipit.ſ.iuſſum.
¶Quid autem in conſenſu patris,qui hodie requiritur in aduen-
titijs.d.§.neceſſitate.dicunt Doct.idem quod in iuſſu, vt poſſit in
terponi a patre abſente per nuntium , vel epiſtolam , & per iſtum
tex.& per l.honores.in fin. infra de decu. licèt illa l. parum faciat,
quia loquitur potius de diſſenſu,& contradictione patris,quæ nõ
fit ad ſollennizandum actum,nos loquimur de conſenſu , qui re
quiritur ad ſolennitatem iudicij,ut ibi not.& expreſsè in Spec. de
acto.§.j.ver.ſed & filius.& ſic videtur , quòd debeat interuenire
in ipſo actu,ſed ſi poſſet interponi a patre abſente, non intereni-
ret in ipſo actu.Vel dic,quòd confertur in tempus ipſius actus,
5 ſi volumus ſequi communem opinionem.†Et idem poſſet quę-
ri,ſi ſtatutum dicat,quòd mulier,vel minor non poſſit agere,uel
contrahere ſine conſenſu conſanguineorum,vt illi poſſint præſta
re conſenſum per nuntium,vel epiſtolam, ſi hoc eſt in iuſſu,qui
debet præcedere, licèt requiratur ad ſolennitatem,ſi autem non
ad ſolennitatem,ſed ratione præiudicij,quòd poteſt conſequi ha
bens conſentire,& tunc non eſt dubium,quòd poteſt interponi
per nuntium,vel epiſtolam,& etiam ex interuallo ratum haben-
do actum dicta l.fin. ad Maced. non ſic, quando non tendit ad
præiudicium: quia tunc cenſetur requiri ad ſolennitatem , & de-
bet interuenire in ipſo actu.vt not.in Spe. vbi ſupra & pleniſſimè
per Bald.C.qui admitti.ad bono.poſſ. in l. prima. in fin. ¶ Quid
autem in decreto,an debeat interuenire ante,vel poſt. dic per In-
no.in capitulo dudum.de reb.eccl.non alie.& per Bald. notabili
ter in l.quæcunque. C. de bo. quæ libe. & non poteſt interponi
per nuntium,vel epiſtolam,ut l.nec quicquam.§. vbi decretum.
6 de offic.procon.†Adde aliam differentiam inter authoritatem,&
iuſſum,quoniam authoritas debet ſemper interponi purè , etiam
ſuper contractu conditionali,vt ſupra de auth. tuto. l.ſi conditio-
nalis,ſed iuſſus poteſt interponi conditionaliter, vt infra in verſic.
(planè.)ibi,{vt ſi ſcript eum &c.) & in §. ſeq. circa fin. ibi, (quòd ſi
7 mandauit &c.)†Item aliam:nam dicit Innoc. quòd debet interpo
ni formaliter authoritas per hæc verba,authoritatem interpono,
vel interpoſuit &c.ſecus ſi vteretur alijs uerbis , vt ipſe no.in c.cũ
conſuetudinis.de conſue.ſecus in iuſſu,in quo ſufficiunt quæcun
que verba exprimentia conſenſum.vt §.ſeq.Sed contra dictum
Inno.videtur eſſe text.cum glo.in l.3 .ſupra de auth. tut. quæ vo-
lunt ſufficere verba conſenſus , & ſic ſufficit dicere, quòd tutor
conſenſit contractui pupilli , licèt non dicat,quòd authoritatem
interpoſuit:hoc intellige ſi apparet, quod in ipſo actu conſenſit
ante,vel poſt incontinenti,vt tunc habeat vim authoritatis,ſecus
ſi ante,vel poſt ex interuallo , & ſic poteſt ſaluari dictum Inno-
8 cen.¶†Quid in verbo(licentia.}dicit Bald. quòd debeat interue-
nire ſecundum Ang.in Aut. de alie.emph.§.emphyteuſim verò.
& vide quod not.in d.capitulo dudum. & in regula , qui tacet.in
merculialibus.Vbi etiam de præcepto, & de permiſſione , an de-
beant actum pręcedere.Quid in uerbo,(conſcientia,) dic , quòd
importat idem,quod conſenſus,& ſic poteſt ſequi ex interuallo.
9 vt in d.§.emphyteuſim vero . ſecundum Ang. † Quid in verbo,
b (conſilio,vel cõſenſu,[b] & aſſenſu.)dic,vt c.1. ne ſede vacan. & iſta
ſunt notanda propter ſtatuta,quæ faciunt aliquando mentionẽ
de vno,aliquando de alio,vt ſciatur,quando debet interuenire ſo
lennitas a ſtatuto requiſita. In glo. quę incipit,(ſubaudi. ) ibi, ( &
no.hic argu. quòd conſenſus patris poſt ſententiam non valet . }
Tu dic,quòd immo etiam poſt conteſtationem, quia cum requi
ratur hodie ille conſenſus,de quo in §.neceſſitate. ad ſolennizan-
dum iudicium.debet interuenire tempore conteſtationis, quo iu
dicium inchoatur,& iſta eſt communis opi. per l. ſi cum dotem.
§.eo autem tempore.ſol.mat.aliàs non diceretur inchoatum : &
quicquid poſtea fieret non valeret.¶In fi.glo.ibi,licèt ſit contra-
rium argumentum.ſupple ad id,quod ſ.dixerat , quod poteſt nõ
parere.Sed reſpondetur,quòd ſi non vult parere patri, vel domi-
no,poteſt pater,vel dominus iudicem adire, uel facere ipſum prę
ciſè compelli ponendo in carceribus,uel aliud prout iudici uide-
bitur,ut l. 1.§.j.ſi quis omiſ.cau.teſt.tamen adhuc his non obſtan
tibus poteſt nolle adire de facto,& permittere ſe ſpoliari , & cru-
ciari,ut d.l.3 .C.de hære.inſti.¶In glo.ſuper uer.(debet.} ibi. {Item
hodie in aduentitia filius ſine patre,& pater ſine filio adit.) dic pri,
mum eſſe uerum,quia ſi filius poteſt patre contradicente adire ,
ut l.cum non ſolum.fortius eo non iubente,per hoc, quod not.
infra eodem l.hæredi poſthumo.in ult. glo. patri tamen acquiri-
tur uſusfr.niſi expreſſe contradixerit.ſecundum uero , quod pa
ter poſſit ſine filio,procedit,quando filius recuſauit expreſſe adi-
re,tunc perdit proprietatem,& acquiritur patri,& eſt mirandum.
quòd licèt patri non fuerit delata hæreditas, ſed filio: tamen in pa-
trem transfertur ius adeundi. ſic infra eodem l. cum quidam. in
prin.In profectitia uero,nihil uidetur mutatum : & ſic pater non
poteſt adire ſine filio,nec filius, ſine patre , & eius iuſſu , & poteſt
pater compellere filium ad repudiandum:ergo non poteſt filius
adire ſine iuſſu patris,ut dixi ſupra eodem l.is qui.in fin.¶Quęro,
quid ſi pater eſt pręſens,& tacens tempore, quo filius adijt, an ui-
deatur iubere?uidetur,quòd non , & ſic non ualebit aditio : licèt
in actu,quem facit pater præſente filio; facilius pręſumatur con-
ſenſus filii,ut not.in l. ſi cum dotem.§.primo.ſoluto matrimo. de
hoc uide quod habetur in l.filius.ſupra de tut.per Bartol. in d.l.cũ
dotem.§.tranſgrediamur.an pater præſens, & tacens uideatur fi-
lio præſtare conſenſum : ubi diſtinguit, an ſit actus, cui pater te-
neatur conſentire,uel non.

ADDITIONES.

a Differentias inter iuſſum,& authoritatẽ.Adde Cy.in l.j.§.ſed ego. ff. q̃d
iuſſu.Bar.in l.j.§.neceſſitate.C.de bon.q̃ lib.gloſſ.in c.j.de reb.eccle.non
alie.lib.6.in cle.j.de iu.Card.Zab.in c.q̃m Abbas.de offi.deleg.
b In quo aũt differant conſilium,conſenſus,ſiue aſſenſus.vide in cle.exiui.
§.rurſus.& ibidem de uer.ſig.c.in uerb.de elec.& arb.c.cum olim. Et in
regula miles ex conſi.lib.vj.

1 *Iuſſus quomodo intelligatur.*
2 *De æquipollentibus uerbis idem eſt iudicium.*

*Qui vult adire hæreditatem de iure prætorio, cenſetur etiam eam uelle de iure ciuili.*

*Quid in petente bonorum poſſeſſ.*

3 *Ratihabitio quę fit ad ualidandum actum geſtum importat mandatum ſuper actu gerendo.*

4 *Si cum quis recepiſſet iniuriam ab ali quo inimico ſuo dixit famulo ſuo, non reuertaris ad domum, quin ſentiam nouum, & ille famulus iuit, & interfecit inimicum, quòd debeat dominus puniri, ac ſi mandaſſet.*

5 *Creditor ſi dicat debitori, amice ego indigerē illa pecunia, quòd videatur ipſum interpellaſſe, & in mora conſtituiſſe.*

1 §. Sed quid. †Iuſſus intelligitur quocunque modo, & per quæcunque verba voluntas iubentis appareat, etiam ſi ſint enunciatiua, & poteſt fieri ſub conditione, & cum certa limitatione. h. d. vſque ad §. ſed ſi mandauit. & gloſ. dicit, quòd niſi ſeruetur forma tradita à iubente, non valebit aditio, facit l. diligenter. §. manda. ¶ Not. j. quòd quantum ad iuſſum non requiritur certa forma verborum, ſed ſufficiunt quæcunq; verba, per quę apparet de conſenſu iubentis, non ſic in authorita
2 te, ſecundum Inno. vt dixi in præce. §. ¶ †Item no. quòd de æqui-
a pollentibus[a] verbis idem debet eſſe iudicium. Item no. ibi: (ſi vt petat bonorum poſſ.) quòd qui vult habere hæreditatem de iure prætorio, cenſetur etiam eā velle de iure ciuili, vnde licèt iuſſerit, quòd petat bo. poſſ. iſte iuſſus importat vt etiā poſſit adire. Quid in ipſo petente bo. poſſ. an cenſeatur velle hæreditatem de iure ciuili, vt ſic efficiatur hæres vtroque iure? dic vt l. puberem. & l. ſuū
3 hæredem. C. de iu. delib. ¶ †Item no. diligenter ibi. bo. poſſ. ratam
b habuit, & c. ꝙ ratihabitio[b] quæ fit ad validandum actum geſtum, importat mandatum ſuper actu gerendo: quia ſi ratificauit petitionem bon. poſſ. iam factam, cenſetur voluiſſe, ꝙ poſſit adire, & ſic actus, qui fit ad conſeruandum aliquid de nouo inducit, quod facit pro eo quod no. Bar. in l. 3. in prin. de acq. poſ. & ꝯ id quod dixi in l. is. qui putat. §. eo. Adde quod dixi in l. ſi quis filio exhrdato.
4 §. irritum. ver. qua rōne. j. de iniu. teſta. ¶ † Vltimò per iſtum text. cum quidam recepiſſet iniuriam a quodam inimico ſuo dixit famulo ſuo, non reuertaris ad domum quin ſentiam nouum. ille famulus iuit, & interſecit inimicum, an debeat ille puniri, ac ſi mandaſſet? determinatum fuit, ꝙ ſic, & fuit ille decapitatus Florentiæ ſm Bar. per iſtum tex. q̃a ſatis ex illis verbis conſtabat de ſua voluntate: nec alia forma verborum requirebatur. † Alle. etiam iſte
5 tex. in ver. (pater filio.) ꝙ ſi creditor dicat debitori, amice ego indigerem illa pecunia, quòd videatur ipſum interpellaſſe, & in mora conſtituiſſe. licèt ſint verba enuntiatiua. facit l. eo modo. de leg. j. & not. per Doct. in l. inimicorum. C. qui. ex cau. in inte. reſti. non eſt neceſ.

ADDITIONES.

a De æquipollentib. Adde c. in his. de ver. ſig. Car. in c. licèt. §. ex pręmiſſis. de probatio.

b Ratihabitio. Adde in regula. ratihabit. de re. iur. lib. 6.

1 *Error in iubente, quando vitiat iuſſum.*

2 *Iuſſu non determinato, quia non dixit, quòd adiret pro parte, uel ex teſtamento, ſed ſimpliciter, licèt iubens putaret vnum, & eſſet alterum, ſufficit quòd mandatarius facit meliorem conditionem iubentis, uel non faciat deteriorem, & ualebit actus, ſecus ſi deteriorem.*

3 *Quid in mandato non determinato.*

*Error in iubente non ſemper uitiat iuſſum, licèt error in adeunte uitiet.*

4 *Si mandaui tibi, quòd occideres Titiū, & tu non occidiſti, ſed vulneraſti, uel aliam iniuriā feciſti, ꝙ tenear, ac ſi illud tibi ſpecialiter mandaſſem.*

5 *Quid è contra, ſi mandaui, quòd percuteres, & occidiſti?*

1 §. Sed ſi mandauit. †Error in iubente vitiat iuſſum, quando ſi nō vitiaret, efficitur deterior conditio iubentis per aditionem, ſecus ſi melior vel deterior. Itē iuſſus ſuper vna hęreditate, ad aliam non porrigit. Item poteſt reuocare expreſsè, & tacitè, ante ſecutam aditionē.
2 h. d. vſq; in fi. ¶ †Not. ergo, ꝙ iuſſu non determinato, quia non dixit, ꝙ adiret pro parte, vel in ſolidum, vel adiret ex teſtō, vel ab inteſt. ſed ſimplr. licèt iubens putaret vnum, & eſſet alterum, ſufficit, ꝙ mandatarius faciat meliorem ꝯdōnem iubētis, licèt aliquid faciat præter propoſitum illius, vel nōn faciat deteriorem, & vale
3 bit actus, ſecus ſi faciat deteriorem. †hoc ēt habemus in mandato non determinato, qn̄ aūt eſt determinatū, tunc aut mandatarius facit oīno aliud, q̄ ſibi fuerit mandatū, & nō valet actus. Aut nō oīno aliud, ſed fuit aliqualiter tranſgreſſus, & tunc ſeruāda eſt diſtinctio de qua ſ. an fecerit ꝯdōnem meliorem, an non, vt hęc hñr in l. 3. cum l. ſeq. & ſe. ſ. mand. hoc ēt probat hic, qn̄ fecit non aliud, vt ſi iuſſit de hrditate teſtatoris, & adiuit hrditatē pupilli, qđ non valet, ēt ſi ꝯdō iubentis facta fuerit melior. Item not. hic, ꝙ error in iubente non ſp vitiat iuſſum, licèt error in adeunte vitiet.
4 dixi ſ. eo. l. ſi quis extraneos. §. ſciendū. †Bald. inducit iſtum text. ꝙ ſi mandaui tibi, ꝙ occideres Titium, tu non occidiſti. ſed vulneraſti, vel aliam iniuriam feciſti, teneor ac ſi illud tibi ſpāliter mandaſſem, quia ſi mandaui, qđ magis periculoſum erat, & volui de illo teneri, fortius id, quod minus periculoſum, vt colligit ex iſto tex. qn̄ iuſſi, quòd adiret ex teſtō, qđ erat periculoſius, & ipſe adiuit ab inteſt. qđ eſt minus periculoſum. nam vr̄ aditio facta iuſſu
5 meo, vt hic patet. †Sed econuerſo, ſi mandaui quòd percuteres, & tu occidiſti, ſi q̄dem tibi mandaui, ꝙ pcuteres manu vacua, non teneor: q̄a veriſīle non erat ex tali percuſſione debere mortem ſequi. ſi autem, quòd vulnerares gladio, tunc teneor: quia poteram veriſimiliter opinari, quòd ex hoc poſſet ſequi mors. ergo & c. vt in c. fin. de ho. lib. 6.

LEX XXVI.

L. Si ego. Qui vult portionem ſibi delatam per aliū, eo ipſo videtur adire delatam ſibi. h. d. quia erat in ſua poteſtate eam adire. non ſic econuerſo. vt in gloſ. & dic, vt infra eodem l. ſi ſolus.

LEX XXVII.

L. Neminem. Vt quis gerat ſe pro hærede neceſſe eſt illum mortuum eſſe, in cuius bonis geri debet. h. d.

LEX XXVIII.

1 *Si feciſti mecum aliquem actum tanquam procurator Titij, an tenearis mihi edere inſtrumentum procurationis.*

2 *Quid ſi feciſti aliquam proteſtationem, an tenearis edere inſtrumentum proteſtationis.*

1 Ariſto. †No. in hac l. ꝙ hæres, qui deliberat de adeundo, pōt petere ſibi oſtendi inſtr̄a hæreditaria, vt poſſit melius deliberare. & non vr̄ per hoc
2 adire, vt l. ſeq. †Et inducit Bald. ꝙ ſi feciſti mecum aliquem actum tanq̄ procurator Titij, tenearis mihi edere inſtr̄m procurationis, vt ex eo poſſim me defendere contra Titium, & ſi feciſti aliquam proteſtationem tenearis edere inſtrumentum proteſtationis: certè debeo hoc petere a notario, q̄ fuit rogatus, non a te, quia fortè non habes.

LEX XXX.

1 *Impeditus iubere propter abſentiam ſui, vel filij, reſtituitur ad commodū hæreditatis, ut eam habeat, ac ſi fuiſſet adita iuſſu ſuo.*

2 *Reſtitutio id concedit, quod abſtulit læſio.*

3 *Licèt filio recuſante expreſſe adire, ius adeundi tranſeat hodie in patrem, ſi tamen non recuſauit expreſsè, ſed mortuus eſt, ea non adita non transfertur in patrem, niſi filius eſſet infans.*

1 Cum quidam. †Impeditus iubere pp abſentiam ſui, vel filij, reſtituitur ad commodum hrditatis, vt eā habeat, ac ſi fuiſſet adita iuſſu ſuo. h. d. & intellige hic, ꝙ filius mortuꝰ erat hrditate nō adita, & ſic pr̄ eā adire nō poterat, mero iure: ſed q̄a fuerat impeditus iubere, vt adiret, uel pp ſuā abſentiā ſm primā lect. vel pp abſentiā filij, ſm ſcđam reſtituitur ex ti. qui. ex ca. ma. & gl. intelligit, ꝙ reſtituat, vt poſſit adire. Bal. & Ang. contra
2 q̄a reſtō id ꝯcedit, qđ abſtulit læſio. vt l. ꝙ ſi minor. §. reſtō. de mi.
a ſed læſio non abſtulit ius adeundi, q̄a pater ipſum nunq̄ habuit, ſed ip fuit penès filiū, ergo nō dēt ſibi reſtitui, q̄a illud erat pſonale cohærens pſonæ filij. dicit ergo, ꝙ reſtituit ad cōmodū hrditatis, & ad iura vtilia, vt habeat perinde, ac ſi hrditas fuiſſet adita per filiū iuſſu pr̄is. Et hoc eſt vtile, q̄a ſtatim reſtōne cōceſſa hēbit pr̄ iſta iura, ſine noua aditione: & tranſmittet ad ſuos hrdes, ſed ſi eſſet neceſſaria aditio. vt gl. vult niſi fieret, non hr̄et iura, & non trāſmitteret ad ſuos hrdes. Et hēt locū iſta l. ēt hodie, q̄a licèt filio recuſante expſsè adire ius adeundi tranſeat hodie in pr̄em p l. cum nō ſolū. de bo. q̄ li. qđ olim nō erat, ſi t̄n nō recuſauit expſsè, ſed mortuus eſt ea nō adita, transfert in pr̄em, ſm Doct. ibidem. q̄a ſpāle eſt in filio infante, vt eo mortuo pr̄ adire poſſit. l. ſi infanti. C. de iur. del. ergo in ꝯrium ē ius cōe, ſm pdictos Doc. Bal. & Ang. & bene. ¶ †In gl. q inc. (nā ita.) ibi (nā bn̄ ſubuenit in lucro.) hoc verū, ſi potuiſſet illud cōſequi ſine iniuria alterius, ſi non fuiſſet abſens, vt erat illud de quo hic ar̄s ſecus, vt in loco pſcriptionis, ſi pp abſentiam fuit interrupta, & ſic potuit illud conſequi, nam non reſtituit, vt habeat pro non interrupta. vt l. denique. ſ. qui. ex cau. ma. quia non ſine iniuria dn̄i contra quem pſcribitur. Et facit l. is cui. §. j. de fur. Sed op. extra gl. nam poſito, ꝙ iſte pater non fuiſſet abſens

ADDITIO.

a Reſtō. Eſt. n. reſtitutio in priſtinū rei ſtatum repoſitio. ut d. l. ꝙ ſi minor. vt ibidem p Bar. Et adde eundē plenę in l. ab hoſtib. §. ſed ꝙ ſimpliciter. ad fi. & in 2. col. uer. ueritas eſt. ff. ex qui. ca. ma. & Spe. tit. de reſt. in integ. §. 1. in 2. par. & Car. in cle. 1. in 3. no. de reſt. in inte. Quibus addere pores eūdem Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth.

abſens.nõ propterea ſequitur,ꝙ iſtud lucrum fuiſſet omnino habiturus,quia poterat filius non adire eius iuſſu,ergo videtur, ꝙ non debeat ad ipſum reſtitui,ac ſi omnino fuiſſet habiturus.ar.in l.naturalem.§.j.de acq.re.do.vbi eſt bon.tex.in ſimili.So.hoc contingit propter veriſimilitudinem,& præſumptionem quæ eſt, vt filius debeat obedire patri:aliàs procederet contrarium, ꝙ nõ deberet reſtitui ad lucrum incertum.tene menti.facit ad ea,quæ hñr in l.j.C.de ſen.quæ pro eo.an poſſit peti veriſimiliter fructus ſi habuiſſet pecuniam:vt quia erat negotiator, an non,vt etiam not.
3 in l.3.§.fi.de eo quod cer.lo.¶†In gl.ſe.circa fi.ibi:Solu.plus iuuantur hæc bona.nam reſtitutio quę conceditur ex tit.de min.fundatur ſup iure ſingulari.l.minori ætate,ſed illa,quæ ex tit.qui.ex cau.maio.fundatur in ratione naturali: & ſic in iure cõi propter iſtud impedimentum,ſed ius cõe magis extenditur, quàm ius ſingulare:facit l.eius militis. §. militia.de teſt. mil. & quod no.gl.in l.j C.ſi aduer. ven. Præterea pater ita dicitur impediri propter abſentiam filij,ſicut per ſuam. nimirum ſi propter vtranque reſtituitur. ſed non ſic ætas filij,vel fragilitas eius,dicitur ætas patris,vel fragilitas, vt ſic propter eam reſtituatur pater.& iſta eſt clarior.

---

2 *Proximus hæres dicitur,qui ſuccederet non nato poſthumo.*
*Si uenter erat plenus,non poſſum ſuccedere:idem ſi non erat, ſed ego putabam eſſe: & hoc niſi eſſet inſtitutus unà mecum, uel exhæredatus.& uide num.1.*
3 *Mulier ſi fuit inſtituta,& uenter præteritus,ſi ſcit ſe non eſſe prægnantẽ, poteſt adire.*
4 *In his quæ dependent ex mera uoluntate mea,ſi non ſum certus de ueritate per ſenſum corporeum, ſed opinor inclinando animum meum ad unã partem,an debeat inſpici mea opinio, uel ueritas.*
5 *In his in quibus non poſſum habere certitudinem,per propriam, & uerã ſcientiam,ſeu ſenſum corporeum:puta,an aliqua mulier ſit prægnans, debeo potius ſtare opinioni eorum, qui poſſunt melius ſcire, quàm ego, ut dicto mulieris,uel obſtetricum.*
6 *Si epiſcopus, uel eccleſia mandaret mihi ſub pœna excommunicationis, quòd facerem aliquid contra conſcientiam meam, & ego ſcio ueritatẽ, debeo potius pati excommunicationem.*
*Quid ſi non haberem perfectam ſcientiam.*
7 *Syndicus communitatis ſi tenetur ſub pœna denuntiare maleficia,& publica uox & fama eſt, quòd ipſe ſyndicus commiſſit aliquod maleficiũ, & ipſe eſt certus de contrario:non tenetur denunciare ſeipſum, non ſic ſi publica uox,& fama eſt de alia,licèt non commiſſerit: & etiam ipſe credat,quòd non commiſerit.*
8 *Poteſt eſſe fama de aliquo negatiuo, ut quòd talis mulier non ſit prægnans.*
*Quid ſit fama.*
9 *Quis dicatur conſanguineus.*
10 *Venter qui non eſt pariturus ſuum,an mittatur in poſſeſſionem ex edicto de uentre in poſſ.mit.*

1 **§.Quod dicitur.** †Venter qui pariturus eſt poſthumum,qui me impedit ſuccedere, ſimiliter antequàm naſcatur me impediet, ſi re vera erat plenus:vel etiam non erat, ſed ego putabam eſſe. ſi autem non erat,nec ego putabam eſſe,ſed ſciebam non eſſe,vel etiam opinabar: & mea opinio iuſta ratione fundabatur me ſuccedere non impedit velle adire.h.d.in effectu uſque ad §.ſuum hęredem.licèt per multa verba ſe involuat,vt dicit gloſ.pen.ſuper verbo proficit,quæ incipit,ſed nec tunc.Et quia tex eſt infraſcatus diuide quia primo ponit vnam regulam antiquorum continentem tres caſus,duos negatiuos,in quibus adire non poſſum, & tertium affirmatiuum,in quo adire poſſum.vſque ibi:{non ſolum.} Secundo oſtendit illam regulam habere locum in tribus caſibus,ſcilicet in cauſa teſtati,& inteſtati:& iſte eſt vnus.Item ſiue venter pariturus eſt ſuum hæredem,ſiue non ſuum,licèt legitimum, uel conſanguineum:& iſte eſt alius. Item habet locum ſiue tractetur de ſucceſſione fienda de iure ciuili,ſiue de iure præto.per bo. poſ.& iſte eſt tertius.Et aſſignat rationem quare poſthumus antequam naſcatur me impedit,cum non ſit in rerum natura Et dicit ideo, quia habetur pro nato in his quæ concernunt eius commodũ, ſed ſi eſſet natus me impediret, vt ponitur in themate:ergo antequàm naſcatur,uſque ibi:{ſiue igitur.} ibi,{tertia in qua concludit.}infert ad caſum propoſitum, & in illo ver. debet incipi caſus in terminis, vt omnia benè correſpondeant, vſque ad ver.quod dicitur.{ſi imputetur.} Ibi quarta in qua determinat tria dubia circa illud verbum regulæ,dum dicitur, {ſi putetur eſſe prægnans.} Primo quid ſi non putabatur per me prægnans, nec etiam erat: & ſic mea op.concurrebat cum veritate, vſque ibi: (quid ergo.) Secundo quando non putabatur per me prægnans, tamen erat: & ſic non concurrebat cum veritate vſque ibi,{ſed ſi ipſa.} Tertio quia locutus eſt in ſuperioribus in illo qui non poteſt eſſe certus,an ſit prægnans,uel non,licèt poſſit opinari,quod ſit, vel non ſit,ponit quid iuris in ipſa muliere, quæ dicitur prægnans inſtituta, & uentre præterit,oquæ poterat eſſe certa ante, ſi eſſet prægnans,vel non,ſi putabat ſe prægnantem cum non eſſet,an opin. ſua ſibi noceat,ut non poſſit adire tanquàm incerta de viribus teſtamenti,& determinatur,ꝙ ſic? ſicut noceret, cuilibet alteri,qui non poſſet eſſe certus. Pone ergo caſum, quòd quidam inſtituit me hæredem extraneum,& ventrem vxoris ſuæ præteriit. certũ eſt, quòd ſi naſceretur poſthumus, impediret me ſuccedere: qui rumpet teſtamentum. quæritur an impediat me antequàm naſcatur,videbatur, quòd non: quia teſtamentum eſt validum, & non eſt in rerum natura qui poſſit me Impedire, Iuriſconſultus antequam reſpondeat ad iſtam quæſtionem præmittit vnam regulam antiquorum,quæ dicit, ꝙ proximus hæres a filio poſthumo ſi mulier eſt prægnans, vel ipſe putat eam eſſe, licèt non ſit,
2 adire non poteſt. † Dicitur autem proximus [a] ille,qui ſuccederet
a non nato poſthumo, ſed ego hic ſuccederem. ſi autem ſcit eam non eſſe prægnantem bene poteſt ſuccedere. Ex his infertur ad deciſionem in verſ. {ſiue igitur.} vt ſi venter erat plenus.non poſſum ſuccedere,idem ſi non erat,& ego putabam eſſe. hoc tamen quando poſthumus erat præteritus,quia tunc naſcendo impediret me ſuccedere:ſecus ſi erat inſtitutus unà mecum: uel exhæredatus, quia naſcendo non impediret me ſuccedere: nec rumperet teſtamentum:ideo etiam antequam naſcatur non impedit,unde ſi erat exhæredatus,non impedior adire inſolidum, ſi eram inſtitutus, & nullus erat in utero. Idem ſi aliquis erat in utero poſſum adire pro portione,quæ me contingit,habito reſpectu ad numerum eorum,qui ſunt in vtero, qui eſt certus in rerum natura, licèt apud nos ſit incertus, unde ſi erat unus efficior hæres in dimidia,ſi duo in tertia.& ſic de ſingulis.ut ſupra ſi pars hæred.pet.l. illud.& j.l. ea.§. ſuum hæredem: ſed ſi in rerum natura non erat certum, quot deberent eſſe:quia mulier conceperat,& non erãt adhuc tranſacti xl. dies ita, quòd poterant plures formari partus, etiam uſque ad ſeptem, eligitur media uia, ut efficiatur hæres interim in quarta, & poſtea in plus, & minus ſecundum quòd formabuntur vt in d. §. ſuum hæredem. cum ibi no. & l. antiqui. ſi pars hęr.pet.¶ In tex.ibi,{quod dicitur.} quæritur hic quomodo intelligatur uerbum regulæ in ſecundo caſu, dum dicit: aut putant eſſe ſupple licèt non ſit:ponamus enim quòd non eſt,& non putatur eſſe:immo qui uult adire putat contrarium,ꝙ ſit, utrum iſta ſua opin.ſibi proderit? & reſpondetur,quòd ſi non eſt rationabilis, ſibi non prodeſt,puta ſi ipſa mulier aſſerebat ſe eſſe:nã debebat illi credere,uel ſi obſtetrices hoc aſſerebãt,licèt mulier nõ, adhuc debeat illis credere, uel ſi nec mulier, nec obſtetrices, ſed communis opi.erat, quòd eſſet,ipſe autem ſolus credebat, quòd non eſſet, certè iſta opinio dicitur temeraria, & ſibi non prodeſt: ſi autem communis opin. erat quòd non eſſet prægnans, & etiã ita erat in ueritate, tunc ſua opinio ſibi prodeſſet, poſtquam iſta tria concurrunt:& hoc uſque ibi:{quid ergo.} ſed ſi re uera erat prægnans, & ſic ſua opin. non concurrebat cum ueritate. licèt communiter reputaretur non prægnans:& etiam ipſa, & obſtetrices hoc dicebant, adire non poteſt. quia poſt in contrarium ſe habet ueritas: & hoc erat certum in rerum natura, illa potius inſpicitur, quàm opin.prædictorum,in tantum quòd ſi tunc adeat, non ualet aditio, nec reconualeſcit, licèt poſtea abortiuum fa-
3 ciat. ¶†Ipſa autem mulier ſi fuit inſtituta, & uenter præteritus, ſi ſcit ſe non eſſe prægnantem poteſt adire: quia de hoc poteſt eſſe certa, nec tunc eſſet curandum de eo quod dicerent obſtetrices: aut quòd communis opin. in contrarium. illud enim inſpiceretur in eo,qui non poteſt eſſe certus, & ſic non poteſt dici, quòd ſciat, ſed opinetur. iſta autem dicit ſcire: & ideo locum haberet tertius caſus regulæ quòd ſi ſcit ſe non eſſe pręgnantem adire poteſt. ſi autem credit ſe prægnantem, & tamen non eſt: licèt ſua credulitas non uideatur iuſta: attamen ſibi nocet,ſicut noceret cuilibet alteri, qui non poſſet eſſe certus, & ſic non poterit adire hoc dicit uſque ad fin.¶Not. ergo plura ex iſto uerſic.in quo dicitur primo expoſitio illius uerbi: {ſi putetur.} quia exponitur ideſt putari debet. Nam poſito, quòd non putetur prægnans, ſi tamen debet putari: quia ipſa mulier ſe aſſerit,uel obſtetrices, uel eſt communis opin. perinde quis impeditur adire, ac ſi putaret ipſe eam prægnantem. ſimile nota. in leg. ſed Iulian. §. quod di-
4 citur. ad Maced. in gloſſ.& facit l.3.§. j. in fin. de ali.lega. ¶† Secundo no. bonam doctrinam, quòd in his quæ dependent ex mera uoluntate mea, ſi non ſum certus de ueritate per ſenſum corporeum,ſed opinor inclinãdo animum meum ad unam partem: & quæritur an debeat inſpici mea opinio,uel ueritas, diſtinguitur. aut mea opinio concordat cum ueritate:& eſt rationabilis: & tunc utraque inſpicitur, & habetur pro perfecta ſcientia, & perinde adire poſſum, ac ſi per ſenſum corporeum ſcirem. Aut nõ erat iuſta mea credulitas: & tunc neutra inſpicitur, quod patet:

---

A D D I T I O.

a Dicitur autem proximus. Adde quis dicatur proximus.Vide no.in c.proxim.de pœ.diſt.1.& in c.Ioſeph de verb.ſig.& quot modis dicatur proximus,dic quòd quatuor modis de quibus memorat Card.Zab. in c.nulla in 3.no.de conceſſ.præben.

patet: quia vtraque tendit, vt adire poſſim. ſi non erat prægnans,
& ego ita putabam, & tamen adire non poſſum, quia non habe-
tur pro perfecta ſcientia, poſtquam non eſt rationabilis, ſed ha-
betur pro dubitatione, quæ impedit aditionem. ſi autem opi-
nio diſcordat a ueritate, tunc inſpicitur illa, quæ nocet, & non il-
la, quæ prodeſt, nam ſi non erat prægnans, & ego putabam eã
eſſe, inſpicitur mea opinio, quæ mihi nocet, vt adire non poſ-
ſim, non veritas quæ prodeſſet. econuerſo ſi erat prægnans, &
ego putabam non eſſe, inſpicitur veritas, quæ mihi nocet, & non
opinio quæ prodeſt: & ſic non poſſum adire, vt hic in ver. {quid
ergo ſi prægnans.} In his autem quæ non dependent ex volun-
tate mea duntaxat, inſpicitur veritas potius, quàm opin. vt dixi.
ſ. eod. l. qui in aliena. §. ſi is qui. per l. 2. §. j. ȷ. de actio. emp. & l. regu
5 la. §. 2. vel 3. ſ. de iur. & fa. ign. ¶ † Tertio. not. diligenter. quòd in
his in quibus non poſſum habere certitudinem per propriam, &
veram ſcientiam, ſeu ſenſum meum: puta, an aliqua mulier ſit
prægnans, debeo potius ſtare opinioni illorum, qui poſſunt me-
lius ſcire, quàm ego: puta, dicto mulieris, vel obſtetricum: & ſi
cõtradicunt potius dicto obſtetricum, quàm mulieris, vel ſi neu
træ dicunt, communi opinioni potius, quàm meæ. Non ſic in
illis de quibus poſſim habere perfectam ſcientiam, per ſenſum
corporeum, quia potius debeo ſtare ſcientiæ mei ſolius, ſi ſum
certus de ueritate, quàm dictis quorumcunque in contrarium,
vt patet hic in muliere, quæ ſcit ſe eſſe non prægnantem, vnde
poteſt adire, licèt obſtetrices, vel omnes alij crederent contra-
6 rium, & pro hoc ȷ. eod. l. fin. † Et iſtud facit pro eo, quod dicunt
Canoniſtæ, ſi epiſcopus, vel eccleſia mandaret mihi ſub pœna
excommunicationis, quòd facerem aliquid contra conſcien-
tiam meam, ſi ego ſcio veritatem: puta, mandat mihi quòd co-
habitem cum illa, quam ſcio non poſſe eſſe vxorem meam, vel
ratione conſanguinitatis, vel affinitatis, quòd tunc debeo potius
pati excommunicationem quàm facere contra propriam con-
ſcientiam informatam a vera ſcientia. Sed ſi ſuper aliquo de quo
non haberem perfectam ſcientiam, de quo deberem ſtare iudi-
cio aliorum potius quàm meo, debeo conſcientiam deponere,
licèt habeam meam in contrarium, & obedire præcepto, vt not.
7 in c. inquiſitioni. de ſentent. excommuni. † Facit etiam ſi ſindicus
comitatus tenetur ſub pœna denuntiare maleficia, & publica
vox, & fama eſt, quòd ipſe ſindicus commiſit aliquod malefi-
cium, & ipſe eſt certus de contrario, non tenetur denunciare
ſeipſum, nec incidit in pœna, non ſic ſi publica vox, & fama eſt,
quod alius commiſit, licèt non commiſerit, & etiam ipſe crede-
ret, quòd non commiſerit. non tamen eſt certus, nam non debet
ſtare ſuæ credulitati, ſed ei quod communiter dicitur, & denun-
tiare, aliàs punitur, & licèt poſtea reperiatur, quòd ille non com-
miſerit, non punitur iſte tanquam calumnioſus denuntiator, quia
publica vox, & fama ipſum excuſat a calumnia poſtquam tene-
tur ei ſtare, vt hic colligitur, & ſ. de hær. inſt. l. fin. & ȷ. de adul. l. mi-
les. in fin. & in l. præſens. C. ſi ſeruus aut lib. ad decu. aſpi. l. 10.
8 ¶ † No. etiam quòd poteſt eſſe fama de aliquo negatiuo, puta,
quòd talis mulier non ſit prægnans. Item, quòd fama eſt opinio
multorum: quod exponunt Doct. ideſt maioris partis populi, ſi
eſt de aliquo magno quod ad notitiam totius populi veriſimili-
ter debet peruenire, vel maioris partis viciniæ, vel cognoſcen-
tium, ſeu amicorum, ſi eſt de aliquo paruo, quod ad notitiam to
tius populi veriſimiliter peruenire non debet, puta, an aliqua mu
lier ſit prægnans, vel non. & ita intelligitur hic. ¶ Vltimò recol-
lige quatuor caſus. Primus quando mulier eſt prægnans, cuius
venter fuit, præteritus, & tunc inſtitutus indiſtinctè non poteſt
adire. Secundus, quando non eſt, licèt inſtitutus putat eſſe, &
idem nec curatur, an ſua opinio ſit rationabilis, vel non, Tertius
caſus eſt, quando non eſt inſtitutus, & ſcit per propriam ſcien-
tiam quòd non eſt, & tunc indiſtinctè poteſt adire, nec curatur
dictum obſtetricum. vel aliorum; hoc tamen non poteſt pro-
cedere, niſi in ipſa muliere, quæ poteſt habere perfectam ſcien-
tiam, & iſti tres caſus ponuntur in regula, quæ ponitur in princip.
Eſt, & quartus caſus, qui additur per interprætationem in hoc
ver. {quod dicitur.} quando non eſt, tamen inſtitutus hic ne-
ſcit perfectè, ſed credit, vel vehementer opinatur, cum non ſit,
& ſic ſua opinio concurrit cum veritate, & tunc adhibetur diſtin
ctio de qua hic, an ſua opinio ſit rationabilis. quia cum ea con-
currat dictum mulierum obſtetricum, vel communis opinio, &
habetur pro perfecta ſcientia; aut non, & tunc habetur pro dubi-
tatione, & in hoc ſtat tota ſubſtantia huius §. & quod dixi in in-
ſtituto, locum habet, ſi ille de cuius hæreditate agitur, deceſſit in-
teſtatus, & aliquis inferioris gradus a poſthumo vult adire, quia
non ſupereſt de præſenti, qui habeat eum impedire, ut non poſ-
ſit in caſibus. ut ſupra dixi inſtitutum non poſſe, & in quibus ſi
poſthumus naſceretur, impediret ipſum ſuccedere, aliàs ſecus, vt
9 infra ead. l. §. ſuum hæredem. ¶ † In gloſſ. ſuper verbo, {conſan-
guineum.} id eſt cognatum contra iſtam expoſitionem oppo,
a quia conſanguineus dicitur fratrer ex latere patris coniunctus. l.
poſt conſanguineos. ȷ. de ſuis, & leg. Sol. tribus modis ſumitur.
Primò ſtrictè, & propriè, ut ibi. Secundo pro cognato ſimplici,
qui non eſt agnatus. quando iſtud verbum iungitur cum uer-
bo, legitimum, vt hic. niſi enim ita ſumeretur, nihil adderet, quo-
niam appellatione legitimi venit frater ex latere patris coniun-
ctus, & etiam quilibet agnatus, & iſtum reſpectum habuit hic
gloſſ. Tertio ſumitur largiſſimè pro quolibet coniuncto per ſan-
guinem ex latere maſculino, vel fœminino, vt in tit. de conſan. &
affi. & ita ſumitur ſecundum communem uſum loquẽdi, quod
no. pro ſtatutis ſi facerent mentionem de conſanguineo, vt intel
ligantur ſecundum iſtum tertium modum, quia verba debent
intelligi ſecundum communem vſum loquendi. vt l. liberorum.
10 §. quod tamen Caſſius. de leg. 3. ¶ † In fin. gloſſ. tenet ergo iſta gl.
ꝙ uenter, qui non eſt pariturus ſuum, non mittatur in poſſeſſio-
nem ex edicto de uentre in poſſeſſionem mittendo, & idem te-
net alia glo. quæ incipit, ſi habeas in princ. de quibus uidetur text.
in l. j. in §. j eod. tit. Contrarium plenè diſputando determinat gl.
in l. fi. eo. tit. in hoc tamen differunt, quia quando non eſt paritu-
rus ſuum, ita demum mittitur, ſi non ſupereſt aliquis, qui faciat ei
controuerſiam, quòd non ſit filius talis defuncti, ſi autem ſuper-
eſt, non mittitur, ſed quando eſt paritura ſuum, & tunc mittitur
cauſa cognita: & differtur quæſtio in tempus pubertatis, hęc pa-
tent in l. ubicunque. §. interdum. eod. tit. Item quando eſt paritu-
ra ſuum, ita demum mittitur, ſi non habet aliunde, unde ſe alat
mater, ut l. extraneo. eod. tit. ſecus ſi eſt paritura ſuum. ¶ In gloſſ.
ſeq. ibi, {ſed in quo differat a ſuo. ſubaudi alius, qui eſt in eodem
gradu cum poſthumo, neuter tamen ſuus. Nam poſthumus nõ
impedit eum de præſenti ſuccedere a caſu, quando uterque eſt
ſuus. nam & tunc non impeditur iam natus ſuccedere, ut ſupra
uoluit gloſſ. quia iſti non ſunt inferiores, de quibus loquitur text.
¶ Tamen gloſſ. quærit, quæ ſit differentia inter iſtos caſus, quan-
do neuter eſt ſuus, uel uterque eſt ſuus, & tamen uterque eſt in
eodem gradu, & aſſignat differentiam, quia quando uterque eſt
ſuus, cum ille, qui eſt iam natus, & uult ſuccedere efficiatur hr̃s ꝑ
l. etiam ignorans, ſi uenter eſt uacuus efficitur hæres inſolidum,
inſpecta ueritate, quæ eſt in rerum natura, de qua lex eſt certa, li-
cèt ipſe credat eſſe plenum, & non inſpicitur ſua credulitas, poſt-
quàm non efficitur hæres per ſuam aditionem, ſed inſpicitur cer
titudo legis: & ſi in utero eſſet unus, efficeretur, hæres pro dimi-
dia ſimiliter inſpecta ueritate: ſed quando non eſt ſuus, quia non
efficitur hæres per l. ſed per ſuam aditionem, & ſic debet eſſe cer-
tus, & ſi eſſe non poteſt, tunc dicit glo. ꝙ non efficitur hæres, niſi
pro quarta, licèt in utero nullus ſit, uel ſit unus tantum: quia cer-
tus erat, quòd etiam nato poſthumo ſucceſſurus erat cum illo in
aliqua parte. unde ſufficit, quòd de illa ſit certus, licèt de alia, quæ
poteſt ſibi obuenire, ſit incertus, & efficitur in illa hæres, ſicut in
ſua. ut ȷ. eod. l. ſi quis extraneus. in fin. & probatur in l. illud. ſi pars
hæred. pet. quæ loquitur etiam in extraneo. nec ob. l. antiqui. eod.
tit. in qua gl. ſe fundat, dum dicit, quòd pro quarta, quia ibi quan-
tum ad poteſtatem agendi petitione hæreditatis, uel tanquàm
hæres, quia licèt ſit effectus hæres inſolidum, uel pro dimidia, iu-
dex tamen, qui de hoc eſt incertus, & etiam an aliquis ſit in ute-
ro. uel non, & quot ſint, & eſt poſſibile, ꝙ ſint ſeptem, uel unus
tantum, uel nullus, propter hoc dubium, non admittit eum ad
agendum, niſi pro quarta parte, ut ibi, ſed ex futuro euentu de-
clarabitur pro quota debeat admitti. uendicat etiam ſibi locum
hoc dictum gl. quòd non efficiatur hæres, niſi pro quarta, quan-
do non eſt tranſactum tempus xl. dierum poſt conceptionem.
nam tunc ex conceptu poſſunt plures formari: & ideo etiã tunc
eligitur media uia infra in §. ſuum hæredem. ideſt nec per naturã
humanæ conditionis, ſed quando eſt tranſactum tempus, & nõ
eſt formatus niſi unus, & plures a modo poſſunt formari, inſpi-
citur certitudo, quæ in rerum natura, de qua etiam l. eſt certa. &
ideo facit illum hæredem in dimidia inſpecta ueritate.

A D D I T I O.

a Conſanguineus dicitur. Adde Doct. in c. non debet. de conſan. & affi.

---

1 *Lex ſemper certa eſt de eo quod eſt, ideo incertitudo hominis non uitiat aditionem, per legem inducitur.*
2 *Ante completos lx. dies, an partus ſit in utero formatus, & anima incluſa.*
*Quòd ante tranſactum illud tempus ex uno, & eodem conceptu, poſſint formari plures partus, etiam uſque ad ſeptem.*
3 *An poſt primum conceptum, poſſit infra ſexaginta dies iterum cõcipere,*
4 *Poſthumus abortiuus præteritus, an rumpat teſtamentum.*

1 **§. Suum hæredem.** † Suus hæres, licèt putet v-
xorem defuncti prægnan
tem, cùm non ſit, efficitur hæres inſolidum. & non inſpicitur ſua
falſa opinio: ſed inſpecta ueritate, quę erat certa in rerum natura,
& per ꝯñs penes legem, quæ facit ipſum hæredem: & ſi putat eſſe
plures

plures in vtero,cum non ſit,niſi vnus,efficitur hæres pro dimidia eadem ratione, dummodo ille,qui eſt in vtero, ſucceſſurus erat pro dimidia ſi naſceretur,quia defunctus deceſſit inteſtatus,vel ſi teſtatus inſtituit poſthumum vnà cum eo,& dummodo in vtero non poſſent plures formari, quod eſt,qñ tranſactum eſt certū tp̄s poſt cōceptionem.h.d.ſubtiliter, & pulchrè. Qñ aūt illud tp̄s non eſſet tranſactum,& ſic poſſent plures formari, tex.non aperit pro qua portione iam natus efficiatur hr̄s, nec alibi hoc reperio declaratū in tex.ſed Bar.hic intelligit,ꝙ efficiatur hr̄s pro quarta parte,vt ſeruetur media via,ſicut in petitione hæreditatis, quia non admittitur ad petendum,niſi pro quarta parte,licèt ſit hęres inſolidum,vt in prin.vel pro dimidia,vt in ſecundo caſu,vt l.antiqui.ſi pars hær.pet.& de iud.l.ſed & reſtituatur.§.fi.quæ opin.ſatis placet,& in his duob.caſib.poteſt procedere opi.Iuli. quæ hic reprobatur in text. quantum ad caſum, de quo hic.Et eſt vtilis iſta inueſtigatio,ſi iſte ſuus hęres decedat anteq̄ ſit certum,an aliquis naſcatur,vel non, vel quot debeant naſci, & fit qō quantū tranſmiſerit,& ad quos hæredes, quia ex futuro euentu declarabitur inſpecta veritate,& non inſpecta ſua falſa opinione,ſi enim illa inſpiceretur in primo caſu huius §.non tranſmitteret totam,cū putaret vxorem prægnantem, & tñ tranſmittit:& in ſecundo caſu non tranſmitteret dimidiam,cùm putaret eſſe plures in vtero,& ſic ſibi non tangeret dimidia,& tñ tranſmittit.Primo ergo loquitur,qñ venter erat vacuus,vſq;ibi, (ꝙ ſi vnum.) Secundo qñ plenus.Et iſta ſecunda ſubdiuiditur,quia primo ponitur determinatio Pompeij,vſque,ibi,(putat.)Secundo ponitur eiuſdem Pōpeij limitatio ad ſuam determinationem.¶In j.parte ibi,ex aſſe hæredem eſſe.hoc poteſt procedere in trib.caſib.ſi defunctus deceſſit inteſtatus,vel teſtatus, & poſthumum exhæredauit,vel etiā præterijt,poſtquā nullus erat in vtero, quia certum erat in rerū natura per natiuitatem poſthumi, nō poſſe teſtm̄ rumpi,& illum iam natū inſtitutū ſucceſſurū eſſe ex teſtō inſolidū.Non ſic ſi aliqs foret in vtero præteritus, nam interim ēt ſuo hæredi nō deferretur ex teſtamento, quod ſperatur rumpi poſthumi natiuitate, vt j. eo.l.venter.verſi.ſed ſi vacuo.a cōtrario ſenſu.& ver. ergo ſi ventre pleno.licèt gl.mag.hic circa medium in verſi.vbi aūt.dicat expreſsè contrarium,& malè,quia contra caſum illius l.ventre.& l.ſi filius hæres.de liber.& poſt.ſecundum veram lectu.& l.illud.§.fi.cū le.ſeq.de con. ta. ideo ſubuenitur ſibi, ſi interim decedat,vt tranſmittat con.ta.ſi habebat cohæredem, vel deſtituatur teſtm̄ in pūcto mortis,& efficitur hæres ab inteſtato: quæ prouiſio nō eſſet neceſſaria,ſi glo.diceret verum, ꝙ efficeretur ſuus hr̄s teſtō de iure ciuili pendente natiuitate poſthumi.¶In tex.ibi:{& ſi putat eſſe prægnantem.} quia cum non efficiatur hr̄s ex ſua voluntate non inſpicitur eius falſa opinio:ſed veritas,quę certa eſt in rerum natura,ut d.l.ſed ſi reſtituatur.§.fi.de iudi. & per ꝯñs apud legem,q̄ facit ipſum hr̄dem,& in hoc differt a §.p̄cedenti,q̄ loquit̄ in extraneo hr̄de,in quo inſpicitur potius eius falſa opinio,ut nō poſſit adire,ſi putat eſſe prægnantē, cū non ſit q̄ inſpiciatur ueritas. In tex.ibi: {an ex parte dimidia ſit hr̄s.} ſub.ſi putat eſſe plures in utero,ut conueniat primo caſui,ꝙ habeāt falſam opinionē, & ſit aliqua dubitatio,qđ ēt patet in fi.dum dicit,& pro ēt ignorante &c. qđ expone,i.errante:quia credit eſſe plures q̄ unum. ¶In tex.ibi: {ſiue inſtitutū poſthum ū proponas.} quaſi dicat iſta qō, an iſte ēt natus efficit̄ hr̄s pro dimidia ſolū, procedit in his duob. caſib.qñ defunctus deceſſerat inteſtatus,uel teſtatus:& ventrem inſtituit unà cū iam nato,nam utroq; iſtorum nato unà cū poſthumo,qui erat in utero,iam natus habiturus erat dimidiā, unde eſt qō,quid iuris anteq̄ naſcatur, ſi aūt poſthumus fuiſſet exhæredatus nō eſt q̄rendum, an iam natus interim ſit hr̄s pro dimidia, quia immo eſt hr̄s inſolidum cum illo nato, ſi r inſolidum ſit futurus hr̄s.Nec ēt ſi poſthumus fuiſſet p̄teritus, qñ tunc illo nato rupturus eſt teſtm̄, & iā natus ex teſtō nō eſſet futurus hr̄s in aliquo cum illo,licèt ab inteſtato ſic.non eſt ergo q̄rendum, an ex teſtō efficiat̄ hr̄s pro dimidia,anteq̄ naſcat̄, qa illud operat̄ pēdentia natiuitatis ad impediendū hr̄dē effici, qđ operat̄ natiuitas po-

2 ſtea ſubſecuta.¶†In fi.tex.ibi,{qđ q dē poſt certū tp̄s.} gl.& Doc. intelligunt,ꝙ ſint xl.dies, ante quos completos partus non eſt in

a utero formatus,[a] & p ꝯñs nec eſt aīa infuſa,ſed ipſis tranſactis,ſic ego audiui aliàs a medicis,ꝙ fęmina format̄ intra xl.dies, maſculus j.ſexaginta,& ante tranſactū hoc tp̄s ex uno, & eodem conceptu poſſunt formari plures partus,ēt uſq; ad ſeptē,ut l.antiq̄.ſ. ſi pars hær.pet.quot aūt dēant formari, cum ſit de futuris cōtingentibus,non pōt eſſe certū in rerū nā, ſed ſolum penès Deum, qui eſt natura naturans,& per ꝯñs lex non eſt certa plures formari,quę ſequit̄ naturā naturatā.iđ lex non facit iam natū hr̄dē in dimidia, licèt apud Deū certū ſit,ꝙ non formabatur,niſi unus: ſed tranſacto hoc tp̄e ſi formatus eſt unus,cum hoc ſit certū in rerū natura,qa eſt de p̄ſenti,& ēt eſt certū, ꝙ plures formari non pn̄t, lex,q̄ certa eſt,de hoc facit iam natum hr̄dem pro dimidia,ſed gl. quæ incipit.i.poſt lx.ponderauit iſtum text.in uerſi.formare pōt.

3 & intellexit alio modo.i.concipere iterato.†Nam mulier, poſtq̄ ſemel concipit,ex eodem,uel alio pōt j.lx.dies poſt primum conceptum iterum concipere,ut probatur ſm̄ glo. in d.l.antiqui.ubi dicitur,ꝙ quatuor fuerunt nati ſimul, & ſic ex primo conceptu, & quintus natus eſt poſt primos quatuor in quadrageſima die, & per ꝯñs debuit naſci ex ſecundo conceptu,quia ex primo potuiſſet portari in utero plusq̄ primi:certè iſte non eſt bonus intellectus,quia hic ponitur,ꝙ maritus deceſſit poſt primum conceptum,& j.iſtos dies,ideo non ſperatur mulier ex eodem iterum concipere,ſed bene ſperatur ex primo conceptu poſſe plures formare,& ita loquitur text. quem gl.non ponderauit, & miror,ꝙ Doct.gl.non redarguunt,quia non habuit perfectum intellectū. ¶In gl.j.ibi, immo idem in extraneo uidetur.ſ.ut ſua falſa opinio ſibi non noceat,ſed inſpiciatur ueritas in ſuo, ut l.illud.allegata in gl.& ſolue,ut in gl.ꝙ illud eſt uerum, qñ extraneus eſſet ſucceſſurus cum poſthumo,ſi naſceretur, uel etiam ſolus, quia poſthumus erat exhęredatus,ſed iſte tex.loquitur etiam in caſu,quo eſſet præteritus,& ſic etiam natus non eſſet ſucceſſurus cum eo,ſi naſceretur,iſto ergo caſu differt ſuus ab extraneo hærede,quia ſi nullus eſt in utero, ſuus efficitur hæres inſolidum inſpecta ueritate,ſed extraneus etiam tunc nō poteſt effici inſpecta ſua falſa opinione,ut in §.præcedenti.poſt princ. ibi autem putatur eſſe. & in uer.ſiue igitur putarem.& j.eo l.uētre. in prin. ſimiliter ſi deceſſiſſet inteſtatus, non poſſet extraneus ſuccedere, etiam ſi nullus erat in utero,& ipſe putabat eſſe, quia ſi aliquis eſſet,& naſceret̄, eſſet illum extraneum excluſurus,cum ſit in poſteriori gradu,ſecus in ſuo,qui eſt in eodem, & ſic iſtud primum dictum locum habet in tribus caſibus, ut dixi ſuper text. & in primo, & ultimo non haberet locum in extraneo,quod hic dicitur in ſuo,ſed in ſecundo ſic,quando poſthumus eſſet exhæredatus. ¶In gl.magna ibi:{uel dic,ut d.l.antiqui.} ueritas eſt,ꝙ caſus ſunt diuerſi, nā hic efficitur hæres pro dimidia, ex quo unus tantum eſt in utero ſm̄ opinionem Pomp.quę eſt uera,non pro quarta,ut Iul.dixit,licèt glo.ſ.& j.uideatur dicere, ꝙ opinio Iul.præualeat, quod eſt falſum,in hoc tñ ad agendum pet.hære. uel contra debitores hæreditarios,ut hęres non admittatur per iudicem,niſi uſque ad quartam partem,quia certitudo illa, quæ erat penès rerum naturam, & penès l. non eſt penès iudicem, & ipſe conſiderat, ꝙ poſſunt plures eſſe,licèt nullus ſit, uel unus tantum, ideo determinatum eſt per illam l. ꝙ iudex ſeruet mediam uiam, & ꝙ præſumantur eſſe tres,quod frequentius contingit,q̄ quod 7.ideo admittit eū pro quarta,& iſte eſt caſus illius l.& l.ſed & ſi reſtituatur. §.fin. de iud. Quid autem ſi de facto fuit admiſſus inſolidum, quia fortè aduerſarius non oppoſuit, & lata eſt ſententia ꝯ agentem, quæ tranſiuit in rem iudicatam,& poſtea apparet,ꝙ nullus erat in utero,& ſic poterat petere totum,uel erat unus tantum,& ſic poterat petere dimidiam,an obſtet exceptio rei iudicatæ in toto, uel in dimidia, an autem in quarta tm̄, ad quam ſolam iudex debeat eū admittere? hic determinatur in tex.& gl.in l.ſi pater. j. de ſol. ꝙ quarta duntaxat.¶In gl.ibi,{ſed cum Iul.fateatur.} glo.hic præſuppoſita opinione Iul.fatetur,ꝙ ſi nullus eſt in utero,iam natus eſt hr̄s inſolidum inſpecta ueritate:& non ſua falſa opinione,quare ergo non fatetur, ꝙ ſi eſt unus tm̄, licèt ipſe putet eſſe plures, efficiatur pro dimidia ſimiliter inſpecta ueritate:glo.reſpondit, ꝙ Iul.habuit hunc reſpectum,quia qñ nullus eſt in utero, hoc de facili poteſt ſciri,ſed qñ aliquis,non poteſt ſciri quot ſint.iſta reſponſio nihil ualet,quia procedit quantum ad certitudinem hominis, nos loquimur de certitudine l. per quam efficitur hæres, & l.ita eſt certa quot ſint,quia eſt certum in rerum natura,ſicut eſt certa,ꝙ nullus ſit.Dicas ergo,ꝙ opi.Iul. non eſt uera, & meritò hic reprobat̄: quia ex quo fatebatur primum, habebat fateri ēt ſm̄. In gl.ibi:{ultimo diſtingue.} reducas iſtam diſtinctionem ad duo membra principalia,in eo,qui reliquit uentrem uxoris, & etiam alium iam natum, ſi quæritur in quota portione iam natus ſit hæres pendente natiuitate poſthumi, ꝙ aut deceſſit inteſtatus, aut teſtatus, & quodlibet iſtorum ſubdiuidit̄ in alia tria, quia uel iam natus erat ſuus,uel emancipatus,uel alius extraneus,& quando deceſſit teſtatus,uel poſthumus fuit præteritus,uel inſtitutus unà cum iam nato, uel exhæredatus. omnia iſta membra colliguntur ex gl.quæ in aliquibus benè, & in aliquib.malè habetur, ut patebit ex ſequentib.In gl.ibi:{quod præualet,ut hic.}tu dic. ꝙ immo præualet opinio Pomp.ut patet ex tex.& ſ.dixi, qñ cōſtat quot ſint in utero,ſed ſi conſtat adhuc, quia non tranſiuit tēpus, quem caſum gl. omit. pōt procedere,quod dicit gl.ut habeat locum opinio Iul.cui nec Pompo.ꝯdicit, qui loquitur,qñ eſt certum in rerum natura quot ſint.¶In gl.ibi:{ dicam in quarta.} in hoc puto gl.bene dicere, quia emancipatus hoc iure nō poterat ab inteſtato uenire,niſi per bo.poſ.unde liberi.& erat neceſſe, ꝙ iudex eam decerneret,cum ergo eſſet incertus, an aliquis eſſe in utero,uel non,quod non decernebat, niſi pro quarta parte, etiā

ſi nullus

ADDITIO.

a Formatus.Adde quo tempore partus poteſt eſſe, vel nō eſſe legitimus. vide per Bar.& in l.Gallus.in princ.ff.de libe. & poſthu.

ſi nullus erat in vtero, vel vnus tantum, ſicut nec admittebat ad agendum pet.hære.in d.l.antiqui. hodie verò cum non ſit neceſſe, ꝙ iudex decernat, ſed ſufficit ſibi agnoſcere coram iudice, vt l.fi.C.qui adm.ad bon. poſ. & ſic efficitur bonorũ poſſeſſor ſine facto iudicis, & iure Authenticorum poteſt adire de iure ciui.vt in Auth. de hær. ab inteſt.dico, ꝙ emãcipatus efficitur hæres, vel bonorũ poſſeſſor pro illa rata, quæ ipſum contingit, licèt ignoret quanta ſit, cum in omnem euentum, etiam ſi poſthumus naſcatur, ſciat ſe cum illo ſucceſſurum ab inteſtato, vnde non nocet ſibi ignorantia portionis, vt s̃.eo.l.ſi quis extraneus.§.ſciendum. in princ. & in fi. ideo ſi nullus eſt in vtero, efficietur hæres inſolidũ, ſi vnus in dimidia. ¶ In gl ibi, (adit etiam præterito, & etiam ſi eſt grauida.) in hoc gl. malè loquitur: nam ſi non eſſet grauida, poſſet procedere, quod dicit gl. per principium huius §. vbi eſt caſus ſecundum quod s̃.declaraui: ſed ſi eſt grauida, & ſic teſtm̃ poteſt rumpi ex eo non defertur hæreditas, vt ibi dixi ſuper tex. & ratio, quæ ſequitur in gl. nihil valet, nam ab inteſtato ideo tunc admittitur, quia certus eſt, ꝙ cum illo in omnem euentum eſt ſucceſſurus ab inteſtato, ſed non ſic eſt certus, ꝙ ſit ſucceſſurus ex teſta-
4 mento, qđ poteſt rumpi, † etiam ſi contingat, ꝙ poſtea fiat abor-
a tiuus. nam anteꝗ̃ fiat, licèt certum ſit apud Deum, ꝙ fiet, quia non eſt certum in rerum natura, nec apud legem, non efficitur hæres in aliquo ex teſtamento, nec etiam ab inteſtato, quouſque ſperatur cauſa teſtati, niſi interim decedat, vt non habeat cohæredem, vel ſubſtitutum: quia tunc diſtituitur teſtamentum, & efficitur hæres ab inteſtato in puncto mortis, vt l. filius hæres. de libe. & poſthu. ſecundum intellectũ, quem ibi dedi, poſtꝗ̃ verò eſt effectus, erit poſthumus abortiuus, & ex tunc efficietur hæres ex teſtamento, quod rumpi non poteſt. Nec obſt. s̃. proximo §. uer. quid ergo ſi prægnans. quia ibi loquitur in aditione facta antequam poſthumus fieret abortiuus, illa enim non valet, nec poſtea reconualeſcit. Ego autem dico, ꝙ poſtquam factus eſt abortiuus, efficitur hæres per l.

ADDITIO.

a Poſtea fiat abortiuus. Adde qualiter punit̃ faciens abortũ. Adde l. diuus. & ibi Bar. de extraordi. cri. Bar. in l. ſi quis in. §. abortionis. ff. de pę. gl. in l. nec à re. ff. de lib. agno. c. ſi aliquis. de homi. glo. in c. conſuluiſti. 2. q. 4. & de procurante facere abortum uide c. aliquando. & c. ſeq. 32. q. 2.

**§. Scientia.** In hæreditate delata filio, vel ſeruo inſpicitur ſcientia, vel opinio ipſorum, non patris vel domini. h. d. Et hoc intelligas, quia filius uel ſeruus eſt maior pupillo: aliàs cum illam habere non poſſit perfectè, vt s̃. eo. l. pupillus inſpicietur potius ſcientia, uel opinio patris, uel domini, ſicut etiam tutoris, vt no. Bar. in l. is poteſt. in fin. ſupra eo.

**§. Si certus.** Certus de uiribus teſtamenti poteſt adire, licèt ſuper illis quæſtio moueatur, & pendeat, h. d. declara, vt dixi s̃ eo. l. nec is. in principio.

LEX XXXI.

**L. Hæredi.** Portio deficiens accreſcit ignoranti. hoc dicit.

LEX XXXII.

**HAeres.** Qui dubitat an hæreditas ſit ſibi delata, nõ poteſt adire, ſecus ſi de hoc eſt certus, licèt dubitet, vel erret circa aliquas circũſtantias. h. d. in effectu cum l. ſeq. uſque ad l. ſi quis hæres. & de primo ponuntur quatuor exempla in hac prima l. quæ ſunt clara, excepto tertio, quod ponitur ibi. Vel & ſub conditione, licèt paruerit conditioni &c. quod declara ſic, quia vel debebat, vel ſciebat ſe inſtitutũ ſub cõditione. & neſciebat ſub qua, & re vera erat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, ſi aſcenderet capitolium: aſcendit, & ſic paruit conditioni, tamen non cenſetur eſſe paritum, quia conditio poteſtatiua non debet impleri facto, ſed ex propoſito, vt l. 2. ĵ. de cond. & demon. & ſic hæreditas non erat ſibi delata. poteſt etiam poni, ꝙ erat delata, quia erat inſtitutus purè, ſed ipſe credebat ſe inſtitutum ſub conditione, & ignorabat ſub qua: & ſic non erat certus, an conditio eſſet impleta, & per conſequens, an eſſet ſibi delata hr̃ditas, & propter hoc non obſtat l. ſed & ſi de ſua. §. ſed & ſi cum eſſet, de quo §. glo. op. ad iſtum tex. & ſoluit multis modis hic, & ibi, ſed vera ſolutio eſt; quia ibi erat inſtitutus purè, & putabat ſe inſtitutum ſub cõditione, ſi aſcenderet capitoliũ. Et aſcendit animo implendi cõditionem, & ideo opinabatur, prout etiam erat, ꝙ hæreditas eſſet ſibi delata, in hoc tñ errabat, quia credebat, ꝙ eſſet delata ex inſtitutione conditionali, tamen purificata, & erat delata ex pura, hic verò ignorabat ſub qua, & ſic neſciebat, an eſſet impleta, & per conſequens, an eſſet hæreditas delata. De ſecunda parte ſummarij colliguntur etiam quatuor exempla, vnum in l. quod ſi dubitet. aliud in l. ſed & ſi de ſua. in princ. & alia duo in §. ſed & ſi cum eſſet.

LEX XXXIII.

*1 Si reperitur in proceſſu, ꝙ lis eſt conteſtata, licèt non reperiatur, an per cõfeſſionem, an per negationem, quia tamen utroque modo pot eſt fieri; nõ nocet hæc incertitudo.*

*3 Iudex ſi habet iuriſdictionem procedendi contra aliquem non ſubditũ, quia prorogauit eius iuriſdictionem, & iudex credat ſe poſſe procedere ex ordinaria iuriſdictione, tamen ualebit proceſſus.*

1 **QVod ſi dubitet.** † In l. quod ſi dubitet. ibi, (quorum vtroque caſu.) no iſtam rõnem, ꝑ ꝗ quam iſta l. ſemper allegatur, ꝙ nõ nocet dubitatio, qñ neutra pars dubitationis eſt no-
2 ciua, ſecus ſi altera tm̃, ut l. præcedenti. † Ideo dicit Bar. ſi reperitur in proceſſu, ꝙ lis eſt conteſtata, licèt non reperiatur, an per cõfeſſionem, an per negationem, quia tñ vtroque modo poteſt fieri, vt l. rem non nouam. C. de iudi. non nocet hæc incertitudo, cum idem ſequatur effectus, benè facit l. Gallus. §. ſi eius. in fi. de lib. &
3 poſth. † Facit ẽt ſm̃ Bal. ſi iudex habet iuriſdictionem procedendi contra aliquem non ſubditum, quia prorogauit eius iuriſdictionem, quod fieri poteſt, etiam iudice ignorante, vt l. 2. §. j. s̃. de iud. ipſe autem iudex credit ſe poſſe ꝓcedere ex ordinaria iuriſdictione, quia putat illum eſſe ſubditum, uel ignorat, an ex ordinaria, uel ex prorogata, ꝙ nihilominus ualebit proceſſus, ſecus ſi iuriſdictionem non habebat, uel procedere non poterat, de hoc art. uide per Bar. in l. multum. de cond & demon.

LEX XXXIIII.

**SEd & ſi de ſua.** In l. ſed & ſi de ſua. in prin. ibi: (poſſe eũ acquirere hæreditatem.) intellige ſanè, ſi re uera erat ſui iuris, quia pater erat mortuus, & adiuit ſine iuſſu patris vt s̃. eo. l. qui in aliena. uerſi. nam & eum. ſecus ſi pater non eſſet mortuus, tunc enim non poſſet adire ſine iuſſu eius. itẽ ſecus ſi adiuit propter iuſſum patris, qui præceſſerat, quia tunc cenſetur uoluiſſe acquirere patri non ſibi, & tunc patri non acquireret, ſed ſibi, ideo non ualet, ut d. l. qui in aliena. §. ſi is, qui putabat. & nota, ꝙ in iſto caſu iſte inſtitutus ſciebat ſibi hæreditatem delatam, & ſe habere potentiam adeundi, tñ ignorabat an eſſet libera, & iſta ignorantia non uitiat aditionem, gl. tñ hic intelligit tex. unde iuſtis rationibus mouebatur ad credendum patrem eſſe mortuum, ſicut erat, licèt non eſſet de hoc certus. iſte intellectus non placet, quia tunc non eſſet differentia inter iſtum caſum, in quo non dubitat hęreditatem ſibi delatam, & caſum, quando de hoc dubitat, etiam ſi ignoret ſibi delatam, ſi tamen eſt delata, & ipſe iuſtis rationibus mouetur ad credendum, ſibi delatam poteſt adire, ut ſupra. eod. l. cum quidam. §. quod dicitur ſi putetur. quia illa duo habẽtur pro certa ſcientia, ergo in caſu iſto, ubi ſcit ſibi delatam, ſed ignorat, an libere poſſit adire, uel non, prædicta diſtinctio non eſt adhibenda, quinimmo vr̃, ꝙ etiam ſi credat patrem uiuere, cum non uiuat, ſi tñ adit ſine iuſſu patris, quia per hoc apparet, ꝙ vult quærere ſibi, ſi põt, & non patri, ualeat aditio inſpecta ueritate, quia poteſt, & inſpecta ſua opin. quia vult ſibi acquirere, licèt ignoret an poſſit, uel non, & ita intelligo iſtum tex. ¶ In tex. ibi: (cur a ũt.) hic Iuriſconſultus uult opponere ad id, ꝙ dixit s̃. in prin. huius l. de eo, quod dixerat in l. hr̃s inſtitutus. in fi. & ſoluit. ¶ In tex. ibi, an ualeat teſtm̃, dubitat, & ſic de potentia adeundi, & an ſibi ſit delata hæreditas, ſed hic de neutro iſtorum dubitat, ſed an poſſit libere adire, & an poſſit ſibi acquirere, uel alteri.

*1 Exceptio, ꝙ agens eſt filiusfamilias, an debeat opponi ante litem conteſtatã, & ſi non fuit oppoſita ante, an poſſit probari poſt. & nu. 2. & 3.*

**§. Sed & ſi cum eſſet.** Ibi (putauit ſub conditione.) ſupple poteſtatiua, ut differat a caſu ſequenti in uer facilius. ubi credebat ſe inſtitutum ſub conditione caſuali, & utroque caſu erat inſtitutus purè, & conditio, ſub qua putabat ſe inſtitutum, erat impleta. & ipſe hoc ſciebat, certè poteſt adire, licet credat ſe poſſe ex purificata inſtitutione, cum poſſit ex pura, ſed hoc non nocet, quia ſiue ſit pura, ſiue ſit purificata, idem eſt, ut hic patet, & no. gl. in Auth. de ſan. epiſ. §. & hoc præſenti. in j. gl. mag. & de fideiu. l. ſi a reo. §. ſub diuerſis. quæ autem dicat facilius gl. laborat, ſed dic, ꝙ quando eſt conditio caſualis, ſi exiſtat etiam ignorante inſtituto, purificatur inſtitutio, ſecus ſi eſt poteſtatiua, quia debet impleri ex propoſito, ut l. 2. de condit. & demon. & ſic ſi requiritur tunc ſcientia duob. temporibus. ſ. tempore, quo implet, & tempore, quo adit, ſed in caſuali ſufficit tempore, quo adit ſecundum Bar. quod etiam uidetur eſſe de mente gl. ſuper ver. facilius. ¶ Dominus Ang. notat gl. j. l. ſed & ſi de ſua. quæ vult, quòd pater alicuius præſumatur in dubio uiuere, quia quilibet præſumitur uiuere centum annis, ſicut uiuere poteſt, niſi probetur mortuus, ut l. fi. C. de ſacroſ. eccl.
1 † Si ergo tu agas contra me, & factus eſt proceſſus, poteſt aſſumi cautela ex gloſſ. ad irritandum totum proceſſum, ꝙ ego in fine proceſſus lapſis terminis ad probandum opponam, quòd tu es filiusfami. & quando tu non potuiſti agere ſine conſenſu patris ex forma ſtatuti, uel de iure communi, nam eo ipſo ſundata eſt

intentio

intentio mea,quia patrē habuiſti,q hodie viuere p̄ſumitur,ſi probes ꝯrium,& tu nunc probare non potes, quia lapſi ſunt termini probatorij,intra quos debeas hoc probare ad fundandum intentionem tuā, & ſic abſoluar per iſtā gl. de qua poteris habere ho-
2 norem ſm̄ eū,ſi ſcires eā practicare,& ſic docet calumniari:† nec placet dictum eius,quia debuit ante lit.conteſt.opponere,ꝙ eras filiusfam.cum ſit exceptio dilatoria,& poſtea non poſſum opponere,niſi fortè velim hoc probare, ꝙ es filiusfa.per l.ita demum.
3 C.de procur.quia legitimata eſt perſona tua.† Nec ob.ꝙ ı̄.terminum probatorium debebas probare incumbentia, quia verum eſt in concernentibus negotium principale, non in concernentibus habilitatem perſonæ agentis, niſi fuerit oppoſitum de inhabilitate,quia quilibet præſumit̄ habilis,arg.in l.ab ea parte. de proba.& quod habetur in l.non ignorat.C.qui accu.non poſ.

LEX XXXV.

1 *Hæres quis qualiter inuitus efficitur.*
2 *Cohæres ſubſtitutus an poſſit renuntiare iuri ſubſtitutionis, & habere per ius accreſcendi.*
3 *Verbum,appendices. quid importet.*
4 *Subſtitutio uulgaris non dicitur dependere ab inſtitutione, ut illa uitiata uitietur ſubſtitutio.*

1 SI quis hæres. † Qui adiuit partem ſuam efficitur hr̄s in portione cohæredis poſtea deficiente,etiam inuitus tam iure accreſcēdi,q̃ iure ſubſtōnis,ſi fuit ei ſubſtitutus,niſi partē ſuam q̄ſierit alteri, in cuius erat poteſtatē,& poſtea reperiatur ſui iuris tp̄e, quo deficit portio cohr̄dis,qa tunc non inuitus,ſed ita demū, ſi vult hēbit portionem cohr̄dis,ſi in ea fuit ſubſtitutus,ſed ſi non vult, accreſcet illi,cui ſua portio fuerat acquiſita. h.d.tex.cum gl.fi.vſq; ad ver.ſi
a excluſus,&c.¶In tex.ibi:{mox [a] Titio.}ſupple cohæredi.¶In tex. ibi:{ſubſtitutus.}ſcilicet vulgariter ſm̄ Dy.¶In tex.ibi, { pro hr̄de geſſerit.}.ſ.in portione ſua,ſm̄ Dyn ¶In text.ibi: {hæres erit.}.ſ.in portione cohr̄dis poſtea deficiente.¶In tex.ibi : {ex cauſa quoq; ſubſtitutionis.}gl.j.exponit iſta verba tribus modis.Primo.ꝙ nō ſolum in ſua,ſed etiam in portione cohæredis,vt in prin.gl.Secundo,ꝙ non ſolum ignorans:ſed etiam inuitus,vt in gl.poſt mediū ibi quaſi dicat ignoranti accedit &c.Tertio,ꝙ non ſolum iure accreſcendi,ſed etiam iure ſubſtitutionis habebit portionem cohæredis inuitus,vt in fi.gl. & iſta vera. & tunc erit hic caſus de qōne
2 quam glo.j.hic format.ſ.†an poſſit renuntiare iuri ſubſtitutionis, & habere per ius accreſcendi:& hic terminatur,ꝙ non,& eſt vtilis iſta qō,ſi ſubſtitutio eſſet grauata legatis:& ideo ius accreſcendi.de hoc dic,vt dicam ſuper ead.¶In tex.ibi,{quin inuito quoq.} hoc intellige ſanè,niſi uelit etiam ſuam portionem repudiare ꝑꝑ creditores,vt ı̄.eo.l. cum hæreditate. quod dic,vt ibi, ſed ſi poſt defectam portionem cohæredis adiret, non daretur ſibi licentia repudiandi portionem cohæredis,vt ı̄.eo.l.ſi duo.¶In tex.ibi,(accreſcit portio.)etiam ſi non fuiſſet ſubſtitutus:fortius ſi fuit: quia ſubſtitutio tendit ad corroborandum ius accreſcendi,vt ſ̈. de iniuſti.teſt.l.pen. cum ibi no.¶In tex.ibi,(idem dico.)dicit Dy. quo ad quid,nō ſimpliciter, ſed per omnia quod declara:quia ſ̈.in portione cohæredis efficitur hr̄s inuitus, qn̄ apud eū eſt prima portio,cui altera accreſcit,ſed hic non:quia nō eſt apud eū, ſed apud patrem,vel dn̄m,& ideo efficitur hr̄s ſi vult, dummodo fuerit in illa ſubſtitutus:aliàs etiam ſi vellet,non poſſet;quia portio cohæredis non deuoluitur, niſi per ius accreſcendi, & ſibi non poteſt accreſcere:quia portionem ſuam non habet: & portio accreſcit portioni,vt ı̄.eo.l.ſi totam.ideo accreſceret patri,vel dn̄o inuitis. Item in duplici iure habet portionem cohæredis.ſ.iure accreſcendi,& iure ſubſtitutionis:hic verò iure ſubſtōnis tm̄,ſi vult, ſi autē non vult.accreſcet patri,vel dn̄o.¶In text. ibi (erunt nanq; hæredes).ſ.filius, vel ſeruus effecti ſui iuris ſi volunt,& ſunt ſubſtituti: aliàs pater,uel dn̄s ex iure accreſcendi:& tunc bene ſequitur ꝯn̄s, ſunt enim appendices &c.ſ.portiones poſtea deficientes ſunt appendices primæ portionis aditæ: vt ſequantur illum.apud quem
3 reperiuntur.¶†Et no.iſtud verbum,appendices,quod dicit Ang. alibi non reperiſſe.Et facit ad intellectum illorum verborum,cohærentibus dependentibus, & connexis. quæ interdum ponuntur in reſcriptis,vt in c.fi.de iud.lib.6 in prin.de quib.in addi.Spec. de teſte.§. nunc videndū. ¶ In gl.j.ante fi.ibi,de impu.& ali.ſubſt. l.teſtō.ibi l.vr̄ ſentire ꝯrium.ſ̈.eo.l.nec is.§.j.in j.gl.ꝙ pōt repudiare ex ſubſtōne,& hr̄e per ius accreſcendi,pro hoc.ı̄.ad Treb.l.recuſare.§.Titius.Dy.tenet iſtam gl. & ad illa iura reſpondet, ꝙ loquuntur. qn̄ aliqua portio defertur mihi ex duplici iure incōpatibili,puta ex teſtō, uel ab inteſtō,ſeu iure ſubſtōnis directæ, uel fideicommiſſariæ; vt tunc poſſim eligere ex quo iure velim, hic qn̄ duplici iure compatibili,quo caſu non poſſum eligere, ſed ex vtroque tenore amplecti.Hoc non placet, quia eadem ratio vr̄, qn̄ ſunt incompatibilia,ſed diuerſa,ar.in l.ſi domus.de ſer.vr. p̄di. & l.quod in heredem.§.eligere. de tribu. Old. verò dicit, ꝙ ꝯria loquuntur,qn̄ aliqua hæreditas defertur mihi ex plurib. viis:quarum quælibet eſt expreſſa voluntate defuncti, hic quando vna eſt ex voluntate defuncti, vt ſubſtitutio, altera non,vt ius accreſcendi.Iſta ſolu.non placet,nam procederet quantum ad §. ſi Titius.non quantum ad l.nec is.§.j.ſ̈.eo.quia ibi una erat ex uoluntate defuncti,ſcilicet ex teſtamento,altera præter voluntatem, vt ab inteſtato,& tamen poterat ex vna repudiari, ex altera amplecti.Bar. autem diſtinguit. Aut incępi a repudiatione partis meæ, & tunc potero partem cohæredis habere ex inſtitutione, ſi ſum ſubſtitutus, & cum illo habeo etiam partem meam repudiatam iure accreſcendi,vt ı̄.e.l.ſi tu ex parte. Aut incępi ab aditione partis meæ,& tunc compellor habere portionem cohęredis vtroq; iure,vt hic.primum dictum fateor de plano. Sed ſm̄ dictum ſubdiſtinguo,quando primò adiui partem meam,& aut portionem cohæredis erā ſolus habiturus per ius accreſcendi, ſicut per ſubſtitutionem, quia non eramus niſi duo inſtituti, & tunc ſit uera iſta gl.& dictum Bar. ꝙ habeo eam etiam iure ſubſtitutionis inuitus:quia tunc ſubſtitutio eſt coniuncta domino cum iure accreſcendi.vnde capit ab eo hanc naturam,vt accedat inuito,ſicut & ius accreſcendi, & hoc tn̄ eſt verum in perſona ipſius ſubſtituti uiuentis. Sed ſi deceſſiſſet, licèt tranſmiſiſſet ius accreſc.ad ſuos hæredes, non ſic tranſmiſiſſet ius ſubſtitutionis, licèt cum iure accreſc.eſſet coniunctum,vt ı̄.e. l. qui patri. ſm̄ communem intellectum, aut non eram ſolus habiturus per ius accreſ. quia eramus tres cohr̄des,&ego ſolus fuit ſubſtitutus vni eorum,quo caſu,ſi volo habere ex ſubſtitutione,ego ſolus habeo, ſi non accreſceret mihi,& cohr̄di pro rata,ut in exemplo hic poſito per glo. & tunc puto ueram eſſe præcedentem opin. quam gl. ur̄ reprobare,ꝙ poſſum repudiare ex iure ſubſtōnis, & uenire per ius accreſc. quia tunc ſubſtitutio non eſt ita coniuncta cum iure accr. ſicut in præcedenti caſu. Sed quid econtra, ſi uolo repudiare ex iure accr.& admitti ex ſubſtōne? Reſpondetur,ꝙ non procedit, quia cum ſubſtitutio præferatur iuri accreſcendi,quouſque repudiem ex ſubſtitutione,nō eſt mihi delatum ius accreſcendi, ideo non poſſum illud repudiare. Nec obſtant ad primum caſum iura in contrarium allegata, quia in illis non erat coniunctum unū ius cum altero, & ex neutro illorum deferebatur inuito, hic ſic ex iure accreſcendi, & iſta eſt ueritas in hoc paſſu male declarata per Doct.¶In gl.ſequenti ibi: {dixi ubi adierunt.} ſcilicet filius,uel ſeruus effectus ſui iuris adierunt, ſcilicet portionem cohæredis, in qua fuerunt ſubſtituti.quaſi dicat ſi nolunt adire, ſi repudiant, tunc non erunt ipſi hr̄des, ſed pater, uel dn̄s ex eadem ſubſtōne. ita ſentit glo.infra dum dicit,ꝙ habeant ſubſtitutiones,qui habēt inſtitutiones,ſed hoc non placet,quia pater, uel dn̄s non fuerunt ſubſtituti,ergo &c.ut l.qui liberis.§.hæc uerba.de uul.& pup.ubi eſt caſus ꝯ gl.dic ergo, ut ſ̈. dixi, ꝙ filio, uel ſeruo repudiantibus
4 ex ſubſtōne pater,uel dominus uenient per ius accreſc. ¶ † Vltimo no.gl. in fi. ꝙ ſubſtitutio uulgaris non dicitur dependere ab inſtitutione,ut illa uitiata uitietur ſubſtitutio, licèt ꝯrium dicat gl. in l.3.§.fi,de lib.& poſth.ut ibi tetigi, & allegaui iſtam gl.

ADDITIO.

a Mox.Adde qualiter intelligitur mox. Bart. in l.j.in fi.ff.ſi cer.pet.& glo. in c.propter.de elec.

§.Si excluſus. Iubens filio, uel ſeruo,ut adeat, non propterea ur̄ adire portionem ſuam, ſi ab illa fuerat excluſus ꝑꝑ defectum conditionis.h.d.ſecus ſi nō fuerat excluſus,ut ſ̈.e.l.ſi ego.quia tunc cum poſſet eam adire eo ipſo,ꝙ iubet ſeruo,ut adeat ſuam, uidetur etiā uelle habere propriam,ſed licèt hic non habeat ex ſua perſona,habebit tn̄ ex perſona filij, uel ſerui, cui accreuit per excluſionem a ſua, quia non poteſt quis decedere pro parte inteſtatus,& pro parte teſtatus & hoc eſt,quod uoluit gl.hic poſita.¶In gl. ibi, { & ſm̄ hoc in poteſtatiua. } pone iſti uolunt concludere, ꝙ iſte pater non habebit portionem,in qua fuit inſtitutus, nec ex ſua perſona,nec ex perna filij propter ſuam culpam, quia conditionem poteſtatiuam non impleuit,ſecus ergo ſi eſt caſualis, ſed ſecundum hoc ſequeretur inconueniens,de quo ı̄.per glo.& ideo tene,ꝙ idem ſi fuiſſet caſualis,& quòd licèt non habeat ex propria habet per perſonam filij per ius accreſcendi.

§.Sed ſi ex duobus. ¶ Ex duabus portionib. delatis mihi per diuerſos, licèt acquiſiuerim unam, non propterea eo ipſo acquiro aliam ſine nouo iuſſu,& noua aditione.h.d.Et ſic non obſtat l.2.ſ̈.eod. quia ibi quādo plures portiones deferuntur mihi per me ipſum, tunc adeundo pro una, efficior hæres in omnibus, quia non requiritur factum alterius,hic qn̄ omnes per alios diuerſos,quo caſu requiritur factum illorum,unde non ſequitur unus adiuit iuſſu meo,ergo & alter cenſetur adiuiſſe, & de hoc dic,ut infra eod. l.fi.in magna diſtinctione per Bar.

LEX XXXVI.

SI ex parte. Licèt quis adiuerit pro parte ſua,non efficitur hr̄s in parte, in qua filius,uel ſeruus eſt inſtitutus,niſi interueniat noua aditio cum iuſſu.d.h. Sed contra de l.ſi ego.ſ̈.eo

¶ No.

¶No.ibi econuerſo.primo fuit effectus hęres in portione ſerui,
vel filij, vnde eo ipſo efficitur hæres in ſua, in qua non requiritur
factum alterius, ſed hic adiuit primo ex ſua.

## LEX XXXVII.

1 *Per aditionem hæreditatis acquirit quis non ſolum dominium, ſed etiam*
*omnia iura actiuè, & paſſiuè.*
2 *Caſus, in quo dominiũ acquiritur ſine poſſeſſione, uel traditione, & ua-*
*let ſtatutum, uel conſuetudo, quòd poſſeſſio defuncti transferatur in*
*hæredem ſine noua apprehenſione.*
3 *Poſſeſſio qualiter poſſit transferri ex actu ficto non interueniente actu*
*corporali.*

1 HAeres. †Per aditionẽ hr̃ditatis acquirit qs nõ
ſolum dñium, ſed ẽt oĩa iura actiuè, &
paſſiuè.h.d.¶In tex.ibi, dñium.dic non aũr in poſſeſ-
ſionem defuncti, quia illa finitur morte, & ad hr̃dẽ
non tranſit, vt l.j.§.Scæuola.ſi quis te.li.eſſe iuſ.fu.Et poſſeſſio hę
2 redis erit noua poſſeſſio, vt l.cum hęredes.in prin.de acq.poſ.†Et
ſic no.caſum, in quo dñium acquiritur ſine poſſeſſione, vel tradi
tione, ſi tñ eſſet ſtatutum, vel conſuetudo, ꝙ poſſeſſio defuncti
transferatur in hr̃dem, valeret, & nõ requirerẽt noua apprehen
a ſio, vt eſt in ciuitate iſta,[a] & ẽt Boñ.de quo ẽt per Cy.in l.ea. C.de
ↄd.ob cauſam.qui dicit hanc conſuetudinẽ eſſe in Francia, ꝙ vi-
uus ſaginat mortuo, hoc eſt dicere, ꝙ hæres viuus ſuccedit in poſ
ſeſſione defuncti.Nam ſagina idem eſt, ꝙ poſſeſſio apud Gallos.
3 †Et qualiter poſſit transferri poſſeſſio ex actu ficto non interue
niente actu corporali, ſed fingendo, ꝙ interuenerit mediante cõ
ſuetudine, vel ſtatuto:habetur in c.ex literis. de conſue. & tangi-
tur per Bal.in l.fin.C.de ſacroſan.eccl.

ADDITIO.

a Ciuitate iſta.& etiam in regno Franciæ.nam vulgariter dicitur. le mort
ſaſiſt le vif.

## LEX XXXXIII.

1 *Qui adit portionem ſuam post repudiationem cohæredis, uidetur adiiſſe*
*hoc animo, ut pro utraq; portione oĩbus onerib. hæreditarijs teneatur.*
2 *Qui acceptat unum, uidetur ſe obligare omnib. legibus loquentib. de illo.*
*Acceptans ciuilitatem in aliquo loco, ꝙ cenſeatur ſe obligaſſe omnibus*
*oneribus ciuium.*
*Quid ſi ante ciuilitatem adeptam habebat aliquod beneficium tanquã*
*forenſis quod ciuibus non competebat.*
3 *Damnum quando habet originem a lucro, iuris ignorantia nõ prodeſt in*
*damnis uitandis ſicut non prodeſt in lucris quærendis.*
4 *Qui occidit bannitum, qui tamen erat rebannitus, ſed non erat cancella-*
*tus de libro bannitorum, an puniatur, & poſſit ſibi imputari, quare nõ*
*perquiſiuit, an eſſet rebannitus.*
5 *Paria ſunt ſcire, & ſcire potuiſſe facta diligenti inquiſitione.*

1 SI duo. † Qui adit portionem ſuam poſt repu-
diationẽ cohr̃dis, vr̃ adijſſe hoc animo,
vt pro vtraq; portione omnib. onerib. hæreditarijs
teneaẽ.h.d. In tex.ibi, {neceſſarij inſtituti.} idem vr̃ ſi,
ſint voluntarij, vt no. ꝭ.eo.l.cũ hæreditate.in fi.j.glo.¶In text.ibi,
(non poſſe recuſare.) etiã ſi velit repudiare partẽ ſuam, nę teneca-
tur omnib.creditoribus. Nec ob.l.cũ hr̃ditate. ꝭ.e.quia ibi primo
adiuerat partem ſuam, & poſtea cohęres repudiauit, quo caſu ni
hil eſt, quod ſibi imputet.vnde pp caſum inopinatum, ſi nõ vult
teneri pro vtraq; portione, conceditur ſibi, vt poſſit ſuam repu-
diare, & ambæ applicantur creditoribus:ſed ſi vellet ſuam retine-
re, inuitus haberet portionẽ cohæredis, vt ſ.eo.l.ſi quis hæres.hic
verò primo cohæres repudiauerat, & ipſe hoc ſciebat, vnde eſt
quid ſibi imputetur, quare adiuit poſtea ſuam per rõnem, quę ſe
quitur, qui.n.ſcit &c. ſecus ergo ſi ignorabat cohæredẽ adiuiſſe,
& hoc vult gl.ſuper verbo, non poſſe.nam paria ſunt cohr̃dem
poſtea repudiaſſe, uel ante, ſed poſtea ad ſui notitiam perueniſſe.
ar.in l.confirmando.& l.vtilitatem.ſ.de cõfir.tuto.& in c.poſt.de
2 exceptio.¶†Vltimò no.rõnem, quæ ſequiẽ, qui.n.ſcit &c. ꝑ quã
patet, ꝙ ille, qui acceptat vnum, vr̃ ſe obligare omnib.legibus lo-
a quentibus de illo, ſm Bal.Ex quo dico,[a] ꝙ ſi aliquis acceptat ciui
litatem in aliquo loco, cenſetur ſe obligaſſe omnib. oneribus ci-
uium, etiam ſi illa ignoret, & ſibi imputet, quare non perquiſiuit,
poſito etiam, ꝙ ciuilitas ſit ſibi conceſſa de gratia ſpeciali, & ob
eius tñ fauorem, hoc expreſsè determinant Pet.& Bal.in l.quod
fauore.C.de leg.licèt iſtum tex.nõ allegent, vbi eſt caſus.Nec ob.
quod no.Bar.in l.3.§.ſi emancipatus. ꝭ. de ↄtab.nam fateor, ꝙ ſi
ante ciuilitatem adeptam habebat aliquod beneficium tanquã
forenſis, quod ciuibus non competebat.Pone exemplum in ciui
tate Florentiæ, vbi ſemel fuit ordinatum, ꝙ ciues non poſſent eli-
gi ad lect. ſed duntaxat forenſes, aliquis forenſis fuit receptus in
ciuem, certè nõ perdit illud beneficium. ita loquitur dictum Bar.
ibidem, ſed non teneretur ad onera ciuium, quia hoc non habe-
bat ex beneficio forenſium, ſed ex eo, quia non erat ſubditus, iõ
ſi poſtea efficitur ſubditus, tenebitur ad onera per hanc l. ¶In gl.
quæ incipit (conſulendo peritiores.) videtur ergo per hanc gl. ꝙ
ſi non potuit conſulere peritiores, quia non erant in illo loco, nõ
habet locum iſta l.vt teneaẽ pro portione repudiata.hoc puto ve
rum, ſi expreſsè proteſtatus eſt, ꝙ non intendebat habere ſuam
partem, nec volebat obligari creditorib.niſi pro parte, & tũc per
mittitur ſibi repudiare partem, quam adiuit, ſicut ſi adiuiſſet an-
te repudiationem cohæredis, ut ꝭ.eodem.l.cum hæreditate. aliàs
adeundo ſimpliciter cenſetur ſe committere diſpoſitioni iuris:
& ſic tenebitur, ſi ſciebat cohæredem repudiaſſe, licèt crederet il
lam portionem non debere ſibi accreſcere inuito. & ſi dicaẽ iſta
proteſtatio deberet ſibi prodeſſe, ẽt ſi non poſſet conſulere peri-
tiores.Reſpondeo ↄrium, puto per gl. fi. huius l. quia ↄ præſum-
ptionem huius l. de qua in fi. non admittitur probatio in contra-
rium, etiam per confeſſionem partis, quia eſt fictio, & non præ-
ſumptio ſm, glo.fi. quam no. quod intelligo eo caſu, quo potuit
3 conſulere peritiores, ut in hac glo. ¶†In fi.gl.ibi:(quia originem
habet a lucro) no iſtam gl.& adde iſtum caſum ad alios, qui po-
nuntur per gl.in l.rẽa.de iuris, & fact.ign.inter quos iſte non poni
tur, quod qñ dãnum habet originem a lucro, iuris ignorantia nõ
prodeſt in damnis vitandis, ſicut non prodeſt in lucris quærẽdis,
nam ille, qui adit hæreditatem, principaliter intendit lucrari, licèt
4 in ↄñam intendit etiam obligari, tene menti hunc caſum. ¶†Vlti
b mò d.Ang.inducit tex.ad qõnem de illo, qui occidit bannitũ,[b] tñ
erat rebannitus, ſed non erat cancellatus de libro bannitorum, ꝙ
puniatur, & poteſt ſibi imputari, quare non perquiſiuit, an eſſet
5 rebannitus, uel non, † quia paria ſunt ſcire, & ſcire potuiſſe facta
diligenti inquiſitione, ut hic, & l.quod te. ſi cert.pet. Breuiter iſte
tex.nihil facit, quia loquitur de his, quæ conſiſtunt in diſpoſitio-
ne iuris, & ueniunt in neceſſariam ↄñam, prout ſunt iſta, ꝙ adeun
do vnam partem cogitur habere alteram, ne quis decedat pro
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & ꝙ teneatur creditorib.
ſed ꝙ aliquis ſit rebannitus, conſiſtit duntaxat in facto, & non ve
nit in conſequentiam banni, & ideo ſufficit, ꝙ eſſet in libro banni
torum, quia excuſatur authoritate publicæ ſcripturæ, niſi ſubſi-
ſtat aliqua cauſa, propter quam debuerit credere, ꝙ eſſet rebanni
tus, ut ſi erat de hoc publica uox & fama:aliàs non eſt ſibi impu-
tanda culpa, quare non perquiſiuit, & hoc patet ex no. per Bal.in
l.non ſolum.§.fi.de ope.no.nun.in 2.q.prin. de proteſtatione in-
hibitoria.ubi tene, ꝙ debeat fieri fides per publicum inſtrumen-
tum de rebannito ad hoc, ut ille teneatur, uel quòd ſit publica fa-
ma, ut ſ.dixi & tunc tenereẽ, non tamen de dolo, ſed de culpa, &
ſic non deberet decapitari, per ea, quæ idem Bar.no.in l. fin. ꝭ. de
adul.& uide in addi.Spec.de obligatione, & ſolutio.ſuper rubri-
ca.in fine.de iſta quæſtione.

ADDITIONES.

a Ex quo dico.Adde quod dicta refert, & ſequitur d.Alex.de Imo. in conſi.
157.col.pen.ver.quinimmo.in 2.vol.& eundem Alex.in conſ. 103. vol.
4.in fi.in dicto.2.vol.Fran.Cur.
b De illo, qui occidit bannitũ.Adde Nellũ in tractatu de bannitis.in j.pte
tertij tpis.q.2.& Alex.de Imo.in conſ.65.col.3.circa mediũ.& in conſ.
114.col.2.ver.plus dicit.in j.volu. Et adde tu, ꝙ hanc decisionem refert
d.Phil.Cor.Peru.in conſ.17.col.3.ver.& idem dicit.& vide Ang.in l.fi.in
fra.de his, q̃ in teſt.delen.ibi, ꝙ ſi quis ſit deſcriptus bannitus in plurib.
ſcripturis, ſi in vna erat caſſus, in alia non, tamen offendens excuſabitur.
& eum ibi ſequitur Cu.& Ful.in l.noſtrum.C.de te.Stra.

1 *Subſtitutus pupillariter, ſi hæreditatem pupilli adiuerit, quando uidea-*
*tur paternam adire.*
2 *Qui repudiat hæreditatẽ ex teſtamento, non uidetur impugnare iudiciũ*
*defuncti, ut perdat ex eo commodũ, dummodo ſit aliquis, qui eã adeat*

1 QVæſitum. † Qui adiuit hæreditatem pupilli ex
pupillari ſubſtitutione, uidetur adire
paternam, ſi ſolus erat inſtitutus, ſecus ſi habebat cohæ-
redem, qui adiuerat h.d.ſm uerum intellectum, quẽ
ſonat litera, & ratio colligitur ex his, quæ habentur in l.pro hære-
de.§.Papi.ſ.eod. ubi ponitur ſimilis caſus ſimilem rationem ha-
bens, & ſic debet intelligi, quando incępit iſte inſtitutus, & ſubſti-
tutus ab aditione pupillaris hæreditatis, & quæritur, an per hoc
uideatur adire paternam, ſed gloſſ. & Doct. uidentur intelligere
econuerſo, quando incępit a repudiatione paternæ, & quæritur,
utrum poſtea poſſet habere pupillarem.certè licèt etiam hoc ca-
ſu locum habeat diſtinctio huius l.tamen iſtum intellectum lite-
ra nullo modo patitur, ſi benè inſpiciatur, ideo tene præcedentẽ,
quæ eſt ipſa ueritas, & ponas caſum in extraneo hærede inſtitu-
to, & ſubſtituto filio exhæredato. Si enim filius eſſet inſtitutus,
non haberet locum diſtinctio huius l. quia uel filius adiuiſſet hæ-
reditatem, & tunc ſubſtitutus non poſſet hæreditatem pupilli ſe-
parare a paterna, vt l.ſi plurẹs.§.filio.de uulg.& pup.ſic teneretur
creditoribus paternis, cuius contrarium hic dicitur.aut filius adi-
uit, ſed repudiauit, & tunc propter exiſtentiam filij hæredis poſ-
ſet iſte ſubſtitutus habere pup.repudiando paternam, etiam ſi nõ
habebat cohæredem.Et ideo non ſequitur neceſſariò, ꝙ uolen-
do pup.cenſeatur uelle paternam, cum poſſit habere pup.ſine il-
la, ſicut quando habet cohæredem, qui adiuit.In tex.ibi, niſi attin
gat.hoc eſt contra intellectum gl.& Doct:qui ponunt caſum, ꝙ
incępit ab aditione paterna.¶In tex:ibi, {nam qui iudicium paren
tis impugnauit.} iſtam rationem declara ſic, nam ſi adeũdo pup.
non

non videret adiuiſſe paternã, ſequeret, ꝙ poſſet illã paternam poſtea repudiare, & ſi repudiaret, impugnaret iudiciũ defuncti, quia ipſum ſpernit, & per ꝯñs non deberet ex illo conſequi vtilitatem, arg. in l. filium. §. omnibus. de leg. præſtan. Ex quo ipſe igitur voluit habere vtilitatẽ hr̃ditatis pup. ſequitur, ꝙ voluit non poſſe iudiciũ patris impugnare: & ſic non poſſet repudiare, & hoc idem
2 importat quod adire. † Sed iſta rõ Iul. non eſt bona: quia ſequeretur, ꝙ etiã ſi haberet cohr̃dem, quia adiuiſſet, idẽ eſſet, qñ adhuc ſubeſſet iſta rõ, nec eſt verũ, ꝙ qui repudiat hr̃ditatem ex teſtõ videatur impugnare iudiciũ defuncti, intantũ, ꝙ perdat ex eo commodum: dummodo ſit aliqs qui adeat eã, vt ). de le. j. l. filio a patre, vbi eſt caſus, ideo reiecta hac rõne, Iuriſconſultus determinat aliter cũ diſtinctione, quæ ſequit̃, aut non habebat cohæredẽ: & tunc quia non eſſet per cuius aditionẽ pup. ſubſtõ confirmetur adeũdo ex pupillari vr̃ adire pr̃nam. quia qui vult vnũ, uult aliud, ſine quo illud velle non põt: aut habebat cohr̃dem qui adiuit, & tunc quia ceſſat iſta rõ, non videtur adire paternam, cum poſſit habere pupillarem abſq ſua aditione, vt in d. §. Papi quod declara, vt ibi dixi qñ cohr̃s iam adiuerat, aliàs ſecus, & ita intellige hic. Ex hoc ſequitur, ꝙ iſta l. debet intelligi, qñ iſte inſtitutus, & ſubſtitutus erat extraneus, ſi. n. eſſet ſuus, tunc etiam repudiata paterna, poſſet habere pupillarem: quia ꝑꝑ exiſtentiam ſui hr̃dis confirmaretur ſubſtõ, etiam exhr̃dati, vt ). l. proxi. vbi caſus, & ideo adeundo pup. nõ cenſeretur ſe immiſcere paternæ, cum ſine iſta immixtone poſſit habere pu. Adde & tertiam limitationem, nã intelligo iſtam l. qñ iſte extraneus fuit ſubſtitutus pu. nõ tanꝙ hr̃s, per illa verba, quiſquis mihi hr̃s erit, ſed nominatim: aliàs nõ poſſet hr̃e pup. ſine paterna, etiam ſi haberet cohr̃dẽ, qui adiuiſſet, vt l. qui liberis. de vul. & pup. Et iſta no. quia non tanguntur ꝑ Doc. & tñ ſunt ſubſtantialia ſine quibus iſta l. non poteſt intelligi.

## LEX XLI.

2 *Extraneus ſi fuit ſubſtitutus filio exhæredato, quòd exiſtentia ſui hæredis iſtius filij repudiantis non confirmet tabulas pup. ad commodum illius extranei.*

1 **Filius.** † Exiſtentia ſui hr̃dis, etiam nuda ꝑꝑ abſtenſionẽ confirmat. pu. ad commodũ ipſius & ſui hr̃dis, vt poſſit pu. ſuccedere ẽt exhæredato. h. d. & ſemper allegatur. ſimiliter ad commodum ſuum, vt poſſit ſibi ſuccedi: vt ). l. proxi. & l. ſi pater. de priui. credi. ¶ In gl ibi: {vel dic ſpirituale in filio abſtinente.} hæc vera, & cõiter tenetur per oẽs, qa aliæ
tamen efficitur de neceſſario uoluntarius.*

*Donatio cohæredis extranei,non tollit exiſtentiam ſui,& neceſſarij hæ
redis.*

5 *Si adiuit hæreditatem pro parte mea,poſtquam cohæres meus repudia-
uit ſuam cogor acceptare portionem cohæredis, nec poſſum repudiare
meam.*

5 *Quid ſi poſtquam adiui pro parte mea, cohæres meus poſtea repudiauit. & uide num. 1.*

6 *Quid ſi hæres meus adiuit, ſed poſtea beneficio reſtitutionis in integrum reſtituitur, ut repudiet.*

1 CVm hæreditate. †Ille, qui adiuit hęreditatem propter cohæredem poſtea repudiantem, poteſt portionem, quam adiuit, repudiare, ſi non vult portionem cohęredis, ne pro illa teneatur vltra vires hæreditatis, ſi tamen creditores contenti eſſent ipſum non conuenire vltra vires, niſi pro portione, quam adiuit, tunc non poterit illam repudiare, & erit hęres etiam in repudiata: tamen non tenebitur ad onera illius, vltra vires illius hæreditatis, & idem in hærede eius. h. d. iſta lex ſingulariſſima cum l. ſeq. quàm neſcio alibi. ¶ In tex. ibi, {conditio cohæredi} ſubaudi, qui adiuerat, & nunc nolebat portionem cohæredis poſtea repudiatam, quia hæreditas erat dãnoſa, nec teneretur creditoribus vltra vires illius dimidiæ, cum grauetur in ſua dimidia, non poteſt hoc facere creditoribus nolentibus, ſed poſſunt creditores dare ſibi electionem, vt vel totam accipiat, vel a tota recedat, ſi tamen contentaretur creditores non conuenire ipſum vltra vires hæreditatis, niſi pro dimidia, quam adiuit, tunc portio repudiata accreſcet ei, ne defunctus decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: vel cum hærede pro parte, & pro parte ſine, tamen non poteſt conuenire ipſum vltra vires pro illa portione repudiata, ſed ſolũ pro illa, quàm primo adiuit, & altera dimidia tradetur eis, vel hęres pro viribus eius reſpondebit eis, vt j. ſequitur ſm diuerſas lect. gl. coguntur ergo creditores dare hanc electionem, ſi non cõtentantur de eo, ꝙ hæres vult, & propter hoc hæres poteſt eos ad iudicium vocare, & petere eos compelli ad hanc electionem dandam, vel expectare, ꝙ conueniantur inſolidum, & tunc per viam exceptionis opponet beneficio huius le-
2 gis, qđ emanauit propter ipſum, & eius fauorem ſm Bart. † & ſic no. caſum, in quo receditur a rigore iuris propter æquitatem ſuperuenientis caſus incogitati, quia de rigore hæreditas adita non
3 repudiatur, regulariter fallit hic. ¶ † Et aduerte, quia plures limitationes recipit hec lex. Primam ponit Bar. in l. teſtamento. C. de im pub. & aliis ſubſtituti. quam Ang. ſibi appropriat hic, & dicit non eſſe ab alio dictum, quam ab eo, ſed fortè Bar. non vidit ibidem, ꝙ habet locum. quando in portione cohæredis repudiata ille nõ fuit ſubſtitutus. Et ſic deuoluitur per ius accreſcendi, ſi autẽ erat ſubſtitutus, quia deuoluitur expreſſà diſpoſitione defuncti, quã ignorare non potuit, cogitur illam accipere inuitus, nec creditores coguntur iſtam electionem ei dare: quia eo ipſo, ꝙ adiuit, cenſetur ſe obligaſſe ad recipiendum aliam partem, in qua erat ſubſtitutus vulgariter, ſicut obligatur ad recipiendum hæreditatem pupilli, in qua eſt ſubſtitutus pupillariter, vt infra eo. l. qui patri. Eſt hæc ſingularis limitatio, ſed quãdo deuoluitur per ius accreſcendi, quia illud eſt ex diſpoſitione legali, non ſic ſibi imputatur, ſi iſtum caſum non præuidit. ¶ Aliam limitationem ponit Bar. hic, vt habeat locum, quando erant creditores, qui volebant ipſum conuenire vltra vires hæreditatis, ut hic patet. Sed ſi nulli erant creditores, vel hæreditas erat ſoluendo, tunc non ſubeſt æquitas huius l. ideo cõpellitur recipere portionem repudiatam, nec poteſt dimittere ſuam, nam ad hoc, vt poſſit, requiritur, ꝙ electio detur ſuis creditoribus, vt circa fin. ibi, {quia non poteſt exonerare &c.} Et hoc inducit Bart. ad q. quam habui de facto, uide per eum. ¶ Tertia, & vltima limitatio, quia non haberet locum hodie iſta l. ſi confectum eſſet inuentarium, quia tenetur creditoribus hæreditariis vltra vires, ſed ſi non eſt confectum, dicit Bart. ipſum etiam hodie locum habere, quia licèt grauetur propter hoc vltra vires hæreditarias, etiam quò ad legata, tamen quod patiatur iſtam, pœnam, vt perdat beneficium huius legis, non reperitur iure cautum ſecundum eundem Bar. quod eſt etiam notabi-
4 le, ¶ † No. in ver. {neceſſarius,} Nam allegatur, ꝙ quando hæres ſuus, & neceſſarius habet cohęredem etiam extraneum non propterea efficitur de neceſſario voluntarius, vt patet hic in iſto ver. {neceſſarius,} & in eo, quod infra ſubiicitur, cohæredi, ſiue extraneo. datio ergo cohæredis extranei non tollit exiſtentiam ſui, &
a neceſſarij hæredis, [a] vt hic, & s. eod. l. pro hærede. §. pen. ver. nam cum. vbi habebat cohæredem extraneum, & tamẽ dicitur, quòd abſtinet beneficio prętoris, ſed ſi non eſſet neceſſarius, abſtineret de iure ciuili, licèt autem non tollatur, impeditur tamen eius effectus quantum ad ea, quæ dependent ex teſtamento, quia non confirmantur propter exiſtentiam ſui hęredis, vt l. apud Iulianũ, §. idem Iulianus. ad Trebel. ſecus quantum ad ea, quæ ex teſtamento non dependent, vt eſt tranſmiſſio hæreditatis, non aditæ iure ſuitatis; illa enim non impeditur, licèt habeat cohæredem extraneum, vt l. 3. C. de iur. deliber. vbi caſus, ſi tamen cohæres repudiaret, haberetur pro non dato, & ſic illa exiſtentia recuperaret vires ſuas etiam quantum ad illa, quæ ex teſtamento dependent, vt no. Bal. in d. l. 3. quando autem habet cohæredem ſimiliter ſuum indiſtinctè, exiſtentia ſui hæredis non perdit effectum
5 ſuum in aliquo, vt l. ſi filius, qui patri de vulg. & pup. ¶ † Vltimò debes ſcire, ꝙ tres ſunt caſus. Interdum adiui hæreditatem pro parte mea, poſtquàm cohæres meus repudiauit ſuam: & tunc non loquitur iſta lex, ſed l. duo. s. eod. vbi indiſtinctè cogor acceptare portionem cohæredis, nec poſſum repudiare meam. Interdum adiui, antequam cohęres meus repudiaret, uel etiam adiret ſuam, & poſtea repudiat, & tunc habet locum iſta l. cum his, quę
6 s. dixi. † Interdum cohęres meus etiam adiuit, & poſtea beneficio reſtitutionis in inte. reſtituitur, vt repudiet, non habet locum iſta l. ſed l. ſi minor. j. eod. quia indiſtinctè non cogor eam acceptare, ſed traditur creditoribus, quia beneficium ſingulare ipſius non debet redundare in alterius preiudicium quoquo modo, vt l. im puberi filio. de admi. tut. non ſic quando repudiat de iure communi, quia nunquam adiuerat: tunc enim in aliquo mihi nocet, vt hic, quia ius commune potentius eſt, quàm priuilegium. contra illam tamen l. ſi minor. uidetur tex. in l. antepen. infra ad Treb. per quam uidetur, ꝙ debeat eſſe idem quod hic etiam quando repudiat ex priuilegio ſpeciali, & iſtud contrarium format gloſſ. ſuper ver. tota. in fi. & reſpondet. Sed dic, ꝙ repudiatio, quæ fit ex priuilegio, non nocet in aliquo cohęredi, & ita loquitur d. l. ſi minor. quia cohęres ab illo nullum cõſequitur commodum: ergo nec incommodum debet ſentire: ſed bene nocet fideicommiſſario uniuerſali, cui ille reſtituit partem hęreditatis, & poſtea ſe abſtinet a portione, quę ſibi remanſit per reſtitutionem in inteſt. nã fideicommiſſarius alterius partis tenetur illam acceptare, uel ſuã repudiare, ſicut hic: & ita loquitur illa l. antepen. quia ſenſit commodum ex aditione illius hęredis: unde non debet dedignari ſuſtinere etiam incommodum. Super glo. fin. ibi, {& pro parte a ſe adita tantum ſentiat onus.} ſubaudi vltra uires hęreditatis, nam uſque ad uires ſuſtinet etiam pro parte repudiata, aliàs ſequeretur abſurdum, & incõueniens, ꝙ lucraretur cum aliena iactura, & ita etiam intellige quod infra ſubijcitur in gl. dum dicit, & uelint eſſe contenti conuenire pro ſua portione tantum, ſubaudi ultra uires hęreditatis.

ADDITIO.

a Sicuti nec impedit iuris deliberandi tranſmiſſionem nec per tit. de his, qui ante aper. tab. ſecundum Bal. in l. 3. 2. col. & ver. item aduerte. C. de hęr. inſt. & in l. 1. ad prin. per illum tex. ver. ſeu cum extraneis. ut ibi not. C. de his, qui ante aper. tab.

LEX LVI.

1 *Seruus neceſſarius hæres habet a Prætore beneficium abſtinendi ſi ſe ſolenniter non immiſcuit: quid ſi ſe immiſcuit.*

2 *An intentio creditorum ſit probata eo ipſo, quòd probauerunt illum eſſe filium defuncti, licèt non probauerint illum ſe immiſcuiſſe.*

1 NEceſſarijs. † Seruus neceſſarius hęres ſi ſe non immiſcuit, põt ſe abſtinere a beneficio pretoris mortui, abſq; eo, ꝙ iudicẽ ſuper hoc adeat. Idem ſi ſe immiſcuit, tñ immixto non valuit, quia erat pupillus, & hoc fecit ſine tutoris authoritate. Si aũt ualuit, tunc nõ poteſt ulterius ſe abſtinere de iure communi: Sed ſi ſit minor xxv. poteſt de iure ſpeciali per beneficium reſtitutionis in integrum, neceſſarius uerò tñ, ut ſeruus beneficium abſtinendi non habet. h. d. tota lex. licèt ergo ſuus hęres, qui repudiauit, poſſit adhuc mero iure reuocare reuocationem, & adire ẽt ſi ſit maior, ut l. ſi quis ſuus. de iu. delib. non ſi ſic adiuit, uel ſe immiſcuit, poteſt mero iure abſtinere, ut hic, ſed ſolum ex priuilegio reſtitutionis in integ. ¶ In tex. ibi, {proconſul poteſtatem facit} l. ſi non immiſcuerit, ut j. uer. puberibus quidem. ¶ † In text. ibi, {iure ciuili teneatur.} iſte tex. inducitur pro, & contra ad illam queſtionem an intentio creditorum ſit fundata eo ipſo, ꝙ probauerunt illum filium defuncti: licèt non probauerint illum ſe immiſcuiſſe, & primo, ꝙ ſit fundata, facit iſte tex. dum dicit, iure ciuili teneantur. & j. dum dicit, ꝙ actio non detur contra eum, ſi uelit hereditatem derelinquere, ergo niſi allegauerit abſtentionem, debet condemnari. In contrarium dum dicit, ꝙ actio non detur. & ſupra eo. l. ei, qui, ubi uidetur caſus, & iſtam partem tenet hic gl. datur ergo actio mero iure, ſed non cum effectu, ſicut quando actio ſperatur nouari in conditionis euentum, nam antequam nouetur, competit, & poteſt mero iure intentari: tamen erit ſine effectu; quia obſtabit exceptio, quæ ſi iudici eſt notoria ut iudici poterit reum abſoluere, etiam ſi non fuerit oppoſita iuxta no. per Bar. in l. eum qui. §. qui ita. de uerb. oblig. ſed hęc eſt notoria, quia conſiſtit in iure ſcripto.

LEX LVIII.

1 *Nomen, hæres. non cadit in ſeruo, cum ſit de iure ciuili, quo iure ſeruus pro nihilo habetur.*

2 *Quòd quis portionem hæreditatis, in qua eſt conſtitutus, conſequatur a ſeipſo in cohærede; nec teneatur alteri pro illa.*

EX parte. Seruus etiam ex parte inſtitutus eſt neceſſarius hęres, licèt eius cohęres nondum adierit, niſi ſit inſtitutus ſub condi-
2 tione, ſi cohæres adiuerit, hoc dicit. ¶ † In text. ibi, {liber,

ber,& hæres ſit.}uidebatur cõtrarium, quia non poteſt effici hę
res,niſi ſit liber:hoc enim nomen hæres,non cadit in ſeruo cum
ſit de iure ciuili:& illo iure ſeruus pro nihilo habetur.l.quod atti-
net. de reg.iur. ſed liber non videbatur poſſe effici, niſi cohæres
adiuerit,& per illius aditionem datio libertatis ſit cõfirmata. Sed
ad hoc reſpondetur ). ꝙ illam libertatem non conſequitur a co-
hærede,vel per aditionem illius, ſed a ſemetipſo nam ſtatim mor
tuo domino,ſimul,& ſemel efficitur,& liber,& in ordine intelle-
2 ctus prius liber,quàm hæres:licèt non in ordine tẽporis.¶†Not.
ergo hic, ꝙ quis portionem hæreditatis in qua eſt inſtitutus con
ſequitur a ſeipſo,non a cohærede,& propter hoc reprehenditur
gl.quæ eſt in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iu.& fac.ign. quæ vr̃ velle,
ꝙ alter alteri teneatur ciuiliter,& naturaliter pro portione cuiuſ-
libet eorum danda hincinde,& ſi teſtũ ſolenne teneatur natura-
liter,quod non eſt verum:nam portionem tuam recipis a te, nõ
a me:ideo non ſum tibi pro illa obligatus,nec econuerſo, vt hic,
& s̃.de hær.inſti.l.ſed,& ſi in conditione.§.fi.& ibi hoc tangit Bal.
& Bar.in d.l.ſi poſt diuiſionem:ſed quantũ ad implendam diſpo-
ſitionem defuncti circa aliàs perſonas,benè obligatur alter alteri:
& ideo alter poteſt alterum compellere, vt ſi teſtator mandauit
aliquid fieri ad piam cauſam, & cohæres meus non curat imple-
re:poſſum agere contra eum iudicio fa. erciſc. quia intereſt mea
voluntatem defuncti implere, vt fam.erciſc.l.is ꝯñr.§.j.

## LEX LIX.

2 *Ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredem,& ſi eſt coniunctum cum pu.*
*ſubſtitutione trahit ab ea duplicem naturam contra ſuam propriam.ſ.*
*ut habeat locum poſt aditam hæreditatẽ,& ut trahatur ad omnia bo-*
*na impuberis.*
3 *Ius accreſcendi propriè non habet locum poſt aditam hæreditatem,ſed ſo*
*lum ex impedita acquiſitione a principio.*
4 *Quòd propriè habeat locum in portione eiuſdem hæreditatis,& non di-*
*uerſarum.*
5 *Si deceſſit ſubſtitutus antequam pupillus relicto extraneo hærede, & po*
*ſtea moriatur pupillus, an hæres primi decedentis compellatur agno-*
*ſcere hæreditatem pupilli.*
6 *Neceſſitas,an tranſmittatur ad hæredem ſubſtitutum. & nu.1.*
7 *Pupillus ſi fuit exhæredatus,& extraneus inſtitutus,& ſubſtitutus, an*
*fauore pupilli,ut habeat hæredem,hæreditatis eius fingatur eſſe portio*
*hæreditatis paternæ, & ſic an habeat locum iſta lex.*
8 *Quid ſi pupillus fuit unà cum extraneo inſtitutus, & portionem ſuam*
*repudiauit.*
9 *Si pupillus fuit inſtitutus inſolidum, & filiæ fœminæ fuit relicta iure in-*
*ſtitutionis certa quantitas,quam ipſa acceptauit,& fuit ſubſtituta pu*
*pillo,ſi pupillus poſtea moriatur in pup.ætate,an in perſonam filiæ,uel*
*hæredis eius habebit locum iſta lex.*
10 *Si pupillus uniuerſaliter inſtitutus fuit ſubſtitutus illi filiæ inſtitutæ in*
*certa quantitate,& adiuit paternam,deinde illa moriatur in pu.ætate*
*relictis plurib.alijs bonis,an pupillus cogẽ habere hæreditatẽ ſororis.*

1 **Q**Vi patri. †Qui adiuit hæreditatem paternã
cogĩt recipere pupillarẽ,in qua fuit
ſubſtitutus, & idem in hærede eius, ſi deceſſit ante-
quam pupillus. hoc dicit in effectu, & eſt difficilior
lex huius tituli in intellectu ſui propter difficiliora contraria, Et
primo ponitur vnum dictum in ipſo inſtituto,eodemque ſubſti-
tuto,uſque ibi,quòd ſic.Secundo ponitur aliud dictum in hære-
de eius.vſque ibi, {nam ſi ipſum.} Tertio ponitur ratio ſecundi di
cti, & etiam extenſio de primo ad ſecundum, vel tertium hære-
dem & deinceps. Sumatur etiam ſecundum intellectum Dyn.
2 † & Bar.qui fuit etiam glo.hoc modo.Ius accreſcendi tranſmitti-
tur ad hæredem, & ſi eſt coniunctum cum pupillari ſubſtitutio-
ne trahit ab ea duplicem naturam,contra ſuam propriam, vide-
licet, vt habeat locum poſt aditã hæreditatem, & vt trahatur ad
3 omnia bona impuberis.h.d.† Nam ſecundum propriam naturã
a ius accreſc.non habet locum poſt aditam hæreditatem, [a] ſed ſolũ
ex impedita acquiſitione a principio, vt patet ). eo. l. ſi minor. vbi
ſi minor adiuit,licèt poſtea ſit reſtitutus aduerſus aditionem,nõ
compellitur cohæres ſuam portionem recipere: quia ius accre-
ſcendi fuit extinctum per aditionem:ſecus ſi non adiuiſſet, ut ſu-
pra.eod.leg.qui ex duabus.§. fi. ſed hic habet locum poſt aditam
hæreditatem,etiam ſi aditio non ſit reſoluta per reſtitutionem in
4 integrum.¶†Item ius accreſcendi habet locum in portione eiuſ-
dem hæreditatis.non autem in hæreditatem pupilli,quę erat con
iuncta cum paterna, propter aditionem pupilli. Debet enim po-
ni caſus, quòd pupillus fuit inſtitutus vnà cum extraneo: & ſic
fuit ille extraneus pupillariter ſubſtitutus,vterque ipſorum adiuit
hæreditatem, poſtea moritur pupillus in pupillari ætate ſubſtitu-
tus recuſat habere hæreditatem ipſius,dicitur hic,quòd non po-
teſt,ſed compellitur eam recipere, ſicut compelleretur recipere
portionem hæreditatis paternæ, in qua pupillus fuit inſtitutus ſi
eam pupillus repudiaſſet, vt s̃.e.l. qui ex duabus.§.fi.præciſè non
poteſt repudiare ſuam: quia textus ſimpliciter loquitur, & ita in-
intelligit ipſum Ang. notabi. & benè.hoc idem habetur in l. qui-
dam eulogio.C.de iure delib.vbi etiam fit iſta comparatio de plu
ribus portionibus eiuſdem hæreditatis ad hæreditatem pupilli,
ut ſicut ille qui adiuit vnam portionem,cogitur ſuſcipere alias,ita
& cogatur ſuſcipere hæreditatem pupilli tanquàm ſit pars hære-
5 ditatis paternę. † Sed ponamus, quòd deceſſit ſubſtitutus ante-
quã pupillus relicto extraneo hærede, poſtea moritur pupillus,
an hæres primi decedentis. compellatur agnoſcere hæreditatem
pupilli?uidetur,ꝙ non.immo ꝙ nec poſſet,ſi vellet,quia ſubſtitu-
tio pupillaris expirauit per mortem ſubſtituti, nec ſpes eius eſt
tranſmiſſa ad hæredem, vt l.qui habebat.s̃.de vulg.& pupil.Con-
trarium reſpondetur,ꝙ immo neceſſe habet illam agnoſcere, &
aſſignatur ratio, quia defunctus adeundo hereditatem patris, ſe
obligauit ad recipiendam hæreditatem pupilli,ſed obligatio trãſ-
mittitur ad hæredem obligati,& ſic hęreditas pupilli propter hãc
obligationem coniungetur cum hæreditate paterna, ſicut con-
iungitur portio accreſcens alteri portioni.¶Nam ſi pupillus non
adiuiſſet paternam: & poſt mortem ſubſtituti repudiaret pupil-
lus ſuam portionem. hæres illius ſubſtituti cogeretur illam por-
tionem recipere iure accreſcendi, infra de ſuis,& legi.l.ſi ex pluri-
bus.ergo, & nunc hæreditatem pupilli ad ſimilitudinem iuris ac-
creſcendi. Ex quo ſequitur, quòd hic locum habeat non ſolum
in primo hærede, ſed etiam in quocunque alio, puta ſecundo,
6 uel tertio.¶† In text.ibi, {pupillo quoque hæres neceſſarius erit.}
ideſt ex neceſſitate propter pręambulam aditionem,non autem
intelligas propriè prout ſumitur in l.ſed ſi plures.§.quos poſſum.
de vulg.& pupil.ſecundum Bart. & in hoc dicto lex iſta non re-
peritur alibi. Nam in primo dicto benè reperitur in dict. l. quidã
eulogio.Sed quòd iſta neceſſitas tranſmittitur ad hæredem ſub-
ſtitutum,hoc eſt peregrinum hic, quia uidebatur cõtrarium per
dictam l.qui habebat.de vulg.& pup.& l.ſed ſi plures.per quas vi-
detur ſubſtitutio extingui,ſed gloſſ.& etiam Dyn.& Bart. faten-
tur,quòd ſubſtitutio fuit extincta, & quod iſte hæres ſubſtituti
non ueniet virtute ſubſtitutionis, ſed virtute iuris accreſcendi,
quod erat coniunctum cum pupillari ſubſtitutione,& ſi dicatur,
non poteſt habere locum ius accreſcen. poſt aditam hæreditatẽ,
nec etiam in hereditate penitus diuerſa.Reſpondetur uerum eſ-
ſe in iure accreſcendi regulari, ſed hic eſt irregulare propter con-
iunctionem, quam habet cum pupillari ſubſtitutione a qua tra-
hit duplicem naturam, ut ſupra dixi.nam pupillaris ſubſtitutio lo
cum habet poſt aditam hęreditatem per pupillum, & trahitur ad
oĩa bona impuberis. Idem ergo in hoc iure accreſc. ¶ Sed con-
tra de dict.l. ſed ſi plures. vbi hæres illius primi præcedentis nullo
modo uenit, ſed ſolum alij ſuperſtites ſubſtituti Sol. hic non erat
ſubſtitutus,niſi iſte qui deceſſerat. Si autem plures fuiſſent ſubſti-
tuti,fateor contrarium, quòd quantum ad unum præcedentem
extingueretur non ſolum ſubſtitutio, ſed etiam ius accreſ. & alij
ſubſtituti ſuperſtites uenirent. quia potentius ius habent, & hoc
voluit hæc glo.circa med.ibi.tunc enim ei præferentur,& clarius.
). eo.l.toties.iſtum intellectum ſequitur Dyn.& Bart.& ẽt Ang.
hic.& Bal.in d.l.quidam eulogio.in pen.col.ubi examinat intelle-
ctum huius l.ſed idem Bald.hic recitat, vel refert opi.Iac. de Rap.
& Cyn.ꝙ immo ſubſtitutio nõ euaneſcat,& ſic hæres iſtius ſub-
ſtituti habet iure ſubſtitutionis propter rationem,quæ hic ſubijci
tur in tex.qui defunctus adeundo fuit obligatus ad recipiendam
hæreditatem pupilli, & per iſtam obligationem hęreditas pupilli
accedit huic hęredi, ne iure accreſcen.offendantur illę regulę, &
natura iuris accreſcen.ſed iure ſubſtitutionis, tamen ad ſimilitu-
dinem iuris accreſcen. quia ſicut illud tranſmittitur ad hęredem,
ita & hoc caſu, ſpes ſubſtitutionis pupillaris. Nec ob. l.qui habe-
bat, quia fallit hoc caſu propter hanc aditionem paternam, quia
eſſet obligatus ad recipiendam pupillarem propter naturam ob-
ligationis, aliàs non tranſmitteretur ad hæredem, & ſic ſoluitur,
etiam aliud contrarium de l.ſi ex pluribus.de ſuis, & legi. & l. to-
ties.). eo.& iſtam opin.videtur hic ſequi Bald.& mihi plus placet,
quàm pręcedens.Nec ob.tunc d.l.ſed ſi plures.ubi ille,qui deceſ-
ſerat,adiuerat,ſic & erat obligatus,& tunc non tranſmittit ad hę-
redem eius, ſed ſolue, vt s̃. quia ibi erant alij ſubſtituti, qui pote-
rant venire iure regulari, ideo excludunt hæredem præmortui,
qui venit iure quodammodo irregulari,ſecundum Bald.& hanc
opin.confirmo,quia ſi ius accreſc. iunctum cum pupillari ſubſti-
tutione trahit ad eam duplicem naturam pupillaris ſubſtitutio-
nis,eodem modo illa pupillaris iuncta cum iure accreſcendi de-
beret ad ſe trahere naturam illius iuris accreſcendi, ut ſicut illud
tranſmittitur ad hæredem,ita & iſta pu.ſubſt.licèt hoc non ſit de
ſui natura regulariter. Præterea nec videtur, quod dicunt Doct.
ꝙ ius accreſcendi propter coniunctionem, quam habet cum
pup. trahat ad ſe naturas pupil. poſtquam dicunt pupil. extingui
per

ADDITIO.

a Hæreditatẽ.Vt conſtat ex l.j.ad fi.ff.de vſuf.acc.qđ limitabis tñ ut p Ang.
in Auth.de hęr.& Fal.§.ſi quis.ad fi. col.j.& vide hic eundẽ Ang. cũ Bar.

per mortem, quia ſic remanet ius accreſc. nudum, & abſtractũ a pup. ſubſt. vnde non poteſt ab ea recipere fomentum, & hanc rationem pulchram, & ſubtilem format hic Bald. contra communem intellectum. non ergo poteſt ſtare fundamentum Doctorum: neceſſe eſt ergo, ꝙ eamus ad aliud fundamentum de obligatione prædicta, propter hoc poteſt defendi, ꝙ ſubſtitutio
7 non fuerit extincta. ¶ † Ex prædictis ſequitur ſecundum iſtum intellectum, quòd iſta lex poteſt habere locum etiã quando pupillus fuit exhæredatus, & extraneus inſtitutus, & ſibi ſubſtitutus, nam adhuc viget eadem ratio obligationis, quia fauore pupilli, vt habeat hæredem hæreditas eius, fingitur eſſe portio hæreditatis paternæ, ſed gl. j. in princ. innuit contrarium, dum intelligit, ꝙ hic fuit inſtitutus, & idem Ang. dicens, ꝙ ſi erat exhæredatus pupillus, non erat coniuncta cum hæreditate paterna, in qua coniunctione fundatur deciſio huius l. Sed tu dic, ꝙ tex. non debet intelligi de coniunctione, quam facit pupillus per ſuam aditionem, quia fateor, ꝙ illam non poteſt facere hoc caſu, ſed loquimur de coniunctione, quæ fit de hæreditate pupilli cum hæreditate paterna in perſonam ſubſtituti, vel hæredis eius, tunc enim coniungitur cum eis inuitis & accedit, & ita ſonat litera, & eſt de mente Dom. Iacob. de Rap. vt loquatur per modum ſimilitudi-
8 nis, quando portio iure accreſcendi accedit portioni. † Ex his etiã ſequit, ꝙ ſi pupillus fuit inſtitutus vnà cũ extraneo, & repudiauit portionem ſuam, adhuc habeat locum iſta lex, quia portio repudiata accreſceret inuito, & ſi poſtea decedat in pupill. ætate, ſua hæreditas virtute ſubſtitutionis deuoluitur ad inuitum, non ergo refert in pupillo, vtrum adiuerit, vel non, ſed benè refert in ipſo ſubſtituto, quia ſi nõ adiuiſſet, non eſſet obligatus, & hoc tenuit Azo in j. glo. ſed Doct. tenentes intellectum glo. dicunt contrarium, quòd ſi pupillus non adiuiſſet, hæreditas patris non eſſet coniuncta cum hæreditate pupilli. Sed dic, vt ſupra dixi, quòd hic non loquitur de coniunctione, quæ fiat per aditionem pupilli.
9 ¶ † Ex his etiam ſequitur alius magnus effectus, ponamus, ꝙ pupillus fuit inſtitutus inſolidum, & filiæ fuit relicta iure inſtitutionis certa quantitas, quam ipſa acceptauit, & fuit ſubſtituta pup. & ſi pupillus poſtea moriatur in pup. ætate, an in perſonam filię, vel hæredis eius locum habebit iſta lex? Bald. tangit in dict. l. quidam eulogio. in vltim. colum. & videtur tenere, quòd ſic, ſed contrarium videtur verius, quia cum non ſit hæres vniuerſalis, non in ea contracta eſt iſta obligatio, quæ contrahitur per aditionem: quæ aditio non fit in certa quantitate, ſed in vniuerſa hæreditate.
10 † Item econuerſo ſi pupillus vniuerſaliter inſtitutus fuit ſubſtitutus illi filiæ inſtitutæ in certa quantitate, & adiuit paternam, deinde illa moritur in pupillari ætate habens plura alia bona, vtrum pup. cogetur habere hæreditatem ſororis? & clarum eſt, quòd ſi viuat, tenetur, ſed ſi moriatur antequam pupilla, tenet hic Ange. quòd in hęrede eius non habet locum iſta lex, quia hæreditas pupillæ, quæ non erat inſtituta vniuerſaliter, non erat coniuncta cũ hæreditate patris. tu dic contrarium, vt ſupra dixi, & pro prędicta opin. quæ eſt ipſa veritas, facit l. qui ex duabus ſupra eod ſecundũ intellectum, quem ibi tenet Bart. vbi uulgaris ſubſtitutio, ſeu inſtitutio conditionalis iuncta cum iure accreſcendi transmitti ur ad hęredem, ſi non erant alij ſubſtituti, ſicut ergo inſtitutio, & ſubſtitutio vulgaris iuncta cum iure accreſcendi efficitur illius naturæ, ut ſit tranſmiſſibilis, idem & in pupillari fauore filij, ut habeat hæredem ex teſtamento, & idem puto in exemplari, per quam ſucceditur filio, quod tangit hic Ang. ut in ea habeat locum iſta l. ſecundum tamen communem intellectum, & ego dicam ſimiliter locum habere ſecundum alium intellectum. ¶ In glo. fin. ibi, Reſpondeo hic per proprium nomen, ibi per appellatiuum. Bar. & Bal. reprehendunt iſtam gloſ. quia maior ratio extinguendi eſt, quando per nomen proprium, quàm quando per appellatiuum, ſed Bal. in d. l. quid ameulogio. circa fi. videtur iſtam tenere, & limitat iſtam l. inquantum dicit tranſmitti ad hæredem, vt non habeat locum, ſi teſtator dixiſſet, ſi pupillus deceſſerit in pup. ætate, ſubſtituto ſibi ſuperſtitem; uel per hæc verba, quiſquis mihi hæres erit. quia cenſetur habuiſſe reſpectum ad ipſum primum hæredem. Breuiter tenendo intellectum, qui ſequitur in glo. quòd hæres ueniat per ius accreſcendi, non iure ſubſtitutionis, non refert, qualiter fieret ſubſtitutus, quia ius accreſcendi ſequitur hæredem hæredis indiſtinctè, ſed tenendo, quòd veniat iure ſubſtitutionis, vt Bal. tenet hic, tunc poteſt procedere limitatio, quam Bald. facit ibi, quia teſtator ſubſtituendo per illa verba: videtur ſe reſtrinxiſſe ad primum, tamen adhuc videtur contrarium, quia idem ſi per proprium nomen; ideo uidetur indiſtinctè dicendum, quòd cum obligatio utroq; caſu extendatur ad hæredem, eodem modo ius ſubſtitutionis. ¶ In glo. ibi, uel hic. hanc tenent Doct. & eodem modo reſponde ad ſequentia contraria. tu dic, vt ſupra dixi.

## LEX XL.

1 *Qui adit hæreditatem ab inteſtato, uidetur repudiare ex teſtamento.*
2 *Illa uerba, ſi hæres non erit, appoſita in ſubſtitutione uulgari, & relata ad illum, qui poteſt ſuccedere ex teſtamento, & ab inteſtato, intelliguntur, ſi hæres non erit, ſcilicet ex teſtamento.*

1 **L. Filium.** † Qui adit hæreditatem ab inteſtato videtũ repudiare ex teſtamẽto: ex quo ſequuntur duo: quia facit locum ſubſtituto uulgari, & eius aditio nihil valet
2 quia ceſſat cauſa inteſtati, qñ ſupereſt cauſa teſtati. h. d. † Et ſic nota, ꝙ illa uerba, ſi hæres non erit. appoſita in ſubſtitutione uulgari relata ad illum, qui poteſt ſuccedere ex teſtamento, & ab inteſtato, intelliguntur ſi hæres non erit ſcilicet, ex teſtamento: ſi enim intelligerentur, ex teſtamento, uel ab inteſtato, tunc non fieret locus ſubſtitutioni uulgari, & valeret aditio ab inteſtato, & excluderet ſubſtitutum, vt l. ſi quis ita hæres ſit legitimus. ſupra de hęr.
3 inſt. in penult. car. ¶ † In tex. ibi, tanquam [a] pater demens fuiſſet: cũ
a tamen non eſſet. & ſic valebat teſtamentum, & non erat locus cauſæ inteſtati. & ipſe hoc ſciebat, qđ ſine dubio præſumitur, eo quia tanquàm coniunctus, ut l. octaui. j. vnde cog. & ideo iſtis verbis prolatis ab eo non ſtatur, ut j. patet, nec faciunt videri ipſum dubitaſſe, uel ignoraſſe patrem non eſſe dementem: aliàs nõ haberet locum, quod hic dicitur, quia ſi apparet ipſum credidiſſe patrem dementem, errando in facto non poſſet dici, acceptando ab inteſtato uideretur repudiaſſe ex teſtamento, quod putabat non valere, quia non fecit hoc animo repudiandi, ſed quia putabat ſe non poſſe habere ex teſtamento, ut l. mater decedens. de inoff. teſt. & hoc uoluit in effectu glo. fi. ¶ In gl. ibi {quæ emancipatis eſt neceſſaria.} dicas. ſ. iſto iure, cum non eſſet cognitus de iu. ciuili ab inteſt. hodie ſecus, ut Auth. de hær. ab inteſtato. ſed ex teſtamento olim etiam non erat neceſſaria: nam ſi penitus extraneus poterat adire de iu. ciuili ex teſtamento, fortius emancipatus, licèt aliquæ glo. uideantur innuere contrarium.

### ADDITIO.

a Tanquam. Adde de iſta dictione in gl. l. ſi pater. in §. qui duas. ff. de adop. & gl. in c. ſolitæ. de maio. & ob. Rap. conſi. 156. incip. Simon. Helias.

## LEX LXI.

2 *Poſt aditam hæreditatem non habet locum ius accreſc. de portione adita. & num. 1.*

1 **L. Si minor.** ¶ † Qui adiuit pro parte ſua non cogitur acceptare partem cohæredis ſemel aditam, & per beneficium reſtitutionis in integrum poſtea repu
2 diatam. h. d. ¶ † No. ergo, quòd poſt aditam hæreditatem, non habet locum ius accreſc. de portione adita, etiam ſi aditio fuerit reſoluta, multò fortius ſi non fuit. dixi s. eod. l. qui patri, hoc tamen procedit, quando fuit reſoluta non ipſo iure, ut erat hic, quia per beneficium reſtitutionis in integ. & ſic non deſinebat eſſe hæres de iure ciui. quantum ad nomen, licèt quantum ad commoda, & incommoda ſic, ut l. ſed ſi ſine. §. ſed ꝙ Papin. domino. Si autẽ reſolueretur ipſo iure, puta per querelam, uel alio remedio iuris ciuilis, quod facit quem ipſo iure deſinere eſſe hęredem, ut no. in l. in ſubſtitutione. de uulg. & pup. tunc uidetur ſecus per ea, quæ no. in l. ſi duo patri. in princ. s. de iureiur. & l. huiuſmodi. §. ſi Titio. de leg. j. tunc tamen habebat cohęres beneficium. l. cum hæreditate. s. eod. & vt poſſet ſuam partem repudiare, ſi uellet recipere partem cohęredis, ſed hic non indiget illo beneficio, ſed indiſtinctè recuſare poteſt, quia non accreſcit ei inuito, poſtquàm ſemel fuit adita, ne beneficium reſtitutionis cohęredi cõceſſum ex priuilegio ſpeciali ſit ſibi nociuum. argu. in l. impuberi filio de admi. tut. & in hoc fundatur deciſio huius l. ꝯ quam opp. de l. pen. j. eo. Sol. ſi ego adirem partem meam poſt reſtitutionem conceſſam cohęredi meo, teneret portionem illius recipere, ut ibi: nam tunc ſicut perderem beneficium legis cũ hęreditate. per l. ſi duo. ſupra eod. tit. ita & beneficium huius l. ut d. l. pen. ¶ Item adhuc opp. de l. pen. j. ad Trebel. Sol. hic eram cohęres, & ſic nullum beneficium habui a cohęrede meo, ſed a me ipſo, ut s. eod. l. ex parte. in contrarium eram fideicommiſſarius uniuerſalis in parte, & ſic habueram beneficium ex aditione hęredis, per quam meum fideicommiſſum fuit confirmatum: ideo teneor recipere portionem illius repudiatam, licèt per beneficium reſtitutionis in integr. niſi uelim etiam portionem meam repudiare, ut d. l. cum hæreditate. & ibi etiam tetigi.

## LEX LXII.

**L. An Titius.** Qui implet cõditionem, ſub qua fuit inſtitutus, cẽſetur adire hęreditatem, ſi fecit hoc animo, ut eſſet hęres, ſecus ut ſi eſſe poſſet, ideſt inſtitutionem purificaret hoc dicit. Diſtingue, ut plenè habetur in l. j. §. ſi parenti. de condi. ob cau. & s. de hęred. inſtit. l. nam dubitari. ¶ In tex. ibi, {uoluntatem magis ſuam uideatur declaraſſe.} ſcilicet, ut poſſet adire, ſi uelit, non autem tunc uellet adire, niſi appareat contrarium, ut ſequitur.

2 *Hæreditate delata monacho, ſi abbas iuſſit ſibi, quòd adiret, & tranſiuit ad aliud monaſterium de licentia ſuperioris, quòd abbas ſecundi monaſterij poterit iubere, & acquireretur ſibi, non primo, & quando.*

§. Si

1 §.Si ſeruus. †In aditione ſerui requiritur iuſſus illius domini, in cuius dñio reperitur tempore
2 quo adiuit.h.d. † Et eſt ar. de hæreditate delata monacho, quòd ſi abbas iuſſit ſibi,ꝙ adiret, & tranſiuit ad aliud monaſterium de
a licentia ſuperioris, ꝙ abbas ſecundi [a] monaſterij poterit iubere, & acquireretur ſibi,non primo,& hoc ſi tenemus illam opinionem, ꝙ requiritur aditio monachi ad hoc, vt acquiratur monaſterio,quam etiam videtur tenere Bal.in l.j. C. qui admit.ad bon. poſ.& Bar.tangit in l.j.de vulg.& pup.ſed tenendo aliam opinionem,ꝙ non requiratur,de qua tetigi in l.j.ſ.de iure delib.tunc ius adeundi fuiſſet acquiſitum primo monaſterio,nec tranſiret cum monacho ad ſecundum monaſterium,ſicut nec alia bona perfectè acquiſita,ar.de vſufru.l. pen.

A D D I T I O.

a ¶Quod abbas ſcd̃i.Adde glo.in c.quod ad te.de cle.coniu.Pe.de Ar.c.in reg.iu.lib.6.Ant.de Bu.in c.ſtatuimus.in 1.col.de reg.Ro.in ti. de cõſue. dec.1.in antiq.s.Abb.Fran.de Are.in c.pe.de ꝓba.Bar.in l.2.in §.fin. ff.de bono.poſ.Bal. in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl.Cal.in tit. de reg. 23. & conſi.27.Ange.conſi.224.in c.cã talis eſt Iac.de Vbertilis. Barb.conſ. 20.incip.ubi Chriſtus.in 5.col in 3.vol.

---

1 *Curator furioſi quòd poſſit adire, ut ſit aditio iuris.*
2 *Fuorioſus an poſſit ſibi acquirere commodum hæreditatis.*

§.In libro. Furioſus non põt acquirere hr̃ditatem ꝑ ſeipſum,& ſuã aditionẽ,ſed ex legis diſpõne vel per aditionẽ alterius conſtituti in ſua poteſtate benè põt. h.d. hodie aditur per l.fin.§. ſi aũt perpetuus.cum ibi no.C.de cur.fu. qua gl.op.ꝙ ẽt per curatorem ſuum,licèt non ſit in eius poteſtate,ſed potius econuerſo,acquiri põt ſibi hæreditas,licèt ſi poſtea efficiatur ſanæ mentis, & velit repudiare, poſſit, vt plenè not. in
1 ea.l.§.tali.†Quidam tñ dixerunt,ꝙ aditio curatoris,non eſt aditio iuris, nec per eam acquiritur hæreditas furioſo, ſed eſt quædam adminiſtratio facti, & ideo tex.ibi videtur velle, ꝙ debeat petere bo.poſ.ad ſimilitudinem inſtituti ſub conditione,quia ea pendente põt eam petere,& eſt potius facti,q̃ iuris,vt l.2.§.ſub ꝯdõne.& l.ſub conditione.ĩ.de bo.poſ.ſ͠m tab.Gl.tñ videntur ſentire ꝯtriũ, ꝙ immo poſſit adire, & ſit aditio iuris, & acquiritur furioſo etiã dominium,licèt poſtea reſoluatur,ſi vult repudiare,quod dic, vt d.l fin.§.tali.& § ſi autem perpetuus. ¶In text. ibi, { niſi neceſſa-
2 rius.}ſ.poſui dictum Pomponij generale,†ꝙ furioſus non poteſt ſibi acquirere commodum hæreditatis.hic ponit duplicem limitationem Marcelli prima hic, ſecũda in ver.ſeq. ibi, {aũt per &c.} adde tertiam, de qua ſupra dixi.

L E X LXIII.

1 SEruus. † Seruus duorum poteſt partẽ hæreditatis ſibi delatæ acquirere vni ex dominis adeũdo iuſſu eius,& alterã acquirere ſibi,ſi antequã adeat iuſſu alterius, efficiatur ſui iuris, & excluditur ſubſtitutus.h.d.cum l. l.ſeq.¶Op.ꝙ hic acquirat illi ſoli iubenti totam hæreditatem vt l. ſeruus cõis.& ſic ĩ.de ſtip.ſeruo.gl.uoluit ſoluere, ſed non clarè. Dicas aliud eſſe in ſtipulatione, quã ſeruus facit nominatim vni ex dñis,uel iuſſu vnius tm̃:quia tunc ab ipſo princ. illi ſoli acquiritur ius ex illa ſtipulatione, vt in ꝯtrio. aliud in aditione hæreditatis delatæ ſeruo,quia ſtatim a principio ius iubendi acquiritur vtriq; dñorum pro portione dominica; & ideo neuter poteſt iubere, niſi pro parte ſua, quia nec plus fuit ei acquiſitum ius iubendi, quæ ratio ceſſat in ſtipulatione,antequàm interpoſitum nullum ius eſt acquiſitum dominis, & cum interponitur iuſſu vnius tantum,illi ſoli ab ipſo prin.acquiritur.

L E X XLV.

1 SI ſeruus communis. †Neceſſarius heres nõ habet beneficiũ abſtinendi.h.d.concor.l.neceſſariis.in fi.ſ.eo.ſecus in ſuis, & neceſſariis,ut ibi.¶Op.pro declaratione,ꝙ ſeruus cõis non poſſit effici neceſſarius hr̃s uni tm̃ ex dñis,quia non põt effici hr̃s cum libertate, & vnus ex dñis non põt relinquere libertatẽ in ꝑiudicium aliorum.ꝑꝑ hoc gl.dicit,ꝙ iſtud dum tex.dicit, vni fuit aditum a compoſitoribus noui iuris.quia per l.nouam.C.de cõi ſer.ma.unus ex dñis põt inſtituere ſeruũ cõem cũ libertate,& efficitur liber,& hr̃s aliis inuitis, ſoluto tñ ꝑtio partium illis aliis; & hoc duplici fauore libertatis,& inſtõnis,iure aũt iſto non poterat procedere;non etiam ꝙ efficeretur neceſſarius plurib. niſi quilibet eorum inſtituiſſet cũ libertate, & poſtea ſimul morerentur, vt ſ.de hære.inſt. l.ſi duo ſocij.quod dic, ut ibi no.in gl.

L E X LXVI.

2 *Ius accreſcendi in hæreditate habet etiam locum inter diſiunctos.*

1 SEruus communis ab extra. † In hr̃ditate locũ hẽt ius accreſcendi, ẽt inter coniunctos coniunctione legali duntaxat.h.d.& ſemꝑ allegat, q̃a talis coniunctio,cũ non procedat a teſtatore,nõ attenditur circa ius accreſc. vt patet in legatis.de leg.2.l.& Proculo. & ideo hic habet locum ius accreſ.non per hanc cõiunctionem, ſed ne quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus: vel pro parte cum hærede,
2 pro parte ſine. † propter quam rõnem, ẽt inter omnino diſiunctos locum habet ius accreſ.in hęredit ate,vt C.de cad.tol.§.is ita fortius inter iſtos coniunctos coniunctione legali, quantum ad ius accreſc.habentur pro diſiunctis: unde allegatur, ꝙ etiam inter diſiunctos locum habet ius accreſcendi in hæreditate.

---

L E X LXVII.

1 *Seruus plurium quando poſſit unam,uel plures aditiones facere.*
2 *Si aliquis intra annum iuris deliberandi deceſſerit relictis pluribus hæredibus,licèt ipſe ſi uiueret non poſſet adire pro parte, hæredes tamen poterunt diuerſis temporibus quilibet adire pro ſua parte.*
3 *Si plures domini iuſſerunt ſeruo communi,quòd adiret,poterit facere plures aditiones,ſi hoc dicat expreſsè.*

1 L.Cum ſolus ſeruus. †Seruus plurium põt adire eodem tꝑe pro omnibus,& etiã diuerſis tꝑibus.¶In tex.ibi,{ſicut licèt vno tꝑe.} hoc qñ iuſſus omnium præceſſit: nam tunc non poteſt vnã ſolã aditionem facere pro omnibus, ſed quãdo præceſſit iuſſus quorundam, & quorundam non:tunc non poteſt adire, niſi pro iubentibus,ne iuſſus illorum præiudicet aliis, qui non iuſſerunt: ut quia fortè volunt hæreditatem habere,ut in fin.huius l.& ideo ſi alij poſtea iubent, faciunt nouam aditionem pro illis, ut in text. qui ſequitur ita,& ſeparatis &c.¶In tex.ibi, {nam quia. } reſpondet tacitæ oppoſitioni, quæ poſſet fieri contra hunc vltimum caſum,ꝙ non debeat pluries adire, ſed ſufficiat una aditio, vt ſupra de hæred inſtit.l.liber homo:§.Titius.in fi.Sed reſpondetur,ꝙ ibi quando plures portiones eiuſdem hæreditatis ſunt eiſdem delatæ ex teſtamento,quas poteſt adire pro ſe: unde cum poſſet ſibi ipſi præiudicare adeundo pro uno,non requiritur, quòd poſtea adeat pro altera:& ſtatim ſibi acquiritur, ſi erat delata,vel ſi non, acquireretur erat, cum poſtea deferretur ſine noua aditione:hic uerò non poterat adire pro ſe, ſed pro dñis, quibus non poterat præiudicare ſine eorum iuſſu: & ideo ad conſeruationem iuris cuiuslibet eorum, ne iuſſus unius ſit alteri damnoſus, ſtatuitur,
2 ut pluries adeatur. † Et ex hoc dixit Bart.ſi aliquis intra annum iuris deliberandi deceſſerit relictis pluribus hæredibus licèt ipſe ſi uiueret nõn poſſet adire pro parte, hæredes tamen poterunt diuerſis temporibus quilibet adire pro parte ſua, nec feſtinatio vnius alterius ius lædat, ſi aditio vnius faceret omnes hæredes.
3 ¶† Sed quæro pone,ꝙ omnes domini iuſſerunt, utrum iſte poterit facere plures aditiones.Reſpondetur ſic,ſi hoc dicat expreſsè:puta adeo pro alio domino: nam tunc erit neceſſe, ꝙ iterum adeat pro alio domino,quia non facit hæredem niſi primum, ut ſupra l. proxi. ſed ſi ſimpliciter adiret, tunc cenſeretur adire pro ambobus, & alia aditio non requireretur, & ita intelligo princ. huius l.

---

L E X LXVIII.

1 *Sequens in gradu quando admittatur.*
2 *Subſtitutus uulgaris non admittitur, niſi excluſo inſtituto.*
*In caſibus,in quibus hæreditas non adita tranſmittitur, ſi inſtitutus decedat hæreditate non adita, non uocatur ſubſtitutus uulgaris.*
3 *Subſtitutus poteſt facere aſſignari terminum inſtituto, intra quẽ adeat, & ſi non aſſignaretur, haberet terminum triginta annorum.*
4 *Quòd pendente iſto termino non uocetur ſubſtitutus,& quòd pendente dilatione nihil debeat innouari in præiudicium dilationis.*
*Per lapſum temporis prædicti ſi inſtitutus non adit,excluditur ab hæreditate, & cenſetur tacitè repudiare.*
5 *Primus ſubſtitutus ſi fecit aſſignari terminum inſtituto, & antequam finiatur,mortuus eſt ſubſtitutus,poſtea labatur terminus, & inſtitutus,non adiuit,ꝙ ſtatim uocabitur ſecundus ſubſtitutus uulgaris.*
*Quid ſi terminus non fuit aſſignatus, ſed inſtituto deliberante primus ſubſtitutus mortuus eſt,& poſtea inſtitutus.*
6 *Si pro eodem tempore fuerunt electi tres in Poteſtatẽ alicuius loci unus poſt alterum,& ſecundus moriatur ante excluſionem primi,deinde primus excludatur,quòd ueniat tertius.*
7 *Si Titius fuerit alicui pupillariter ſubſtitutus,& Titius quandocunque moreretur ſine liberis Seius fuerit compendiosè ſubſtitutus,poſt ea moriatur Titius ante pupillum,deinde pupillus, an tunc Seius uocetur ad hæreditatem pupilli.*
8 *Terminus ad adeundum hæreditatem non debet ſtatuì per iudicem, antequam hæreditas ſit delata.*
*Antequam quis poſſit actum gerere non eſt ſibi terminus aſſignandus, niſi conferatur in tempus quo poterit.*
9 *An poſſit aſſignari terminus ad producendũ inſtrumenta,in cã,quòd ſic.*
10 *Quòd eodem modo poſſit aſſignari terminus ad agendum, uel accuſandũ ex iuſta cauſa ad inſtantiam eius cuius intereſt.*
11 *An poſt lapſum termini audiatur uolens purgare moram.*
12 *Pendente una dilatione iudicis officium conquieſcit, & non debet dari, altera in præiudicium primæ, & per quam illi derogaretur.*

1 QVandiu. † Sequens in gradu non admittitur niſi primis excluſis, ad quos excludendos poteſt ad inſtantiam ſequentis in gradu terminus aſſignari præcedentibus poſt delatam eis hę-



[library stamp]

reditatem,intra quem adeant,quod ſi non fecerint ab hæredita-
te ſint excluſi,& deuoluitur ad ſequentem.h.d.iſta l.fin. & magi-
ſtra,quæ ſemper allegatur.Et primo prouidet inſtituto vſque ibi,
euenit igitur.Secundo prouidet primo ſubſtituto vulgari.vſque
ibi,his autem.Tertio prouidet ſecundo ſubſtituto vulgariter, vſ-
que ibi,ergo.¶Quarto determinat unum dubium, quod poteſt
2 concernere tam inſtitutum,quàm ſubſtitutum. ¶†In prima par-
te no.dum dicit{quòd excluſo hærede &c.} ꝙ ſubſtitutus vulga
ris non admittitur, niſi excluſo inſtituto, & ideo dico, ꝙ in caſi-
bus,in quibus hæreditas non adita tranſmittitur,qui no. in l.ven-
tre.j.eo. ſi inſtitutus decedat hæreditate non adita,non vocatur
ſubſtitutus vulgaris,quia non cenſetur inſtitutus incluſus,ex quo
ſi ſubſtitutus non eſſet, tranſmitteret hæreditatem ad ſuos hære-
des,ſed tunc vocabitur ſubſtitutus,qñ hæredes eius repudiabũt,
quia fuit tranſmiſſa,vt adeunda,non vt adita.l.ſi quis filium. §.j.ſ.
3 eo. ¶In 2. parte no. tria. Primo † ꝙ ſubſtitutus poteſt facere aſſi-
gnari terminum inſtituto,intrã quem adeat: nam ſi non aſſigna-
retur,haberet terminum xxx.anno.vt no.in l.licèt. C.de iu.delib.
& ſ.eod.l.rei.& ſic poſſet malitioſè differre in perniciem ſubſtitu
ti, ſi fortè ipſe inſtitutus non intendit adire, nec etiam vult repu-
diare, ne deueniat ad ſubſtitutum,ſed differt expectans fortè, ꝙ
ſubſtitutus moriatur, & ad obuiandum huic malitiæ prouide-
tur ſubſtituto per modum, quo hic, & ſic beneficium l.datum
inſtituto, vt poſſit adire vſque ad triginta annos. aufertur ſi-
a bi,& arctatur ad modicum tempus, [a] vt obuietur malitiis, regu-
lariter contra,vt in c.indultum.de reg.iur.lib.6.& dicit Bar. quòd
non debet ſibi aſſignari minus centũ dierum, & ſi erat filius non
minus, quia tm̃ tempus datur eis ad petendam bo. po. ex edicto
prætoris mortui,vt l.2.ſ.de iu.delib.quod edictum prætor debet
imitari,vt l.ſi quis inſtituatur.de hær.inſt.ſed hoc eſt verum, cum
aſſignatur tp̃s ad inſtantiam ſubſtituti & valet,ſic ad effectum ex
cludendi inſtitutũ.Si aũt ad inſtantiam creditorum, qui non in-
tendunt eum excludere,ſed potius implicare hr̃ditati,vt habeant
quem cõueniant,tunc non requiritur tm̃ tp̃s; ſed erit in arbitrio
iudicis,ne creditores tm̃ cogantur expectare,quo tp̃e elapſo nõ
habebitur pro adeunte,vel repudiante, ſed creditores mittentur
in bo.poſ.& hoc no.Bal.de ſucceſ. edic.ſuper rub. & Ang. etiam
4 hoc tenet hic,& dixit in d.l. j. de iur.deliber.¶† Itẽ no. quòd pen-
dente iſto termino ſubſtitutus non vocatur, quia non eſt ſibi ad
huc delata hæreditas, debet ergo lapſum huius termini expecta-
re,vt j.eadem l.ibi, {expectamus diem præſtitum &c.}pendente
ergo dilatione nihil debet innouari,in præiudicium dilationis, vt
l.ſiue pars.C.de dila.Not. tertio, & vlti. quòd per lapſum tempo-
ris prædicti inſtitutus, ſi non adit,excluditur ab hæreditate, quia
cenſetur tacitè repudiare propter fauorem ſubſtituti,ad cuius in
ſtantiam fuit tempus aſſignatum:ideo eius lapſus debet interpre
tari in partem illi magis fauorabilem ſed ſi fuiſſet aſſignatum ad
inſtantiam creditorum,cenſeretur adire,quia magis expedit illis,
& hoc dicit glo.fin.quam no.tene menti,quod intellige, quando
5 centum dies,uel annus,uel minus tempus,ut ſupra dixi. ¶†Circa
tertiam partem poteſt poni caſus duobus modis. Primo, ꝙ pri-
mus ſubſtitutus feciſſet aſſignari terminum inſtituto, & antequã
finiretur,mortuus eſt ſubſtitutus, labitur poſtea terminus, & in-
ſtitutus non adiuit, quæritur vtrum ſtatim vocabitur ſecundus
ſubſtitutus vulgaris,uidetur quòd non,quia ipſe nõ fecit aſſigna-
ri illum terminum, & ſic eius lapſus non videtur ſibi proficere,
ſed ꝙ debeat iterato facere aſſignari.contrarium reſpondetur,ꝙ
admitteretur, ac ſi ad eius inſtantiam fuiſſet aſſignatus. poteſt ẽt
poni,ꝙ terminus non fuit aſſignatus:ſed inſtituto deliberante pri
mus ſubſtitutus mortuus eſt, poſtea inſtitutus, an vocabitur ſe-
cundus ſubſtitutus?videbatur,quòd non,quia fuit ſubſtitutus pri
mo ſubſtituto, ſi ille hæres non eſſet, & ſic videbatur ad hoc, ut
iſta conditio impleretur,quòd requireretur, vt hæreditas eſſet il-
li primo ſubſtituto ſemel delata,& poſtea ab ea eſſet excluſus,ſed
nunc fuit delata,poſtquàm ipſe deceſſit antequàm inſtitutus eſſet
excluſus.cõtrarium tamen determinatur, quia iſte ſecundus ſub
ſtitutus cenſetur etiam ſubſtitutus j. inſtituto, vt l.cohæredi. in
princ.& l.ſi Titius.de vulg.& pup.& quia illa uerba,ſi non erit hę
res,exponuntur,ſiue quia nolit,ſiue quia non poſſit,& ſub iſtis ſe
cundis comprehenditur iſte caſus, quia non uidetur potuiſſe,
6 poſtquàm deceſſit ante delatam ſibi hæreditatem. † Et inducitur
iſte ver.per Dyn, ſi fuerunt electi tres in poteſtatem alicuius loci
vnus poſt alterum, ſi ſecundus moriatur ante excluſionem pri-
mi,deinde primus excludatur,an ueniat tertius, & dicit,ꝙ ſic per
iſtum tex quod eſt uerum,ſi pro eodẽ tẽpore,ſecus ſi pro diuer
ſis,puta primus pro primis ſex menſibus,ſecundus pro ſecundis,
tertius pro tertiis non uocabitur ad primos,uel ſecũdos ſex men
ſes,quia ſunt tempora diuerſa,& hoc per ea, quæ habentur in l. ſi
vſusfruct.mihi in biennium. j.de uſufruct. leg.& quod no.Bar.in
l.in ſenatus,in fi.ad Turpilli.& de iſta q.uide per Cyn. in l.poſt adi
tam.C.de impu.& ali.ſubſt.& per Bar.in l.cum ſub hac. de condi,
7 & demon. ¶† Inducit etiam Bart, pro caſu notabilis quæſtionis,
& ſin,ſi fuit inſtitutus pupillus,& ſi deceſſerit in pup.ætate,Titius
fuit ſibi pupil. ſubſtitutus, & quandocunque. Titius more-
retur ſine liberis, Seius fuit ſibi compedioſè ſubſtitutus, moritur
Titius antequam pupil.poſtea moritur pupil.in pupil.ætate,quæ-
ritur,an Seius virtute ſecundæ ſubſtitutionis compendioſæ vo-
cetur ad hæreditatem pupil. videtur, quòd non, quia ipſe non
fuit ſubſtitutus pupil.ſed Titio,& iſte text.& l.ſi Titius.& l. cohæ-
redi. de vulg. & pup. loquuntur, quando ambæ ſubſtitutiones
ſunt vulgares: hic verò prima fuit pupila. ſecunda fuit compen-
dioſa,quæ comprehendit fideicommiſſariam.& ſic non videtur
habere locum,niſi in caſu,quo hæreditas pupilli peruenit ex pu-
pillari ad Titium,& Titius eam adiuerit, & poſtea deceſſerit ſine
liberis,quod hic non euenit.Contrarium tamẽ determinat Bar.
per iſtum text.& per rationem potiſſimè, quia iſta compendio-
ſa comprehendit vulgarem ſecundum communem opinion.
quando fuit facta per verba generalia, quandocunque deceſſe-
rit ſine liberis,Titium ſubſtituo.nam poteſt intelligi deceſſerit,ſci-
licet hæreditate non adita,vel adita.Ex quo ſequitur,quòd iſte ſe-
cundus ſubſtitutus cenſetur etiam pupillo ſubſtitutus ſi primus
ipſi pupillo non erit hæres: & ſic fuit vulgaris facta in hęreditate
pupilli:& fuit etiam ſubſtitutus Titio, ſi ipſe Titius erit hæres, &
poſtea decedat ſine liberis: ſuccedet ergo iſto caſu pupillo uirtu-
te pupillaris ſubſtitutionis ſecundo loco factæ,quæ alio reſpectu
poteſt dici uulgaris in hæreditate pupil.ſecus ſi eſſet facta per ta-
lia uerba quæ non comprehendent uulgarem in hæreditate pu-
pil.puta ſi Titius erit hæres pupillo, poſtea deceſſerit ſine liberis:
nam iſte caſus tunc non eueniſſet,& ſic non uocaretur ſecundũ
Bartol. qui ualde ſubtiliter loquitur, & Bald. deciſionem ſuam
commendat,& etiam Ang.qui dicit ſe conſuluiſſe Fl. ſecundum
eum, & ego Bononiæ exiſtens habui iſtum caſum de facto de
Vicentia: & conſules conſuluerant, & non meminerant de de-
2 *Quando plures portiones ſunt mihi delatæ per meipſum vna purè, altera*
*ſub conditione, & habebam ſubſtitutum,vel cohæredem adeundo ex pu*
*ra,ꝙ efficiar hæres in conditionali, & ſic ſufficit vna aditio, & quid ſi*
*deferantur mihi per alium.vide nu. 1.& 4.*
3 *Quid ſi vna portio deferatur mihi per me,& altera per alium.*

1 §.Item ſi ſeruus. †Si plures portiones eiuſdem hæ
reditatis deferantur mihi ꝑ alium
in poteſtate mea conſtitutum, vna purè, altera ſub conditione,
adeundo ex pura iuſſu meo illa tantum mihi acquiritur,in condi-
tionali verò expectatur conditionis euentus, & ſi tunc reperitur
ſui iuris,poteſt eam acquirere ſibi,ſi autem in mea poteſtate,ac-
quireret mihi interueniente noua aditione.hoc dicit vſque in fin.
¶In text.ibi,(ex parte ſub conditione.) ſed quid ſi in vtrũque fuit
inſtitutus purè?Barto.tenet hic,quòd adeũdo pro vna parte iuſ-
ſu meo facit me hæredem in vtraque:quia non poſſum diuidere
hanc hæreditatem; & quia eſt in poteſtate mea ambas habere,
non ſic ſi eſſemus diuerſi domini,quia adeundo iuſſu meo non
acquirit,niſi partem meam:& alia eſt in pendenti,vt ſupra eodem
2 l.cum ſolus.aliàs cum ſeruus.¶†In text.ibi.(dato cohærede.) ſub-
audi maximè,nam idem ſi non habebat cohæredem,niſi in parte
pura,in conditionali verò non,quia non ſum illam habiturus in
omnem euentum,cum ſi reperiatur ſui iuris, ipſe conditione exi
ſtente acquirat eam ſibi,& non mihi,vt hic patet. Item probatur,
quia ſi non dato cohærede,vel ſubſtituto adeundo pro pura,ac-
quireret mihi etiam conditionalem, ſequeretur, quòd eo caſu
quo haberet cohæredem adeundo pro pura, acquireret etiam
mihi partem conditionalis,vt l.liber homo.§.ſi ita.de hær. inſti.cu-
ius contrarium infra innuitur,quia dicitur, quòd ſi conditio exi-
ſtat,poſtquàm erat effectus ſui iuris,tota illa conditionalis acqui-
ritur ſibi,quod non eſſet, ſi prius fuiſſet mihi acquiſita pro parte,
nec ob.l.cum hæres. §. fi.ſupra eodem.& l. ſi quis ita ſcripſerit.de
hær.inſt.quia loquuntur,quando plures portiones ſunt mihi de-
latę per meipſum,vna purè,& altera ſub conditione, quo caſu fa-
teor,quòd ſi habebam ſubſtitutum,vel cohæredem adeundo pu
rè,efficiar hæres in conditionali:quia illam ſum habiturus in om-
nem euentum,non ſic quando deferuntur mihi per alium, quia
ceſſat illa ratio, vt colligitur ex iſto text. quem ſic intelligo, licèt
glo.infra dum allegat l.cum hæres.ſupra eodem. innuat contra-
rium,ſed non placet.¶In text.ibi, (non mihi eſſet acquiſita.)nec a
princip.cum adiuit ex pura,nec etiam nunc exiſtente conditione,
ſed acquiritur ſibi, ſi adit per ſe: ſi autem repudiaret, accreſceret
mihi,vt ſupra eodem l.ſi quis hæres.ver.idem dico.cum his, quæ
ibi dixi:& ſi fuiſſet alienatus adeundo iuſſu noui domini,acquire-
ret illi,vt infra eodem l.ſi ſeruus eius.¶In tex.ibi,(omnia enim.)re
ſpondet tacitę oppoſitioni, quæ poſſet fieri,quòd ſaltem nunc
poſt euentum conditionis adeundo acquirat mihi illam condi-
tionem,ſicut acquiſiuit puram,& reſpondet,quòd iſtud eſſet ue-
rum,ſi res eſſet in eodem ſtatu,quia iſte ſeruus non fuiſſet manu-
3 miſſus aliàs,vel nec alienatus.¶†In text.ibi:(ego quidem Iuriſcon
ſultus.)limitat id,quod proximè dixerat, quòd ſi eſſet in eodem
ſtatu,acquireret mihi:nam iſtud eſt verum interueniẽte demum
noua aditione,& ſi dicatur,immo non videtur neceſſaria,quia re
gula eſt,quòd ſufficit vna aditio?dicit Iuriſconſultus, quòd illa re-
gula locum habet in pluribus portionibus delatis mihi per meip-
ſum,quia ſi adiui ex vna ſine noua aditione, efficior hæres in alte-
ra,vel ſtatim ſi erat delata, & poteram adire, vel cum poſtea de-
ferretur,& adire poterit,vt l.ſi quis. ſupra eodem & de hær. inſt. l.
liber homo.§.ſi Titius.in fi.non ſic,quando deferuntur mihi per
alium,quod intellige,vt ſupra dixi.i.vna pura, altera ſub conditio-
ne,ſecus ſi ambæ purè,vt ſupra dixi, nam primo caſu aditio ex pu
ra non habet aptitudinem ad conditionalem,quæ poterat acqui
ri ſibi,ſi efficeretur ſui iuris:ideo ſi non efficiatur, eam ad ſe non
trahit. Quid autem ſi vna portio deferatur mihi per me,altera ꝑ
alium?diſtingue,an incipiam ab aditione mea,& non efficior hæ-
res in altera,niſi interueniat aditio illius,vt ſupra l.ſi ex aſſe.aut ecõ
tra,& tunc ſecus,vt ſupra eodem l.ſi ego.cætera dic,vt l.fin.infra,
4 eodem tit.per Bartol.†Oppon.pro declaratione glo.magnæ,quę
incipit,dic contra l.vbi dicitur,quòd illa regula, quòd ſufficit vna
aditio,locum habet quando plures portiones eſſent mihi delatæ
per meipſum.contra,quod etiam tunc nõ habet locum,vt ſi ſum
inſtitutus in parte purè,in parte ſub conditione dato ſubſtituto,
vel cohærede,quia adeundo ex pura non efficior hæres in con-
ditionali,vt in legibus allegatis.In fin.gloſ.Glo. videtur fateri con
trarium,& dicit,ꝙ iſtud,quod hic dicitur,procedit in tribus caſi-
bus. ¶Primus, ſi eſſem inſtitutus in tota hæreditate, & adirem
partem

partem eius,vel in parte,puta in dimidia.& adirem partem dimidiæ,nam efficior hæres in alijs ſine noua aditione. ¶Secundus caſus eſt,quando inſtitutus in pluribus portionibus ,purè, puta primo in vna tertia,poſtea in altera;deinde in altera. ¶ Tertius caſus eſt,quando in vna purè,in alijs ſub conditione,non dato ſubſtituto,vel cohærede.¶In quarto autem caſu,quando datus eſſet cohæres,vel ſubſtitutus,non habet locum,quod hic dicitur. ¶Gloſ dicit benè in primis tribus:in hoc vltimo non: nam verum eſt, ꝙ hoc caſu adeundo ex pura non efficior hæres in conditionali ante conditionis euentum,cum illam non ſim in omnem euētum habiturus,& ita loquuntur iura allegata in glo.ſed ſi poſtea conditio eueniat,efficior hæres in illa ſine noua aditione.tex.eſt in d.l. liber homo.§.Titius.in fi.cuius contrarium innuit iſta gl. dum dicit tunc ſecus referendo gl.ad tex.in quo ſignata eſt,

## LEX LXXX.

2 *Si ex duobus inſtitutis , & inuicem ſubſtitutis, vnus adiuit, & poſtea mortuus eſt,deinde alter repudiauit,tunc hæres præmortui habet portionem repudiatam,tam iure accreſcendi,quàm iure ſubſtitutionis iunctæ cum iure accreſcendi.*

*Quid ſi eſſent plures ſubſtituti,quòd conſubſtituti præferantur tali hæredi,qui non habet,niſi ius accreſcendi.*

3 *Spes ſubſtitutionis,quando tranſmittatur,& etiam ipſum ius.nu.1.*

1 TOties. †Spes ſubſtitutionis etiam iuncta cum iure accreſcendi, & etiam ipſum ius accreſcendi,non tranſmittitur ad hæredem,quando ſuperſunt alij conſubſtituti, qui poſſunt venire de iure cōmuni ad portionem deficientem.h.d.ſecundum intellectum quē puto verum,ponendo caſum ſecundum l.ſed ſi plures. in princ. de vul.& pup.declarando,vt ibi dixi, quem etiam videtur tangere hic glo.magna in ver.verum dico, &c. quòd hic fuerunt tres inſtituti,vel plures,& inuicem ſubſtituti,& omnes adiuerunt hæreditatem excepto vno,deinde vnus ex adeuntibus mortuus eſt, & ſic tranſmittit ad ſuum hæredem portionem ſuam, deinde qui non adiuerat repudiauit. oritur contentio inter hæredem illius mortui,qui dicit debere habere portionem illius portionis repudiatæ,ſicut haberet defunctus ſi viueret tam iure ſubſtitutionis,q̃ iure accreſcendi,quia poſtquam defunctus adiuit pro parte ſua cenſetur etiam adiuiſſe in cauſam ſubſtitutionis,quia ſine noua aditione.portio cohæredis in qua eſt ſubſtitutus, tam iure accreſcendi , quàm iure ſubſtitutionis ſibi obueniret, ſi viueret, vt l.ſi quis hæres inſtitutus s̈.eo.& ipſe non debet eſſe deterioris conditionis, quàm defunctus , quia ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredem , ergo & ius ſubſtitutionis vulgaris iunctum cum eo. Alij verò conſubſtituti dicunt oppoſitum,ꝙ tota illa portio pertinet ad eos,& ꝙ ille defunctus non potuit tranſmittere ius ſubſtitutionis , & pro iſta parte determinatur hic, & d.l.ſed,& ſi plures.hæres ergo ex iure accreſcendi nihil habebit, vt patet in d.l.ſed & ſi plures.dum dicit,ſoli ſuperſtites ex ſubſtitutione exiſtent hæredes,licèt hic gl.mag.circa fi.dicat contrarium, quod non eſt verum,licèt Doc.videantur ſequi.Erat etiam alia ratio pro hærede defuncti,qa ſi illi non fuiſſent inuicem ſubſtituti non eſſet dubiū, ꝙ ille , qui prædeceſſit poſt aditionem tranſmiſiſſet ius accreſ.in portionem poſtea repudiatam,cum illud de ſui natura tranſmittatur ad hæredem,vt l.ſi ex pluribus de ſu.& legit.non ergo videtur debere eſſe deterioris conditionis,ex eo, quòd fuerunt inuicē ſubſtituti,ꝙ ſubſtitutio ſit ad augendum ius accreſc. non ad ei de
2 rogandum,vt no.in l.pe.de iniuſt.teſt.†Breuiter iſtæ rationes in ꝯtrarium factæ procederent,quando fuiſſent duo tantum inſtituti,& inuicem ſubſtituti,& vnus adiuiſſet, & poſtea mortuus eſſet,deinde alter repudiaret,tunc hæres pręmortui haberet portionem repudiatam,tam iure accreſcendi, quàm iure ſubſtitutionis: iunctæ cum iure accreſc.quæ tranſmitteretur quodam iure ſpeciali ꝑꝑ coniunctionem,quam habet cum iure accreſcendi . per l.qui ex duab.cum ibi no.s̈.eo.quam gl.hic in fin. allegat , ſed qñ ſunt plures,qa tunc ſuperſunt cōſubſtituti,qui pñt venire ad portionem repudiatam , de iure communi præferuntur hæredi,qui non pōt venire,niſi de iure ſpeciali ad ſubſtitutionem,& quia ſubſtitutio ꝑfertur iuri accreſ.conſubſtituti,qui hñt vtrunque ius præferuntur hr̄di,qui non habet,niſi ius accreſcendi, ita ſubtiliter de-
3 clara hanc legem.¶†In hac l.ſunt duæ glo. quæ laborantur ſuper vno ꝯrio,ſ.de l.qui patri.s̈.eo.per quam videtur,ꝙ iſte, qui prædeceſſit tranſmiſit ad ſuum hæredem ſpem ſubſtōnis , iſtud ꝯrium format vltima glo.magna,in prin.ſed in ꝓcedenti glo. q̃ incipit añ aditam hæreditatem.colliguntur duæ ſol'ones,vna,ꝙ hic iſte mortuus eſt añ aditam hæreditatem, vñ ſi non tranſmiſit portionem ſuam , nec etiam portiones cohæredis:in l.verò ꝯria deceſſit poſt aditam hæreditatem.Iſta ſol.eſt contra text.in verſic. adiſſe,qui ꝑſupponit,quòd adiuit.Alia ſo.eſt,quòd hic adiuit, vt habetur in gl. ibi item poſt,& ad cōtrarium reſpondetur,quòd ibi fuit ille mortuus ſubſtitutus per nomen proprium : hic per nomen appellatiuum quiſquis mihi hæres erit,& iſtam eandem ſol. repetit ſequēs glo.& etiam eam glo.ponit in d.l.contraria, ſed per omnes reprobatur, quia potius deberet dici econuerſo . Nam facilius deberet tranſmitti,quando fuit ſubſtitutus per nomen appellatiuum,quia tunc tanquam hæres,& ratione portionis hæreditatis, quam habet,ſicut ergo illam tranſmiſit ad hæredem , ita deberet tranſmittere ſpem ſubſtitutionis,ſed quando per nomen proprium tunc contemplatione ſuæ perſonæ, vnde cum perſona extinguatur ꝑ mortem,etiam ſpes ſubſtitutionis deberet extingui. Glo. autem ſequens ponit duas aliàs ſol. vnam ſecundum Io. & Azo. quòd ibi loquitur in pup.ſubſt.hic in vulgari.glo.fatetur,quòd ibi loquitur in pup. & aſſignat rationem , quare ibi tranſmittitur . Tamen iſta ſol.non ſatisfacit , quia ſicut non tranſmittitur ſpes vulgaris, ita nec ſpes pup.vt l.qui habebat.de vulg.& pup. vnde gloſſ.ſoluit alio modo,quòd nec ibi,nec hic tranſmittitur ius ſubſtitutionis, ſed tam ibi,quàm hic tranſmittitur ius accr. hæc eſt intentio glo. quam ita Doc.intelligunt,& ſequuntur,ſed dico,quòd hic etiam ius accreſ.non tranſmittitur,vt ſupra dixi. Item quòd in l. contraria non tranſmittitur ius accr.ſed ius ſubſtitutionis , vt ibi declaraui.¶Dic ergo,quòd ſi loquimur de ſpe ſubſtitutionis pu. diſtinguendum eſt,vt ibi not.videlicet per illum,qui adiuit,cum ſit obligatus ad acceptandum pup.tranſmittitur , quia hoc eſt de natura obligationis,ſed per illum qui non eſſet obligatus non tranſmitteretur, vt l. qui habebat. Si autem loquimur de ſubſtitutione vulgari diſtingue,aut erat coniuncta cum iure accreſ. & non ſupererant allij conſubſtituti,& neutrum tranſmittitur, nec ius ſubſtitutionis , nec ius accreſcendi , vt hic contra dicta l.ſed ſi plures. in princi.Et ex his remanent declaratæ iſtæ gloſſ. quæ ſunt difficiles.

## LEX LXXXI.

1 *Inſtitutione ſerui incapacis in totum, vel pro parte, tempus aditæ hæreditatis inſpicitur.*

2 *Inſtitutio facta de ſeruo incapaci in caſu huius legis, ad hoc vt reconualeſcat, ꝙ oporteat, ꝙ non fuerit nulla à principio.& nu. 5.*

3 *Incapacitas ſerui inſpicitur ex perſona domini.*

4 *Si dominus eſt indignus hæreditate defuncti,quia delinquerat contra eum vt ſi cubuerat cum eius vxore,tamen ſi teſtator hoc ſciebat inſtituendo eum,uel ſeruum ſuum,videtur iniuriam remiſiſſe, & non aufertur hæreditas a fiſco.*

*Illud quod relinquitur incapaci, quòd non applicetur fiſco,ſed ſit pro non ſcripto, niſi quando grauatus accommodat fidem tacitè, de dando incapaci.*

1 SI ſeruus eius. †Inſtitutio facta de ſeruo incapaci in totum, vel pro parte,licèt a principio ſit nulla,ſi tñ tꝑe aditionis reperiatur manumiſſus,vel alienatus,reconualeſcit de æquitate,vt poſſit adire pro ſe,vel iuſſu noui domini,h.d.ſ'm intellectū gloſſæ.quæ eſt mirabilis,& limitaret multa iura,ſi eſſet verus,ſcilicet l.quod ab initio. de reg. iur. quod procederet de rigore non de æquitate,& l.ſi alienum.§.in extraneis.de hær.inſti.vbi habetur quando inſpiciantur tria tempora in hærede inſtituto , & ſi in aliquo illorum ſit incapax,non valet inſtitutio,vt ſit verum de rigore,non de æq̄tate,quia ſi fuit incapax tꝑe teſtamenti , & mortis, ſi tñ reperiatur capax tꝑe aditionis,de æquitate recōualeſcat,quod
2 eſt ridiculoſum,& falſum dicere. †oportet ergo intelligere hunc text.quòd inſtitutio facta de iſto ſeruo incapaci non fuit nulla a prin.aliàs non poſſet reconualeſcere,quare aūt non fuit nulla ſtatim dicam.¶Oppono. pro declaratione glóſ. ꝙ licèt iſte ſeruus non fuerit manumiſſus,vel alienatus non poſſit adire hæreditatē pro ſe,vel pro nouo domino , quia inſtitutio facta de ipſo fuit nulla ab ipſo principio propter incapacitatem dñi : ſicut . n. fuiſſet nulla,ſi ipſe dominus fuiſſet iuſtitutus,vt l.prima.C.de hæredib.inſtituend.ita ſi fuit inſtitutus ſeruus eius,quia incapacitas ſerui inſpicitur ex perſona dñi,& ſi dñs eſt incapax,vt l.non ideo minus. de hær.inſt.& l.ſi mihi,& tibi.§.reg.de leg. 3 .ergo non pōt recōualeſcere ratione manumiſſionis,vel alienationis.per l.quod ab initio.de reg.iur.& confirmatur,qa trib. tꝑib. acquiritur capacitas, vt in §.in extraneis.& hoc non reperitur,niſi tꝑe aditionis. Gl.ſol. vt s̈.dixi,ꝙ ꝯria procedunt de rigore,ſecus de ęquitate.alij dicūt, ꝙ gl.reprobat,ꝙ licèt quis ſit incapax per ſe,non pōt tñ capere ꝑ ſeruum,qđ eſt falſum,vt l.j.§.j.ſi q̄s aliquem te. probi. & d. l. non
3 ideo minus.remanet ergo gl.in prima ſo.quæ eſt falſa.†Vnde Iac. de Are.dixit,ꝙ iſte dñs non erat omnino incapax,ſed erat indignus,& ſic poterat inſtitui,& poterat adire hr̄ditatē,licèt poſtea ſibi dēret auferri,vt l.ex facto.§.Iulius. de vul.& pu. ſicut ergo valuiſſet inſtō facta de dño mero iure,ita & facta de ſeruo eius,& ſi nō fuiſſet manumiſſus , vel alienatur potuiſſet adire iuſſu eius,ꝙ acquiſiuiſſet ſibi,tñ poſtea fuiſſet ſibi hr̄ditas ablata per fiſcum,ſi

ergo

ergo ante aditionem manumiſit, vel alienauit, & non fecit hoc in
fraudem fiſci, acquirit ſibi, vel nouo domino, & fiſcus non habe-
4 bit. ¶ † Et pone exemplum, ſi dominus erat indignus hæreditate
defuncti, quia deliquerat contra eum, & defunctus ignorabat, vt
ſi cubuerat cum vxore, dicit gloſſ. in l. ſi ea. C. de his quibus vt in-
di. Si autem teſtator ſciuiſſet inſtituendo eum, vel ſeruum ſuum,
videretur iniuriam remiſiſſe, & non aufertur a fiſco. Et qualiter
autem dicatur manumiſiſſe, vel alienaſſe non in fraudem fiſci, dic,
quia ignorabat ipſum eſſe inſtitutum, aliàs videretur in fraudem
fiſci feciſſe, & ſibi non noceret, per ea, quæ habentur in l. ſi ſequẽs.
infra ad Sill. iſta lectur. eſt multum plana, & congruit literæ, dum
dicit, antequam iuſſu dñi adeat. ſic innuit, quòd poteſt adire iuſſu
domini, & acquirere ſibi mero iure, item dum dicit, nihil in frau-
dem legis, &c. nam propriè hoc cadit in indigno, qui poteſt frau-
dare fiſcum non incapacem, quia illud, quod relinquitur incapaci
non applicatur fiſco, ſed eſt pro non ſcripto, vt in l. ſi in metallum.
de his, quæ pro non ſcrip. haben. & no. in l. j. C. de hære. inſt. niſi
quando grauatus accommodat fidem tacitè de dando incapaci,
vt infra l. proxi. & iſtam lectu. tenet gloſſ. in l. ſeq. dum dicit ſupra l.
proxi. indignus confiſcàtur, quam etiam ſequitur Ang. Sed licèt
ſit vera in ſe, & notabilis, quia tamen text. dicit, capere non poteſt:
non videtur congruere literæ, quia indignus poteſt capere mero
iure, licèt non cum effectu, ideo Barto. intellexit, quòd erat om-
nino incapax. Ad contraria reſponde, quòd lex non ideo minus.
procedit. quando ſeruus incapax eſſet inſtitutus contemplatione
domini, vel ſimpliciter, quo caſu ita præſumeretur, & tunc ſi non
valeret inſtitutio de ipſo domino, nec reconualeſceret lex poſtfa-
cto, ita nec de ſeruo, nec reconualeſceret ex manumiſſione. Si au
tem ſit inſtitutus contemplatione ipſiuſmet ſerui, & hoc apparet,
tunc non habet locum l. non eo minus. quia inſtitutio valet me-
ro iure, nec inſpicitur perſona domini, ſed ipſius ſerui, ſi eſt talis, q
ſi eſſet liber, poſſet illam hæreditatem capere, vt l. debitor. §. ſeruo.
5 de leg. 2. † Quouſque ergo durat in eiuſdem domini poteſtate, nõ
poteſt adire, quia nec domino poſſet acquirere, nec ſibi, ſed ſi ma
numittatur, vel alienatur, attento, quòd valuit mero iure a princi-
pio, poterit adire, & acquirere ſibi, vel nouo domino, & ita intel-
ligit hanc l. qui intellectus eſt valde ſingularis, & limitat iſtam l. nõ
a eo minus. cum concordan. & declarat l. ſi deportati[a] ſeruo. de le-
ga. 3. quam Barto. intelligit eodem modo, quo ad iſtam, quòd ibi
fuit inſtitutus contemplatione ipſiuſmet. Dominus Ang. repre-
hendit iſtum intellectum, quia eſt diuinare, quòd hic fuit inſtitu-
tus ſui contemplatione, ſed certè licitum eſt interdum reſtringe-
re, quando reſtrictio fundatur in optima ratione gratia contra-
rietatis tollendæ. Item dicit, quòd non continet vtilitatem dictum
Barto. etiam ſi eſſet inſtitutus contẽplatione domini, valeret meo
iure inſtitutio attenta perſona ſerui, & non domini, & ita intelligi-
tur l. ſi deportati ſeruo. Iſtud dictum poteſt procedere, quando
dominus eſt generaliter incapax, vt quia eſſet deportatus, qui nul
lus hæreditatem capere poteſt, & ſic habetur pro mortuo, vt l. ne
cem. §. ſi deportatus, de bon. lib. ideo non inſpicitur perſona do-
mini. ita intelligit Barto. ibi dando alium intellectum ad illam l. q̃
facit hic. Sed ſi dominus non eſſẽt generaliter incapax, ſed ſolum
quantum ad hæreditatem defuncti, puta ſpurius teſtatoris, tunc
non habetur pro mortuo, & ideo ſi eſſet inſtitutus ſeruus con-
templatione domini, & inſpiceretur perſona domini, non vale-
ret inſtitutio facta de ſeruo contemplatione domini, & ita poteſt
intelligi l. non ideo minus. ſed ſui contemplatione benè valet me
ro iure, & ita loquitur iſta lex, & ſic remanet lec. Bar. defenſata. Et
no. prædicta, quia non ita benè declarantur alibi.

ADDITIO.

a Declarat l. ſi deportati. Adde in materia, & pro declaratione d. l. ſi depor-
tati. eundem Pau. de Ca. & ibi vide d. Ioan. de Imo. in l. ſi mihi. & tibi. §. re-
gula. infra de leg. 1. Cur.

## LEX LXXXII.

SI totam. Portio accreſcit portioni, non perſonæ, ideo, ei qui ſemel habuit portionem, ſi fuit ſibi ablata, non accreſcit. hoc dicit. Accreſcit ergo ei ad quem peruenit portio, facit ſupra eodem l. ſi quis hæres inſtitutus. in verſicul. idem dico. cum his, quæ ibi dixi. ¶ In text. ibi (ſi totum, aut partem.) expone, ideſt totam partem hæreditariam, in qua inſtitutus erat, ſi enim fuiſſet inſtitutus in tota hæreditate, non eſſet tractandum de iure accreſcendi, de quo hic loquitur. Et dicas, quòd huic, qui tacitam fidem accõmodauit de reſtituendo partem ſuam incapaci, fuit ſibi ablata illa pars per fiſcum tanquam indigno poſt eam aditam: deinde cohæres repudiauit ſuam, illa portio repudiata non accreſcit ſibi, ſed fiſco, ſed ſi fuiſſet ſubſtitutus illi, benè admitteretur ex ſubſtitutione, vt in gloſſa, quia ſubſtitutio eſt perſonalis, ius accreſcẽdi eſt reale, & ſequitur portionem, non perſonam.

## LEX LXXXIII.

1 *Ex teſtamento quis hæres eſſe non poſſit.*
2 *Proximus ventri vt agnatus decedens pendente natiuitate poſthumi non tranſmittit ad ſuos hæredes ius deliberandi per l. cum antiquiorib.*
3 *Exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hęreditatis ad quoſcunq; hæredes etiam per ignorantem.*
4 *Statutum, ſi permittit filio, quòd poſſit hæreditatem repudiare, an faciat de neceſſario voluntarium.*
6 *Venter ſi erat plenus, & præteritus, tunc ſuus non fuit hæres effectus ex teſtamento.*
6 *Emancipatus inſtitutus, licèt in omnem euentum ſit habiturus hæreditatem, ſiue poſthumus naſcatur, ſiue non, tamen non poteſt hæres effici, niſi ſit certus, quòd naſcatur.*
7 *Emancipatus inſtitutus adit ex teſtamento.*
8 *Quandocunque quis in omnem euentum eſt habiturus hæreditatem, ſi ꝓpter aliquod dubium impediatur adire, interim decedens tranſmittit ad ſuos hæredes.*
9 *Emancipatus, cui fuit delata hæreditas ex teſtamento, ſi non potuit adire propter dubium, an venter eſſet plenus, prout communiter reputabatur, quamuis eſſet vacuus, non tranſmittit ad ſuos hæredes hæreditatem paternam, ſed beneficium petendi reſtitutionem in integrum, quod eſt minus, quàm tranſmittere hæreditatem, vel bon. poſſ.*
10 *Si poſthumus fuit præteritus, quod beneficium habeat ſuus inſtitutus, & quod emancipatus.*
11 *De iure communi inſtitutus ex ſua perſona non poteſt intentare contra tab. ſed de iure ſpeciali ex perſona præteriti poteſt, & an poſſit tranſmittere ſecundum tabulas.*
12 *Quando non tranſmittat nec ſecundum tabu. nec contra tabu. ſed deſtituatur teſtamentum in articulo mortis, & ipſe efficiatur hæres ab inteſtato.*
13 *Differentia inter tranſmiſſionem hæreditatis de iure ciuili & illam, quæ tranſmittitur beneficio prætoris; & quo iure tranſmittat emancipatus.*
14 *Quando alicui delata eſt hæreditas, & ipſe fuit impeditus adire facto tertij, ſi contra illum non poterat haberi regreſſus, quia erat factum iuſtum, decedens interim tranſmittit hæreditatem, etiam ſi erat penitus extraneus, & non erat habiturus in omnem euentum.*
*Quid ſi factum tertij erat iniuſtum, & erat ſoluendo, & poterat haberi regreſſus cum effectu.*
15 *Qui fuit impeditus adire timore pœnæ legalis, decedens interim tranſmittit hæreditatem.*
*Quid ſi ſubeſſet alia cauſa, quàm timor pœnæ legalis.*
*Quid in forenſi prohibito ex forma ſtatuti acquirere immobilia, ſub certa pœna, niſi primo faciat ſe allibrari, ſi ei fuit delata hæreditas, & decedat antequam allibretur, an tranſmittat.*
16 *Hęreditas aſcendentis per lineam maſculinam, vel fœmininam tranſmittitur in deſcendentes, & quod illa tranſmiſſio non fiat ratione ſuitatis, cum fiat etiam de hęreditate materna, & etiam per emancipatum, & non fit in extraneos hæredes, ſed ſolum in deſcendentes, ſecus in illa, quę fit ratione ſuitatis, quia fit in quoſcunque extraneos.*
17 *Ius deliberandi qualiter, & quando poſſit tranſmitti.*
18 *Infans, quòd hodie tranſmittat in patrem, vt hæredem.*

1 VEntre. † Ex teſtamento, quod poteſt rumpi natiuitate poſthumi præteriti, quia venter erat plenus, nulli defertur hæreditas, etiam ſuo, hæredi inſtituto, non ſolum emancipato vel extraneo, hoc primo. Sed ſi non poterat rumpi, quia venter erat vacuus, licèt ex eo deferatur hæreditas, emancipatus tamen, vel extraneus adire non poteſt, niſi ſit de hoc certus, quòd venter ſit vacuus, ſed ſuus benè poteſt effici hæres per legem, licèt ignoret, quia l. quæ facit eum hæredem, benè eſt certa de eo, quod eſt certum natura. hoc ſecundo. Et primo caſu, quando eſt plenus, licèt ex eo non ſit delata hæreditas, & per conſequens inſtitutus non poterit effici hæres, ſi tamen erat filius in poteſtate, vel emancipatus interim decedens, tranſmittit ius conſequendi portionem, quam in omnem euentum erat habiturus, ſiue poſthumus naſceretur, ſiue non. hoc tertio, & vltimo. dicit iſta l. ſolennis, quam diuide in tres partes, vt in ſummario ſecunda ibi, (ſed ſi vacuo.) tertia ibi, (ergo.) & in prima parte venter erat plenus, & determinat vnum, quòd ex illo teſtamento non defertur hæreditas, cum eius vires ſint in pendenti, & ex hoc, quod dicit non deferri, apparet, quòd loquitur, quando erat plenus, licèt enim poſſit contingere, quòd fiat abortiuus, & licèt futurus ſit abortiuus, & hoc ſit notum Deo, quia tamen eſt de futuris contingentibus, non eſt notum legi, quia nec in natura naturata, & ideo l. ex tali teſtamento, cuius vires ſunt in pendenti, quia non poteſt rumpi, ſi naſcatur, lex non defert hæreditatem ſcripto, & licèt loquatur quando fuit ſcriptus emancipatus, vel extraneus, idem tamen ſi ſuus, vt colligitur ex ſecunda parte a contrario ſenſu, vbi vult, quòd ſuo deferatur, quando

venter

venter eſt vacuus, ergo ſi eſt plenus, vult quòd non deferatur.
Colligitur etiam ex tertia parte,vbi prouidet circa inconueniens,
quod ſequitur ex hoc, quòd non defertur ſuo,vel emancipato,ſi
enim defertur,prouiſio,quæ ibi ponitur,non eſſet neceſſaria,ſal-
tem ſuo,quoniam efficeretur hęres per l.& tranſmitteret iure ſui
tatis,vt in ſecunda parte. ¶In dicta verò ſecunda parte loquitur,
quando venter erat vacuus, & tunc teſtamentum non poteſt
rumpi,& hoc eſt certum in rerum natura,ergo & apud l. & per
conſequens ex eo defertur hæreditas, ſed non ſufficit hæredita-
tem eſſe delatam, quando extraneus vel emancipatus fuerunt
ſubſtituti,niſi etiam ſciant delatam ad hoc,vt poſſit adire,cum ha-
beant effici hæredes eorum voluntate,vt l.hæres inſtitutus. ſupra
eodem non ſic in ſuo,qui efficitur hæres per l.vnde ſufficit,quòd
lex ſit certa de eo,quod eſt certum in rerum natura ſuus ergo in
terim decedens decedit hæres,& per conſequens tranſmittit hæ-
reditatem,ſecus in emancipato,vel extraneo.¶In tertia parte red
dit ad primum caſum,quãdo erat plenus,nam ſi verum eſt quod
fuit dictum in prima parte,quod hæreditas ex tali teſtamento nõ
defertur;ſequitur,quòd nullus ex illo teſtamento,quouſque pen
det natiuitas poſthumi,potuit hæres effici, quia iſta eſſent inter ſe
contraria,quòd hęreditas non eſſet delata, & quòd nihilominus
inſtitutus efficeretur hæres ex eo. Ex hoc ſequitur magnum in-
conueniens,quòd ſi erat inſtitutus ſuus,vel emãcipatus interim
decedens,nihil tranſmittit,& tamen ſi non deceſſiſſet,in omnem
euentum eſſet habiturus totum,vel partem hæreditatis,ſiue poſt
humus naſceretur,ſiue non.ſcilicet,ab inteſtato, ſi naſceretur, &
ex teſtamento ſi non naſceretur. Iniuſtum eſt ergo, quòd caſus
mortis ſibi noceat, vt ab hæreditate excludatur, & nihil ad ſuos
hæredes tranſmittat,maximè quia totum hoc contingit facto, &
culpa teſtatoris poſthumum prætereuntis.Si enim teſtamentum
non feciſſet,iam natus habiturus eſſet partem hæreditatis, & po-
tuiſſet hæres effici, etiam pendente natiuitate poſthumi in por-
tione,quæ ipſum contingeret ſecundum numerum liberorum,
qui eſſent in vtero,& idem ſi facto teſtamento fuiſſent inſtituti,&
poſthumus inſtitutus,vel exheredatus,vt ſupra eodem l.cum qui
dam.§.ſuum. & ſupra ſi pars hære. peta. l. illud. Sed quia poſthu-
mum præteriti, (quod facere non debuit.) ex hoc efficitur, vt ille
ſuus emancipatus non potuerit hæres effici pendente natiuitate
poſthumi:nam ex teſtamento non,quia vires eius ſunt in pendẽ-
ti,& ex eo non eſt delata hæreditas;ſimiliter nec ab inteſtato,qa
nec eſt etiam hæreditas delata ab inteſtato,quouſque pendet cau
ſa teſtamenti,quia poteſt contingere,quòd poſthumus non na-
ſcatur,& teſtamentum non rumpetur.Eſt ergo valde iniquum,
quòd facto, & culpa patris malè teſtantis filius in poteſtate,vel
emancipatus excludatur a ſibi debita portione,& ideo Iuriſcon-
ſultus prouidet, quod licèt in eius vita neuter iſtorum potuerit
effici hæres,interim tamen decedens tranſmittat ad ſuos hęredes,
id,quod erat habiturus poſthumo nato,vel non nato,& hoc vo-
luit dicere,dum dicit decreto filiæ ſuccurrendum eſt, &c. ſcilicet,
vt tranſmittat.quid autem tranſmittat,habetur in glo.fin. in prin.
2 ¶†Ex prima parte Barto.colligit vnum,in quo dicit ſe conſuluiſ-
ſe,quòd proximus ventri,puta agnatus decedens pendente nati-
uitate poſthumi non tranſmittit ad ſuos hæredes ius deliberandi
per l.cum antiquioribus.nam ad hoc,vt quis illud tranſmittat, re-
quiritur, quòd ſciat hæreditatem ſibi delatam,ſed ſi poſthumus
erat in vtero,qui præcedebat agnatum,non eſt delata agnato. ſu
pra eodem l.cum quidam.§.quod dicitur. ergo non poteſt ſcire
ſibi delatam,certè etiam ſi poſthumus nõ erat in vtero,& ſic erat
delata?ſi tamen hoc ignorabat, ſicut non poteſt adire,vt quia in
ſequenti parte verſic.emancipatus autem.ita non poteſt tranſmit
tere ius deliberandi,quia requiritur,vt poſſit adire ad hoc,vt trãſ-
mittat,ideſt quòd habeat potentiam adeundi,quia ſibi delata eſt
hæreditas, & quòd illam potentiam poſſit ad actum deducere,
quia hoc ſciat,vt in d.l.cum antiquioribus.vnde dictum Bart.mo-
3 dicam dubitationem habet. ¶†Ex ſecunda parte not.j. dum dici-
tur,hæres fuiſſe intelligitur.quia eſt hic caſus, quòd exiſtentia ſui
a hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis[a] ad quoſcunque
hæredes etiam per ignorantem.fruſtra enim diceret hic:quòd in
telligitur fuiſſe hæres,niſi tranſmitteret: nec poteſt dici, quòd hic
ſe immiſcuit,quia loquitur,quando erat incertus, quòd pupillus
erat in vtero:& ſic non potuit ſe immiſcere,quia illud, quod im-
pedit aditionem in extraneo,impedit etiam immixtionem in ſuo
vt infra eodem l.cum bonis.quia illa ſit in ſua voluntate,licèt non
ſic impediat acquiſitionem hæreditatis, quæ fit per l. nec etiam
poteſt dici,quòd iſtud inducatur hoc caſu ratione alicuius ſpecia
litatis per id,quod habetur in fin.quia verum eſt, quòd quando fi
lius non fuit effectus hæres in eius vita, tamen inducitur ſpeciale
in caſu huius l.& in tertia parte,quòd tranſmittat de æquitate; &
extra iſtum caſum non ſic eſſet;ſed dum fuit effectus hæres in vi-
ta,vt erat in hac ſecunda parte,nulla eſt ſpecialitas,quòd ad hære-
dem tranſmittat;ad hoc etiam colligitur ex l.ſi filius hæres. de lib.
& poſthu.& in l.fi.de condi.inſti.hoc etiam probatur expreſsè, in
fra de coll.bo.l.j.§.ibidem Iul.verſic. quod ſi ante acceptam, alle-
gantur etiam plures aliæ ll.ad hoc per Doct.quia iſta eſt commu-
nis opin.licèt Iac.de Bel.diſputando tenuerit contrarium, cuius di
ſputationem refert hic Barto.& ſingula eius membra, & regulas
deſtruit,de quo etiam per eum in l.ex militari.§.fi. cum l.ſeq.ſupra
de teſt.mil.Procedit autem hoc,quando ſuus hæres non repudia
uit hæreditatem,aliàs ſecus,per id,quod in fin.habetur in l. ſi quis
filium.C.de inof.teſt.¶Item procedit,quando ſuitas non eſt im-
pedita,aliàs ſecus,niſi erat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,
quæ facit ipſum de neceſſario voluntarium:vt l.Corn.& l.iam du
4 bitari. de hær. inſt. ¶† Sed quid ſi ſtatutum permittit filio,quòd
poſſit hæreditatem repudiare?videtur,quòd cum ſtatutum ſit de
iure ciuili,facit de neceſſario voluntarium, & ſic non tranſmittat.
b Bald.notabiliter[b] valde in l. qui ſe patris. C. vnde liberi.in vltima,
vel pen.col.tenet contrarium,quòd antequam repudiet, non di-
catur voluntarius,immo hæreditas ſit ſibi infixa, & eam tranſ-
mittat,ſed ſi repudiet,fingitur non infixa, & nunquam fuiſſe hæ-
res,& hoc operatur ſtatutum,& ſic nepos ex eo poterit hæres ef
fici de iure ciuili,& ſic erit caſus,in quo in ſuitate locum habebit
ſucceſſorium edictum,regulariter contra,vt in illa l. qui ſe patris.
& iſtud eſt ſatis peregrinum dictum,quod tene menti.cætera cir
ca iſtum articulum vide hic per Barto. qui melius examinat hic,
5 quàm in alio loco.¶†Item not.hic a contrario ſenſu, quòd ſi ven
ter erat plenus, ſuus non fuit hæres effectus ex teſtamento: ſed
contra de l.cum quidam. §. ſuum hæredem. ſupra eodem Solu.
hic loquitur,quando venter erat præteritus,ſecus ſi inſtitutus,vel
exhæredatus,& ſic teſtamentum non poterat rumpi, vel ſi de-
ceſſiſſet inteſtatus,tunc enim iam natus poteſt effici hæres, etiam
ſi venter ſit plenus, licèt ignoret pro qua portione efficiatur, vt
6 ibi dixi,& l.illud.ſi pars hæred.peta.¶†Tertio nota, quòd emanci-
patus inſtitutus,licèt in omnem euentum ſit habiturus hæredita
tem,ſiue poſthumus naſcatur,ſiue non,tamen non poteſt hæres
effici,niſi ſit certus,quòd non naſcatur. Sed contra de l. quod ſi
dubitet.ſupra eodem Sol.ibi inſtitutus erat certus, quod in om-
nem caſum erat habiturus hæreditatem ex teſtamento, hic non
ſic,licèt eſſet certus,quòd nato poſthumo eſſet habiturus ab inte
ſtato,& eo non nato ex teſtamento, & ſic non poterat adire, qa
7 erat incertus de cauſa.ſupra eodem l.ſi is,ad quem.¶† Vltimò in-
quantum vult, quòd ſi emancipatus erat certus, poteſt adire,
eſt hic tex.contra glo.fin.in l.illud.in fin.de contratabu.quæ ſentit
quòd emancipatus iure iſto non erat cognitus de iure ciuili etiã
ex teſtamento,& ſic non poterat adire,ſed bono. poſſeſſion. pe-
tere,quod eſt falſum,quia non debet eſſe deterioris conditionis,
quàm penitus extraneus, & probatur etiam expreſsè in l. ſi ex
duabus.la.2.de contratabu.vbi patet,quòd emancipatus inſtitu-
8 tus adit ex teſtamento †Ex vltima parte huius l.Barto.colligit talẽ
regulam,quòd quandocunque quis in omnem euentum eſt ha-
biturus hæreditatem,ſi propter aliquod dubium impediatur adi-
re,interim decedens tranſmittit ad ſuos hæredes. Ex quo ſequi-
tur,quòd ſi fuit inſtitutus ille,qui poterat ab inteſtato ſuccedere,
ſi ille dubitat de teſtamento,an eſſet factum,vel non,& an ipſe eſ-
ſet inſtitutus,vel non,an valeret,vel non, interim decedens tranſ-
mittit,quia in omnem euentum erat habiturus,ſiue eſſet factum
& ipſe eſſet inſtitutus,ſiue non eſſet factum. Item ſiue eſt validũ,
& ita ſentit Barto.quod falſiſſimum puto, nam dic, quòd hic lo-
quitur,quando ille,qui in omnem euentum erat habiturus hære
ditatem,fuit impeditus hæres effici propter vitium teſtamenti,&
ſic non erat ſibi delata hæreditas,& quando iſtud vitium proue-
nit facto,& culpa teſtatoris his tribus concurrentibus,quòd eſſet
habiturus hæreditatem in omnem euentum, & quòd impedire-
tur vitio teſtamenti,& quòd illud vitium prouenit a teſtatore.lo
cum habet quod hic dicitur, & altero deficiente ſecus. Nam ſi,
non erat habiturus in omnem euentum, etiam ſi alia duo ſubſi-
ſtant non tranſmittit,caſus eſt infra ad Sill.l.qui poſthumos.in fin,
& ſupra ſi mulier ventris nomine.l.j.§.fi.Idem ſi non propter vi-
tium teſtamenti, ſed pp ſuam dubitationem, vt ſi teſtamentum
erat validum,& delata erat hæreditas,ipſe tñ dubitabat, nã iſta du-
bitatio ꝓuenit ſuo defectu.Vñ imputet ſibi,qa dẽt perquirere ve
ritatem.Si ergo veniens ab inteſtato fuit inſtitutus, & teſtm̃ eſt va
lidum,licèt ipſe dubitet de eius virib.ꝙ ſuo facto impedit adire,
non culpa alterius ſibi hoc nocet,vt non tranſmittat. Idem ſi nõ
erat delata hæreditas,non tamen contingit culpa teſtatoris; vt ſi
erat

ADDITIONES.

a Et in hoc uide pter Bart.hic Paul.ipſum in cõſi.114.inc. ſubſtitutio pdi-
cta.in 1.co.& C.de iu.delib.l.3.& Bar.eo.ti.C.de iu.deli.l. ſi filius, q pri.
& l.ſi fratris.2.opp.& ibidem.in 2.no.Ale.pulchre limitantem.
b Bal.notabiliter.Adde,ꝙ ipſe idem Pau.de Ca.in l.3.C.de iure deli.dubitat
de hoc dicto Bal.& vide eundẽ Pau.in l.1.C.ſi vt ſe ab hær.abſti. & de ve
ritate per do.Ale.in d.l.qui ſe patris.Cur.

erat inſtitutus ſub conditione,& conditio pendebat, nam teſta-
tor non fuit in culpa inſtituendo ſub conditione, ſed benè eſt in
culpa prætereundo poſthumum, licèt ergo ſit habiturus hære-
ditatem,ſiue exiſtat conditio,& tunc ex teſtamento,ſiue nõ exi-
ſtat,& tunc ab inteſtato, interim decedens.puto eum nihil tranſ-
mittere, & pro hoc facit l.Pantonius. ꝭ. eo.vbi fuit impeditus ad-
re propter ſui abſentiam,non tranſmittit hæreditatem,licèt tranſ-
mittat beneficium reſtit. in integrum, & l.loquitur, etiam in eo,
qui in omnem euentum erat habiturus,vt in filio,& in hæredita-
te materna.& liga iſta ad digitum,quia ſunt ſubſtantialia, nec re-
perio ea declarata per Bald.aut Angel.vel aliquem alium, & con-
funduut regulam Bart. quàm colligit ex iſta l. quin eam intelligo
in terminis huius l.tria concurrunt, vt ſ. dixi non ita generaliter,
9 vt Bar.ponit.¶† Ex prædictis videtur, quòd in ſecundo caſu hu-
ius l.quando venter erat vacuus,& ſit delata hæreditas emanci-
patus, qui non potuit adire propter dubium non tranſmittit ad
ſuos hæredes hæreditatem paternam, quia non fuit impeditus
propter vitium teſtamenti, ſed ſolum propter ſuã dubitationẽ,
quæ ſibi nocere debet,non enim fuit in culpa pater, ſi non inſti-
tuit,vel exhæredauit ventrem, in quo nullus erat,ſecus in primo
caſu huius l.& in vltimo,(& iſtud videbitur tibi nouum,) minus
tranſmittat, qui habuit potentiam adeundi, licèt illam ad actum
deducere non potuerit,quàm ille, qui potentiam non habuerit,
nec actum,ſed non eſt nouum,quia magis fuit impeditus,hic ſe-
cundus,quàm primus, ideo fuit dignus maiori fauore, ſi tamen
ſua ignorantia fuit iuſta,quia communiter reputabatur pregnãs,
poteſt dici,ꝙ tranſmittat ad hæredem ſuum beneficium reſtit.in
integrum per l.Pantonius. ꝭ.eod. vt ibi dicam,& iſtud eſt minus,
quam tranſmittere hæreditatem,vel bo.poſ.quod neceſſe habet
primo reſtitutionem petere, quàm poſſit hæreditatem acquire-
re, & fortè ſibi denegabat. ſed ſi ignorantia non fuit iuſta, quia
communiter reputabatur non prægnans, ipſe autem credebat
prægnantem, imputet ſibi quare opinio. ſuam non confirmauit
cum opin.communi,quod ſi feciſſet,adire potuiſſet concurren-
te veritate cum eis,vt hic in gl. ſuper ver. ſciant. ideo non mere-
tur reſti.in integrum,quæ non conceditur, niſi ex iuſta cauſa, vt
10 l.j.§.fi.quib.ex cau.ma.¶† In gl.j.in fi. ibi contratab.tñ petere põt
emancipatus.ſupple,& etiam ſuus inſtitutus,vtrique enim aperi-
tur edictum per præteritum,vt l. 3. §. ſi quis ex liberis. ꝭ. de ꝯtab.
quod ergo dixit gl.in prin.ꝙ inſtituti expectant præteritos,debet
intelligi quantum ad hoc,vt poſſint adire,vel bono.poſſ.ſm tab.
petere,neutrum enim poſſunt, ſi præteritus eſt poſthumus, vel
etiam iam natus in poteſtate, quia primo caſu teſtamentum ſpe-
ratur rumpi de iure ciuili,in ſecundo eſt ipſo iure nullum. ſi autẽ
emancipatus eſt præteritus, poteſt adiri per inſtitutum, quia va-
let de iure ciuili,& in hoc inſtitutus non expectat præteritum,ſed
non poteſt petere ſecundum tab.quouſque poteſt peti contrat.
vt l.2.§.expectandi.de ſecundum tab. ¶Sed oppo.contra gloſ.ꝙ
nec contratabu.poſſit petere inſtitutus beneficio poſthumi præ-
teriti,quia ipſi poſthumo adhuc non competit,cum non ſit in re-
rum natura, ergo nec alteri eius beneficio põt competere, quia
quod quis non habet per ſe, non põt alteri dare,vel cõicare. Fa-
teor contrarium de rigore. Sed quia ex hoc reſultabat iniquitas,
ꝙ nec adire,nec ſm tab.poteſt petere,quod etiam,nec poſſet pe-
tere contrata. de æquitate ſubuentũ eſt ſibi de contratab. & hoc
voluit text.in l.illud.in fi.de contratab.cum glo.ſuper verſic.mo-
riatur.¶Sed adhuc opponit quòd immo poſſit etiam ſecundum
tab.petere.nam ſicut poteſt poſthumus naſci,ita & non naſci,ſed
effici abortiuus.ſi ergo propter primum caſum, qui poteſt con-
tingere datur inſtituto contratabu. ergo etiam propter ſecun-
dum:quia ſimiliter poteſt contingere, debet dari ſecundum tab.
propter hoc Azo fatetur iſtud de plano,ſed gloſſ.tenent contra-
rium per illum text.qui hoc vult.Et ad contrarium dic,quòd po-
tius conſideratur,quòd nõ naſcatur,quàm quòd naſcatur: quia
primum fauorabilius eſt Reipublicæ,cui homo naſcitur: vt l.j.§.
ſi ea.in fi.de ven.in poſſ.mit. licèt ex natiuitate teſtamentum rum
patur, maior enim vertitur vtilitas in frequentia hominum,
quàm in ſuſtentatione teſtamentorum. vt l. cum ratio.§. fin. de
bon.dam.& hoc uoluit gloſſ.in dict.l.illud.§.fin.dum dicit, quòd
in dubio benignus prçſumitur,quòd naſcatur poſthumus.¶Sed
ad idem oppo. quòd immo detur ſecundum tab. quia datur in-
ſtituto ſub conditione,ut l.ſecunda.§.ſub conditione.de ſecundũ
tab. & quando poſthumus eſt præteritus, inſtitutus licèt purè,
cenſetur inſtitutus ſub tacita conditione, ſi poſthumus non na-
ſcatur.Solu.ſi loquitur de bonor.poſſeſſio.ſecundum tabu.quæ
non tribuit ius,ſed ſimplicem adminiſtrationem: poſſemus hoc
fateri,& iſto modo poteſt ſaluari opinio Azo.de qua in d.l.illud.
§. fin. talis enim competit inſtituto ſub conditione, ſed ſi loqui-
mur de illa, quæ tribuit ius, ſecus. ita loquitur opin.gloſſ.& text.
in dicto §. fin. Sed quid conſequitur inſtitutus intentando con-
tratabul.antequam poſthumus naſcatur. pone enim, quòd erat
inſtitutus in minori parte,quàm ipſum tangeret ab inteſtato,pu-
ta in quarta parte,& extraneus in reſiduo, videtur, quòd conſe-
quatur,ut habeat integram dimidiam, quam eſt habiturus nato
poſthumo,ut ꝭ.de contratab.l.non putauit.§.fi.Sed certè illud in
telligo,q̃n eſſet præteritus iam natus,ſed q̃n poſthumus, qui po-
teſt nõ naſci, & ſic teſtũ non rumpetur,& per ꝯñs habebit filius
inſtitutus ultra portionem in qua inſtitutus eſt, dico, ꝙ per con-
tratab.illam tm̃ conſequitur, & ſi poſtea non naſcatur poſthu-
mus,illa contratab. conuerteretur in ſecundum tabu. & illa tan-
tum portio remanebit,ſicut econuerſo ſecundum tabulas con-
uertitur in contratab.ut no.in d.l.2.§.ſed ſi ſub conditione, & eſt
ſpeciale in filiis,ut una contratab.conuertatur in alteram,non ſic
in aliis,ut not.Bar.in l.2. C. de ſucceſſ. edict. ſed ſi poſthumus na-
ſcatur,illa contratabu. remanebit in ſuo eſſe,ſed augebitur, quia
rupto teſtamento extraneus excludetur, & hæreditas diuidetur
æqualiter inter iam natum inſtitutum, & poſthumum præteri-
tum,ita intelligo iſtam materiam malè declaratam.¶ In glo.ma
gna,quæ incipit certè ſic.in prin.dum dicit, ſi uenter erit uacuus,
iſta uerba gloſ. referas ad id quod proximè dixerat,uel etiam ſe-
cundũ tab.& intellige gl.erit uacuus,ideſt fiet uacuus.poſt mor-
tem tamen filij tranſmittentis,ſed tempore mortis erat plenus, ſi
enim tunc fuiſſet uocatus filius in poteſtate, fuiſſet filius ſuus hæ
res effectus,& tranſmiſiſſet hæreditatem iure ſuitatis, vt in ſecun
da parte huius l. nec haberet neceſſe tranſmitteret contratab. uel
ſm.tab.Quod autem ſubdiuiditur in glo. (& velit differre.)refe-
ras ad id, quod dixerat glo. de contratab. nam illam potuit filius
inſtitutus intentare quouſque vixit,ut patet in gl.j.in fin.ſed ſi no
luit.ſed potius uoluit differre,ipſam tranſmittit, & hoc uult dice-
re gloſſ.hic, & etiam ſequens gloſſ. ſuper verbo decreto. ¶ Sed
op.ſi potuit eam intentare, & non intentauit, q̃a fuit negligens,
ergo non debuit eam poſſe tranſmittere. hoc contrarium ſenſit
glo.j.in l.illud.§.fin.& dicit,quòd non imputatur ſibi negligentia,
quia diſtulit uolens deſeruire iure communi, quod ſic declara.
11 † quia de iure communi inſtitutus ex ſua perſona non poteſt in-
tentare contratab.ſed de iure ſpeciali ex perſona præteriti poteſt,
vt l.tertia.§.ſi quis ex liberis.de contratabu.ſi ergo noluit uti hoc
iure ſpeciali, ſed potius deſeruire iuri communi, non eſt ſibi ne-
gligentia imponenda Sed nunc oppo.quòd non potuerit tranſ-
mittere ſecundum tabu. quia eam in uita non habuit, ut dixit.
glo.j.Solu. fateor, quòd non tranſmittit, niſi contratabu.quam
habebat,ſed ſi contingat poſtea non naſci poſthumum, ſed effi-
ci abortiuum, illa contratabu. conuertitur in ſecundum tab. &
hoc reſpectu poteſt dici, quod tranſmiſerit ſecundum tab. ſci-
licet, in habitu, non in actu, ita debet intelligi illa l. ſed & ſi de-
ceſſerint.in fin.de bonor.poſſeſſion.contratabul. dum dicit bo-
nor.poſſeſſion.ſecundum tabul. uel contrat. & etiam iſta gloſſ.
12 ¶† Sed ultimò oppon.quòd nec ſecundum tabu. nec contra-
tabul. tranſmittat,ſed deſtituatur teſtamentum in articulo mor-
tis filij,& ipſe efficiatur hæres ab inteſtato, vt l. ſi filius hæres. de
liber. & poſthum. ubi caſus. Solu.contrarium procedit duobus
concurrentibus, ſcilicet, quòd filius inſtitutus non habet cohæ-
redem, uel ſubſtitutum, & ſic cum mori incipit, incipit eſſe cer-
tum neminem ex illo teſtamento hæredem futurum. Item fi-
lius erat in poteſtate, tunc ergo deſtituitur teſtamentum in mor
tis articulo, & hoc prodeſt filio in poteſtate, quia in puncto mor
tis efficitur hæres per l. ab inteſtato, & tranſmittit hæreditatem
iure ſuitatis, nec haberet neceſſe tranſmittere ſecundum tabul.
uel contratabul. Sed ſi haberet cohæredem, uel ſubſtitutum,
non incipit eſſe certum neminem ex illo hæredem futurum,
ideo non deſtituitur, & ſic habet neceſſe tranſmittere contrata-
bul. conuertendum in ſecundum tabul. ſi poſthumus non na-
ſcatur. Idem ſi erat emancipatus,licèt non haberet cohæredem,
uel ſubſtitutum, quia ſi deſtitueretur teſtamentum,hoc ſibi non
prodeſſet, ut efficeretur hæres in puncto mortis, cum habeat
effici hæres ex ſua uoluntate, quam tunc non habet, ideo ad-
huc habet neceſſe tranſmittere contratab. conuertendum in ſe-
cundum tab.& non deſtruitur teſtamentum, & hoc uult dice-
re text.in illa l. illud. §. fin. quòd remedium contratab.uel ſecun-
dum tab. ſemper eſt neceſſarium emancipato inſtituto, quando
poſthumus eſt præteritus, ſiue habeat cohæredem, uel ſubſtitu-
tum, ſiue non, ſed non ſic filius in poteſtate, ſed ſolum eo caſu
quo non habet cohæredem,uel ſubſtitutum, & ex his remanet
declaratus ille tex.cum omnibus glo.ſuis, & etiam difficultas hu
ius legis. ¶ In glo.ibi {l.j.§.ſub prætextu.} dic, quòd ibi loquitur
in extraneo inſtituto,qui nõ erat habiturus hæreditatem in om-
nem euentum, ſiue poſthumus naſcatur, ſiue non: ideo tranſ-
13 mittit:hic in filium qui erat habiturus. ¶† In glo.ibi. {item not.}
ꝙ hic tranſmittitur non adita hæred.ſeu bon.poſſ. Et iſta alterna-
tiua glo.ſentit,quòd hic tranſmittatur hæreditas de iure ciuili, &
etiam beneficio prætoris,quod hic not. Bart. quia iſta l.eſt ſitua-
ta in hoc titul.ubi non tractatur de remedio prætoris,ſed de hæ-
reditate iuris ciuilis.hoc non placet,primo per tex.dum dicit de-
creto,quod congruit bono.poſſeſſioni, in qua olim requireba-
tur decretum iudicis,licèt hodie non: ſed ſola agnitio.ſed in adi-
tione hæreditatis,non requiritur decretum, ſed Bar. intelligit de-

ereto.ſ.huius l.quod eſt violare literam.Itē dico ꝑ tex.in d.l. illud.
§.fi.vbi dicitur,ꝙ emancipato eſt neceſſarium iſtud remedium p̄
toris,ſed ſi tranſmitteret hæreditatem, non eſſet neceſſarium , &
tñ hic loquitur ēt in emancipato.dic ergo ſolum tranſmittit bene
ficium prætoris,hoc eſt magni effectus, quia hæres tranſmitten-
tis hēbit neceſſe intra annum implorare : aliàs non tranſmitteret,
cum veniat iure ſpeciali ad hanc tranſmiſſionem, ſed ſ̃m intelle-
14 ctum Bart.poſſet perpetuo adire vſque ad 30.ann. ¶† In glo. ibi,
( ꝟ.ad Car.l.ſcriptus.)ad idem tendit l.ſi filia.la terza.§. fi.de bon.li
ber.licèt glo.infra ponat pro caſu diuerſo,& ex illis ll. no. hanc re
gulam,ꝙ qñ alicui delata eſt hr̃ditas, & ipſe fuit impeditus adire
facto tertij,ſi ꝯ illum non poterat haberi regreſſus,quia erat factũ
iuſtum,vel iniuſtum,tñ erat ſoluendo,decedens interim tranſmit
tit hæreditatem , ēt ſi erat penitus extraneus , & non erat habitu-
rus in omnem euentum,ne factum tertij ſibi noceat,ſecus ſi erat
iniuſtum,& erat ſoluendo,& poterat haberi regreſſus cum effe-
ctu:tunc enim non tranſmittit,ſed hr̃di eius datur regreſſus ad in-
tereſſe contra illum tertium,& iſte eſt caſus in l.1.§.fi.ſ̃.ſi mulier
ven.nomi.de qua glo.oppo.ſimile no.in l.inde Neratius.§.1.ad l.
15 Aqui.& de ꝯd.& dem.l.ſi Titius ſtatuas.¶†In glo.ibi.§.eleganter,
